
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
8 M I
29

iit legislatorē 13 do ...Ray. do. Bar. dicit ...
spicit eo... ab.ir ... rio hic non cōtinebatur


# D. ANSELMI

## CANTVARIENSIS ARCHIEPI SCOPI, THEOLOGORVM *OMNIVM SVI TEMPORIS* FACILE PRINCIPIS NEMI-NIQVE EORVM QVI POST

eum fuerunt, uel sanctitate, uel eruditione, uel eloquentia secundi,

Luculentissimæ, in omnes sanctissimi Pauli apostoli epistolas enarrationes.

* *
*





*spes eius: & non respexit*

*Beatus uir, cuius est Dominus*



*in uanitates, & insanias falsas.*

Venetijs ad signum Spei.

1 5 4 9.

# INDEX RERVM OMNIVM MAXIME SCITV DIGNARVM, QVAE IN HIS ANSELMI COMMENTARIIS SPARSIM

*tractantur, secundum ordinem alphabeti quàm fieri potuit, diligentissime digestus. In quo A primam. B secundam. C tertiam. D uero quartam columnam demonstrat.*

## A


Arō quo flore rectè sacerdos esse cognoscitur. folio. 402.a
Aaron quomodo sit in sacerdotem sublimama fol.384.d
Aaron ex hominibus assumptus 384 c
Abba quid sit 44.d.227.c
Abel exemplum iustitiæ ac fidei nobis factus 416.b
Abraham fide augmentum nominis sui accepit 417.d
Abraham et Loth hospites pio studio suscipientes, quid meruerunt 429.c
Abraham Isaac ducens ad immolādum, Deum patrem refert 419 b
Abraham quomodo dictus sit hæres mūdi 21.d
Abrahæ fides magna 419.a
Abrahæ filij qui 21.b
Abundare in suo sensu qualiter quis debeat. 77.a
Accedere ad Christum per fidem 412.b
Accusatio alicuius electis Dei non poterit nocere 50.a
Achaia uicina est Macedoniæ 83.c
A creatura nō cognoscit Deus, nisi quantum uult se reuelare
Aculeus mortis quid 160.b
Adam & Christus quomodo dicuntur esse similes 27.d
Adam queadmodum fuit forma morientium, ita et Christus resurgentiū 153.c
Adolescentia iuuentus uocatur 331.c
Aduentus domini unicuiq; dies est mortis 89.b
Aduenæ qui sint 252.d
Adulator quis dicatur 86.b
Adulter nō prolem, sed uoluptatem quærit 170.a
Adulter si legem seruet, qd ei prosit 34.d
Adulterare uerbū Dei quid sit ibidem
Adulterium & fornicatio quomodo perpetrentur 429.d
Aegyptus quid 126.a
Aemulatio quid sit 211.a.237.d
Aenigma & alegoria in quo differant. fol 144.d
Aes & cymbalū quid significent 143.b
Aetates in homines sunt sex 127.d
Aetates septem & earum singularis descriptio 380.c
Aeuum & tempus quō differant 351.a
Azar aduena interpretatur 231.a
Agi plus est quàm regi 44.c
Agnitio & notio quo differunt 298.b
Agnus quomodo uocat̄ pascha 106.c
Allegoria & ænigma quo differāt 144.d
Altare in quo crematus est Christus qd designet. 279.a
Altitudo & profundū quomodo à Paulo summantur. 50.d
Ambigua in meliorem partem sunt uertenda 76.b
Ambulare secundū carnem et secundum spiritum quid sit. 41 a
Amictui comparantur cœli 214.c
Amelia quid sit 239.b
Amen quid 162.c
Ammon in amore Tamar obriguit 355.c
Amore Dei omnes aduersitates facile tolerantur. 184.a
Anathema quid 140.c.215.c
Anathema quō à Paulo sumatur 51.c
Andronicus & Iunia cur nobiles in apostolis dicti sint. 85.b
Angelus est nomen officij 369.b
Angeli quomodo filij Dei uocant̄ 368.c
Angeli pp̄ter nos huc mittuntur 370.d
Angeloꝝ religio p̄ cultura sumit̄ 295 a
Angelorum ordines quales distinguuntur 206.d
Angustia esse non potest, ubi fuerit charitas 24.c

Anima pro homine 72.b
Animæ somnus quid 266.b
Anima uiuens & spiritus uiuificãs quomodo differunt 158.a
Anima quomodo ex fide uiuat 415.c
Animositas quid sit 210.d
Antichristi crudelitas 318 a
Antichristus quomodo illustratione aduentus domini destruetur ibidem.
Antichristus mortis locus ubi 317.d
Antichristi à morte quadragintaquinq; dies conseduntur ad pniam 311.c
Antiquitas & senectus prenunciãt mortem 399 b
Apollo qui dicebatur esse 161.d
Apollo unde originem traxit 361.a
Aporior quid significet 176.c
Apostolus nomen dignitatis & potestatis 326.d
Apostolus totius ecclesiæ precibus conceditur 366.a
Apl'i culpat scindentes unitatem 412.d
Apostolus quõo Christum uiderit 120.d
Apostolorum gloria quæ sit 166.b
Apl'orũ dona digniora quæ fuerint 47.a
Apl'orũ electio fit quatuor modis 213.d
Apparere peccatum quid 38. a
Appia uxor Philemonis et mater Archippi 362.b
Aristarchus quis fuerit 301.c
Arbores & herbę quomodo dicuntur uiuere 156.c
Arca de lignis sethin 401.c
Argumentum quid sit 416.a
Arius quomodo in spiritu diaboli loquebatur 137.d
Arianorum calumnia 138.c
Artes hominum perditorum 16.b
Artes inimici sunt præcauendæ 168.a
Assistere & ministrare quomodo differunt 370.d
Auaritia quid sit 9.a.195.a.264.c
Auari Deus, numus est 265.a.297.d
Auaritia idolorum seruitus 337.a
Auaritiã uel cupiditatẽ esse uitãdã 328.d
Audacia dicitur uolũtas deponendi corpus 334.d
Aurum, argentum, lapidesue pretiosi qd significent 99.c
Azyma quid sit 106.b

B

Baal est dęmonium 62.a
Babylon quid significet 325.c
Balaam dicit̃ prolapsus in pc̃m̃ 232.a
Baptisma aliud in aqua, aliud in lachrymis pœnitentiæ, aliud in sãguine martyrij 231.a
Baptismi trina immersio qd signet 293.c
Baptismum iterans, Christi mortem iterat 413.a
Baptismus Christi quid sit 30.b
Baptismus ad quid Christiano psit 13.a
Beatus quando quis dicatur esse uniuersaliter 21.a
Belial quid 186.a
Benedictio unde 195.a
Benedictio aliquando sumitur pro baptismi consecratione 222.b
Benefacere & non peccare quomodo differant 116. a
Benignitas quid sit 238.c.264.a.298.d
Bestia, defectus rationis 427. d
Blasphemia quid 263.b.298.a
Bonitas quid 238.b
Boni & mali quõo prædestinetur 245.a
Bonum elicitur ex malo 275.a
Bonum nihil dici posse, nisi idem uoluntarium 364.c
Bonum nostrum quando dicatur blasphemari 79.b
Bonum perficere quid sit 39. b
Bonum quãdoq; à cibis abstinere 330.c
Bonum imperfectum quod 39.b.168 b
Brauium quid 124.b

C

Caeci mente qui dicãtur 12.b
Cœlestia corpora & terrestria ũde dicantur 127.a
Cæsio Pauli & Silæ apud Philipenses folio 304.c
Calami quid signent 400.d
Calceamenta quid 271.c
Caligo, obscuritas ignorantiæ in lege existens. 427. d
Calix benedictionis quis 128.d
Calix Moysi quis 135. d

Cantans in gratia dño quis dicat 299.d
Cantica carnalia ad quos ptinent ibidē.
Caput libri, prędicatio diuinitatis 410.a
Carbones ignis congerere quid sit 71.c
Caro quandiu mortalis est, non potest a concupiscentiis esse libera 38.d
Caro aduersus spiritum quomodo dicatur concupiscere 236.d
Carnem manducare aut uinum bibere quando licitum sit 79.d
Carnis uitiū ī re bona, nō est bonū 39.b
Carne mortua nihil ignobilius 157.b
Castigare corpus quid 125.a
Castitas & continentia coniugatorū, Dei dona sunt 112.c
Castitatis & cōtinentię differentia 238.c
Castitatis sanctificatio nascitur ex continentia fornicationis 308.c
Celsitudo peruersa quid 9.c
Cenchreæ quid 84.d
Charitas super omnes uirtutes supereminentissimum obtinet locum 143.d
Charitas fugat angustiam 24.c
Charitas quomodo dicatur non angustiari 194.b.c
Charitas est uinculum pfectionis 299.b
Charitas qualiter sit nobis lorica 312.b
Cherubim quid 402.c
Christus sine patre & matre quō 391.b
Christus legatus fuit patris 182.a
Christ⁹ quomodo est unigenitus & primogenitus 288.b
Christus cur pater misericordiarum uocetur 163.c
Christus quare factus terrenus 158.b
Christus cur dictus sit homo secundus & Adam nouissimus 158.a
Christus quomodo modestus & mansuetus fuit 192.b
Christus intus diues, foris pauper 191.d
Christus quare dictus fuit petra 125.c
Christus primitiæ dormientium 153.c
Chr̄s est deus pacis & dilictionis 213.a
Christus quomodo sit mediator inter Deum & hominēs 326.a
Christus nomen est sacramenti 2.a
Christus quomodo sit diuisus 90.b
Christus nouæ legis mediator 428.c
Chr̄s cur à Paulo homo appelletur 29.b
Christus quomodo expoliauit principatus & potestates dęmonum 294.a
Chr̄s & Adā quare dicunt̄ esse sil̄es 27.d
Christus per figuram uitulus 406.d
Christ⁹ quomodo similitudo carnis peccati fuit 41.c
Christus sicut filius in domo pr̄is 376 c
Christus in carne nostra tentatus 383.d
Christus medius stipes qui portat tria brachia. 40.c
Christus uerus sacerdos 393.a
Christus pastor in sanguine testamenti æterni dicitur 432.b
Christus quō fuit minor angelis 371.c
Christus quicquid in carne egit, preces & supplicationes fuerunt 385.b
Christ⁹ quomodo nec mori nec resurgere gratis potuit 152.c
Christus pro peccatis oblatus est 182.b
Christus non sæpe, sed semel oblatus est in ara crucis. 24.d
Christus cur sit mortuus p nobis 24.d
Christus quō mortuus sit peccato 31.c
Christus in cruce pendens qualiter dicatur maledictus 51.d
Christi mors & resurrectio quid significent 32.c
Christi pontificium quare comparatur ordini Melchisedeh 390.b
Christum indui quis dicatur 75.b
In Christum peccare, & in Christo peccare, differunt 120.b
Christus qualiter apparuit Iacobo 51.c
Christus quos prío ad fidē adduxit 14.b
Cibi communes qui dicebantur 78.d
Circuncisio quid prodest, & circuncisio uera quid ītelligitur esse 13.a
Circūcisiōis minister fuit xp̄s et quō 81.d
Circūcisio cordis quæ sit 13.d
Circūcisionē q̄re admittebat Pet⁹ 219.c
Circunuentio quid sit 308.d
Cœna quid sit & unde dicatur 130.b
Cognitio īfelicitatis, summus est ad beatitudinem accessus 40.c
Collectæ in ecclesiis pro pauperibus sustentandis sunt faciendæ 161.a
Colossæ ciuitas Asiæ 286.a

Cõbustio signũ est resurrectionis 405.a
Comesationes quid sint 237. d
Compages & medullę quomodo suman tur 383.d
Comparatio malorum ad mulierem prægnantem 311.b
Concupiscentia carnalis omnium delictorum est origo 39.d
Concupiscentia aliquando in malã partem sumitur 297.c
Coniugatorũ cõtinentia, donũ Dei 112 d
Concupiscentijs carnalibus non consentire, ac eas non habere, magna laus est & perfectio 44.b
Confundi accipi ? pro erubescere 373.c
Confusio nascit ex reprehensione 343.b
Cõsanguineis potius est subueniendum quàm cæteris 51.b
Cõscićtia bona corã Deo sufficit 194.a
Conscientia propria est sufficiens unicuiq; ad testimonium 11.d
Conscientia impiorum magna pœna est, piorum uero gaudium magnũ 164.d
Consentire quid sit 9.d
Consilium quid sit 198.a
Consiliũ ꝓ prętatis erga subditos 321.a
Consilium Dei si nosse uis, quid faciendum 55.c
Cõsolatio miserorũ, habere pares 188.a
Consolatur nos Deus ut alios consolemur 163.c
Consolamur in passionibus Xp̄i 80.d
Conspersio quid sit 106.b
Consummatio oblationis fit per nouum testamentum 411.c
Contemplatio est merces fidei 179.b
Contentio quid sit 9 b.210.d.207.c
Continentia quid 238.c
Cõtinẽtia & castitas coniugatorũ 112.d
Contra aucupatores & uenatores digni ratum ecclesiasticarum 384.d
Contra temerarios hæretichos 322.c
Contumelia quid 8.b.9.c
Corinthus caput Achaiæ & Græciæ decus 163.a
Corinthij literarum Græcarum studiosi erant, & philosophiæ amatores 119.c
Corpora cœlestia & terrestria unde dicantur 157.a
Corpora mortalia quomodo uiuificabũtur 43.d
Corpus sine spiritu & anima sine charitate comparantur 143.a
Corpus castigare quid 125.a
Corrigi debemus exẽplis priorũ 128.c
Corripit Deus quem diligit 303.d
Creatura munda est, si nos mundi sumus 354.d
Creatura omnis non tota gemit in homine, quomodo intelligatur 46.d
Credere eũ, credere ei & credere in eum, quomodo differunt 20.b
Credere ex auditu quid sit 60 c
Cretenses quare dicuntur semper mendaces 354.b
Crimen quid sit 329.c 352.a
Crispus & Gaius à Paulo baptizati fuẽ folio 90.d
Crux Christi lata, longa, alta & profunda 256.c
Crux Christi quomodo crimina mortificet 282.d
Cucullà quando prosit monacho 13.b
Cuius uincula nititur Abraham soluere 390.c
Cuius diuisionem sermo Dei considerat folio 382.c
Culpat Apostolus scindentes unitatem charitatis 412.d
Cultus idolorum quando apud Romanos fuerit introductus 7.d
Cur Moyses populo loquebatur super terram 428.d
Cur populus à monte arcetur cum lex accipitur 427c.d
Cymbalũ & æs quid significent:

D

Dauidis de stirpe Maria duxit originem. 342.c
Dauid in adulterij & homicidij perpetratione non intelligitur prolapsus 387.d
Dauidis uerba, spiritus sancti uerba esse folio 381.a
Dauid tres requies memorat ibidem
Damascus quid 206.b
Decretum quid sit 252.a

Defendere à crimine obiecto, & debito præconio prædicare, diuersa sunt 37.c
Delibatio quid 63.d
Delictum quomodo differt à peccato 249.c
Delictum quid sit 239.b
Demas quid 349.a
Descriptio fidei 4.c
Descriptio primi & secundi tabernaculi folio 400.b
Detractores qui 9.b
Dei donum inenarrabile quid sit 197.a
Dei consilium siquis nosse uelit, quid agendum sit 55.c
Deitatis nomen creaturis est communicabile 8.b
Deum quando dicamur benedicere 243.c
Deum quomodo gentiles nouerunt 7.a
Deum quis dicatur inuocare 88.c
Deus solus proprie dicitur pater 255.d
Deus pacis & dilectionis est Xp̄s 213.a
Deus quem diligit corripit 303.d
Deus quomodo nos diligebat & oderat folio 25.d
Deus cui uult miseretur, & quem uult indurat, quomodo intelligatur 54.c
Deus quid in Iacob diligebat, & in Esau oderat 53.b
Deus qualiter dicitur excæcare & indurare cor hominis 7.d
Deus est intentator malorum tentamentorum 307.a
Deus quomodo nos uocat, iustificat & magnificat 49.c
Deus quomodo naturaliter cognoscitur 6.c
Deus qualiter cooperatur 48.c
Deus per malos purgat bonos 54.b
Deus cur uoluit filium suum pro nobis mori, cum aliter nos potuisset redimere 25.b
Deus quomodo iustificatur in sermonibus suis 315.a
Deus quare in promissione iurauit 389.b
Deus cur iurauit per semetipsum ibidē.
Deus spūale testamentum fecerat 398.b
Deus qualiter nihil contra naturam faciat 65.a
Deus uult hoīes subdi suis uicarijs 191.a
Deus suorum nunquā est immemor 188.c
Deus quomodo nouit peccatum 182.b
Deus non per seipsum, sed per angelos Moysi loquebatur 224.b
Deus qualiter dicatur inambulare in nobis 186.c
Deus si illud quod maius est dedit nobis, illud etiam quod minus est dabit 49.c
Deus quare dicitur ignis cōsumens 429.c
Deus cur dicitur Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob 418.d
Deus quare reseruat cōresurrectionē 424.a
Deuterosis apud Hebræos quid 321.d
Dextra iustorum quid sit 184.b
Diabolus quid 356.d
Diabolus incessanter pios persequitur 347.b
Diabolus quomodo sit proprie aduersarius 26.a
Diabolus nō potētia, sed iustitia à Christo est uictus 26.a
Dies salutis quid sit 183.a
Dies domini quæ uocatur 99.a
Dies peregrinationis Iacob. cxxx. annorum 418.c
Digitus Dei quid 170.d
Dignitatum gradus in ecclesia sunt diuersi 142.b
Dilectio Dei probatur per dilectionem proximi 118.d
Dilectio sctōrum sola in fide diligit 361.b
Dilectus & diligibilis quomodo differunt 362.a
Disciplinā dñi negligere quid 418.c
Discretio præmiorum 10.c,d
Discretio difficillima, & quare 139.b
Dissensio quid sit 210.d, 237.d
Diues purpuratus Lazaro micas dare noluit 339.a
Diuitiæ bonitatis in quo manifestantur. folio 10.b
Diuitiæ maiores quæ sint 191.
Doctor ecclesiæ qualiter sit honestus lucrator 353.d
Doctorum & prædicatorum ecclesiæ reprehensio 12.b,c
Doctrina Christi pharisæis fuit molesta folio 62.b
Doctrina Christiana sanat à languore uitiorum 355.b

Doctrina sana quæ dicatur 353.b
Dolus quid sit 9.b
Domesticus fidei quis dicatur 240.d
Dominationes quid sint 248.c
Dominationes & thronos non mitti in ministerium 370.d
Domus æterna quæ sit 178.b
Donationes spirituales quæ sint 69.c
Dona digniora q̃ Paulus & cæteri apostoli habuerunt, quæ sint 47.a
Dona fidei diuersa 69.b
Donum maius est q̃ delictum 27.d
Donum Dei inenarrabile quod sit 197.a
Dorsum curuum habentes cui sint similes 62.d
Dubitare dicitur dicens, puto uel æstimo 45.c

B

EBrietas quid sit 237.d
Ecclesia & synagoga quomodo differunt 303.b
Ecclesia Romana primatum habet inter omnes ecclesias 4.b
Ecclesia qualiter dicatur uirgo & sponsa 200.c
Ecclesia qualiter semper habeat inimicos 188.b
Elati qui dicuntur 9.c
Ecclesia, turbari non mergi, potest 281.d
Electio apostolorum fit quatuor modis folio 213.d
Electis Dei nullius accusatio nocere poterit 49.d
Eleemosyna debet fieri ex eo quod est bonum 263.b
Eleemosyna quomodo fiat a murmurantibus 195.b
Elementa quasi eleuamēta dicunt 227.a
Elementa mundi quomodo intelligantur ibidem.
Elementa quæ dicantur 295.d
Eligere & prædestinare quomodo differant 245.a
Emortui non ad omnia, quomodo intelligere debemus 418.a
Enoch trecentis annis per uiam iustitiæ coram Deo ambulauit 416.d
Ephesus quomodo interpretatur 243.a
Ephesus metropolis Asiæ 242.c
Epistola quid significet in proœmio
Epistolæ ad qd fidelibus missæ ibidem
Epistolæ Pauli sunt quatuordecim quæ leguntur ibidem
Epistolas qndecim scripsit Paulus ibidē
Ep̄las decem scripsit ad ecclesias ibidē
Epistolas quatuor ad discipulos ibidē
Epistolæ Pauli quare non sint sic scriptæ sicut compositæ ibidem.
Epistolarum ordo ibidem.
Epistola ad Romanos cæteris profundior ibidem.
Epistola Pauli ad Laodicenses 302.d
Epistola est salutis indicium 170.c
Epaphræ laus 286.d
Epimenides poeta Cretensis 354.b
Episcopatū desiderās, bene facit 328.a,b
Ep̄s & presbyter idem sunt 273.c, 351.d
Erastus unde dictus arcarius 87.a
Esau fornicarius & p̄fanus extitit
Esse in carne quid est 35.b,c
Euāgelium quare æternū appellet 215.b
Euangelij ueritas quæ dicatur 220.a
Euangelium Christi in Iudæos uenit nō p̄pter merita operū legis in proœmio
Euangelij definitio 2.b
Euangelium qualiter dicitur uirtus Dei folio 5.d
Euangelica doctrina cur sit dicta forma folio 32.d
Euangelium gratis prædicauit Paulus. folio 209.c
Eucharistia a ieiunis sumenda 134.d
Exacerbare est peius q̃ tentare 379.a
Excommunicati quomodo tradebantur diabolo uexandi 106.a
Exemplar & exemplum quomodo differunt 396.d
Exhortatio ad quos pertineat 412.c
Ex ipso, per ipsum, & ī ipso, qualiter hoc intelligitur 67.c
Ex, per, & in, præpositiones quid significent ibidem.
Exire extra castra ad Christum, quare iubemur 431.a
Existimatio Anselmi de epistola quæ dicitur Pauli ad Laodicenses

Ex

Ex reprehensione nascitur cōfusio 343.b

F

FAcies Dei quid sit 145.a
Faciens cōtra cōscientiam, ædificat ad gehennam 80.b
Factores legis qui 11.c
Fama bōa corā hoīb⁹ est necessaria 194.a
Famā suam negligens, crudelis est 284.c
Falsi monachi 345.c
Felicitas seculi, uentus est contrarius
Festi uerba ad Paulum 201.c
Fidei descriptio 4.c
Fides unde dicatur 238.c
Fidei domesticus quis dicatur 240.d
Fides dicitur salutifera quæ per charitatem operatur 344.d
Fides qualiter ab exordio iustificat 20.b
Fides est substantiæ initium 378.d
Fides Noe debet nobis esse exēplum ad salutem 417.a
Fides Abrahę causa fuit augmentationis uocabuli eius ibidem.b
Fides est uoluntatis, nō necessitatis 166.d
Fides diuinitatis cōfessio & religionis solidum fundamentum 4.c
Fidei Christianorū laus est credere Christum resurrexisse 59.d
Fidem quomodo adhibere possumus rebus futuris 416.a
Fidem nemo potest habere suis meritis præcedentibus 19.b
Fidem quō senes consecuti sunt
Fidei dona sunt diuersa 69.b
Fidei definitio 415.d
Fideles in aduersis mente deficere nō debent 422.d
Fiduciam pro spe sumi 376.d
Figura cōsecrationis corporis & sanguinis Christi 385.a
Filium Dei quis conculcet 414.a
Filij diffidentiæ qui dicantur 249.d
Filij lucis 214.a
Filij noctis & tenebrarū qui sint 312.a
Filij promissionis qui dicuntur 52.c
Filiorum officium quod sit 44.d
Filij seculi ibidem.
Finis omnium bonorꝫ quis sit 154.a
Finis pro cōsummatione ponitur 322.a
Finis quomodo accipiatur ibidem.
Firmamentum 218.a
Fluere, effluere, & perefluere qd sit 371.b
Fœmina uitiata, an possit post baptismū inter uirgines Dei cōsecrari 352.b
Fornicatio unde sumatur 264.c,d
Fornicatio unde proueniat. 237.c, & quomodo cōmittitur. 430.a
Fornicatio quomodo fugienda sit 111.a
Fornicatio quęlibet noxia, superstitio & infidelitas 113.c
Fructus unde dicatur
Fullo est doctor 216.a

G

GAlatia quæ regio sit 213.b
Gaudia contraria quæ sint 283.c
Gedeon p fidē deuicit regna 421.a
Genealogiæ fugiendæ 360.a
Genitalia mēbra cur īhonesta dicāt 411.c
Germen in malis operibus & sermonib⁹ accipitur 427.a
Gentiles qūo Deum nouerunt 7.a
Gladius anceps ē sermo doctrinæ 382.b
Gloria apostolorum quæ sit 164.d
Gloriæ ueteris & noui testamenti probatio 172.c
Glorificare dominum quid sit 111.d
Gradus dignitatum in ecclesia sunt diuersi 142.b
Græci quare dicuntur sapientes 5.b
Gratia & pax non sunt semper à Deo
Gratia est origo omnium bonorꝫ 4.a
Gratia Dei remissio peccatorꝫ 182.c
Gratia sine meritis pręcedentibus, datur gratis 303.c
Gratiarū & operationū diuisiones q̄ dicanť & quibus sint deputatæ 138.b
Gratias agere quid sit 7.b
Grām pri⁹ apl'i accepūt, postea apl'atū 3.c
Gressus domini 199.c
Gratis euāgeliū p̄dicauit Paulus 209.c

H

HÆresis & schisma quomodo differunt 361.c
Hæresis unde dicatur 360.b
Hæresis Macedoniorum 138.c
Hæreticus quis dicatur esse 134.c
Hæreticorꝫ officium 86.b

**

Hebræi quid interpretantur 367.a,b
Hebræi cur ab Ap'lo laudentur 414.c,d
Herbæ & arbores quomodo dicuntur uiuere 157.c
Hermas scriptor fuit libelli qui Pastoris appellatur 85.d
Herodes ex alienigenis fuit primus Rex Iudæorum 13.c
Hierusalem uisio pacis interpretaẽ 231.a
Hilaritatis & simplicitatis dña 70.a
Hircus quid designat 430.d
Homicidiũ qd sit,& unͤ dicaẽ 9.b,237.d
Homo interior & exterior quid sit 177.c
Homo ex tribus constat 313.d
Homo q̃liter sexta ætate natus fuit mundo 380.c
Homo uitam præsentem sine minoribus peccatis an ducere possit 32.c
Homo malus cum incipit tribulari quid faciat 24.c
Homo irascens sibi & pœnitens 263.a
Homo uetus quid esse intelligaẽ 30.d
Homo sine operibus præcedentibus, an posset iustificari 18.d
Homo iudicia superna discutere dignus non est 55.a
Homo quare reparari debuit & non angelus 374.d
Homine facto qualiter Deus requieuit ab omni opere 380.a
Hominum perditorum depictio 16.a
Honor pro eleemosyna sumitur 332.b
Hora breue spatium dicitur 74.b
Hospes quis dicatur 418.b
Hospitalitas patrum multũ placuit Deo sollo 429.c
Hostia quid sit 264.b
Hostiã qualẽ debemus offerre deo 431.b
Hostia uiuens quid 68.a
Hostiæ ueteris legis nullo tempore potuerunt auferre peccata 410.c
Humana tentatio est aliud sapere q̃ res se habet 128.a
Humilitas Petri, & libertas Pauli laudatur 219.d
Humilitas fidelium uera quæ sit 313.d
Humilitas in malam partem aliquando sumitur 295.a
Humilis & mãsuetus unde dicaẽ 257.c
Hypocrisim excludit simplicitas 69.d
Hyssopus herba expellens pulmonis tumorem 407.a
Hyssopus quid designet ibidem.

I

Iacobus primus Hierosolymitan⁹ episcopus 216.d
Iacobus quare ponitur ante Petrum & Ioannem 218.c
Iacob quindecim annorum erat quando mortuus est Abraham 417.c
Iannes & Mãbres magi Pharaõis 346.b
Ictus oculi quid sit 159.b
Idioma græce,proprietas latine 147.c
Idolum quid sit 119.a
Idolium quid 120.a
Idolothytum unde dicitur 119.c
Idolorum seruitus quid 237.c
Ieiunium magnum quod 357.d
Iephthe an temerarie uouerit 421.c
Iesus est proprium nomen 2.a
Ignis quatuor officia habet 429.c
Ignis consumens Deus dicitur ibidem
Ignominia quid sit & unde dicatur
Ignorãtia docta qũo ĩ nobis existat 48.a
Ignorantia quodlibet peccatum uocari potest 403.b
Imagine cognoscimus qualitatẽ & quantitatem illius cuius est imago 409.a
Immunditia quid sit 237.c,264.c
Imperio dei resistit,q Paulo resistit 321.b
Impietas quid significet 7.c
Incarnationis mysteriũ latet sctõs 87.b
Incidere in manus Dei qs dicaẽ 414.a
Incredulitatis exẽplum qd dicaẽ 381.d
In æternum perfectus manet 395.b
Infantia qualiter legem naturalem ignoret 37.b
Infidelem esse & in fide infirmari quomodo sunt diuersa 75.c
Inflatio quid sit 211.a
Inimici sunt præcauendi 168.a
Inimici crucis Christi qui 282.c
Inimicitiæ quid sint 237.c
Iniquitas quid sit 20.c
Inobedientia quid 371.b
In ocio uiuẽs,res alioꝝ cõcupiscit 309.b

Inquisitores seculi qui dicantur 92.a
Insipientia plena quæ dicatur 203.b
Insipientia erroris per Ioannem in Asia detegetur 346.c
Insipientes qui dicantur 9.c
Insipientis est proprias iactare uirtutes folio 209.a
Inuentio redemptionis humanæ 17.d
Inuentores malorum qui 9.c
Inuidia quid sit 9.b.237.d
Inuidia in Paulum 169.c
Ioseph Christum præfigurabat 419.c
Ioseph uirga quid ibidem
Ira quid sit 169.c
Ira Dei quid 304.b
Ira Dei in Iudæos quid sit 306.a
Ira Dei qualiter extitit 377.d
Ira Dei quomodo reuelatur 6.b
Iræ locum dare quādo quis dicatur 71.b
Iræ uasa quæ dicantur 55.d
Iracundia à quo 263.a
Iracundus quis 352.d
Isaac ligatus & altari superpositus quid significet 419.b
Isaac Iacob cohæredes eiusdem repromissionis 417.c
Isaac risus interpræcatur 231.d
Iudæorum festa completa 201.a
Iudæus cur gentili in culpa pęfert 11.a
Iudæus & gentilis æquiparantur in pœna & gloria ibidem
Iudæi ignorauerunt quæ sibi iniūcta fuerant 398.d
Iudęus uerus quis dicatur 13.b
Iudæi cur gentilibus fuerunt digniores folio 14.a
Iudæi pauci in apostolicis uiris tempore passionis domini fuerunt saluati 57.a
Iudæi Romanenses quomodo murmurauerunt contra Paulum in prologo
Iudex debet esse æquus in ultione peccatorum 15.a
Iudicare non debet quis aliquem de eo quod & ipse facit 10.a
Iudicare de alterius conscientia quis nō potest 76.b
Iudicare semetipsum quis dicatur 80.a
Iudicare inter diem & diem, & iudicare omnem diem quid sit 76.d
Iudicia cœlestia discutere nullus homo est dignus 55.a
Iudicium temerarium est in duobus cauendum 78.b
Iunia & Andronicus cur nobiles in apostolis dicti sint 85.b
Iusta & sancta cogitans, nec Deo nec homini iniuriam facere potest 284.b
Iustificari minime apud Deum, & nō iustificari, quomodo differunt 59.b
Iustificatio mentis & carnis est duplex folio 17.a
Iustificatio quæ est ex fide, facit pacem cum Deo 23.d
Iustificatio qua Christus iustificat impiū folio 29.a
Iustificatum sequunē opera, sed non præcedunt iustificandum 18.d
Iustitia quid sit 262.c
Iustitia Dei quid 6.a
Iustitia Dei quomodo sumitur 58.c
Iustitia pro omni uirtute accipitur 33.b
Iustitia & ueritas in quo teneantur 265.d
Iustitia, & pax & gaudiū spirituale, quomodo sunt regnū Dei 79.b.c
Iustitię pulchritudo ac delectatio qualis sit 33.b
Iustitia non per legē, sed per gratiam habetur. 17.c
Iustitia qualiter sit obseruatio mandatorum Dei 196.c
Iustitia epi & laici in quo distent 357.b
Iustitia duplex 59.a
Iustitiæ actio, libertas dicitur 53.a
Iusti qualiter suas debent prædicare uirtutes 204.a
Iustus quomodo dicatur ex fide uiuere folio 6.a
Iustus ex uitijs filiorū non polluiē 352.c
Iuuenes & senes moribus qui sint 332.a


L


Largitio quomodo dicaē flos 284.d
Latitudo quid sit 256.b
Laudandi Deum, modus diuersus 131.a
Laus Epaphræ 286.d
Lazaro micas dare noluit diues purpuratus 339.a

Legislatio quomodo exponitur 52 a
Lex prophetia & euangelium unũ sunt licet tria in superficie uisa 220.b
Lex à gratia distinguitur 172.a
Lex qualiter sit obseruanda 17.b
Lex fidei & factorũ in quo differunt 18 b
Lex quomodo dicitur per fidem statui & non destrui 19.c
Lex ad quid sit data 29.c
Lex subintrauit quõo intelligat̃ ibidem.
Leges quatuor sibi inuicem repugnãtes dimicantesq́; 40.a
Sub lege esse, & in lege esse, differũt 123.c
Lex ubi nõ est, nec præuaricatio est 22.a
Lex infirmata per carnem quid sit 41.b
Lex Moysi cur non potuit facere perfectos in lege pontifices 409 b
Liber uitæ est memoria Dei 283.b
Liberari de corpore mortis huius & exire de corpore quõo diuersa sint 40.c
Libertas Pauli & humilitas Petri laudatur 219.d
Libertas ibi, ubi spiritus domini 231.b
Libertas quař dicatur actio iudicũ 53.a
Libertas quare sit culpabilis, & seruitus laudabilis 33.c
Libierum arbitrium qualiter dedit dominus 344.a
Licitum quid intelligatur 130.a
Lingua quid significet 146.b
Linguæ ad quid fuerunt datæ 148.c
Linus primus Romanæ sedis eṗs 350.c
Locus mortis Antichristi 318.a.b
Longanimitas quid sit 238.b.256.b
Longitudo quid 256.b
Loqui ex synceritate quid &170.a
Lucæ euangelistę laus 193.d
Lucas primo medicus fuit 302.a
Ludus aliquando pro persecutione ponitur 231.b
Lupanaria quæ sint 264.c
Luxuria idolorum seruitus 237.c

M

MAcedoniorum hæresis 138.c
Maceries quid sit 251.c
Magna Dei ira 211.d
Maledictum aliud est quod approbat, et aliud quod damnat 70.c
Maledictum est omne peccatum 223.a
Malignitas quid sit, & unde differat 9.b
Malitia quid sit 9.a.263.d
Malitia & miseria dies faciunt malos solio 267.a
Malorum inuentores quæ sint 9.c
Malum pro malo quõo redditur 313.a
Manichæorum error 31.b
Manna panis angelorũ uocatũ est 125.c
Masuetus & humilis unde dicatur sol. 238.c 257.c
Manus remissas & genua soluta erigere quid sit 426.b
Manus expansæ quid signẽt 61.b
Marcus cõsobrin⁹ Barnabæ 301.c.349.a
Maria credit̃ mortua, cum Paulus Hierusalem uenerit. 216.d
Martyres quare testes dicantur 424.b
Martyres sub Antichristo signa non facient, sed tortores 200.c
Masculus spiritualis & uulua 208.c
Mediator nouæ legis Christus 428.c
Mediator ueteris testamẽti Moyses 397.b
Medicamẽta famis, sitis & fatigationis quæ sint
Melchisedec Abrahę panem & uinum sacratum dedit 47.b
Membra quare arma uocãtur 32.b
Membra genitalia cur dicantur inhonesta 141.c
Membra quamuis multa, nullum tamẽ superfluum 141.a
Membrum corporis et membrum membri quomodo differunt 142.b
Mendax omnis homo, quomodo exponatur 14 c
Mendax non est iudicandus, qui falsum dicit quod putat esse uerum 165.c
Mens & uoluntas sanctorum quomodo dicatur quiescere 363.b
Mensa de lignis sethim facta 400.d
Mercenarius pastor 210.c
Mercimonia an monachum deceant
Miles Dei non implicatur negoțijs secularibus
Militare secundum carnem qui dicuntur 197.d
Ministerium pontifices Christi 221.d

Ministerium suum quando quis dicatur reddere honorabile, & quando uituperabile 63.b
Ministrare & assistere quomodo differunt 370.d
Modestia quid & unde dicatur fol.238.c 283.c.298.d
Montani & Nouati hæresis 387.c
Mors Christi & resurrectio quid significent 23.c
Mors per unum regnauit, quomodo intelligitur 28.c
Mortis regnum quod sit 27.b
Mortui quomodo ad nouissimam tubã sunt resurrecturi 159.b
Mortui in anima quomodo dicantur resurgere 5.b
Mortuorum nomine quid intelligatur folio 159.c
Mortuũ se esse peccato existimans apud semetipsum an possit quandoq; peccare 31.d
Moyses in Syna qd uiderit 396.d.397.a
Moyses reputatus est dei famulus 376.a
Moyses cur faciem uelabat cum loqueretur filijs Israel 173.c
Moyses duo fecit tabernacula 399.d
Moyses super terram populo loquitur folio 428.d
Mulier facta ad imaginem Dei 133.a
Mulier est caro fragilis 268.c
Mulieres quos docere debeant 355.d
Mulierem non tangere, bonum 112.a
Mulier uiro subijcitur duabus de causis folio 150.a
Mulieris insolentia uiro est opprobrium folio 150.b
Mulieres in ministerio ecclesiastico constituuntur 85.a
Mulieris pulchritudo & gloria est comã nutrire 133.d
Mundi rectores qui sint 270.d
Mutuam uicem impendere quid 332.c
Mysterium quid sit 159.a
Mysterium incarnationis latet sanctos folio 87.b
Mysteria tabernaculorum 401.a.b.

N

Narrare suos labores & uirtutes, insipientis est 209.a
Natura dicit mortẽ horrere 309.c
Natura in quo est communis, ab eo nullus est immunis 28.b
Naturæ cuilibet præstatur ut possit peccare 338.a
Negare Deum dicimur, quando à peccatis uincimur 355.a
Nemo, sine sanctimonia Deum uidebit. folio 426.c
Nemo uenit ad patrem nisi per Christũ. folio 394.c
Nemo desperet dum uiuit 378.c
Neomenia unde dicatur 294.d
Nequam quare dicitur præsens seculum folio 214.c
Nequitia unde dicatur 9.a
Nero per leonem designatur 350.b
Nicopolis uictorum ciuitas 360.d
Noctis uigiliæ 213.d
Nominis Pauli interpretatio 213.d
Notio & agnitio quomodo differunt
Nouati & Montani hæresis 387.c
Noua creatura quid dicatur 241.d
Nouem ordines angelorum qualiter distinguuntur 206.d
Nouitas uitæ 30.c
Nox quãdo dicatur in lucem uerti 74.c
Nox quid significat
Nubere & uirginitatem obseruare quando differunt 117.d
Nullus sine peccato in hac uita 352.a
Numerus septenarius uniuersitatem exprimit 50.b
Numus Deus aurorum 265.a.297.d
Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto 377.b
Nuptiarũ bonum est tripartitum. 112.c

O

Obedientia est sola uirtus quæ hominem Deo conciliat 425.d
Oblatio quid dicitur 264.b
Obsecratio quid sit 272.b
Obseruatio mandatorum Dei, est iustitia folio 262.c

Occasione legis opinionum contrarietas orta est 360.b
Occulta dedecoris quæ sint 175.a
Ocio uacās, res alienas cōcupiscit 309.b
Odibiles Deo qui dicantur 9.b
Odor Christi bonus est ueritatis prædicatio 169.b
Odor qualis dicatur oratio 285.c
Olus comedere quid spiritualiter esse intelligitur 76.c
Omnis creaturæ nomine quid contineatur 290.a
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur 361.a
Omnis, nō semper uniuersitatem plenariam denotat 321.a
Omnis homo mendax, quomodo intelligatur 14.c
On, existens interpretatur 342.d
Onesiphori beneficia 350.c
Onesimus pontifex & martyr 364.d
Onesimus quis erat
Onesimus quomodo fuerit baptizatus folio 363.c
Opera bona ante fidem facta, uacua sunt folio 19.c
Opera tenebrarum quæ sint 74.d
Opera mortua 386.d
Operarius subdolus quis dicatur 202.c
Opinio septuaginta interpretum 369.b
Opus euangelistæ quod sit 348.c
Orandi modus quis 147.a
Orandum est tacite 149.c
Oratio quid sit 272.b
Oratio & obsecratio quomodo differunt folio 283.d.& infra.
Oratio sine intermissione quomodo intelligatur 313.b
Orationi semper uacare qualiter nequit humana fragilitas 4.d
Osculandi mos in ecclesia unde sumptus folio 86.a
Osculum est signum pacis 162.b
Ostium quid sit. 168.d

P

Paedagogus quid sit 104.c.226.c
Pædia quid 426.b
Parabola quid 403.d
Parentela quid uocetur 332.c
Paries quid sit 251.d
Paroptoma quid 239.b
Paruuli quomodo reddant rōnem 179.d
Pascha quomodo uocatur agnus 106.c
Passio desiderij quid sit 308.c
Passiones peccatorum quę dicantur 35.c
Pastores magni qui sint 432.b
Pater sine sua sapientia nunq̄ esse potuit folio 368.d
Patiēs nemo pōt esse nisi in aduersis 24.a
Patientiam seruare quid sit 143.c
Patientiæ summæ est motū insipientium ferre. 5.c
Patientia regnum Dei repromittit 415.a
Paulus an coniugem habuerit 113.a
Paulus ex ciuitate iuris Romani 349.c
Paulus quomodo penulā habuit 349.b
Paulus cur à Corinthijs nullos sumptus uoluit accipere 165.a
Pauli exemplo possunt uiuere labore manuum suarum prædicatores & sacerdotes 152.a
Paulus quomodo abundantius cæteris apostolis dicitur laborasse ibidem
Paulus qualiter minimus apostolorū est dictus 151.c.d
Pauli paupertas 205.b
Paulus gratis euangeliū p̄dicauit 209.c
Paul⁹ sicut mercenari⁹ nō fugiebat 206.a
Pauli sermo nunquam uarius 165.a
Paulus multo plura sciuit, q̄ scripsit 82.c
Paulus ex humilitate se omnium sanctorum humillimum appellat 254.c
Pauli libertas et Petri humilitas laudatur folio 219.d
Paulus cur non dixerit, Si complātati fuimus morti eius, sed similitudini mortis eius. 30.d
Paulus raptus in tertium cœlum quomodo intelligatur 206.d
Paulus quomodo parturire dicat̄ 230.a
Paulus cur nō est secutus ueritatem Hebraicam, sed interpretationem.lxx. 6.a
Pauli nomē cur familiarius q̄ Sauli 1.b
Paulus q̄re primo sit uocatus Saulus. 1.a

Paulus precibus Stephani fuit conuersus folio 325.b
Paulus (teste Hieronymo & Beda) Narbonam præteriens, in Hispaniam peruenit 83.c
Paulus quare Christum uocat apostolū folio 375.d
Paulus cur crimina contra naturam ita euidenter expressit 8.d
Pauperes qui dicantur 195.d
Pauperes quomodo æquabūt diuites in regno Dei 193.a
Paupertas Iesu qd nobis attulerit 338.c
Pax inter angelos & homines 289.c
Peccare est in malorum potestate 65.d
Peccata quādo ante oculos Dei dicantur esse tecta 20.c
Peccâta qūo sunt opera mortua 386.d
Peccata solius Christi sanguine delentur folio 409.c
Peccato uiuere 30.a
Sine peccato esse, & sine querela 134.a
Peccatum qūo differat à delicto 249.c
Peccatum est stimulus mortis 36.d
Pc̄tm̄ regnare in mortem quid sit 29.d
Peccatum est uoluntarium 46.a
Peccatum quod pœnitentię lamento non diluitur, peccatū est simul & causa peccati 7.d
Peccati initium quemadmodum à muliere fuit, ita initiū generationis à uiro est folio 26.c
Peccatū ex maledictione processit 223.a
Peccatum qualiter per legem cognoscitur 36.b
Peccatum adueniente mandato quomodo reuixerit 37.a
Peccatis nemo sibi moritur 77.d
Peccatores quomodo non debent desperare 383.d
Peccatorū nomen gentibus à Iudæis impositum. 220.b
Peccatū ut appareat, qd significet 38.a
Peccati nomine quid intelligitur 77.d
Peccatoꝝ passiones quæ dicantur 35.c
Pensandum nobis est qualiter loquamur folio 348.a
Penula quid sit 349.b
Peregrinatio sanctoꝝ patrum qd 418.c
Perfecti quare indigēt misericordia 282.a
Perfectus quis dicatur 260.b
Perficere bonum quid 39.b
Peripsema quid sit 104.b
Per legem non erat iustificatio
Peruersa celsitudo 9.c
Petra scandali & offensionis quis 58.a
Petrus imitandus 229.d
Petrus quare circuncisionem permittebat 219.d
Petri humilitas laudatur 219.c
Pharisęis molesta fuit doctrina Christi folio 62.b
Philemon Paulum socium habere cupiebat 365.a
Philippis Hebraice quid significet 273.b
Pietas ad quid prosit 331.b
Piscina probatica quid significet 225.c
Plemmelia quid sit 239.b
Pœnitentia uera quæ 167.d
Populus cur à mōte prohibetur dum lex datur
Potestas dominoꝝ morte finitur 365.a
Potestates nequam 167.c
Potestates quid sint 248.c.270.c
Pr̄ati diuinæ primo est obediendū 72.b
Pręceptum legis circa uerbera delinquentium 204.c
Prædestinatio quid sit 48 d.224.c
Prędestinatus filius Dei qūo intelligitur.
Prędestinare & eligere qualiter differant folio 244.d
Prædicator, nomen authoritatis 326.d
Prædicatores aliquando domini uocantur 119.b
Prædicatoris boni conditiones 131.b
Prædicatores exemplo Pauli manuū suarum labore possunt uiuere 342.a
Prælati sine testimonio duorū uel trium non possunt condemnare 211.a
Prælatis obediendum 431.d
Prælati qualiter exemplo Pauli debent rogare subditos ut in melius proficiant folio 313.d
Præmiorum discretio 10.c

Præputium aliquādo pro peccato carnis ponitur 293.d
Præscripti qui dicantur 221.c
Præteritum pro futuro posuit propheta. folio 373.a
Præuaricatio quid sit 371.b
Presbyter qualiter dicatur episcopus folio 330.b
Primitiæ hominis quæ dicantur 47.a
Primogenitus quis dicatur 49.a
Primo regnum iustitiæ in nobis, deinde pacis 391.a
Primus quomodo accipiatur 324.a
Princeps habeat eloquentiam cum uitæ integritate 353.c
Principatus quid sint 248.c
Principatus nequam 294.b
Principes qui dicantur 270.c
Principi non est resistendum, etiam si bona nostra auferat 73.b
Principes huius seculi sunt Dei ministri folio 72.c
Principes ad corrigendos malos instituti sunt 72.d
Principium quid sit 289.a
Priscilla uxor fuit Aquilæ 85.a
Probatio gloriæ ueteris & noui testamenti 172.c
Profundum quid 256.a
Propè est uerbum fidei 59.c
Prophetiæ tria sunt tempora 149.a
Prophetizātis fructus seu utilitas 145.c
Propitius & repropitiare unde 375.b
Proximus nō potest uere diligi sine Deo folio 74.a
Proximus dicitur omnis homo 262.d
Prudentia carnis & prudentia spiritus quid sit 42.a
Psalmorum liber lex uocatur 16.d
Pueros nos effici docet Apostolus, & quomodo 148.a.b
Pugnatores non damnantur, sed uicti folio 41.a
Procella culpæ uindicta per legem facta folio 427.d
Prodigium, uirtus & signum quomodo differunt. 83.a.209.c

Q

Quadraginta quinque dies cōceduntur ad pœnitentiā post Antichristi mortem 311.c
Qua ætate assumendum doctoris et sacerdotis officium
Quæstio notabilis 402.a
Quatuor in omni sacrificio considerari debent 395.a
Quatuor modis fit apostolorum electio folio 213.d
Quatuor leges sibi inuicem repugnantes & dimicantes 40.a
Qualis ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem 358.d
Quare non dixit à spiritu sancto 4.a
Quæstiones stultæ quæ sint 360.a
Quinquagenarius numerus 161.b
Qui facit contra cōscientiam, ædificat ad gehennam 80.b
Qui dicunt uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus nolite aspicere 348.b
Quomodo quis ex prædicatione doctoris patiatur detrimentum 189.a

R

Rahab meretrix fide iustificaē 420.c
Radix in malis cogitationibus inuenitur 427.a
Rapina quid sit 277.b
Raptus Pauli in tertium cœlum quomodo intelligatur 206.d
Reconciliatio fit ex inimicitijs 25.d
Rectores mundi qui sint 270.d
Redemptio & remissio quomodo differunt 245.c
Redemptionis humanæ inuentio 17.d
Redimere tempus quid 266.d
Regnum cœlorum sancta sanctorum dicitur 395.d
Regnum mortis quod sit 27.b
Reprobatio obseruationis dierum mensium & annorum 228.d
Reprobus qui dicatur 212.a
Res sperandæ quid sint 415.d
Resurgentium ordo quis sit 153.c
Resurgere proprie, quid sit 159.a
In resurrectione an maiorem magnitudi-

nem habebimus quàm nunc 260.a
Resurrectio uocatur regeneratio 368.d
Rixa quid sit 237.d

S

SAbbatum perpetuum obseruare qui dicantur 294.c
Sabbatum quid 274.d
Sabbatismus quis uocatur 381.c
Sacerdotem noui testamenti uxoratum, esse potius Iudaicæ institutionis sacerdotem quàm Christianæ. 235.c
Sacerdos legalis ministrabat, sed sacerdos euangelicus sedet 410.c
Sacerdotes Christi fine & principio carēt folio 391.b
Sacerdotes non nobilitate, sed uitæ merito eligendi ibidem
Sacerdotibus qualiter honor ex charitate sit exhibendus 312.d
Sacramentū altaris duobus modis manducare & bibere debemus 136.c
Sacramentū qualiter sit res occulta 330.a
Sacrificium est Deo offerendum per manus sacerdotis 4.b
Sacrilegium quid sit 12.c
Salem qualiter nō sit Hierusalem 390.b
Sanson, Iephthe, Barac, fide uicerunt regna 421.a
Sancti an in futuro seculo loquentur adinuicem 144.b
Sancti qualiter sint orandi 51.c
Sancti quomodo dicantur maledictionibus uti 235.c.
Sancti in mundo qui 195.d
Sancti fide uicerunt regna 420.c.& infra & 422.d
Sancti apud Deum quomodo dicantur esse multarum facierum 263.c
Sancti patriarchæ qualiter iuxta fidē defuncti sunt 418.a
Sancti & non alij cum Christo surrexerunt 3.a
Sanctitas quid 262.c
Sanctorum conuersatio cauta esse debet folio 284.b
Sanguinem Christi quis polluat 413.d
Sanguis pro anima sumitur 374.a
Sapere plus quàm oportet esse supbire 68.d
Sapientia carnis quomodo inimica sit Deo 42.d
Sapientia seculi abijcienda diuini uerbi concionatori 92.a
Sapientia & scientia quomodo differunt folio 245.d.291.d
Sapientia in contemplatione æternorum consistit, scientia uero in actione temporalium 139.a
Sapientiæ supernæ opera publica ac secreta quæ sint 167.d.
Sapientes qui se dicere uolūt, insipientes appellari debent 7.c
Sara ecclesiæ formam pręferens, quare sterilis erat 231.d
Saræ fides quid operatur 418.a
Satanas quid 86.b.203.a.306.c
Saulus rex superbus & infręnis 1.a
Saulus, petitus interpretatur 1.b
Scandalum unde dicatur 58.a
Schisma & hæresis quomodo differunt folio 360.c
Schismata nō esse Paulus admonet 90
Scientia secularis falsò nomine scientiæ uocatur 339.b
Scientia in actione temporalium cōsistit, sapientia uero in contemplatione æternorum 139.a
Scribæ qui sint 92.a
Scripturarum intelligētia in quibus consistat 89.a
Scripturæ sanctæ quæ sint 2.c
Scurrilitas quid sit 264.d
Scythæ ferociores sunt barbaris 298.c
Secta quid 237.d
Seculum præsens quare dicatur nequam folio 214.c
Seculum seculorum quid sit 256.d
Seculum unde dicatur 367.d
Seditio quid sit 211.a
Seducti qui dicuntur 327.d
Seductores qui 347.b
Segnis quid sit 388.d
Seminare, sepelire est 257.b
Semper discere & nūquam ad scientiam ueritatis peruenire 346.b
Senes & iuuenes morum qui sint 332.a
Senes, non sunt imperio cogendi 363.b

Senes quo fidem consecuti sunt 244.b
Seniores, presbyteri dicuntur 331.d
Seraphim ardentes interpretantur 369.b
Sermo inchoationis Christi 386.c
Sermo doctrinę est gladius anceps 382.b
Sermo dei cuius diuisionē cōsiderat ibi.
Seruire liberaliter qn̄ quis dicatur 33.d
Serui hominum qui dicantur 114.d
Seruitus cur laudabilis 33.c
Seruitutis duo sunt genera 1.c
Signaculum quid dicatur
Signum, prodigium, & uirtus, quomodo differunt 83.a.209.c
Signum quid sit 209.c.
Similitudo Christi demōstratur per Isaac folio 419.b
Simplicitas quasi sine plicatione 86.a
Simplicitas excludit hypocrisim 69.d
Simplicitas & hilaritas quomodo differunt 70.a
Syna quid 231.a
Sion speculatio dicitur 65.b
Sitis est famis medicamentum 47.b
Societas malorum uitanda 156.b
Sodomiam cur Paulus tam euidenter expressit 8.d
Sola fides quæ per charitatem operatur iustificat 416.d
Solus pontifex in anno semel intrabat in secundum tabernaculum quod Moyses extruxerat 404.a
Solutio quæstionis notabilis 402.b
Somnus animæ quid 266.b
Somnus medicamentū fatigationis 47.b
Sors hæreditas uocatur 287.c
Sortis nomine gratia designatur ibidem
Sosthenes in epistola Pauli quare adiungitur 88.b
Spectaculum facti sunt sancti in opprobrijs 414.c
Sperare contra aliquod insperatum, maius est q̄ simpliciter sperare 22.d
Spei descriptio 24.b
Spes & spiritussanctus quomodo nos dicantur adiuuare 47.d
Spiritalis potestas non aufert seculari potestati suum ius 73.b
Spirituales donationes 69.c
Spiritus mundi quid sit 96.b
Spiritus Christi ubi inhabitat 43.a
Spiritus sancti donum quando quis dicatur habere 166.c
Spiritus sancti appellatione charitas designatur 48.b
Spiritus sanctus dominus uocaт 174.a
Spiritus sanctus signat credentes 247.a
Spiritu sanctificato, sanctum est & corpus 117.a
Spiritus sanctus qualiter dicitur contristari 263.c
Stabilitas æterna p pedes designaт 370.c
Stadium quot passibus constet & unde dicatur 124.b
Stellæ quid significent 23.a
Stephani p̄cibus Paulus cōuersus 325.b
Stigmata quid sint 242.b
Stipendium unde dicatur 34.a
Stultæ quæstiones quæ sint 344.d.360.a
Stultiloquium quid 264.d
Subdolus operarius quis dicatur 202.c
Sublimitas quid 256.b
Superbia initium omnis peccati 336.d
Superbia est mater contentionis & æmulationis 75.b
Superbia ex bene gestis plerūq; nascitur folio 314.d
Superbia in diuitijs est timenda 338.c
Superbi qui dicantur 9.c
Superbire est plus sapere q̄ oportet 68.d
Superbus censetur, qui bonum uult agere sine timore domini 187.c
Supergredi & circūuenire differūt 308.d
Supergressio quid sit ibidem
Surrexerunt cum Christo sancti & non alij 3.a
Susurratio quid 211.a
Susurrones qui sint 9.b

T

Tabernaculum Moysi quid significet 401.a.b
Tabnacula duo fecit Moyses 399.d
Tempus & æuum quō differunt 351.b
Tempus redimere quid 266.d
Tenebris inesse qui dicantur 311.d
Tentatio humana est aliud sapere, quàm res se habet 128.a

Tentatio cui non assentitur, non est peccatum 208.b
Ternarius numerus 406.a
Testamentum quid sit 394.b
Testamentum nouum quare dicitur æternum
Testm̄ uetus fuit calix Moysi 135.d
Testm̄ Chri morte cõfirmatũ est 406.b
Testis falsus non erit impunitus 152.d
Testes quomodo considerantur 334.c
Thermut filia Pharaonis 420.a
Thessalonica ciuitas nobilis 303.a
Throni qui dicantur 288.c
Timotheus qũo consors Apl̄i fuit 86.b
Timotheus cuius fuerit filius 221.a
Timotheus beneficus interpretaẽ 324.c
Titus Græci eloquñ interpres 169.d
Titus Christi ecclesias instruebat 350.c
Titus apud Cretenses episcopus ibidẽ
Tres uires dicuntur esse in anima 372.d
Tribus modis interrogat Deus
Tributum quid sit & unde dicatur 73.d
Trinitatis diuinarũ psonarũ ostensio 7.a
Tristitia pia est uitijs alienis tribulari folio 347.a
Tristitia quæ secundum Deum est, qualiter operatur pniam in salutem 189.b.c
Tristitia huius seculi quæ sit 189.b
Triumphus Dei quid sit 169.a
Trophimus Arelatẽsiũ episcopus 350.c
Tubæ nomine quid intelligitur 427.c
Turbo quid 427.d
Turpitudo quid sit 264.d

V

Vanitas aut uanitates possunt dici quæ mutantur & transeũt 46.a
Vanitati subiecta est omnis creatura 46.c
Vasa fictilia & lignea quid signant
Vasa iræ quæ dicantur 56.a.344.c
Vectigal quid & unde dicatur 73.c
Velamen legis declaratur 411.d
Velare caput uir prohibetur, non mulier folio 131.d
Veneficia quid sint 237.c
Venundatus sub peccato 38.a
Verbum Dei quando blasphemaẽ 356.b
Vere uidua quæ sit 332.c
Verecũdę mentes qũo sint arguẽdæ 89.d
Veritas Dei quid sit 6.c
Veritas & iustitia in quo teneanẽ 265.d
Vermis diuitiarum est superbia 338.d
Vetus homo quid 30.d
Viduæ præ cæteris uacare debent orationibus 332.c
Viæ ad creatorem quæ sint 6.d.
Vinum quando dicatur malum 267.a
Vinum modicũ consilio Pauli est sumendum 335.a
Vir nulli subijcitur nisi Christo 131.c
Vir mulieris est origo 132.d
Vir principaliter est ad imaginẽ Dei creatus 133.a
Vir perfectus quis sit 260.a
Viro uiuente qũo ligata sit uxor 35.a
Virga Ioseph explicatur 419.c
Virginitas uera quæ sit 117.a
Virginitatis status q̃ nobilis 115.d
Virginitatem obseruare & nubere, quomodo differunt 117.d
Virtus, signum, & prodigium quomodo differunt 209.c
Virtutes proprias iactare, insipientis est folio 209.a
Vita animæ, quæ sit 222.c
Vita pręsens sine minoribus peccatis nõ potest duci 32.c
Vitium carnis in re bona, nõ est bonum folio 39.b
Viuẽs in ocio, res aliorũ cõcupiscit 309.b
Vno ore honorificetis Deum, quomodo intelligitur
Vnctio sancti spiritus sanctificat 369.d
Vocatio, iustificatio, et magnificatio, quomodo in nobis fiunt 49.b
Voluntas deponendi corpus dicitur audacia 179.b
Vtilitas & fructus prophetizãtis 145.c
Vxor uiro uiuẽte qualiter sit ligata 35.a
Vxorem habentes nõ habere, quomodo intelligatur 116.b
Vxores antiquorũ patrum plures, quid nobis significarunt 352.b


INDICIS IN EPISTOLAS FINIS.



# VITA D. ANSELMI EX TRITEMIO

ANſelmus archiepiſcopus Cātuariēſis in Anglia, ex abbate monaſterij Beccēſis in Normānia, ordinis S. Benedicti, Lāfrāci quōdā auditor atq; diſcipulus, uir in diuinis ſcripturis eruditiſsimus, & ſecularū literarū peritia nulli ſuo tpe ſecundus, uita & cōuerſatione integer atq; ſanctiſsimus, mente deuotus, ore facūdus, operatione ſtrenuus, uultu angelicus, inceſſu maturus, progreſſu exēplaris, ſtudio ſcripturarū cōtinuus, & omni uirtute ornatus & inſignis fuit. Scripſit penè infinita opuſcula, de quorū numero feruntur ſubiecta.

| | | |
|---|---|---|
| Contra gentes cur Deus homo | Libri duo | Sæpe & ſtudioſe à multis. |
| De incarnatione uerbi contra Iudæos | Liber unus | Domino & patri uniuerſæ. |
| De conceptu uirginali | Liber unus | Cum in omnibus religioſis. |
| Proſologion | Liber unus | Eia nunc homuncio ſu. |
| Monologion | Liber unus | Siquis unam naturam |
| De ſpiritu ſancto contra Græcos | Liber unus | Negatur a Græcis quòd ſpiritus |
| De caſu diaboli | Liber unus | Illud Apoſtoli, Quid habes. |
| De diuerſitate ſacramentorum | Liber unus | Domino & amico Vualia. |
| De fermento & azymo | Liber unus | Anſelmus ſeruus ecc. |
| De uoluntate Dei | Liber unus | Humana ratio cum de |
| De ſancta Trinitate | Liber unus | |
| In Cantica Canticorum | Liber unus | |
| De pace & concordia | Liber unus | |
| De libero arbitrio | Liber unus | |
| De gratia & libero arbitrio | Liber unus | Cum liberum arbitrium ui. |
| Dialogus de ueritate | Liber unus | De tribus illis quæſtionibus |
| De ſimilitudinibus | Liber unus | Quoniam Deum ueritatē eſſe |
| De menſuratione crucis | Liber unus | Voluntas tripliciter in. |
| Meditationes | Liber unus | Quoniam iubente filio tuo. |
| Meditationes de aſcenſione domini | Liber unus | Domine Deus meus, da cor. |
| De beata uita | Liber unus | Anima Chriſtiana, anima de. |
| De beata ſufficientia | Liber unus | |
| De bona occupatione | Liber unus | |
| De laudibus ſanctæ Mariæ | Liber unus | |
| Stimulus amoris | Liber unus | |
| Pro inſipiente | Liber unus | Ieſum Nazarenum à Iudæis. |
| Contra inſipientem | Liber unus | Dubitanti utrum ſit. |
| De miſeria hominis | Liber unus | Quoniam non me reprehen. |
| De Antichriſto | Liber unus | Terret me uita mea. |
| Dialogus Chriſtiani & Gentilis | Liber unus | |
| De octo beatitudinibus | Liber unus | |
| De membris Deo attributis | Liber unus | |
| De ſacramentis & officijs diuinis | Liber unus | Vbicunque ſacra ſcriptura. |
| Prouerbia, id eſt, de domo conſcientiæ | Libri duo | Celebratio miſſæ in con. |
| In Hexemeron | Liber unus | Domus hæc in qua hab. |
| Ad Lanfrancum archiepiſcopum | Liber unus | |
| De Grammatico | Liber unus | |
| De ſancto Ioanne Baptiſta | Liber unus | |
| De aſſumptione ſanctæ Mariæ | Homilia una | |
| Ad Gulielmum Hirſaugienſem | Epiſtola una | Intrauit Ieſus &c. Quid. |
| Epiſtolarum ad diuerſos | Liber unus | Ex quo ueſtra probatis mi. |
| De peccato originali | Liber unus | Seruus ſeruorum Dei in. |
| Sermones etiam nonnulli | | |

Sed & alia complura ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam meam nō uenerunt. Claruit ſub Henrico Imperatore tertio, Anno domini M L X X X.

# B. ANSELMI CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI. IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS PRAEFATIO



E EPISTOLIS Pauli apostoli, adiuuāte Dño locuturi, primo uideamus quid ipsum nomen epistolarum significet. Epistola græce, supermissa latine dicitur, sicut epigramma superlitera, & epitaphium super sepulchrū, ἐπὶ enim græce, latine super, stola uero missa dicit. Et hinc epistolæ dicuntur supermissæ, eo φ super id, quod fideles acceperant, sint eis missæ. Acceperant enim euāgelium, & adhuc superadditæ sunt illis epistolæ, & ob uarias causas directæ. Nā sicut prophetæ post editā legem Moysi, in qua omnia Dei mandata legebantur, semper doctrina sua compresserunt rediuiua populi peccata et ꝓpter exemplum libris ad nostram etiam memoriā trāsmiserunt: sic & Apostolus post euangelium, quod est legis supplementum, & in quo nobis exempla & præcepta uiuēdi plenissime digesta sunt, has epistolas uoluit ad singulas ecclesias destinare, scilicet ut in initio nascentis ecclesiæ nouis causis existētibus, & præsentia atq; orientia resecaret uitia, & post futuras excluderet quæstiones. Sicut ergo necessariæ fuerunt post legem prophetiæ, sic necessariæ sunt post euāgelium epistolæ. Quoniā sicut ea, quæ in lege fuerant obscurissime dicta, per prophetas aliquantulū manifestabantur, & trāsgressores eiusdem legis per eos corrigebantur: sic quod in euangelio obscure & generaliter dictum fuerat, apostolica instructione per partes elucidatum est, & transgressores euangelicorum præceptorum sunt correcti, & ad obseruantiam eorū incitati. Huius autem Pauli apostoli epistolæ sunt quatuordecim, quas legit ecclesia: qui tamen & quintamdecimam ad Laodicenses sine dubio scripsit. Et cū in prima, quam habemus ad Corinthios, dicit: Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs, uidetur significare aliam epistolam se iam eis scripsisse. 1. Corin. 5. Cum ergo plurimas epistolas scripserit, nō sine certi mysterij ratione patres uoluerunt, ut quatuordecim tātum legerētur in ecclesia: decem uidelicet ad ecclesias missæ, quatuor autem ad discipulos. Sed & ex ipso epistolarū numero ostendere uoluerunt, quòd doctor egregius, legis & euangelij secreta rimatus esset: denarius enim numerus legem significat, propter decalogū eius: quaternarius autem euāgelium, propter quatuor eius libros. Decem itaq; tenentur, quas scripsit ad ecclesias: ut demonstraretur nouum testamentum à ueteri non discrepare, nec Apostolum in aliquo cōtra legē Moysi fecisse, cuius epistolæ ordinantur ad numerū primorum decalogi mandatorum eiusdem legis: & quot præceptis Moyses filios Israel īstituit à Pharaonis iugo liberatos, totidem hic epistolis à diaboli & idololatriæ seruitute ereptos edocet. Per quatuor autem ad discipulos scriptas, nouum designatur testamentum. Vnde & iidem discipuli maioris perfectionis fuerunt, φ ecclesiæ, ad quas decem sunt missæ, ut significaretur imperfectio eorum qui sub lege fuerunt, & perfectio eorū qui euangelium custodiunt. Quod autem quatuor ad discipulos, post nouem ad ecclesias posuere patres, & illam, quæ est ad Hebræos, ad ultimum locauerunt: certissime dat intelligi, quòd nouum in ueteri testamento continetur, & quòd unum sine altero nō prodest. Sicut enim quaternarius denario iunctus explet hanc summam, id est, quatuordecim: ita nouum & uetus testa-

mentum unum quid operantur, & intendunt fidei ueritatem ac morum honestatem intimare cordibus auditorũ suorum. Itaq; quatuordecim epistolis cõtinetur doctrina Pauli, qua tam maiores ꝗ̃ minores, quomodo uiuant & credant, instruuntur: quoniam sancta ecclesia iuxta eius institutionem utrunq; testamentum custodiens, & tam secundum legis decalogum, ꝗ̃ secundum quatuor euangeliſ libros uiuens, ad perfectionis culmen proficit. His ita præmissis, uidendum est qua ratione alio ordine à sanctis patribus spiritus sancti consilio istæ epistolæ in uno uolumine sunt collectæ, quàm ab Apostolo factæ. Quæ & nobis derelictæ sunt ad correctionem & exhortationem nostram, ut omnes quotquot uulnerati cadimus, ibi ïueniamus quo modo resurgere queamus, & unde recuperare quod amisimus. Ideo quendam gradationis ascẽsum in his notare possumus, quoniam ecclesiæ q̃ magis in fide & morũ honestate errabãt, illarum epistolæ sunt præpositæ, ut secundum quod minus perfectis ecclesiis missæ præcedunt epistolæ, & subsequuntur ad perfectiores destinatæ, gradus quidam ascensionis à minoribus ad maiora inueniant. Nemo enim repẽte fit summus, sed à minimis quisq; inchoat ut ad maiora perueniat. Epistola ergo ad Romanos prima est: quia cũ fides prima uirtus sit & fundamentum aliarum uirtutum, & sine qua impossibile est placere Deo, dignum fuit ut illa epistola in capite aliarum locaretur, in qua de prima uirtute agitur, & in qua corriguntur, atq; ad fidei perfectionem reuocantur, quicunq; Romanis secũdum fidei imperfectionem sunt similes. Illa uero quæ est ad Corinthios, iure huic supponitur, quoniã eos qui fidem iam acceperant, in bono opere instruit. Primo enim iaciendum est fundamentum, id est fides, & inde bona opera sunt superædificãda. Propter quod in hac ad Romanos, facta est omnibus fidelibus instructio secũdũ fidem: in illa autẽ ad Corinthios, secundum operationem. Sic & cæteræ deinceps congruo ordine sunt positæ. Fuerunt nonnulli tamen qui dixerunt epistolam ad Romanos ideo primam esse positam, quia Romani tam rudes erant ut non Dei gratia, sed suis meritis crederẽt se esse saluatos. Sed hoc nõ ita declarat in omnibus textus ipsius epistolæ, quæ omnibus sensu profundior est. Ideoq; magis credendum est, quòd illi qui membra epistolarum in uno corpore collegerunt, illam iudicauerunt sedere in capite, quæ ad urbem directa est, quæ in illo tempore caput totius extitit orbis, & quia usq; hodie Romana ecclesia omnium ecclesiarũ obtinet principatũ. Materia uero omnium epistolarũ est fides & boni mores. Intentio autem est, ipsam fidem ac mores cõmendare, & ad illos prouocare, uidelicet suadendo bona, dissuadendo mala: praue agentibus mala cõminando, bene agẽtibus bona promittendo. Et propter quam finalem causam? Nulli dubium quin propter ueram beatitudinem promerendam. Ad hanc igitur unam & generalem intentionem aliæ speciales reducentur intẽtiones, nec quicquã per omnes diuersos tractatus interseretur, quod nõ ad instructionem fidei & morũ uel principaliter, uel secũdario operetur. Et idcirco ad ethicam pertinet tractatus earundem epistolarum. Illa uero quę est ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem: Vtrum Iudæis euangelium Christi uenerit ꝓpter merita operum legis: an uero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gẽtibus uenerit iustificatio fidei quæ est in Christo Iesu: ut non, quia iusti erant homines, crederent, sed credendo iustificati, deinceps iuste uiuere inciperẽt. In hac igitur epistola docere intẽdit Apostolus, omni-

Margin notes: Heb. 11. — Nota.

C bus uenisse gratiam euangelij Christi. Quam & idcirco gratiam uocari ostē dit, quia non quasi debitū iustitię redditum est, sed gratuito datum. Cœperant enim nonnulli, qui ex Iudæis crediderant, tumultuari aduersus gentes. & maxime aduersus ipsum Paulum, ꝙ incircuncisos & à legis uetustæ uinculis liberos admitteret ad euangelij gratiam, prędicans eis ut in Christum crederent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. Sed Apostolus tanta moderatione inuicē utrosq; conciliat, ut nec Iudęos superbire ꝑmittat tanq̃ de meritis operum legis, nec gētes merito fidei aduersus Iudęos inflari, ꝙ ipsi receperint Christum quem illi cruci fixerunt. Pro Christo enim, sicut alibi dicit, legatione fungens, id est, pro lapide angulari utrunq; populum tam ex

2. Cor. 5. Iudęis q̃ ex gentibus cōnectit in Christo per uinculum gratiæ, utrisq; aufe-rēs omnem superbiam meritorum, & iustificandos utrosq; per disciplinam humilitatis associans. Quòd siqs quę sierit quomodo Iudæi, qui Romæ erāt conuersi, murmurarent contra Paulū, quem nec dum uiderant, sciat ipsum non eis ignotum fuisse, quia fama prædicationis eius ubiq; audiebat, & quidam ex discipulis eius atq; ex discipulis Petri iam uenerāt Romam, & multos ibi tam ex Iudæis q̃ ex gētibus ad fidem conuerterant. Sed inter eos nuper cōuersos erat, ut diximus, schisma & altercatio: Iudęi enim gloriabantur de suis meritis & nobilitate generis, non intelligentes se ad fidem per gratiam Dei uenisse, sed æstimantes hoc suis & patrum meritis accepisse: Gentiles autem, licet non præcessissent merita eorꝫ, de quibus gloriari possent, ut se Iudęis anteferrent, tamē Iudęos quasi interfectores Christi, ac pręuaricatores legis despiciebant, & se sola ignorantia prępeditos fuisse, quòd non an- D tea crediderant, asserebant, scilicet uiribus rationis & arbitrij sui, nō ęstimantes necessarium esse opus diuinæ gratiæ. Vtrosq; contentiose uiuentes, sic corrigit Apostolus. Iudęis enim ostendit fidē & cætera spiritualia bona nullis præcedentibus meritis euenisse, sed ex sola gratia: quoniam lex neminem iustificauit, solummodo dans peccati notitiam. Sic etiam probat gentes non ex ignorātia, sed sciēter ex studio multumq; grauiter Deum offendisse: quia licet scriptam legem nō habuerint, naturalem tamen habuerunt. Et cum cognitum de creatura creatorem, ut Deū uenerari debuissent, gloriā eius in manufacta simulachra mutauerūt. Vtrosque etiā similiter ueniam consecutos, æquales esse uerissima ratione demonstrat, præsertim cum in lege prædictū & Iudæos & gentes ad Christi fidem esse uocandos ostendit. Quamobrem uicissim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur. Occasio itaq; huius epistolæ fuit eorum altercatio, circa quam totum uersatur negotium. In quo tractatu intēdit Apostolus superbiam & elationem utriusq; partis reprimere, per quam ad inuicē dissentiebant, ut de nullis suis meritis aut uiribus suis glorientur, sed ad humilitatem potius reuocentur: & totum quicquid boni habent, gratię Dei deputēt, & ita per humilitatem in concordiam et pacem redeant. Materia uero huius epistolę est ecclesia Iudæorum & Gentilium, ob supra dictas causas discordantium. Sed his iam explicitis, ad librum accedamus. Apostolus enim priusquam exponere incipiat quod intendit, prologum facit, quo auditores attentos, dociles ac beneuolos reddit, salutatq; dicens.

# D. ANSELMI CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI, THEOLOGORVM *OMNIVM SVI TEMPORIS FACILE* PRINCIPIS IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

## CAPVT PRIMVM.

A  AVLVS *seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam, & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & uos uocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, uocatis sanctis: Gratia uobis & pax à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo.*

Iam primum uideamus cur is qui antea dictus est Saulus, nũc dicatur Paulus. Saul rex superbus, & infręnis fuit & persecutor sancti Dauid, atq; de tribu Beniamin natus. De qua tribu & iste Saulus fuit: atq; nomen & sęuitiam, uelut hęreditatem, à Saule percepit. Saulus ergo nomẽ est superbi persecutoris. Sed & Saul atq; Saulus, idem nomen est. Quod enim Saulus à nobis dicit, hoc idioma Gręcum et Latinum fecit, ut Hebræa nomina ad suorũ casuum simi litudinem declinaret: & sicut pro Ioseph Iosephus, pro Iacob Iacobus, Ita Saul quoq; Saulus in nostra lingua dicitur. Qui cùm Paulum proconsulem Christo subiugasset, ipse quoq; ex Saulo Paulus appellari uoluit, ob tam magnę insigne uictorię. Plus enim hostis uincit in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet: Plus autem superbos tenet nomine B nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis. Sicut ergo ille qui Africam subegit Scipio, dictus est Africanus: sic et Apostolus iste post Pauli subiugationẽ, semper uocatus est Paulus, qui antea solebat appellari Saulus, nec immerito: nam Saulus siue Saul interpretatur petitus, eò q ad debellãdam ecclesiam à diabolo fuerat postulatus. Paulus uerò dicitur mirabilis, & dignè ad prædicationem gẽtium missus. Nominatur Paulus, id est, mirabilis, ut mirabiliter lucrifaceret mercedem fidei. Est enim dux ualde mirabilis, qui non in sapientia uerbi, nõ in diuitijs, non in eloquentia, nõ in uana seculi gloria, sed in Christi passionibus gloriatur. Potest & alia ratio super hac re proferri, qa forsitan binomius fuit: scilicet ut & Saulus uocaret & Paulus. Nam et hoc probabilius dici uidetur, quia q eum à Paulo proconsule quem Christo subiecit, Paulum uocari diximus, nulla talis consuetudo in diuinis scripturis deprehenditur. Sed in eisdem scripturis inuenimus nonnullos binis, alios etiam ternis usos esse nominibus, sicut Sechiam, eundemq; Ioachim: sicut Oziam, eundemq; Azariam: sicut Salomonem, eundemq; Ididam siue Ecclesiasten, aliosq; plurimos. Sed nec apl'is Christi mos iste defuit. Nam unus ex eis uocatus est Mathęus et Leui, alius autem Lebbęus & Iudas atq; Thadæus. Quia ergo

C moris erat binis uel ternis nominibus uti Hebræos, uidetur et hic Apostolus duplici usus esse uocabulo: & donec quidem genti propriæ ministrabat, Saulus esse uocatus, quia hoc magis appellationi patriæ uernaculum uidebatur: Paulus autem, cum Græcis & gẽtibus leges ac præcepta daret. Nam & hoc ipsum qđ scriptura dicit, Saulus autem qui & Paulus, manifeste uidetur ostendere, non ei tũc primum Pauli nomen impositũ esse, sed ueteris appellationis id fuisse. Siue ergo ista, siue prior ratio sit uerior, unum pro certo est, quia iste apostolus ex quo ad prædicãdum gentibus cum Barnaba missus est, maluit Paulus uocari, quàm Saulus. Et hoc nomẽ suum celebre, & omnibus cognitum præponit in hac epistola: ut Romani, audito tanti uiri nomine, attendant quid eis uelit persuadere, quid dignetur præcipere, & ut ad audiendum soliciti, & ad obediendum existant parati. *Paulus*, inquit, ac si diceret, Vos Romani pacem debetis inter uos habere, quia ille qui uobis scribit, est Paulus, id est, non persecutor Christianorũ, sed doctor: non dissipator ecclesiæ, sed cõstructor: neq; dissensionis, sed unitatis & cõcordiæ persuasor. Nec debetis in elationem tolli, quia ille qui uos docet, est *seruus*, id est, humilis, & non absq; iugo domini. Seruus enim, nomẽ humilitatis est, ut ad eam prouocet. Sed cum dominus electis discipulis dicat, Iam nõ dicam uos seruos, quomodo iste est seruus? Sed sunt duo genera seruitutis: unum timoris, alterum dilectionis: unũ timentium seruorũ, alterum diligentium & placentium filiorũ. Electi ergo discipuli non sunt serui secũdum seruitutem timoris, quem perfecta dilectio foras mittit, sed secundũ seruitutẽ casti timoris, quem pfecta charitas gignit. Paulus itaq;

Act. 13.

Ioan. 15.

D seruus est, non ex seruili timore, sed ex casto amore seruiens Deo. Qui personam suam & officium primo commendat, ut sermonibus suis & correctionibus Romani facilius adquiescant, et exemplum ab eo humilitatis & concordiæ sumant. Paulus enim, sicut diximus, interpretatᷣ mirabilis. Et ipse reuera mirabilis erat, quem Deus tanta meritorũ prærogatiua mirificauerat. Et tñ se in omnibus humiliabat, & se seruum humiliter fatebatur, ut exemplum omnibus daret humilitatis, ne quisquam de suis meritis aut uiribus gloriaretur, sed omnes gratiæ domini reputarent, quicquid boni haberent: & se non superbè liberos, sed humiliter seruos cognoscerent. Quod autem aliĵ dicunt Paulum dici Latinè modicum, & Græcè quietum, nos multum non approbamus, quia hoc nomen non est Græcum, aut Latinum, sed Hebraicũ, ideoq; iuxta Hebraicũ sensum intelligẽdũ. *Paulus seruus Iesu Christi.* Ac si dicat, nõ me liberũ facio, nec me dño meo æquiparo, sed eius seruum me reputo & subiectum, & quicquid boni habeo, eius gratiæ totum ascribo. Vos autem non seruos eius, sed liberos uos constituistis, & donum gratiæ eius, quod in uobis est derogãtes, meritis uestris & ingeniĵ uirib⁹ ascripsistis. Seruus, inquit, sum Iesu Christi. Et hoc ad cõmendationem personæ suæ ualet, quia est seruus est honestus, et dominus incõparabilr̃ honestior. Ideoq; tanti domini tam honestus seruus, libenter debet suscipi. Nõdum se dicit apostolum, sed tantũmodo seruum, cum in aliĵs epistolis mox præferat nomen authoritatis, quia nondũ Romanis prædicauerat, nec adhuc eorũ apostolus esse uidebatur. Et ideo præponit nomen humilitatis, cum illos ad humilitatem esset prouocaturus, ut melius per humi-

A litatis nomen ad humilitatẽ inuitaret, quàm si per authoritatis nomẽ ad obediendum constringeret. *Seruus Iesu Christi.* Aliam significationem habet Iesus, aliam Xp̃s, cum sit unus Iesus Christus, Saluator noster. Iesus enim proprium nomen est illi, quomodo Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Aarõ, quo modo Elias. Christus autem sacramenti nomen est, quomodo si dicatur legislator, quomodo si dicatur sacerdos, quomodo si dicatur propheta. Sic enim & Christus cõmendatẽ unus, in quo esset redemptio totius populi Israel. Quem Iudæi uenturũ expectabãt, sed quia uenit humilis, non cognouerunt eũ. Paulus seruus Christi Iesu uel Iesu Christi *uocatus apostolus segregatus in euangelium Dei.* Vocatus est ab infidelitate ad fidẽ, quando pergenti Damascum Christus illi de cœlo est locutus. Et institutus est apostolus, quod Latine dicitur missus, quando post oranti in templo apparuit illi dominus, dicẽs: Festina et exi uelociter ex Hierusalem, quoniam non recipiẽt testimonium tuum de me. Vade, quoniam ego ad nationes lõge mittam te. Qui & *Segregatus est in euangelium Dei.* Dicẽte post apud Antiochiam spiritu sancto: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos. In his omnib⁹ gloriari Paulus posset, quoniam hæc omnia, domino apparente & loquente, cõsecutus est. Magnus enim ostendit, quem sic Deus per seipsum promouere dignatẽ. Sed cum maximas gloriãdi occasiones habeat, in omnibus tamen se humiliat, ut omnes exemplo sui ad humilitatem trahat. Et ideo seruum se in prima fronte nominat. Vocatio autem, qua uocatus est, non illa est de qua dicitur: Multi sunt uocati, pauci uero electi: sed illa potius, de qua ipse loquitur: Quos autem prędestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Qui & apostolus, id est, à Christo missus est, ut legatione pro eo fungens omnes ad uitã uocaret. Et non sicut cæteri apostoli missus est, sed segregat⁹ in euãgeliũ Dei. Cum enim unicuiq; apostolorum destinata esset ad prędicãdum sua prouincia, Paulo & Barnabæ cõmissum est officium prędicandi in omnibus gentibus. Et ita segregati sunt isti duo .i. seorsum à grege cæterorũ, euangelizare missi. Vel segregati in euangelium, quia de grege cæterorũ discipulorũ, qui Antiochiæ morabantur, electi sunt à spiritu sancto in opus p̃dicationis. Euãgelium, interpretatur bonum nuncium: quia ibi nunciatur humana salus per incarnationem et mortem et resurrectionem Christi. Quod euangelium nõ est hoĩum, sed Dei, id est, non ab hominibus institutũ uel inuentum, sed à Deo. *Quod antè promiserat per prophetas suos.* Ad cõmendationem prædicatoris, ponit cõmendationẽ euangelij. Vnde etiã prædicator ipse satis posset gloriari, quasi dicat: Segregatus sum in euangelium, quod nõ est subitum nec improuisum, quia ante completionem p̃miserat illud Deus, ut cũ desiderio expectaretur, & ueniens deuotè et absq; ullo scrupulo susciperetur. Non est friuolum neq; recẽs, quod Deus pater promiserat gratis, et non nouiter, sed antè, id est, per multa prius secula. Promiserat illud antè per prophetas quod prædicaretur per apostolos, uel promiserat illud gratuita bonitate sua, antequam aliqua eorũ merita præcedere possent qui saluandi erant. Promiserat illud & non per quoslibet, sed per prophetas: neq; per alienos prophetas, sed suos. Nam et prophetæ qui non fuerunt sui, nonnulla de Christo prædixerunt, sicut Sibylla & Vergilius. Sed apostolus de illis

Act. 9. — Act. 13. — Matth. 20. & 22. — Roma. 8.

C prophetis loquitur qui fuerũt eius, sicut Esaias & Hieremias. Promiserat, inquam, per prophetas, & hoc non uerbis tantum, sed *in scripturis* nõ secularibus, sed *sanctis*, id est, diuinis. Nam & in libris gentium, inueniuntur testimonia ueritatis, sicut idem Apostolus Atheniensibus loquens ostendit. Sed quia in eisdem libris et errores prædicantur, ideo non sunt sancti, quãuis aliquid in eis ad Christum pertinens, inueniatur. Sed scripturæ illæ sunt sanctæ, quæ fuerunt Hebræorum populo diuinitus creditę, & in eis leguntur pmissiones euangelij dandi, quas per ueros prophetas suos ab antiquis temporibus fecit. In eis scripturis relictæ sunt promissiones scriptę, ne obliuioni darẽtur, sed ad notitiam posterorum peruenirent. Scripturis dico, *de filio suo*, quia omnes illæ de unigenito Dei sunt factæ, & omnes eius diuinitatem per quam omnia facta sunt, prædicant, eiusq́; humanitate omnia restaurãda prænunciant. *Qui factus est*, id est, qui manẽs quod erat, assumpsit qđ non erat. Dico, *factus est*, & hoc nõ secundum diuinitatem, sed *secundum carnem*, quia secundum diuinitatem genitus est à patre, non factus: secundum carnem uero factus est *ei*, idest, ad honorem eius, ut pater glorificaretur per humilitatem incarnationis & obedientiæ illius. Factus est, & hoc non ex qualibet stirpe, sed ex *semine Dauid*, quia incorrupta mater eius, ex cuius sanctificato uirginali utero ipse carnem assumpsit, orta est ex progenie Dauid, cui Deus promiserat, q̃ ex semine eius rex æternus esset suscitandus. Sic.n. dixisse legi-

1.Thes.7. tur: Cũq́; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, qđ egredietur de utero tuo & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usq; in sempiternum. Ego D ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Scđm istam promissionem filius Dei ex semine Dauid factus est homo, ut ædificaret domũ, quæ est ecclesia, & regnaret in sempiternum. *Qui prædestinatus est filius Dei in uirtute*. Prędestinatus, id est, pordinatus à Deo patre secundum humanitatem, hoc est, sola gratia prælectus, ut qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamen in uirtute diuinitatis filius Dei: id est, ita susciperetur humanitas à uerbo Dei in unitate personæ, ut idem homo filius Dei esset propter unionem uerbi, filius Dei esset *Secundum spiritum sanctificationis*, id est, secundum quòd spiritus sanctus uterum uirginis ex quo ille nasceretur, sanctificauit, sicut & angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideoq́; & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Non tamen spiritus sancti filius est, Luc.1. quãuis conceptus de spiritu sancto dicat, quia spiritus sanctus ibi pro gratia, quæ in illo secundum humanitatem superabũdauit, nominatur. Prædestinatus est, & hoc *ex resurrectione mortuorum*, id est, ut pręcederet resurrectionẽ mortuorum. Quorum mortuorum? *Eiusdem domini nostri Iesu Christi*. Ac si diceretur, suorum mortuorum, qui ad eum pertinent & membra eius sunt. Hos enim præcessit, qui eum ad cœleste regnum, quo eos præcessit, secuturi sunt & ad beatam incorruptionem. Ex resurrectione autem cæterorum mortuorum non est prædestinatus, quos non erat præcessurus, sed damnaturus: quia non præcessit illos, qui eum secuturi non erant ad gloriam uitę ætern, id est, reprobos, qui ad pœnas resurrecturi sunt. Vel ita: *Qui prædestinatus est secundum carnem*, quoniam Deus ab æterno prædestinauit, ut uerbum eius caro fieret,

quam

A quam & resuscitãs glorificaret. Prędestinatus est ut sit filius Dei in uirtute imortalitatis et potẽtiæ, de qua post resurrectionẽ ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nam cum de electis ipse dicat, quia filiĳ sunt Dei, cum sint filiĳ resurrectionis, cur non ipse magis qui secũdum diuinitatẽ naturaliter est semper filius Dei, in resurrectione secundum humanitatem factus esse dicatur Dei filius? Hoc enim docet idem Paulus, ubi de patre dicit in Actib[9] Apostolorum: Resuscitans Iesum Christum, sicut in psalmo secundo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pater ergo resuscitãs Christum, dixit ei, filius meus es tu, ego hodie genui te: ut illa resuscitatio, secundum Pauli sensum, intelligatur quędam generatio, quia et nostra resurrectio uocatur regeneratio, dicente domino. In regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Christus itaq; secundum humanitatem, qui dum esset mortalis, erat filius hominis, in resurrectione uestiens imortalitatem, factus est filius Dei, nec tamen destitit esse filius hominis, quia uerus homo permansit, sed gloriam quam humanitus non habebat, accepit. Et hoc est quod nunc dicitur, quia prędestinatus est esse filius Dei in uirtute ex resurrectione, nec dicitur ex resurrectione sua, sed quod maioris uirtutis est, *Ex resurrectione mortuorum*, quia multos mortuos fecit secum resurgere. Et ne generaliter bonorũ, atq; malorum resurrectionem intelligeremus, quæ futura est in die nouissimo, *Mortuorum*, inquit, *Iesu Christi*, id est, solummodo electorum, ad Christũ pertinentium, quia tunc nõ nisi sancti cum eo resurrexerunt. Vnde & dominum nostrum uocat eum, q̃a qui in morte sua mortem nostram & hostem antiquum destruxit, in resurrectione debitum super nos dominatum accepit: sicut præmisimus, eum tunc dixisse, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Prædestinatus est, inquit, esse filius Dei in uirtute ex resurrectione, & hoc secundum spiritum sanctificationis, id est, secundum quod spiritus sanctus eum sanctificauit ab ipso exordio conceptionis eius. Nã per spiritum quo sic sanctificatus fuerat, suscitatus est, à morte, ut esset eo modo quo diximus, filius Dei: quia & nobis dicitur, Qui suscitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis, Vel *Prædestinatus est*, ut diximus secundum humanitatẽ, ut esset filius Dei. *In uirtute*, id est, in eadem potentia cũ patre per unionem uerbi, cui personaliter homo ille est unitus. *Secundum spiritum sanctificationis*, id est, secundum quod operatus est spiritus sanctus cõceptionem eius in utero uirginis. Qui spiritus est sanctificationis, q̃a sanctificat omnes qui sanctificãtur. Et hæc sanctificatio est à resurrectione mortuorum, id est, icipit à remissione peccatorum. Qui enim mortui sunt in anima, prius resurgunt à morte peccati, & tunc sanctificãtur per spiritum sanctum. Et tales mortui qui sic ad uitam redeunt, sunt Iesu Christi domini nostri. Præordinati enim sunt ad uitam ut sint membra Christi: ideo non perseuerant in morte peccati, sed pœnitendo resurgunt. Itaq; cum audimus, filius Dei in uirtute Iesu Christi, uel filius Dei secundum spiritum sanctificationis Iesu Christi, uel filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, cũ dici potuisset usitate, in uirtute sua, uel spiritum sanctificationis suę, uel ex resurrectione mortuorum suorum, non cogimur intelligere aliam personam, sed unam eandemq;, scilicet filiĳ B

Matt. 28. Act. 13. Matt. 19. Matt. 28. Roma. 8.

C Dei domini nostri Iesu Christi *per quē accepimus gratiā.* Ad commendationem suæ personæ commendauerat euangelium quod ipse prædicat, & ad cō mendationem euangelij commendauit Christum qui author eius est. Et nunc, quid ipse per eum sit adeptus, indicat. Quasi dicat: Talis ac tantus est Christus, per quem mediatorem accepimus à patre ego & Barnabas uel cæteri apostoli gratiam & apostolatum: *gratiam*, cum omnibus fidelibus: *apostolatum* uero, non cum omnibus. Si tantummodo apostolatum diceret se accepisse, ingratus esset gratiæ qua illi peccata dimissa sunt, & tanquam meritis priorum operum accepisse uideretur apostolatum. Optime ergo tenet ordinem causæ, ut nemo audeat dicere meritis unquam prioris ad euangelium se esse perductum, cum nec ipsi apostoli accipere apostolatum ꝓprie potuissent, nisi prius communiter cum cæteris gratiam, quæ peccatores sanat & iustificat, accepissent. Prius itaque *gratiam* qua purgarentur à peccatis & sanctificarentur, acceperunt: & post *apostolatum*, id est, legationem, ut excurrerent ubique prædicare ipsam euangelij gratiam. *Ad obediendum fidei*, id est, ut obediatur fidei, pro nomine Christi, id est, ut omnes credant in Christum, & signentur in eius nomine qui saluari cupiunt. Et hoc fiat non in Iudæis tantum, sed *in omnibus gentibus* ubicunque per totius orbis amplitudinem diffusæ sunt gentes. Vel obediatur fidei, ut faciant fideles quæcunque fides expetit, non solum credendo, sed etiam operando: & hoc *pro nomine* Christi, id est, pro gloria *eius* non pro sua, scilicet ut in bonis quæ fecerint, non suam, sed Christi gloriam quærant: nec suum, sed Christi nomen magnificare cupiant. Accepi, inquit, apostolatum *in omnibus gentibus*, ut in eis obedire faciam plurimos fi D dei *pro nomine Christi* glorificando. *In quibus* gentibus, super quas scilicet mihi datus est apostolatus. *estis etiam uos*. Hoc dicit ut familiarius admoneat. In quibus fidei obedientibus estis & uos ô Romani, qui per gratiam prædicationis estis ad fidem *uocati* & estis non eorum qui uos uocauerunt, *sed Christi* ad quem uocauerunt, *uocati enim Iesu Christi estis*, id est, ad hoc uocati ad fidem, ut sitis Iesu Christi, non Petri uel alterius. Hucusque dictum est, quis esset, qui scribit epistolam. Est enim qui scribit, *Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus segregatus in euangelium*. Sed quia occurrebat quod euāgelium, respondit. *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo*. Item quia occurrebat de quo filio suo, respondit. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri*. Et quasi diceretur, quomodo tu ad eum pertines, respondit: *Per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius*. Item quasi diceretur, quæ igitur causa est, ut scribas ad nos? respondit: In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Deinde adiungit ex more epistolæ, quibus scribat, *omnibus*, inquit, *qui sunt Romæ, dilectis Dei, uocatis sanctis*. Non ait diligentibus Deum, sed dilectis Dei, ut bonitatem Dei potius quàm meritum illorum significaret. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, ut nos dilecti, eum diligeremus. Quos 1. Ioan. 4. & gratuito suo munere per prædicatores uocauit, atque per baptismum sanctificauit. Omnia ergo bona diuinæ gratiæ, non humanis meritis sunt ascribenda. Eos enim, qui odibiles, & procul ac turpes erant, dilexit & uocauit & sanctificauit.

A Vel, ut breuius concludam, dilexit, ut uocaret ad sanctitatem. Post hæc ut compleatur usitatum epistolæ principium, salutat illos, dicens *Gratia uobis & pax à Deo patre nostro &c.* Gratia & pax sit uobis à Deo, quia non omnis gratia neque omnis pax est Dei uel à Deo. Nam & iudices mali præbent gratiam in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti, atque mala pax est, qua uitiis aut diabolo concordatur. Sed illa gratia est à patre & Christo, qua nobis remittuntur peccata, quibus aduersabamur Deo & pax: qua reconciliamur ei. Cum enim per gratiam remissis peccatis, assumptæ fuerint inimicitiæ, restat ut pace adhæreamus ei, à quo nos sola peccata dirimebant. Gratia uocatur, quia non ex merito retributa, sed ex donante concessa est. Talis, inquit, gratia & pax sit uobis à Deo patre nostro, qui nos in filios adoptauit, & amari atque honorari uult à nobis ut pater, *& à domino Iesu Christo,* id est, à filio qui nos de manu inimici redemit, & suo domino mancipauit, & est Saluator atque rex noster. Gratiam & pacem optat à patre & filio, nec adiungit spiritum sanctum, quia ipse spiritus sanctus donum Dei est: & donum Dei, gratia & pax est. Ideoque tota trinitas in hac salutatione ponitur, dum pater & Christus aperte ante nominantur, & spiritus sanctus gratia & pace significatur. Nullo enim modo dari hominibus gratia potest, qua liberamur à peccatis, & pax qua reconciliamur Deo, nisi in spiritu sancto.

*Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo.*

Commendata multis modis sua persona, & facta salutatione, sicut mos est in epistolis, iterum reddit eos B beneuolos, nimiam erga eos ostendendo se habere charitatem. Nam quia illos asperrime erat remorsurus primo leniter inchoat, & illorum beneuolentiam captat, ne si statim eos acriter reprehendere cœpisset, illorum impatientia reprehensiones illas grauiter ferret, quasi dicat: Multa sum uobis dicturus. *Et primum quidem,* antequam illa dicam, hoc uobis intimo, *quia gratias ago Deo meo pro omnibus uobis,* congaudens bono incepto uestro. Ago, inquam, gratias deo meo, qui cum sit natura et potestate deus omnium, merito & uoluntate paucorum est, Ideo dixit, deo meo. Non enim potest uox ista esse nisi sanctorum, quorum deus dicitur, sicut deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. Non potest uox ista eorum esse, quorum deus uenter est, uel qui uitium aliud quodlibet fecere sibi deum, *ago gratias Deo,* id est, sacrificium laudis illi offero, non per me, sed per magnum pontificem, id est, Iesum Christum. Qui enim uult Deo sacrificium offerre, per manus pontificis debet offerre. Et ego tale sacrificium per hunc sacerdotem offero pro ominibus uobis, ut & uos similiter faciatis, agentes semper Deo gratias pro beneficiis quæ uobis contulit. Agere enim deo gratias, est sentire omnia bona ab eo esse data, & pro his laudare corde, uoce & opere. Agatis et uos gratias deo per Iesum mediatorem nostrum per quem uobis deus dedit quicquid boni habetis, & per quem accipit quicquid boni offertis. Vel ita: Ago gratias pro omnibus fidelibus. Et primum quidem pro omnibus uobis, scilicet quia uos primi estis, quoniam Romana ecclesia primatum habet (Nota) inter omnes ecclesias. Et hic quoque patet quòd hæc epistola debuit prima poni. Ago gratias Deo, quem digne colendo meum facio, non per legem, sed per Christum. Ago inquam gra-

C tias, primum quidem pro uobis, deinde pro cæteris. Primum pro uobis, de quibus magna omnibus utilitas uenit, quia fides uestra etsi nondum perfecta, iam tamen *annunciatur in universo mundo.* Roma tunc erat caput mundi, & de toto orbe illuc conueniebant, atque Romanos suscepisse fidem christianæ religionis ubique diuulgabant, sicque iam securius cæteræ per orbem nationes eandem fidem suscipiebant. Et hæc est laus fidelium Romanorum, quia tale de eis exemplum ubique spargebatur. Ideoque cauere debebant, ne sicut fama fidei ipsorum procul audita fuerat, ita rumor dissensionis audiretur, & multis noceret. Incitantur enim ad profectum per hoc, quòd fides eorum ubique renunciatur. Fides est diuinitatis confessio, & religionis solidum fundamentum: qua ueraciter credimus id, quod uidere non possumus. Proprie uero nomen fidei inde uocatur, quia fiat quod dictum est aut promissum. Fides enim est dicta ab eo, quod fit illud quod inter utrosque placitum est, id est, inter Deum et hominem, scilicet ut homo faciat opere quod dicit ore: & Deus reddat ei beatitudinem quam promisit.

*Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quomodo tandem aliquãdo prosperum iter habeam in uoluntate Dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis ad confirmandos uos, id est, simul consolari in uobis, per eam quæ inuicem est, fidem uestram atque meam.*

Dixi quia gratias ago pro uobis, & hoc nõ fallaciter dixi: nam Deus est mihi testis quòd semper sum uestri memor in orationibus meis. *Deus*, cuius scientia non fallitur, ipse *mihi testis est*, qui nouit arcana, qui ueritatem considerat, ipse mihi testis est, quòd uera sunt quæ dico. *Cui* D *seruio in spiritu meo*, id est, in affectu mentis meæ, quia non per simulationem illi famulatum exhibeo, sed quicquid foris bene erga seruitutem eius operor, hoc intus in uoluntate cordis similiter facio. Seruio illi, & hoc *In euangelio filij eius*, id est, in prædicatione unigeniti eius, per cuius incarnationem & mortem ac resurrectionem annuncio datam esse mundo salutem. Et ipse pater mihi testis est, quòd in orationibus meis semper facio memoriam uestri, id est, quotiescunque oro pro me, oro & pro uobis, nec uestri obliuiscor in precibus meis, sed iugiter memoro, & hoc sine intermissione. Ecce prior facit apostolus, quod alijs præcipit: Sine intermissione orate. Et tamen quod ait, *sine intermissione memoriam facio uestri*, non sic accipiendum est, quasi semper hoc ageret, cum fragilitas humana hoc implere nõ possit, sed ita potius intelligendum est, quòd nullus dies pertransiret, in quo pro eis non oraret. Hoc etiam dicit ut eum diligant, & audire desiderent, quem tanto studio pro ipsis orantem cognoscunt. Memor uestri sum in precibus meis, *obsecrans*, id est, ob sacra quæ percepistis, Deum orans, *si quomodo*, id est, ut aliquo modo prospero uel aduerso, *tandem*, id est, post multa desideria, *aliquando*, id est, saltem semel, si sæpius non potero: seu aliquando, id est, aliquo tẽpore, siue æstatis, siue hyemis, *habeam iter prosperum*, id est, efficax desideriorum meorum, hoc dico *ueniendi ad nos*, & hoc *in uoluntate Dei*, quia tunc erit utilis aduentus meus. Prosperum iter habeam in uoluntate Dei, quoniam aliter prosperum iter non habeo, nisi uoluntas Dei, quæ omnia nouit, & in bonis omnibus nos præuenit ac fouet, illuc me direxerit, ubi fructũ aliquem

A habeam. Vel ꝓſperum iter habeam in uoluntate Dei, quia non ſemper proſperitas itineris in Dei uoluntate perficitur, ſicut eorum qui proſperis ſucceſſibus ad malum currunt. Ideo uenire ad uos obſecro, quia *deſidero uidere uos* ob hoc ſcilicet, *ut impartiar uobis aliquid*, id eſt, ut faciam uos in aliquo participes ſpiritalis gratiæ, qui nunc carnali ſenſu adinuicem contenditis. *Impartiar uobis aliquid gratiæ ſpiritalis, quæ eſt in me*, id eſt, gratuiti beneficij Dei, uidelicet prædicationis, uel miraculorum, *ad cõfirmandos uos*, id eſt, ut uos confirmẽ, quia iam aliquid habetis, ſed adhuc infirmi & uacillantes eſtis, ideóq; ſpiritali gratia ad cõfirmationem indigetis, per quam firmi eſſe poſſitis. Volo inquam uobis impartiri aliquid gratiæ ſpiritalis ad confirmandos uos in fide, id eſt, uolo ſimul conſolari in uobis, *per eam quæ inuicem eſt fidem*, ut per communem fidem inuicem cõſolemur, & de gratia ſancti ſpiritus inuicem gratulemur. Modo enim ſum ego deſolatus, & uos ſimiliter, licet non ſentiatis. Sed ſic conſolationem accipiemus ego & uos, ſi ego opus meũ in uobis firmum & ſtabile uidero, & ſi uos apoſtolicæ gratiæ fueritis participes. Et ita *ſimul*, id eſt, uicario modo et ego in uobis, & uos in me, conſolationem habebimus, *per eam fidem quæ eſt inuicem*, id eſt, cõmunis, quę eſt græce catholica, *fidem, dico ueſtrã atq; meam*, id eſt, ſi ueſtram fidem uidero meam, et meam eſſe ueſtram, ut una eademq́; ſit & ueſtra & mea fides, tunc ſimul conſolabimur.

*Nolo enim uos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui uenire ad uos, et ꝓhibitus ſum uſq; adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis, ſicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: ita quòd in me promptum eſt, & uobis qui Romæ eſtis, euangelizare.*

Credẽdum eſt quod dixi, me deſiderium habere ueniẽdi ad uos, quia B *ò fratres* mei, id eſt, eiuſdem matris eccleſiæ filij, *nolo uos ignorare*, ꝙ nõ ſolum *uolui*, ſed propoſui uenire ad uos, & hoc *ſæpe propoſui*, ſed efficere nondum potui, qa *prohibitus ſum uſq; adhuc*, id eſt, uſq; ad hoc tẽpus, uel à ſpiritu ſancto, uel à mẽbris diaboli multa impedimenta mihi, diſpẽſante Deo, ingerentibus. Ideo toties propoſui ad uos uenire, *ut habeam in uobis aliquem fructũ*, æternę mercedis, *ſicut & in cæteris gentibus*, id eſt, ut pro labore prædicationis, quam uobis impẽdero, habeam fructum ſupernę retributionis, ſicut habiturus ſum ꝓ cæteris gentibus: quibus hucuſq; prædicaui ab Hieruſalem in circuitu per uniuerſam Aſiam uſq; in Illyricũ, ubi Europa incipit. Exemplo gentium iſtarũ, prouocat Romanos. Vel *habeam fructum in uobis*, id eſt, ut uos accepto ſemine prædicationis, fructificetis uirtutes & opera bona, quia fructum illum reputo meum. Volo, inquam, fructũ in uobis taliter acquirere, ſicut & in cæteris: quia omnibus *ſum debitor*, omnibus debitorem fecit me Deus, *Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipiẽtibus*. Gręci duab⁹ appellationibus omne hominum genus diſtinxerunt, dicẽtes unumquenq; uel Græcum eſſe, uel Barbarum. Nam quia ipſi Græci legibus utebantur, omnes reliquos tanquam ſine legibus uiuentes, Barbaros appellauerunt. Et Apoſtolus non ſolum Græcis, ſed & Barbaris, nec ſolum ſapientibus, ſed & inſipiẽtibus debitor eſt, quia omnibus prædicare miſſus eſt. Græcos dicit ſapientes, apud quos omnis philoſophia erat: Barbaros autem uocat inſipiẽtes uelut imperitos. Sed quomodo his omnibus eſt debitor, qui nihil ab eis accepit, niſi quia per gratiam ſancti ſpiritus ei datum eſt, ut omnium iſtorum linguis loqui noſſet? Nam quia linguarum notitiam

C non pro se quis, sed pro his quibus prædicandum est, accipit, debitor omnibus illis efficitur, quorum accipit à Deo linguæ notitiam. Sapientibus autē debitor est per hoc quod accepit sapientiam in mysterio absconditam, quam perfectis & sapientibus loqueretur. Insipientibus quoque factus est debitor in eo, quod patientiæ gratiam & longanimitatis accepit. Summæ etenim patientiæ est, ferre insipientium motus. Itaque debitor est Apostolus *sapientibus*, ut eos ad maiora sapientiæ arcana promoueat: & *insipientibus*, ut illos erudiat, & tandiu patienter ferat, donec ab illis insipientiam remoueat. Possunt etiam iusti nomine sapientium, atque peccatores appellatione insipientium designari. Et Apostolus debitor est, *sapientibus & insipientibus*, quia prædicatoris est debitum, iustis inuigilare ne cadāt, & peccatoribus ut resurgant: iustos admonere ut uiam iustitiæ teneant, peccatores corripere, ut uiam iniquitatis deserant. Debitor sum Græcis & Barbaris, atque sapientibus & insipientibus. *Ita & uobis qui Romæ estis*, sum debitor euangelizare, quia sicut alijs, sic & uobis debeo prædicare, quoniam ad omnes sum missus. De Iudæis tacet, quia magister gentium est. Quod scilicet euangelizare promptum est in me, quia ad hoc agendum sum paratus & uelox.

*Non enim erubesco euangelium: Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autem ex fide uiuit.* Abac. 2.

Ideo sum promptus ad euangelizandum. *Quia non erubesco euangelium*, id est, nulla est mihi erubescentia ex prædicatione euangelij, sicut nōnullis qui erubescebant prędicare Christum crucifixum, non intelligentes nihil dignius Deo, quàm quod ad D humanam salutem pficit. Nam insigne uirtutis & pietatis est, quod dominus propter salutem imaginis suæ dignatus est usq; ad passionem crucis humiliari. Quod nunc Apostolus intuens, *non erubesco*, inqt, *euangelium*. Et quare non erubescis? Quia ipsum euangelium *est uirtus Dei*, id est, quod in euangelio prædicatur, uidelicet crux & mors & resurrectio Saluatoris, est uirtus Dei, quāuis stultitia uideatur icredulis. Nulla enim maior uirtus est, quàm deuicta morte, homini uitam perditā reddere. Talis *uirtus est* euangelium, uidelicet, qa uirtutem uictorię Christi annunciat. Vel *uirtus est*, quia per gratiam pręstat, per cuius auxilium ualeamus facere quę pręcipit: Quod quia lex non fecit, infirma fuit. Virtus est ualens. *In salutem omni credenti, Iudæo primum ac deinde Græco*, id est, Gentili, hoc est, omni credenti, tam de circuncisione, quàm de præputio, ualet euāgelium ad æternam salutem. Iudęus causa patrum, & quia prior cognouit Deum, præponitur Gentili, quāuis non sit iam dignior propter hoc quod dominus dixerat, filius meus primogenitus Israel. Vere euangelium est uirtus Dei. *Nam iustitia Dei reuelatur in eo*, quæ uelata fuerat in ueteri testamento. Vel ita: Vere euangelium ualet in salutem omni credenti, *nam iustitia Dei reuelatur in eo*, id est, iustitia fidei quæ tegebatur in lege. *Iustitia enim Dei est* qua gratis iustificat impium per fidem sine operibus legis. Quam reuelat euangelium, dum dat fidem homini, per quam iustificatur qui credit Deum iustum & ueracem in promissis, ut inquirentes se remuneret: & contra, negligentes se damnet. Iustitia dico, tendens *ex fide in fidem*, id est, ex fide ueteris testamenti in fidem noui. Populus enim Israel in fide erat, quia

Hebr. 10.

A crediderat Deo, & Moysi famulo eius. Ex qua fide nũc ad fidem euangelicam transit. Eius quippe est iustitia, qui transit de fide in fidem, ut libenter transeat Iudæus, & quicunque alius ex fide ueteris in fidem noui testamenti. *Iustitia enim reuelatur ex fide*, legis, ubi prædicatur unus Deus, *in fidem* euangelij, ubi manifestatur pater & filius & spiritus sanctus. Ex fide primi aduentus Domini, in fidem secundi. Ex fide humanitatis Christi, in fidem eius diuinitatis. Ita reuelatur in euangelio ex fide iustitia, per quam saluamur sicut scriptum est in Abacuch: *Iustus autem ex fide*, id est, qui iustificatus est ex fide, *uiuit*, id est, æternam uitam consequitur. Et ita ex fide iustitia, & ex iustitia uita. Vel iustus uiuit interim *ex fide*, dum est in hac peregrinatione, donec ad patriam perueniens, uiuat ex specie. Per fidem uiuere incipit anima quæ per infidelitatẽ erat mor- (Ioan. 2.) tua. Fides autem qua uiuitur, ipsa est quæ per dilectionem operatur: quoniam fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Quod tamen de illis qui tempus operandi habent, intelligitur. Nam siqs mox ut per fidem in baptismo iustificatus est, ex hac luce migrauerit, hic sola fide sine ullis operibus uitam consequetur. Qui uero tempus bene operandi habet, & operari negligit, frustra de fide præsumit. Quod Apostolus dixit, quia iustus ex fide uiuit. In propheta sic legimus. Iustus autem in fide sua uiuet. Sed ideo Apostolus magis translatione Septuaginta interpretum usus est, qa scribebat Romanis, qui scripturas Hebraicas nesciebant: nec erat ei cura de uerbis, cum sensus esset in tuto, & damnum ex eo præsens disputatio non haberet: quia & Hebræi qui Græcas literas didicerant, editionem septuaginta interpretum legebãt. Ob hoc ergo et istud & alia B plura testimonia quæ ponit, ab Hebraicæ ueritatis translatione, qua nunc utimur, discordare uidentur: quia aliquando sumit à septuaginta interpretibus, aliquando sicut loquens eodem spiritu quo prophetę, sensum sumit tantũmodo, utẽs suis uerbis, suaq; dispositione.

*Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles.* (Galat. 3.)

Nunc aggreditur Gentiles secundum priorem statum, qui iactabant bonam naturam, & excusabãt suas turpitudines per ignorantiam, ostendens eos & prius notitiam habuisse, & post per culpam pdidisse, atq; bonam naturam sibiipsis à Deo relictam, in omnia mala præcipitatam. Quasi dicat: In euangelio *Reuelatur iustitia Dei* non solum qua iustificat per fidem pœnitentes, sed & qua damnat in malitia perseuerantes. Nam ira Dei quam iuste peccantibus inferet, id est, uindicta qua eos percutiet, reuelatur in eodem euangelio super eos uentura de cœlo. Vel ita: Ex fide est iustitia, et inde salus: quia ex impietate est iniustitia, & inde ira, id est, pœna. *Nam ira Dei reuelatur &c.* Non dixit: Infertur, sed, Reuelatur. Vbi enim reuelatur, non infertur, non percutit: sed reuelatur, ut terreat, & territis non inferatur. Reuelatur per euangelium, quæ ante erat occulta hominibus. Reuelatur ira Dei, id est, animaduersio districti iudicis. Reuelatur *de cœlo*, ut nouerint homines non solum beneficia, sed & plagas expectare de cœlo. Vel *de cœlo*, id est, de ecclesia reuelatur ira futuri iudicij, quoniam ab ecclesia ma

C nifestat peccantibus ira iudicis uenturi de cœlis in fine seculi. *Super omnẽ impietatem & iniustitiam hominum*, id est, ad conculcandam in supplicijs eorũ peruersitatem, qui debitum cultum Deo denegant, & qui in luxuria cæterisq; uitijs male uiuunt. Impietas enim infidelitatem significat, iniustitia uero criminosam conuersationẽ. Impietatem hominum. Eorũ hominum dico. *Qui ueritatẽ Dei detinent in iniustitia*. Omne quod mutari potest, ueritas non est. Veritas Dei est inuisibilis, & incõmutabilis eius substantia. Quã detinent in iniustitia, quicũq; per uisibiles & mutabiles creaturas, hominibus demonstrauerunt colendam idolorũ culturam. *Veritatem Dei*, id est, q̃ ipse est uerus Deus: *Detinent in iniustitia*, qa cum uere sciant uni creatori Deo se debere cultum summæ uenerationis exhibere, eum iniuste exhibent creaturæ. Vel *ueritatem Dei*, id est, ueram de Deo cognitionem, *Detinent in iniustitia*, id est, in malo opere, malentes iniuste morari in uoluptatibus suis, nec pro Dei ueritate quæ se illis sponte offert, uolentes à nequitia sua recedere, sed ipsam ueritatem in nequitia, si fieri possit, detineri secum. Dixi quia detinent ueritatem Dei, nec sinunt ut ad aliorum notitiã perueniat, dum simulachra pro Deo docent adorari. Nam illi nouerunt ipsam ueritatem, quam cęteris abscondunt: quia *quod notum est Dei*, id est, quod naturali ingenio sciri potest de Deo, *manifestum est illis*. Multa.n.sunt quæ de Deo per naturam sciri non possunt, sicut est mysterium incarnationis & passionis, quod latuit sapientes mundi. Sed hoc de eo naturaliter sciri potest, quòd ipse sit Deus: quia omnis creatura ostendit se non esse Deum, sed esse alium qui eam fecerit, cuius seruitio parẽre necesse sit: Itaque quod notum est de Deo, manifestum est illis. Vel manifestum D est in illis, id est, in cordibus eorum, quamuis exterius in opere ipsorum non appareat. Habent enim in se unde noscant eum, scilicet naturalem rationem. Vere manifestum est in illis, siue illis, quia Deus per opus suum manifestauit illis, quoniam uirtus eius occulta ex his quæ palàm sunt, manifestatur. Dominus manifestauit, id est, non solũ naturalis ratio ꝓfuit, sed Deus quotidie adiuuit, ne sola natura sufficere uideretur. Deus illis manifestauit ostensione creaturarum, quoniã naturali ingenio intellexerunt, quia hoc non est creator, quod creatura. *Nam inuisibilia ipsius*, id est, æternitas, uirtus, diuinitas, & omnipotentia conspiciuntur *à creatura mundi*, id est, ab homine, in quo per quandam affinitatem omnes creaturę sunt, quia cõmune habet esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum animalibus, ĩtelligere cum angelis. Ab hac creatura mundi, id est, ab homine *conspiciuntur inuisibilia Dei, intellecta per ea quæ facta sũt*, id est, per creaturas. Nam si uigilanter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora reuocamur. Vestigia quippe creatoris sunt mira opera uisibilis creaturæ, quoniam per hæc quæ ab ipso sunt, imus ad ipsum. menti enim nostræ peccato suo exterius sparsæ, necdum Deus sicut est interius innotescit: sed dum facturæ suæ decus foras ponit, quasi quibusdam nutibus innuit, & quæ intus sequamur ostendit, ac miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducit. Viæ quippe ad creatorem sunt opera considerata creaturæ, quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. Nã quocunque se uerterit anima, si uigilanter intendit, in ijsdem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit: eiusq; potentiam

A potentiam ex eorum rursum consideratione cognoscit, quorum amore deseruit: & per quæ auersa cecidit, per hęc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimus ut surgamus. Et quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, ubi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per uisibilia cecidimus, dignum est ut ad inuisibilia ipsis rursum uisibilibus innitamur: & quo casu anima uenit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa. Bene itaq; dicitur quòd *inuisibilia Dei conspiciuntur à creatura mundi*, id est, ab homine: *intellecta per ea quæ facta sunt*, quoniam per uisibiles facturas intelligitur inuisibilis factor. Sic.n. & gentiles quamuis legem aut prophetas non haberent, cognouerũt Deum, per uisibilem. s. creaturã peruenientes ad intelligentiam inuisibilis creatoris *Inuisibilia ipsius à creatura mũdi*, id est, ab homine, qui omni creaturę mundi præeminet: uel *à creatura*, id est, à cõstitutione mundi, conspiciũtur intellecta p ea quæ facta sunt ab eo. *sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas*, quæ nihilo minus sempiterna est, ex coniecturis agnoscitur creaturæ similiter. Virtus est quæ regit omnia, diuinitas quę replet uniuersa. Potest etiam *sempiterna uirtus eius* itelligi filius eius per quem facta sunt omnia, & qui nunquã cœpit, sed sempiternus est cum eo, diuinitas autẽ spũs sanctus. Intelligitur itaq; per uisibiles creaturas inuisibilis pater, & sempiterna uirtus eius, quæ est filius, ac diuinitas .i. spũs sanctus, ad quem maxime sanctificatio ptinet. Ita ut & gentiles qui scripturas diuinas non habebant, sint inexcusabiles, quoniam nõ fuerunt ueritatis ignari, sed ipsi ueritati quæ se illis reuelauerat, extiterunt ingrati.

*Locus obscurior.*

*Quia cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, Stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficiãt corpora sua in semetipsis, qui cõmutauerunt ueritatem Dei in mendacium et coluerunt et seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus Deus in secula, Amẽ.* B

*Ephes. 4.*

Non possunt excusari de ignorantia, sicut uolebant asserere, Quia reuera per naturalem rõnem cognouerunt Deum. *Et cum cognouissent eum, non glorificauerunt eum sicut Deum* bene uiuendo & colẽdo, aut etiam *gratias illi non egerunt* de cognitione eius, quam ipso donante perceperant. Debuissent enim illum glorificare digne colendo & prædicando, atque uoluntatem eius faciendo, et gratias illi semper agere, quòd eorum cordibus notitiam sui dignatus esset infundere. Gratias agere, id est, pia deuotione grati existere, ut recognoscerent se sapiẽtiam & omnia bona ab illo habere. Sed non glorificauerunt eum, nec gratias ei reddiderunt, sed sibi tribuentes sapientiam, quam à se non habebãt, & se putantes aliquid esse, cum nihil essent, euanuerunt in cogitationibus suis, quas à se, non à Deo conceperant: *& obscuratum est*, paulatim *cor eorum* donec omnino fieret insipiens. *Euanuerunt*, quoniam uani, & falsi fuerunt in cogitatibus suis, & ratio mentis eorum fumo superbiæ obscurata est, dum in seipsis gloriarentur. Et uere euanuerunt. *Nam dicentes se esse sapientes*, id est, iactantes se quasi proprio sensu sapiẽtiam inuenisse, *Stulti facti sunt*, id est, obscuratum est insipiens cor eorum. Cum enim quidam eorum non solum ad instituta utilissimarum artium, & doctrinam liberalium di-

C sciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerint, nō agentes tamen gratias Deo, nec confitentes illum sibi esse huius facultatis authorem, sed dicentes se esse sapientes, id est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad ueritatis īspectionem suis studijs atq; rationibus propinquassent, *euanuerunt in cogitationibus suis*, & quod illuminante Dei gratia inuenerāt, obcęcante superbia perdiderunt, relapsi à superna luce in tenebras suas, id est, ab incōmutabili atq; æterno bono, ad mutabilem corruptibilemq́; naturam. *Et mutauerunt* non solum sensu, sed & opere: quātum ad se, mutauerunt *gloriam incorruptibilis Dei*, talem. s. fingentes Deum, qualis non est, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominib⁹, sed simulachra ꝓ Deo coli censentes. Qui dum per cogitationum suarꝫ uanitatem formas & imagines in Deo requirerent, Dei imaginem perdiderunt: & in tantas stultitiæ tenebras deuoluti sunt, ut gloriam Dei ad corporalē & corruptibilem humanæ formæ effigiem uerterent, & diuinæ maiestatis eminentiam ad brutorꝫ animalium formas inclinarent. *mutauerunt gloriam Dei*, qui est incorruptibilis & æternus, *in similitudinē imaginis corruptibilis hominis*, quasi similem facientes gloriam Dei, id est, gloriosum Deum imagini hominis, et ipsam imaginem uelut Deum colentes. Nec solum in similitudinē hominis mutauerunt gloriam Dei, sed etiam in similitudinem *uolucrum & quadrupedum & serpentium*. A dignioribus creaturis ad minus dignas gradatim descendit, ut ostendat illos in profundiores stultitiæ tenebras corruisse. Mos fuit ab antiquo Romanis adorare simulachra hominum, ut Romuli, Iouis & aliorꝫ, maxime ab aduentu Aeneæ in Italiam: uolu- D crum autem & quadrupedum atq; serpentium, ex quo Alexandria ab Augusto uicta est & Romę subiugata. Consueuerant enim colere deos omnium gētium, quas superassent: In tam uiles formas mutauerunt, ut dictum est, gloriam Dei. *Propter quod Deus tradidit*, id est, dimisit, *illos in desideria cordis eorum*. Tradere enim dicitur Deus, dum non retinet delinquētes, propter arbitrij liberratem ad malū promptissimā. Manifestum quoq; est Deum operari in cordibus hominum, ad inclinandas eorꝫ uoluntates quocunq; uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala ꝓ meritis eorꝫ, iudicio utiq; suo, nonnunq̄ aperto, nōnunq̄ occulto, semper autem iusto. Nam propter pręcedētia peccata, multiplicantur sequētia. Et Deus qui peccatorem diu expectat ut redeat, non redeunti atque cōtemnēti ponit adhuc ubi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pœnitentiam citius nō deletur, aut peccatū est & causa peccati, aut peccatum & pœna peccati, aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Omne enim quod prius male cōmittitur, peccatū est. Sed si citius pœnitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens Deus obligatā peccantis mentem, etiam in culpam alteram permittit cadere. Peccatū ergo quod pœnitentiæ lamento nō diluitur, peccatum est simul & causa peccati: quia ex illo oritur, unde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum uero quod ex peccato, id est, ex secūdo sequitur, peccatum simul est & pœna peccati: quia excrescente cæcitate ex retributione prioris culpæ generatur, ut quasi iā quædam sint in peccatore supplicia, ipsa incrementa uitiorꝫ. Fit uerò nōnunquam ut unum idemq́; peccatum, & peccatum sit & pœna peccati si-

A mul & causa peccati. Quod bene Apostolus hoc loco demonstrat, dicens de infidelibus ac lubricis. *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis.* Ecce est peccatũ & causa peccati. Ex qua causa quid sequatur, adiungit: *& obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium.* Ecce est peccatũ solũmodo. Et pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc pctõ & aliud sequeretur. Nã post isidelitatẽ eorꝫ subdit: *Propter quod tradidit illos Deus &c.* Qui igitur cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, ex eo peccato et causa peccati ad hoc quoq; perducti sunt, ut ad cultum serpẽtium & uolucrũ laberentur. Sed quoniã per hãc etiã cæcitatem usq; ad ĩmunditiam carnis & contumelias ceciderunt, ipsa infidelitatis eorꝫ cæcitas præcedenti ĩtellectui & peccatũ est & pœna peccati: subsequenti uero ĩmũditiæ, peccatũ facta est & causa peccati. Prioris itaq; peccati merito, peccatorum subsequentium fouea tegitur, ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur, ut culpis culpæ feriãtur, quatenus supplicia fiant peccantium, ipsa incremẽta uitiorꝫ. Merito itaq; post idololatriæ culpam subditur: Propter qđ tradidit illos Deus, &c. qm̃ Deus illos iuste deseruit & propriis uoluntatibus tradidit, qui sibi prætulerant idôla, & sicut scriptura loquitur: initium fornicationis est exquisitio idolorꝫ, & adinuentio illorꝫ corruptio uitæ est. Tradidit igitur illos ob idololatriã, id est, subtrahendo gratiam suam, permisit illos *ire in desideria cordis eorum*, id est, ut inciderent in ea, quæ cor eorꝫ desiderabat secundum carnis ardorem:

Sapien.14

desideria dico tendentia in ĩmunditiam, id est, in carnis maculationem usqueadeo, *Ut afficiant corpora sua contumeliis.* i. ut sibi ipsis applicent copa sua, *in cõtumeliis.* i. in cõtumeliosis opibus. Contumelia est quæ ingeritur alicui contra dignitatem psonæ. Et isti corporibus suis ac naturæ grandem fecere contumeliam, subdendo se tam pudendis turpitudinibus. Cõtumeliis affecerunt corpora sua, & hoc *In semetipsis*, id est etiam soli sine aliis se maculantes. Illi sic afficiunt corpora sua, qui cõmutauerunt ueritatem Dei in mendacium, id est, quod de Deo uerũ est, dederunt idolo, quando sicut scriptura dicit: Incõmunicabile nomen imposuerunt lignis et lapidibus. Nomen quippe deitatis est incõmunicabile creaturis, quoniam solus creator proprie & uere Deus nominatur. Sed gentiles hoc nomen imposuerũt lignis & lapidibꝰ, quãdo idôla lignea & lapidea instituerunt appellari deos. Et hoc est quod nunc dicuntur, in mendaciũ mutasse ueritatem Dei. Veritas enim Dei, q̃ ipse ueraciter Deus sit. Quam ueritatem uertit in mendaciũ, qui idôlum dicit uel putat esse Deum. Falsum est enim hoc. Nec solum ita ueritatẽ mutauerunt in falsitatem, æstimãtes idôla deos esse, quod falsum est, sed etiam coluerũt ipsa idôla, ne dicerẽt, non colo simulachra, sed res eorꝫ, ut solem & cætera huiusmodi. Coluerunt non creatorem, sed creaturam, id est, non Deum, sed idôla, diligenter ornãdo coronis aureis ipsas imagines dæmonum, & eas flexis genibus adorando. *Et seruierunt* thura & sacrificia offerendo *creaturæ potius quàm creatori*, quasi esset melius seruire creaturæ, id est, idolis & dæmonibus, q̃ Deo, *qui est benedictus in secula*, id est, in æternum, *amen*, id est uere. Cui qui adhæserunt, & ipsi cum eo benedicti erunt in secula ueraci-

B Sapien.15

C ter. Sed gentiles effecti sunt maledicti & temporales, qui benedictum in secula reliquerunt.

*Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserūt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.*

Dixi quia seruierunt creaturę, *Propterea tradidit illos Deus*, id est, ire permisit *in passiones*, id est, i uoluptates, quę etsi delectent, sunt passiones naturę. Ecce iterū uindicta. Pręcedens enim culpa qua seruierunt creaturæ, uindicata est, subsequētibus turpitudinū passionibus. Superius dicti sunt mutasse gloriā Dei i similitudinem imaginis uolucrum & serpentium, nec tamen coluisse dixit eos illa. Et propterea ceciderūt in imunditiam carnis uindice Deo, cuius gloriā in idôla mutauerant. Deinde crescente errore, coluerunt pro Deo ipsa idôla quæ fecerant, & seruierunt eis, sicut Apostolus loquitur, ac ppterea de cestabilioribus adhuc imunditijs puniuntur. *tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*, id est, in ardores uoluptatum nec nominandarū. Ignominia enim dicitur, quasi sine nomine. Appellatur enim ignominia, eo quod desinat habere dignitatis nomē ille, qui in aliquo crimine deprehenditur. Et uerè in ignominiosas passiones traditi sunt: *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum.* Non dixit coniugalem usum, sed naturalem: eum uolēs intelligi, qui fit in mēbris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandum uterq; sexus cōmisceri. Ac per hoc cum eisdem membris etiam meretrici quisq; misceet, naturalis est usus, nec tamē laudabilis, sed culpabilis. Ab ea uerò parte corporis, quæ non ad generandum est instituta, etsi cōiuge quis utatur, cōtra naturam est D & flagitiosum. Ita imutauerunt fœminę eorū naturalem usum, in eum qui est contra naturam, quia ipsę fœminę in fœminas turpia exercuerūt. Nec solum fœminę contra naturam fornicatæ sunt, sed etiam masculi similiter relictis fœminis, quibus naturaliter possent misceri, exarserunt per iniquam uoluntatē *in desiderijs suis*, id est, à se genitis. Exarserunt spiritu fornicationis iuicem, & nequissima desideria compleuerunt turpissimis operibus, *& mercedem quam oportuit erroris sui*, id est uindictam dignam & cōgruā peccato erroris sui receperunt, *in semetipsis*, id est, Deum uindicauerūt in natura sua. Ideo enim Apostolus ipsa crimina euidenter expressit, ut cognoscamus eos rationem perdidisse naturæ, qui tam amentes effecti sunt, ut omnia puerterent in Deū peruersi. Neq; enim ordinem naturę seruare poterāt, qui authorem naturæ dereliquerant. Idcirco fœminę in fœminas, & uiri in uiros turpia egerunt, in quibus par culpa fuit, tā fœminarum q̄ etiam uirorum.

*Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ nō conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, nō intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Prædicta mala fecerunt gentiles. Et quia necdū resipiscere uoluerūt adhuc in alia ceciderunt. Cōmiserūt enim abominanda quæ diximus, & *non probauerunt Deum hæc habere in notitia*, id est, cum multis rationibꝰ possent pbare Deum habere in notitia hæc

crimina,

A criminã, tñ putauerunt Deum ignorare & negligere ea. Et ſicut ex ſua culpa hoc putauerunt, ſic ex eadem culpa factũ eſt, quòd tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut putarent oĩa reprobanda eſſe facienda: et cum tam turpia operarentur, neſcirent ſe male iam opari. Vel ita: Non ſolũ ſupradictas abominationes fecerunt: ſed etiam *non probauerunt*. i. non elegerunt Deum habere *in notitia*. i. ut cognoſcerent eum. Ille probat. i. probum & laudabile eſſe iudicat, habere Deum in notitia, qui pia deuotione ſtudet eum in animo ſemper habere, & tanq̃ præſentem timet eum ac reueretur, & peccare non audet. Sed hoc Gentiles nõ fecerunt. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia*. i. ut haberẽt eum in notitia ſua, uel eum ſcirent noſſe mala quæ faciebant. *tradidit*. i. dimiſit *illos Deus in reprobũ ſenſum*, ut iam nihil intelligãt niſi quod à probitate remotũ eſt: *ut opere faciant ea quæ non conueniunt* rationi uel naturæ: uel ea quæ nõ conueniunt facere, eſt illa agere, quæ diuinæ leges deteſtantur. Illos dico non parum hñtes iniquitatis, ſed repletos omni iniquitate. Cuius partes enumerantur, cũ ſubditur: Malitia, fornicatione &c. Genus. n. pręmittitur, et ſpecies ſubiunguntur, ut Gentiles euidentius accuſentur & terreãtur. Malitia pertinet ad mentem, fornicatio ad carnẽ. Malitia. n. eſt, qua quis machinatur lædere alium quocunq; modo. Fornicatio autẽ dicitur à fornicibus. i. ab arcuatis, in quibus meretrices proſtituebantur. Sed hoc in loco intelligitur fornicatio noĩari, quicqd extra legale connubium cõmittitur. Auaritia uero eſt inſatiabilis amor hñdi. Nequitia eſt temeritas uel pręſumptio, qñ qs audet qđ nequit efficere. Vel neqtia dicit à neq̃q̃; & eſt defectio boni, qñ qs ab amore cœleſtiũ deficit, & in amore terrenorũ exardeſcit. Sic. n. tendit ad neq̃q̃. i. ad uanitatem & ad non eſſe recedens à uero Dei eſſe. Inuidia uero eſt, quæ aliena felicitate torquetur. & in duplicẽ ſcinditur paſſionem, cum qs aut qđ ipſe eſt, aliũ eſſe non uult: aut alium uidens eſſe meliorẽ, dolet ſe non eſſe cõſimilem. Homicidiũ autẽ, ex hoĩe et cęde cõpoſitum eſt. Et pulchre homicidium inuidiæ ſociauit Apls, qm̃ ipſa eſt prima huius criminis materia. Nã primum homicidium & diaboli & Cain, de inuidia ortũ eſt, & adhuc nõnunq̃ fiunt homicidia per inuidiam. Contẽtio aũt eſt, ubi non rõne aliqd, ſed animi ptinacia defenditur: & ubi non ueritas q̃ritur, ſed aĩoſitas fatigatur. Dolus uero ẽ mẽtis calliditas, ab eo qđ eludat. Aliud enim agit & aliud ſimulat. Dolus in quã eſt occulta malitia, blandis ſermonib⁹ adornata, cũ aliud ſonat in ore, & aliud latet in corde. Malignitas aũt eſt mala uoluntas, quę malo igne accenſa, neminem uult amare, nec opari unde debeat amari. Inter malitiã & malignitatẽ hęc diſtinctio eſt, ꝙ cogitatio praua mẽtis, malitia dr̃: malitiæ aũt uotũ uel opus, malignitas appellatur. Suſurrones uero ſunt, q in auribus alicuius loquuntur malũ de alio. Detractores aũt, q uirtutes ab aliquo ſuis uerbis detrahunt uel minuũt. Suſurro qppe à ſono locutionis dicitur: q a nõ in facie alicuius, ſed in aure loquitur ſecrete derogando. Detractio aũt eſt, aliorũ bene geſta opa uel in malum uitioſe mutare, uel inuidendo fallaci fraude diminuere, cũ aut mala dicũtur quę bona ſunt, aut parua bona quæ magna ſunt. Detrahere. n. eſt bona alterius deorſum trahere. i. inclinare & premerẽ, uel de ipſis bonis aliqua traherẽ, ut pauciora ſeu minora q̃ ſunt, oñdãtur eẽ. Ne aũt uiderent ſuſurrones et detractores parũ peccare, mox addidit, Deo odibiles. Odibiles. n. B

C sunt Deo, qui male susurrant de pxi mis suis uel detrahunt eis. Vel Deo odibiles dicunt, q seminãt inter ami cos discordias. Vñ Salomõ testatur q sex sunt q odit Deus, & septimũ qđ detestatur aĩa eius, ipsumq̃ septi mum est ille, q seminat inter fratres discordias. Cõtumeliosi uero uocan tur, q ueloces sunt in uerbor uel factor iniurijs. Cõtumelia.n. dr̃ factũ uel dictũ, qđ indignũ & incõueniẽs est illi, cui iniuste & cõtumaciter in ferf. Supbi sunt, q iudicãt de se supra q̃ debeãt esse. Supbia.n.est, puersæ celsitudinis appetitio. Peruersa autẽ celsitudo ẽ, deserto eo cui debet aĩus inhærere principio, sibi quodãmodo fieri principiũ. Hoc fit, cum sibi nimis placet .i. cum illo incõmutabili bono deficit, qđ magis ei placere debuit, q̃ ipse sibi. Elati quoq; sunt q efferũtur supra mẽsurã suã, uel qui maiorũ ĩstitutis nõ acqescunt, dum nolunt pati priorẽ uel parẽ. Inuento res malorũ sunt q noua gña peccãdi repiunt: uel noua tormẽta, qb⁹ alios crucient, siue nouas leges iniustas, aut alia q̃libet mala primi ĩueniunt. Hęc.n. malis studijs illis solẽt agẽda ĩuenire, qb⁹ nõ sufficit ut faciãt mala q̃ priores sui fecerunt, aut q̃ cõtẽporaneos suos adhuc facere conspiciũt. Qui uero sunt parentib⁹ nõ obe diẽtes, feris sunt ĩdomabiliores: q̃m ferè suis parentib⁹ sunt subditę et ac qescentes. Insipientes aũt sunt, q ab ipso fõte sapię, q deus est, recesserũt. Et iõ incõpositi, q oĩs insipiẽs inor dinatus est. Incõpositi sunt habitu, incessu & motu. Incõpositio.n. corporis, indicat qualitatẽ mentis. Sine affectione sunt, q uiscera dilectiõis, qbus erga alter moueãtur, nõ hñt, sđ dur et ĩsensibile cor erga pximi dilectionẽ gerũt. Absq; fœdere sũt, q so cietatẽ oĩum fugiũt, q fœdus cõcor dię & societatis hr̃e cũ nullo uolũt. Sine misericordia sunt, q nõ cõpatiũ

D tur miserijs aliorũ. Et oĩa hæc mala fuerunt in Gẽtilib⁹. *Qui cũ iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniã qui talia agunt, digni sunt morte.* Per hoc qđ eis na turalr̃ displicet malũ, cognouerunt iustitiã dei Et licet hãc ita cognouissent, nõ tñ ĩtellexerunt eos q talia faciũt, dignos esse ppetua morte. Q̃m si intellexissent, timuissent: si timuissent, nunq̃ talia cõmisissent. A miserunt.n. lumẽ intelligentiæ, ex quo de seruerunt fontẽ cœlestis sapiæ. Et iõ q̃uis nõ ĩtellexissent, nõ pñt excusari, q pcedentib⁹ culpis meruerãt sic excęcari. Qui ne putarentur his tantũ pœnis affligi qb⁹ delectabant.i. supradictis criminũ turpitudinib⁹, addit ultimã mortẽ ęternã Apl's. *Digni sunt, inqt, morte q talia faciunt.* Vbi cũ magno timore notãdum est, q nõnulla q̃ putantur leuia, posuit inter ista, p qbus æterna mors acqri tur, sicut sunt ea q̃ faciunt susurrones & detractores, & incõpositi uel cõtentiosi. *Digni, inquit, sunt morte non solũ qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus.* Cõsentire est, siqs cum possit reprehendere, taceat uel aduletur. Sed faciẽtes & consentientes ęternã mortẽ merentur. Hucusq; uitia Gentilium Apl's detestãdo manifestauit, ne iam de pristinis actibus se excusarẽt: sed q̃les ante fuerãt, humilr̃ recognoscerẽt: ne se Iudæis superbe præferrent, sed tãto magis Deum diligerent, ac gratiæ eius obnoxij fierent, quanto plura & maiora peccata ab eo sibi esse dimissa considerarent.

CABVT II. Matth.

*Propter quod inexcusabilis o homo omnis qui iudicas. In quo.n. iudicas alterũ, teipm condẽnas. Eadẽ.n. agis, qua iudicas. Scimus n. quoniã iudi ciũ Dei est scđm ueritatẽ, in eos qui talia agũt.*

Oẽs, inqt, & facientes, & assentientes, digni sunt morte. *Propter quod*.i. pp quam cãm, *inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas* alios. hõ dico, non Gentilis tantum, sed & oĩs, siue Gentilis, siue

D

A Iudæus, siue maior, siue minor. Cum enim dicit oīs, subintrat iam mōstrare nō solum Gentilem, sed ēt Iudæū, qui scd̄m legem uolebat iudicare de Gentilibus. Cōiter ergo nunc de Iudæis & Gentilibus agit. Iudæus .n. iudicabat Gētilem scd̄m pristinā cōuersationē, & gentilis Iudæū. Vterq; aūt homo. Si Iudæus Gentilem iudicat de idololatria, & multi Iudæorū coluerunt idôla. Si Gentilis Iudæū de legis p̄uaricatione, & ipse p̄uaricator est legis naturalis. *Inexcusabilis* Inqt, *es o homo omnis qui iudicas*. Hîc ostēdit, qa unusqsq; homo naturalr̄ scit, q̄uis se hoc scire non aduertat. s. se à Deo scd̄m actus ꝓprios iudicandū. Quō .n. ipse alium peccātem iudicio suo dannaret, si Deum ita facturū naturali sensu non uideret? Oēs .n. per naturalem legem atq; rōnem norūt & innocētiā p̄mium, & malitiā mereri supplicium. Inexcusabilis es, qa tu ipse testis es damnationis tuę Nā *in quo iudicio iudicas alterū* ad dānationē, *In eo condemnas te ipsum*, qm̄ eadem agis tu ipse, quæ iudicas in altero esse dānabilia. Et sicut iudicas de alio, sic potes scire qd̄ Deus iudicabit de teipso. Et uere iudicaberis à Deo, sicut iudicas eos qui faciunt ea q̄ & tu facis: quia scimus q̄ iudicium Dei est scd̄m ueritatem in eos q talia faciūt. Nō .n. accipiet p̄sonā in iudicio; sed siue maior, siue minor, siue Iudæus, siue Gentilis sit q̄sq;, Deus illum uero iudicio, ꝓut dignum fuerit, iudicabit. Notandū quoq; q̄ hæc sn̄ia slr̄ dānandū manifestet etiā nr̄i tp̄is quē
Matth. libet iudicē, uel eccl̄iasticum, uel secularem, q facit ea q̄ in aliis iudicat.

*Existimas aūt o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius et patientiæ & longanimitatis contemnis, ignorās quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Scd̄m*
Matt. 16. *duritiam aūt tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; scd̄m opera eius: his* B *quidem, qui scd̄m patientiam boni operis, gloriā & honorem & incorruptionem quærentibus, uitam æternam, his aūt qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operātis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonū Iudæo primū et Græco.*

Nos scimus iudicium Dei esse in eos q talia faciunt. Sed tu cū eadem facias, putas te euasurū illud iudicium? Et hoc est qd̄ increpatiue dr̄. *Existimas autem hoc o homo qui iudicas* .i. iudicio tuo dānas eos, q talia agunt, & facis ea: *quoniam tu effugies iudicium Dei?* Quāuis .n. ptātem nunc sup̄ cæteros habeas, & non sit qui te in hoc mundo iudicet, non tn̄ existimare Deum tibi parciturū debes, si male egeris. Putare .n. posset aliqs īperitus, q̄ tāto liberius sibi peccare liceret, quāto diligentiꝰ alios à pc̄tō cōpesceret. *Existimas quoniā iudicium eius effugies*. i. nunqd iō tibi de īpunitate blādiris, qa Deꝰ in p̄nti nō reddit? *An contēnis diuitias bonitatis eius*. i. diuitem & copiosam eius bonitatem, qa nūc misericordiæ tp̄s est, *& diuitias patientiæ eius*, qua peccātes patienter tolerat. *& longanimitatis*, qua diutius illos ad pn̄iam expectat? Se uere loqtur Ap̄ls, quia mala & dura mens nō reuocatur nisi terrore. Diuitiæ aūt bonitatis Dei in hoc mani festantur, q̄ tanta quotidie in terris Matth. 7. mala faciūt hoīes, & tn̄ eis Deus solem suum ꝓducit & pluuias ministrat, aliaq; multa bona largitur blādiēs ut ad pn̄iam p̄ bn̄ficia ꝓuocet. Diues esse mōstrat et patientia eius, q tot & tāta mala facientes patiēter sustiet. Diues est & lōganimitas eiꝰ, qm̄ nō stati punit eos, sed expectat ad pn̄iam p̄ multa tp̄a Sed has diuitias bōitatis et patientię et lōganimitatis cōtēnit, qui nō sic utitur eis ad pn̄iam, ut Deus intendit, sed ad uanā securitatem uertit, æstimans Deū

C aut non curare humanas res, aut donare q̃d differt. An cõtemnis, inquit, has diuitias, *ignorans* .i. nõ cogitans, *quoniam benignitas* .i. pia misericordia *Dei adducit te*, quãtum in se est, *ad pœnitentiam*, dum tibi spatium adhuc tp̃is indulget, ipsa te ꝓuocat ad pœnitendum, sed tu *secundũ duritiã tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram*, q̃a durus es & in malitia tua ꝑtinax, de qua nec corde pœnites. Sunt.n. quibus mala quæ agunt, displicent. Sed tu nec in corde pn̄iam agis, q̃a nimis induratum est in malitia cor tuum. Et *sc̄dm hanc duritiam tuam thesaurizas tibi iram*.i. acumulas & reponis tibi uindictam exercendam *in die iræ*.i. in die ultionis extremæ. *Iram thesaurizas*.i. in occulto multiplicas tibi, deterius peccando per indultũ tp̃is spatium. Nã q̃a conuerti non uis, ẽt spatio tp̃is accepto, per hoc mala tua ad reatum auges, ꝑ q̃d ea diluere poteras, si conuerti uelles. De benignitate.n. Dei irã sibi reprobꝰ thesaurizat, q̃a dum ad pœnitendum tp̄s accipit, & ad peccandum expendit, ip̃m remedium gr̃æ uertit in augmentum culpæ. Vnde & op̃s Deus, q̃a collata remedia cõspicit ad culpę augmentum trahi, ipsam benignitatem quã cõtulit, in iudicit* distributionem uertit, ut inde

Aliàs districtionẽ.

post plus feriat, unde modo amplꝰ expectat: & q̃a homo deserere malũ nõ uult ut uiuat, augeat unde moriatur. *Thesaurizas*, inquit, *tibi iram* uẽturã *in die iræ*.i. in die iudicij, qua Deus uidebitur iratus eẽ reprobis, licet nulla mentis ꝑturbatione moueatur. *Et in die reuelationis iusti iudicij*.i. in qua reuelabitur q̃d nunc occultum est, iustũ iudicium Dei, q̃ tam iuste iudicabit, *ut reddat unicuiq; sc̄dm opera eius*. Et uere ita unicuiq; reddet, nã bonis bona, & malis mala. Et hoc est: *His quidem* reddet gl̃iam, qui sunt boni op̃is *sc̄dm patientiam*.i. qui bona operantur, bene utentes patiẽtia Dei, uel qui *secundum patientiã* bene operantur.i. mercedem D boni operis sui per patientiam expectant, ꝑdurantes usq; in finem in bono opere & in patientia, ut bona faciant & mala tolerent. His reddet *gloriam*, ut fulgeãt sicut sol in regno patris eorũ: *& honorem*, ut sint ei sil̃es sicut Ioannes dicit: Quia cum apparuerit, sil̃es ei erimus. *Et incorruptionem*, id est, ĩmortalitatẽ. Hęc reddet Deus illis, qui sunt sc̄dm patientiam boni op̃is, *& hoc quærentibus uitam æternam*.i. illis solũmodo, qui ex patientia & bona actione sua nihil aliud q̃ uitã æternam quærunt. Et si.n. patientiã boni op̃is ostendunt, gloriam tñ & incorruptionem nõ recipient, si intẽtione cordis uitã æternã nõ q̃runt. Istis q̃dẽ gl̃ia dabitur. *Sed his qui sunt ex contentione*, sicut uos q̃ nunc cõtẽditis adinuicẽ. *Qui sunt ex contentione*.i. ex ueritatis ĩpugnatiõe ubi q̃d asserĩt, nõ rõne, sed animi ꝑtinacia defendĩt. *& qui non acquiescunt euangelicæ ueritati* cũ eis annunciatur, ut faciant q̃d ueritas præcipit, *sed credunt iniquitati*, quam diligunt, promittentes sibi impunitatẽ malorũ quæ faciũt. His reddetur *ira*, id est, iusta ultio Dei, *& indignatio*.i. uigor seueritatis eius, *tribulatio* de reatu conscientiæ, *& angustia* de uana pn̄ia, q̃ñ erunt intra se pn̄iam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Vel *ira*.i. pena, *& indignatio*, quia sibi ipsis indignabuntur, ꝙ male agentes irã Dei meruerunt. Huiusmodi *ira & indignatio* dabitur corporibus & animabus eorum in futuro. Et antequã animæ eorum resocientur corporibus, interim ueniet *tribulatio*, quãtum ad exteriorem cruciatum: *& angustia* quantũ ad cõscientiã, quę torquebit intrinsecus ipsas aĩas. Vel post resurrectionẽ *tribulatio* in corporibus, *& angustia* in animabus. Hæc pœna ueniet, *in omnem animam operantis malum*: quia anima prima peccat, & idcirco pœnam principaliter sentit. Supe

1. Ioan. 3

rius

A rius etiam dictum erat, reprobū thesaurizare sibi iram in die iudicij. Et nūc nequis putaret ꝙ reprobi usq; ad diem illam sine pœna essent, additur, pœnam esse dandam *in omnem animam hominis operantis malum*. Ac si dicatur Nō solum in illa die & deinceps sentiet iram malus, sed & ante. *In omnem animam operantis malum, Iudæi primum & deinde Græci*, id est, Gētilis. Iudæus Gentili in culpa prefertur, quia preter naturalem legem, & Moysi legem scriptam habuit, ac preuaricatus est. Iudeus semper anteponitur, quia primus Deum cognouit: & credēs, propter Abraham honorificētior est: diffidens autem, peius tractandus, qm̄ ꝓmissa patribus refutauit. Ostenso aūt ꝙ male operantes ex utroq; populo sint puniendi, ostendit ecōtra ꝙ bene agentes ex circuncisione & preputio sint glorificandi, ideoq; sententiam premissam repetit: Pœna erit male opanti. Sed *gloria*. i. splendor clarificati corpis, *& honor*. i. locus ad dexteram iudicis, *& pax*. i. omnimoda quies in regno, erit *omni operāti bonum*: non dico omni qui uidetur operari bonum, sed qui ueraciter operatur quod Deus bonum iudicat. *Iudæo primum*. Primum credulitatis tp̄e, non dignitate. Iudæi enim primo crediderunt, ac bonum operati sunt, *et postea Græci*, per quos signantur Gentiles, sed nunc utriq; parem in regno locū beatitudinis habent.

*Non est enim personarum acceptio apud Deū. Quicūq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur. Nō enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.*

Deute. 10. 2. Para. 19

Iure equiparo Iudæum & Gentilem in pœna & gloria, quia Deus iudicat non scd̄m personas, sed scd̄m merita. *Non enim est apud Deum acceptio personarum*, sed acceptio bonorū operū. Siue .n. Iudæus, siue Gentilis, unusquisq; scd̄m opa sua iudicaṫ à Deo. Et uere Deus personam nō accipit. B *Nam quicunq; peccauerunt sine lege*, sicut Gētiles, qui legem scriptam nō acceperunt: *peribūt sine lege*. i. non fiet de eis legale iudicium, quia in gehennam sine iudicio præcipitabuntur. *Et quicunque in lege peccauerunt*, sicut Iudæi, qui legem Moysi nō seruauerunt, *per legem iudicabuntur*. i. damnabuntur: quia ipsi audient uerba iudicis, ut pereāt propter legem eius quam accepērūt ac uiolauerunt. Vel hoc potest hæc sententia intelligi demonstrare, ꝙ quicunq; minus peccat, minus punieṫ: & qui magis peccat, durius damnabitur. *Nam quicunq; peccauerunt sine lege*, id est, sine legis transgressione, sicut gētes. s. qui minus peccauerunt, *sine lege peribunt*. i. minus punientur: quia tantum propter peccata sua damnabuntur, non propter transgressionem legis Mosaicæ, quia non habuerunt illam. Et e diuerso, *quicunq; peccauerint in lege*. i. grauius peccauerunt legē transgrediendo, *Per legem iudicabuntur*, id est, ut pereant, quia propter solam legis notitiam nō saluabuntur, quoniam solo legis auditu non iustificantur, & sine iustitia nemo saluaṫ. *Non enim illi qui tantum auditores sunt legis, iusti sunt apud Deum*, quamuis apud homines æstimentur iusti, *sed factores legis iustificabuntur*. i. iusti iustificabūtur. Factores enim legis, utiq; iusti sunt. Ac per hoc tantūdem est ac si diceretur: factores legis creabūtur, non qa erāt, sed ut sint, ut uel sic intelligerēt etiam Iudæi legis auditores, indigere se grā iustificatoris, ut possent esse factores. Vel *iustificabuntur*. i. iusti deputabuntur. Factores. n. legis illi sunt, qui credunt in Xp̄m, quem lex ꝓmisit, & de quo Moyses ait: Ipsum audietis tanq̄ me. Sed credere in eum & audire eum. i. obedire ei, nemo potest nisi donante ipsius gratia. Deut. 18.

Ephes. 6. Col. 3. Actu. 10

*Cum. n. gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem*

C *non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, qua iudicabit Deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.*

Factores legis iustificabuntur, quia etiam gentes. Et hoc est quod adiungit, *Cum enim gentes &c.* Vel ita dixerat Gentilem damnari si male operaretur, & saluari si bene. Sed cum legē non habeat, & quasi nesciat quid sit bonū, & quid sit malum, uideretur neutrum sibi debere imputari. Contra Apostolus: Et si nō habet legem scriptam, habet naturalē, qua intelligit & sibi conscius est, quid sit bonum uel malum: & ideo credendus est bene uel male operari, & merito saluari uel damnari. Quod non est nisi per grām & fidem, quæ renouat naturalem imaginē Dei in hoīe scriptā, sine qua renouatione male operatur et damnatur accusante eū conscientia. Et hoc est quod ait: *gentes quæ legem* Mosaicam *non habent naturaliter*. i. naturali ratione suadēte, *faciunt ea quæ legis sunt*. i. quæ lex fieri iubet, *non habentes legem eiusmodi*. i. scriptam, *ipsi sunt sibi lex*. i. naturalis ratio est eis lex, q bona laudantes & mala damnantes, *ostendunt opus legis esse scriptū in cordibus suis*, id est, firmiter impressum rōni eorū. Nullus enim est qui facit alteri iniuriā, nisi qui fieri nolit sibi. Et in hoc trāsgreditur naturæ legem, quā nō sinitur ignorare, dum id quod facit,
Exo. 20. non uult pati. Opus enim legis est, non occidere, non mœchari, non furari, non concupiscere, nō falsum testimonium dicere, patrem & matrē honorare, & his similia facere, unūque Deum creatorem oīum credere. & hæc oīa naturalis ratio scripsit in corde Gentiliū. Et ita nouerunt qd agendum esset, & qd uitandum, *testimonū reddente illis* in die iudicij *conscientia ipsorum* de his quæ fecerunt: quia ipsi sibi testes erūt bonorū & malorū quæ D gesserunt, scientes inde se merito saluari uel damnari: Nec solū conscientia operū, sed & *cogitationum malarum uel bonarum*, cogitationum dico *accusantiū inter se inuicem aut etiam defendentium*, quia uicissim se accusabunt uel defendent ipsæ cogitationes in conspectu iudicis, ut cogitationes nostræ oēs uno tpe congregatæ iustum iudicem probent, dum aut accusat nos nr̄a conscientia aut excusat, utrū plura sint peccata an bona, opa & utrū uetera an noua, utrū deleta pnīa, an nouis sceleribus instaurata. Ita uel accusabūt uel defendent nos cogitationes nr̄æ, non utiq illæ quæ tunc erunt, sed istæ q̄ nūc sunt in nobis. Cum. n. siue bona siue mala cogitamus uelut in cera, sic in corde nostro tā bonarū q̄ malarū cogitationum notæ q̄dam & signacula relinquunt. Quæ in occulto nunc pectoris posita, in die illa reuelabūtur ab eo, qui solus potest occulta hoīum scire. Quarum notarū causas non latere Deum, etiā conscientia nostra contestabitur. Et quia non solum opa, sed etiam cogitationes in illo iudicio tam subtiliter exquirentur, ideo fidelis quisq semet ipsum debet introrsus discutere nūc & uehementer ante iudicium examinare, ut districtus iudex eō iam tranquillus ueniat, quō reum suū discutere appetit, quem iam pro culpa punitum cernit. *Testimonium*, inqt, *reddente illis conscientia*, quiā conscientia pptia sufficit unicuiq ad testimoniū. Conscientia, subaudi, operū & *cogitationum inter se inuicem accusantium uel etiam defendentium*. Nō dicit q eædem cogitationes accusent & defendāt, sed q uicissim q̄dam accusent, & q̄dam defendant contra malignorū spirituum accusationem *conscientia reddente testimonium in die qua iudicabit Deus*, uel in die. i. in luce, *qua iudicabit Deus occulta hominū*. i. secreta cordis uel peccata latētia, per confessio- Locus obscurior

A nem nō manifestata, iudicabit De⁹: & hoc *sc̄dm euangelium meum*. i. sc̄dm euā gelium quod ego prædico. & iudicabit nō per seipsum, sed per *Iesum Christum*: quia pater nō iudicat quenquā per seipsum, sed per filium, quoniā
Ioan 5. omne iudicium dedit filio.

*Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege: & gloriaris in Deo: & nosti uoluntatem eius: & probas utiliora, instructus per legē: confidis teipsum ducem cæcorum esse, lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorem insipientiū: magistrum infantium habentem formam scientiæ & ueritatis in lege.*

Postq̄ allocutus est gentium partes, uel cōiter de Iudæis & gentibus est locutus, nūc ad solos Iudæos sermonem dirigit, cupiens eos humiliare, q̄m ex accepta lege superbiebant, & gentes quasi peccatrices despiciebant. Grauius. n. accusat illos peccasse præuaricando legem. q. d. Gentilis habet tantum naturalē legem, sed tu si Iudæus uocaris & legē scriptam habes, maiora dona diuinitus accepisti, & maiora bona debes operari. *Si tu cognominaris Iudæus*. i. si à tua cognatione trahis hoc nomē quod est Iudæus, non h̄ns nōis significatum, hoc est, non rei ueritate Iudæus, sed solo nōie, quod tibi pp̄ dignitatem uendicas à Iuda, qui dignior fuit inter filios Iacob. *Et requiescis in lege*. i. delectaris in scriptura legis, q̄a non est tibi laborandum ad perquirendam ueritatem, sicut Gentilibus qui legem non h̄nt. *& gloriaris in Deo*, non eo modo quo postulat gr̄a, q̄ nō operꝫ meritis, sed gratuita datur: sed uelut qui solus merueris legem eius accipere. *& nosti uoluntatem eius*, de redēptione humani generis: *& probas utiliora*. i. de utilibus utiliora scis eligere, *instructus per legem*, quia p̄ naturā multa utilia p̄banē: per legem uero utiliora, & per gr̄am p̄fectiora. si talis es, *confidis teipsum esse ducem cæcorum*. i. te posse ducere per uiam iustitiæ. eos qui nō intel ligunt q̄d debeant agere, & te esse lumen eorꝫ q̄ in tenebris sunt, q. s. possis eos illuminar̄. Cęcos in tenebris positos, intelligamus Gētiles, qui et lumine rōnis priuati sunt: & si quid sciūt, t̄n in tenebris sunt. Vel quoslibet mēte cæcatos et in tenebris ignorantiæ cōstitutos accipiamus, quorꝫ Iudæus se nō solū manuductorem, sed et illuminatorē esse gloriaē pp̄ legis notitiā. *Et eruditorem insipientium*. i. q̄ imperitos Iudæos ponere possit extra ruditatē, qua legē aliquo mō sciunt, sed q̄uo eam debeant intelligere, dubij sunt, & inde inter se loquūtur. & *magistrum infantium*, eorꝫ Iudeorꝫ, q nec̄ fari sciunt de legis dubietatibus. *habentem formam scientiæ & ueritatis in lege*, ut alijs exemplar sciæ legis sit & ueritatis. Quidam. n. h̄nt sciam & intellectum alicuius libri, & ita sentiunt sicut author sensit, non t̄n h̄nt inde ueritatem, q̄a nesciunt q̄uo sit uerꝫ, nec etiam uerꝫ esse sciunt. Sed Iudęus habere se iactat & sensum legis, et scire uerꝫ esse illū sensum legis, ita ut alijs habere uolētibus sit exemplar, tanq̄ q̄ ex legis l̄ra formā sciæ & pietatis accepit. Et q̄a hęc oīa p̄fitetur q̄dem, nec t̄n uero tenet, ideo subiungitur.

*Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas nō furandum, furaris? Qui dicis nō mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomē. n. Dei p̄ uos blasphematur inter gētes, sicut scriptum est.*

Q̄n̄qdē ita gl̄iaris de lege, & alios te docer̄ iactas, *Ergo tu qui alium doces, cur non doces teipsum?* i. tu dux cæcorꝫ, q̄uo uiā rectā nō uides? Si. n. uideres p̄ ipsam utiq̄ ambulares. Tu lumē eorꝫ qui in tenebris sunt, q̄uo nō abijcis opera tenebrarꝫ? Eruditor insipientium, cur ēt timorem Dn̄i, qui est initiū sapiētiæ, reliq̄sti? Magister infantium, cur puer es sensu? Qui habes formā sciæ & ueritatis in lege, cur nec ipse sequeris, nec alios seq malo tuo exē Esaia. 52. Ezech. 36. Eccle. 1.



n Locus de furum

C plo ꝑmittis? Quare nõ cõuenit uita sua doctrinæ tuę, et op⁹ tuũ destruit fidẽ tuã? *Qui prædicas non furandũ, furaris? Qui dicis nõ mœchandum*. i. non adulterandum, *mœcharis? Qui abominaris idola sacrilegiũ facis?* i. tuipse facis qđ ꝑdicas fieri nõ debere, dum fidẽ xpi à lege ꝑ malã ĩterpretationẽ surripis: & legẽ adulteras, cum ablata ueritate mendaciũ ponis: ac sacrilegus es, dum Xp̃m, quem propheticus sermo signat, negas. Et cur hęc facis? Cur sensum de Xp̃o furaris ex lege? Et cur mœcharis. i. adulteras, hoc est, mentẽ tuam falsitate corrũpi facis, cõtemnendo ueritatem xpianæ fidei quasi legitimum uirũ, & eligendo mendaciũ uelut adulterũ? Non. n. est una mœchatio, sed omne qđ totum Deo debes, si aliĩ q̃ Deo reddideris, siue amorẽ, siue timorem, siue seruitiũ, siue obedientiam, siue spem. Et ideo grauius ab illo delinqtur, à quo ꝑfectio prædicatur. Et tu q idôla detestaris, cur sacrilegium facis? i. cur aufers Xp̃m à sacro, hoc est, à lege, negando eum ibi sonari? Sacrilegium. n. uocatur sacri furtum, qa legere uel sublegere, furari dicitur. Sacrilegium qppe est, uel sacrum de sacro auferre, sicut reliquias de ecclesia, uel sacrũ de non sacro, sicut crucem de domo laici, uel non sacrũ de sacro, sicut capam laici de ecclesia. Et sacrilegiũ facit, qui sacrũ xp̃i intellectũ à sacra lege tollit. Sacrilegium. n. est in hoc loco ꝓprie, qđ in Deum cõmittitur, quasi sacri uiolatio uel mãdatorũ præuaricatio. Vnde & additur: *qui in lege gloriaris*. i. q de lege quam solus ex oĩbus ppl's q sub cœlo sunt, accepisse te iactas, *cur Deum per præuaricationem eiusdem legis inhonoras* faciendo furta & adulteria et sacrilegia? Nam scd̃m lrãm multi Iudæorũ hoc fecisse reperiũtur, furta uidelicet & adulteria & sacrilegia. Figuratur aũt ꝑ hunc, quem ita nũc increpat Ap̃ls, q̃libet doctor ecclesiæ, qui bona prædicat & mala facit, de D struẽs moribus, qđ astruit uocibus. Cui recte dicit: *Qui aliũ doces teipsum non doces &c.* Deinde ꝓbat q Iudæi praua ricãdo legem inhonorauerint Deũ. Vere Deũ inhonoras tu & sĩles tui. *Nam nomen Dei*. i. gloria & fama noĩs Dei *blasphematur*. i. uituperat *Inter gẽtes per uos*. i. per malam conuersationem uestrã. Sicut. n. bona uita fidelium, causa est ut Deus glorificetur à uidẽtibus: sic q̃n illi qui legem Dei acceperũt, male uiuunt, illorũ praua conuersatio, causa est, ut Deus blasphemet. *Sicut scriptum est*. Ideo nõ apposuit ubi uel qbus uerbis hoc scriptũ sit, qa Iudæis loquebatur, q legem & ꝓphetas habebãt: et ubi hoc scriptum esset, satis nouerant, uidelicet in Ezechiele, ꝑ quẽ Deus de illis q in Chaldæa tenebãtur captiui, cõquestus ẽ, dicens: Ingressi sunt ad gentes, et polluerunt nomen sanctũ meũ, cum diceretur de eis, ppl's Dñi iste est, & de terra eius egressi sunt. Sic tunc per illos blasphemabatur nomen dñi, qđ ipsi malis opibus suis polluerant in oculis gentiũ. Putabant. n. gentes q ea quæ Iudæi faciebãt, placerẽt Deo ipsorũ, & ideo uituperabant eum. Similiter & per eorũ nequitiam, qui tẽpore quo Paulus hæc scribebat, dispersi inter gentes erant, blasphemabatur Deus à gentibus. Sic & nunc per nõnullos religionis professores, dum prauitatis exempla de se ostendunt, blasphematur plerunq; Deus ab imperitis & secularibus. Ezec. 36.

*Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autẽ præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur ꝑputium iustitias legis custodiat, non ne præputium illius in circuncisionẽ reputabitur, & iudicabit id qđ ex natura est præputiũ, legem cõsummans, te qui per literã & circuncisionẽ legis præuaricator es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in absconditio Iudæus, & circuncisio cordis in spiritu, nõ litera, cu*

A *ius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.*

Ostenderat legem non ualere Iudæis, & nunc ostendit nec circuncisionem illis prodesse. Postq̃.n. probauerat eos non posse gloriari de lege, quia transgressi sunt eam .i. moralia præcepta eius: Possent ipsi respōdere, dicentes: Quamuis ipsa lex nō proficiat nobis, quia transgressi sumus illam, sicut tu dicis: tamē de circuncisione possumus gloriari, q̃a p̄ eam præcellimus gentes incircuncisas. Et Apostolus: *Circuncisio quidem prodest, si legem obserues* .i. cum obseruantia moralium præceptorū in fide factorum. *Sed si sis præuaricator legis*, sicut es, ut probauimus .i. si quod circuncisio exigit, non impleas, tunc *Circuncisio tua* carnalis, de qua multum gloriaris. *Facta est præputium* .i. plus nō ualet tibi q̃ si circuncisus nō esses. Prodest, inquit, suo tempore circūcisio, quia Iudæum facit uiuere & non exterminari. Prodest circuncisio, quia facit in lege esse. Prodest, q̃a obediēdo Deo facit signum futuræ ueritatis, dum populus rudis sub timore custoditur. Carnis.n. circuncisio, ueram cordis circuncisionem præsignat. Et ideo ante saluatoris aduentum prodest carnalis circuncisio. *Si legem obserues* .i. si & morib⁹ circūcidaris. Non.n. alia intelligitur esse uera circuncisio, q̃ animæ purgatio & uitiorum abiectio. Et idcirco prodest carnis circuncisio, si & mens per obseruantiam moralium pręceptorum legis circuncisa sit. Signum prodest, si res adsit. Cæterum signum sine re superfluū erit. Hoc est .n. quod subditur, quia. *Si præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est*, q̃m cū sis carne circuncisus, opere es incircuncisus. Similiter dici potest christiano: Baptismus prodest, si euangeliū obserues. Si autem præuaricator legis sis .i. euangelij, baptismus tuus nihil tibi ualebit. Sic & monacho: Cucul-

la prodest, si regulā obserues. Si autem præuaricator regulę sis, cuculla tua inutilis facta est. Deinde īfertur à contrarijs sic: Quandoquidē si pręuaricator legis fueris, circuncisio tibi non plus prodest, q̃ præputium: igitur si pręputium obseruet legem, tantundem prodest ad salutem, quā tum circuncisio cum obseruatione legis. Et hoc est. *Si præputium* .i. gentilis qui in præputio carnis ad fidē Christi uenit. *custodias iustitias legis* .i. præcepta moralia, per quæ iustificatur homo, sicut est, Non mœchaberis, Non concupisces, Honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum, *non'ne præputium illius reputabitur in circuncisionem?* .i. non'ne ipse habens præputium, æquiparabitur Iudæo habenti circuncisionem cum legis obseruatione .i. non oberit ei præputium habere, si legem spiritaliter obseruet, sed in filijs Abrahæ reputabitur: & quod circūcisio facit Iudęo legem obseruanti, idem faciet ei præputium, postq̃ cum fide præcepta legis obseruabit. Et non solum æqualis erit Iudæo, sed etiam Iudæum iudicabit, Iudicabit non potestate iudicij, sed comparatione facti melioris. *Præputium* .i. præputiatus. *Consummans* .i. complens *legem* te ò Iudæe. *Qui per literam & circuncisionem es præuaricator legis*. Præputium, inquam, quod est ex natura .i. quod ita permanet, ut natura dictauit, nec circuncidendo resecauit quod sibi natura dedit, illud p̄putium custodiendo naturalem legem, quam tu pręuaricaris in litera, *iudicabit te* .i. comparatione sui iudicabilem te ostendet. Ita secularis uir, si religiose uixerit, condemnabit respectu sui eum, qui religionis habitum & professionem habet, nec tamen religiose uiuit. Dixi quòd circuncisio tua præputium facta est, & præputium gentilis in circuncisionem reputabitur. Nec īmerito: *Non.n. est* ue-

B

Exod. 20

C rus Iudeus ille. *Qui in manifesto iudeus est*.i.in uocabulo & natione & legis obseruantia carnali: neq; est uera circũcisio illa, *Quæ in manifesto*.i. quæ corporeis oculis uideri potest *In carne*.i. in cutis ablatione: sed ille est uerus Iudæus *Qui in abscondito Iudeus est*.i. in secreto cordis confitens & laudans Deum, & illa est uera circũcisio quæ est cordis. Antiqui patres & circuncisionem carnis habebãt propter signaculum fidei, & circuncisionẽ cordis propter ipsam fidem. Sunt ergo Iudæi in circũcisione carnis, et sunt Iudæi in circũcisione cordis. Ab his patribus degenerantes isti qui in nomine gloriantur et facta perdiderũt, remãserunt in carne Iudæi, & in corde pagani. Qui idcirco maxime Iudæi sunt appellati, quia Iudas unus erat ex dudecim filijs Iacob, & de tribu eius regnũ ueniebat Iudæis, sicut & ipse Iacob prophetauerat, di-

Gene. 49. cens: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittendus est. Nũquam ergo post Dauid habuerunt regem Iudæi, nisi de tribu Iuda, donec Christus ueniret, qui & ipse de tribu Iuda nasci dignatus est, utpote uerus rex. Herôdes .n. sub quo dñs natus est, primus ex alienigenis regnauit in Iudæa. Itaq; ipso iam ueniente domino, euersum est regnũ Iudæorum & sublatum ab eis. Modò non habent regnum, quia noluerunt cognoscere regem uerũ. Qui ergo à Iuda, de cuius stirpe regem habebant, uocabantur Iudæi, uideamus si iã hoc nomine sunt apellandi. Ipsi.n. uoce sua abdicauerunt se ab isto nomine, ut Iudæi non sint digni appellari nisi tantum carne. Cum.n. sæuirent

Ioan. 19. in Christũ, qui de Iuda & de Dauid rex eis datus fuerat, ait illis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? At illi: Non habemus regem nisi Cæsarem, Si non habebant regem nisi Cæsarẽ,

D ablatum erat sceptrum ex Iuda. Et si ablatum erat sceptrum ex Iuda, iam uenerat qui mittendus erat, et illi uirtutem Iudaici nominis perdiderãt. Illi autem uere sunt Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudæis. Cæteri uero Iudæi qui in Christum non crediderunt, etiam nomen ipsum perdere digni fuerunt. Iudæa ergo uera, Christi ecclesia est credens in illum regẽ, qui uenit ex tribu Iuda per uirginẽ Mariam Recte itaq; dicit apostolus non uere Iudæum esse, qui in manifesto Iudæus est, neq; ueram, quæ in manifesto in carne circũcisio est, sed eum qui in abscondito Iudæus ẽ, & eam circuncisionẽ, quæ est *cordis, in spiritu, non in litera*.i. ut scdm spiritum, nõ scdm literam lex intelligatur. Circũcisio cordis, est uolũtas pura ab omni illicita concupiscentia. Quæ circuncisio non fit litera docente & minante, sed spiritu adiuuante & sanãte. *Cuius* circuncisionis uel Iudæi, *Laus non ex hominibus, sed ex Deo est*, quia non ex inani uocabulo laudatur ab hominibus, sed ex ĩtima ueritate à deo, qui per suam grãm præstitit ei, unde laudari possit & dicere, In domino laudabitur anima mea. Nã etiãsi Psal. 33. homines talem Iudæum uel talẽ circuncisionem laudent, laus illa non ex hominibus est: sed ex Deo.i. non ex humanis meritis, sed ex Dei gratia Non.n. iure quisquã laudari potest solis suis meritis, si ei gratia superna defuerit, sed cuicunq; gratia illa affuerit, hunc uere laudabilem facit. Sic & nonnulli gloriantur apud homines de exteriori habitu religionis, qui tamen intus non habent qđ foris ostendunt: alij uero moribus sunt religiosi, qui uestem nõ gerunt religionis, nec ab hominibus laudãtur quasi religiosi, sed à deo, qui nouit quod sunt.

CAPVT III.

*Quid ergo amplius est Iudeo? aut quæ utili-*

A *tis circuncisionis ? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid.n.si quidam illorum non crediderunt,*
Ioan.3. *nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacua*
Psal.50. *uit? Absit. Est autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est. Vt iustificeris*
Eccle.1. *in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.*

Dixerat apostolus ꝙ circuncisio, si legem seruet, utilis est, si uero præuaricetur, in præputium uertitur: & econtra, si præputium impleat legẽ, reputatur in circuncisionem. Nunc autem quia uidet quod sibi possent obijcere Iudæi. Ergo nihil est amplius nobis q̃ gentilibus, & sic Deus superflue fecit nos circuncidi: ipsemet ponit illam obiectionem, ostendendo quid illis sit maius q̃ gẽtilibus. Quandoquidem circuncisio præuaricans legem, fit præputium: & præputium cõsummans legem, reputatur in circuncisionem .i. Iudæus fit gẽtilis, & gẽtilis Iudæus. *Ergo quid amplius est iudæo*, q dr̃ peculiaris populus Dei, q̃ gentili, qui dicitur canis imũdus? *Aut quæ utilitas est circuncisionis*.i. qd cõsecutus est de circuncisione? Huic interrogationi uel obiectioni respõdetur, quia *multum* amplius Iudęo secundum priora tempora, & hoc. *Per omnem modum*.i. per corporalem & spiritalem modum. In utroq; n. modo fecit Deus multa Iudæis, quæ gentilibus non fecit: & ita sdm priorem statum sunt digniores, sed nũc in fide nõ eccellentiores. Corporali modo pluit illis manna in deserto, & introduxit eos in terram promissionis, ac magnis opibus ditauit: spiritali quoq; modo benefecit eis, dans illis notitiam sui, & aperiens uoluntatem suam, & iustificans eos per fidem uenturi redemptoris. *Primum quidem*: Quasi dicat, Vt alia minora de tẽporalibus prætermittam, hoc primum & præcipuum pono. *Quòd eloquia Dei*.i. lex & prophetæ *illis*, ut amicis *sunt credita* per quę intelligerent de futura ĩcarnatione sapientiæ Dei & B redemptione hominum. Vel credita sunt ab illis, quia nos credimus ueras esse scripturas, quas illi tradiderunt nobis, & à nulla alia gente libros diuinę authoritatis recepimus. Siue credita sunt ab illis.i. ipsi ea crediderũt, quæ ꝓphetæ et lex de Christo prædixerant: & ita facilius receperunt Christum, quem in ipsis eloquijs intelligebãt promissum. Et uere *credita sunt ab illis*, hoc est, illi ea crediderunt. *Quid.n.obest, si quidam illorum non crediderunt*? Vel ita, Vere plus habuerunt in eo quòd Deus credidit illis eloqa sua, qm̃ propter hæc Christus ad eos uenit, & ad fidem primos adduxit. Quid.n. obfuit, si quidam illorum non crediderunt? *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit*.i. inanẽ fecit fidem Dei, qua credunt homines in Deum? *Absit* ut euacuaret eã. Non.n. ideo minus factum est credẽtibus, si alij credere noluerunt, nec fides propter eos uacua remansit, sed repleta est credẽtibus. Vel fides Dei est fides promissionis, quam fecit Abrahæ de Christo & multitudine spiritalium filiorum. Et si quidã Iudæorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum euacuauit fidẽ Dei.i. nunquid uacuam & inexpletam fecit promissionem Dei? Absit hoc ab humanis cordibus, ut diuinam promissionem putent euacuatam. Licet.n. aliqui fuerint increduli, tamen alij crediderint, in qbus cõpleta est ueritas promissionis. Non est euacuata fides promissionũ Dei, sed Deus est in promissionibus suis uerax, qm̃ ueraciter illas adimplet. *Deus* quidem *uerax est* in omnib9 quę loqtur, sed *Omnis homo est mendax*. Hoc addit ut appareat promissionẽ Dei factam esse & completam, non propter aliquam hominum dignitatem sed propter miseriã, ut gratia detur indignis, & cõmendatior sit gratia

C Deus dicitur uerax.i.inuariabilis tã in essentia ꝙ in promissis. Homo autem mendax, nec uerum esse habẽs, & propter peccata defluens. Omnis nanque homo mendax est .i. humana natura sic est ex primitiuo casu corrupta, ueneno serpentis infecta, ut si ne mendacio peccatorum non existat in hoc seculo. Non enim solum modo uerbis, sed & factis est mendax. Omnis homo, inquantũ homo est est mẽdax. Sed nõnulli q per gratiam dei supra homines fiunt, etiam ueraces per eandem gratiam efficiũtur. Quibus de caussis fidem suam Deus non permisit euacuari? Tum propter suam ĩmutabilem ueritatẽ, tum propter uenialem statũ humanæ fragilitatis, quæ postꝙ à ueritate decidit, sine peccatorum mendacio non potest existere. Ita est Deus uerax, & homo mendax, *Sicut scriptum est* in psal, *Vt iustificeris in sermonibus tuis &c.* Quasi diceret psalmista. O domine pronunciasti quidem sine personarum acceptione te in peccatores uindicaturum: & dum nũc mihi remittis, propitiationem tuam mendaciũ iudicanr. Sed uincis, dum iudicaris iniustus eẽ remittẽdo peccata mea: quia dum homo ipse culpã in se lamentando persequitur, indulgentia pietatis tuæ non iniusta esse probatur. Dum in me reatum arguis per prophetam, probas te habere de nostris operibus curam, & uincis eos qui te incuriosum humanoꝝ actuũ iudicabant. Sicq́ tu uerax esse probaris, homines autem mẽdaces. Peccaui, & malum corã te feci, ut tu mittẽdo filium tuum de stirpe mea, sicut promisisti, iustificeris in sermonibus tuæ promissionis.i. iustus & uerax esse comproberis, non dimittendo propter iniquitatem meã qn filium tuum, sicut locutus es, ex semine meo carnem suscipere facias, ut mundum redimat. *& uincas* implẽdo promissa, *cum iudicaris* non debere implere propter peccata mea. Iustificeris in sermonibus tuis, implendo illos. Iustitia. n. sermonum est ueritas: & uincas reprehẽsores tuos mẽdaces, cũ iudicaris ab illis iniustus, dum mihi parcis & dignum me tua promissione facis. Hanc lineam apostolus sequitur nunc, quasi dicens. transgressi quidẽ Iudæi fecerunt nomen domini blasphemari, ut diceretur. Hæc erat illa gens sancta & populus electus, qui se nunc transgressione & inexpiabili sacrilegio & crimine ĩpietatis inuoluit: ecce per scelus eorum uacuata sunt ꝓmissa dei. Sed non ita est. Nam si transgressores à gratia exciderunt, ueridicã domini promissionem obedientia fidelium consequitur. Ac sic confusis illis, qui eloquia diuina in irritum adducta iactabãt, iustificatur Deus in sermonibus suis, & uincit cum iudicatur, dum gratiam ab incredulis repudiatam, credentibus confert.

Psal.115. | Psal.50. | D

*Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim ueritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur, & sicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala ut ueniant bona, quorũ dãnatio iusta est.*

Dixit ꝙ Deus est uerax, et omnis homo mendax, ꝙ indignis dat bona, in quo apparet cõmẽdabilior eiꝰ iustitia & gratia. Vnde peruersus aliquis dicens Deũ uti malis quasi instrumento ad gloriam suam, rem eò deducit ut dicat iniquum Deũ, qui peccata punit quæ sibi prosunt. Qđ apostolus remouet. Vertitur .n. hoc loco duarum ratio personarum.i. cuiuslibet imperiti male interpretãtis, & Apostoli refellentis. Nã propter sententiam, qua dictum fuerat, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uin-

A cas cum iudicaris, uidebatur ei pars diuersa respondere. O astopole, magnum peccatis nostris solatium cõtulisti, dicendo ꝙ iustificetur Deus in nostrorum indulgentia delictorum, quia iniuste peccata nostra puniuntur, quæ ad manifestandam Dei patientiam beneuolentiãq; proficiunt. Et apostolus: Deus quidem iustificatur in sermonibus suis. Sed *Si iniquitas nostra*, sicut tibi uidetur, *commendat iustitiam Dei*.i. maiorẽ declarat, dũ remittit aut iudicat, *Quid dicemus* subaudi, de hoc inconuenienti quod inde oritur? *nunquid iniquus est deus qui infert iram*?i. pœnam propter peccata.i. tunc est iniquus, si nos punit, ꝓpter peccata nostra, quæ illius gloriã augent. *Secundum hominem dico*.i. scd̃m carnalem sensum tuum, qui de superiori sententia tã imperite sentis. Quã enim iustitia damnabit iniustitiam, si iuxta opinionem tuã humana iniquitate sit iustior? Sed *absit*, ut putetur iniquus dum peccatores punit. Nõ ergo iniquitas nostra iustitiam eius cõmendat, nec eum peccata, sed bonorum operum gesta glorificant. Et ideo peccata iuste ulciscitur, qui sanctis operibꝰ pie delectatur. Verè nõ est iniquus feriendo peccatores. Nã *Alioqui*.i. si alio modo est, si hoc nõ ẽ ꝙ non sit iniquus, *Quomodo iudicabit ipse Deus hunc mundum*? Repugnat .n. ut sit iniquus & iudex fiat, cum omnis iudex sit æquus. Non potest ergo iudex esse, si iniquus est, inferendo peccantibus iram. Restat igitur esse eũ iustum & æquum in ultione peccatorum, ac per hoc iuste iudicaturũ, cum bona bonis, & mala malis reddiderit: quia nõ profuerunt ad commendandam iustitiam eius iniquitates nostræ, sicut dicebas, nec glorificatus est per eas. Adhuc autẽ respõdet Apostolus prędictæ obiectioni, probans ꝙ iniquitas nostra iustitiã Dei non glorificat, nec ipse est iniustus si punit. Verè ita est. *Nam si ueritas*.i. iustitia *Dei in meo mendacio*, id est, per meum peccatum. *Abundauit*.i. creuit *In gloriam ipsius*, hoc est, si mẽdaciũ peccati mei fecit crescere ueritatem Dei, ut gloria eius per hoc magis dilataretur scd̃m opinionem tuã. *Quid adhuc* postq; ita peccãdo, scd̃m te glorificaui Deum etiam *Ego iudicor*, nunc ab eo, non solum in futuro iudicor *Tanquam peccator* quod non sum, si peccata mea glorificauerunt deum. Iniquitas, est genus siue totum: mendacium uero, species siue pars iniquitatis. Similiter iustitia, genus est uel totum: ueritas autẽ species siue pars iustitiæ. Et idcirco ueritas pro iustitia est posita, qm̃ omnis ueritas est iustitia: mendacium autem pro iniquitate uel pro peccato, quia omne mendacium est iniquitas uel peccatum. Quid adhuc, inquit, iudicor, si mendacium iniquitatis meæ, scd̃m quod tu putas, glorificauit Deũ? Et quid.i. cur non facimus *mala ut ueniant bona*?.i. cur non assidue peccamꝰ, ut Deus assidue dimittat & laudabilior appareat? *Sicut blasphemamur*.i. sicut à peruersis hominibus imponitur nobis hoc sentire, *Et sicut quidam aiunt* praui *Nos dicere*.i. prædicare, *Faciamus mala ut ueniant bona*. Hoc non dicebant apostoli, sed dicebant, qa ubi abundauerat peccatum, superabundauit & gratia. Sed puersi homines occasione uerborũ hm̃oi asserebant eos dicere, faciamus mala ut ueniãt bona, ut authoritate prædicationis apostolicæ peccata sua fouerent & defenderent. *Quorum damnatio est iusta*, quia iuste iudicabuntur, qui sibi in peccatis suis inimica securitate blãdiuntur, & ex uerbis apostolorum in malis suis confirmantur. Potest & aliter intelligi discussa sententia: Verè Deus, si infert iram malis, non est iniquus. Nam si aliter est, qd adhuc etiam post conuersionẽ, ego qui B Roma 5.

C nunc tãtus apostolus sum, iudicor à uobis tanq̃ peccator.i. tanq̃ qui peccaui in persecutione fideliũ?Hoc est,si Deus malis iuste iram non infert, cur magnitudinem iniquitatis meæ iudicatis ad pœnam? Dico q̃a iudicor,& merito, si ueritas dei abũdauit,*In meo mendacio*.i. si mendacium ĩfidelitatis & negationis meæ adeo magnum fuit,ut ueritas diuinæ promissionis & fidei cõmendabilior inde fieret ĩ gloriam ipsius. Hoc est dicere:Merito iudicor, utpote peccator,quia ueritatem christianæ fidei negabam & ueritatem supernæ promissionis exinanire laborabam persequẽdo fideles: & tamen ueritas ipsa fidei uel promissionis, per sæuitiã meam clarior facta est in his, quos martyrizaui, sicut in Stephano. Et cum ego de his merito iudicer, constat quia Deus non est iniustus, dũ peccatores in iudicio damnat.Et nõ est ita de nobis, *Sicut blasphemamur*.i. iniuste & falsò uituperamur, *Et sicut quidam* nõ nominandi *aiunt nos dicere*.i. aliĩs prædicare.*Faciamus mala*.i.peccemus, *Vt ueniant* non à Deo *bona*.i.ut Deus remedia suæ misericordiæ nobis tribuat cõdonando peccata.*Quorum*.i.eorum qui talia de nobis garriunt, *iusta est damatio*.i. iusto Dei iudicio tales damnantur,nec est Deus iniquus dum infert eis iram.

*Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub*
Psal.13. *peccato esse,sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam,non est intelligens,non est requirent deum.Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidũ sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est,ueloces pedes eorum ad effun*
Esaia.69. *dendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorum,& uiam pacis non cognouerunt,non est timor dei ante oculos eorum.*

Quia multum per omnem modũ Iudæo fuisse amplius, q̃ Græco dixerat, ideo nunc Iudæi uolebant se præferre gentilibus, quasi qui p̃ p̃cedentia iustitiæ opera meruissent ad gratiam uocari. Sed ipse arrogantiã eorum deprimens,ostendit eos fuisse peccatores,sicut & gentiles.Quãdoquidem in priori statu multũ fecit Deus per omnẽ modũ amplius Iudæo q̃ Græco.Igitur quid ex hac re uidetur esse consequens? Est inde consequens.*Quia præcellimus eos*.i.Græcos in gratia noua, quam nunc percepimus. *Nequaquam* est inde consequẽs,q nos Iudæi præcellamus eos & digniores eis simus:quia & nos, sicut & illi peccauimus. Nam *Causati sumus*.i.multis causis & rationibus iam mõstrauimus,*Iudæos & Græcos omnes* ante gratiam istam *sub peccato esse*. Et ideo nullus præcedit alium. Superius ostendit gentiles sub peccato esse,cum diceret, Tradidit illos De⁹ in desideria cordis eorũ &c. Iudæos autem ubi dixit. Qui prædicas non furandum,furaris? qui dicis nõ mœchãdum,mœcharis? &c. Ita dixim⁹ eos sub peccato esse. *Sicut scriptum est*, de Iudæis,de quibus minus uidebatur,quia *Non est iustus quisquam* eorum, q̃m ex operibus legis sine gratia nemo iustificatur.*non est intelligens*, quia nullus eorum scripturas sanctas intelligit uel Christum, nec per uerba nec per miracula esse intelligit. *non est requirens Deum*,q̃a quãuis Christus Deus uenisset eos quærere,ut ad ęternam eos patriam reduceret, tamen nullus eorum requirit eum, cum tã sit quæsitus ab eo. Hoc.n. de illis dictum est, qui nondum uenerunt ad Christũ.*non est requirens Deum*, uel Iudæus,uel gentilis quisquam, ut.s.q̃rat ac requirat quõ uoluntatem eius ĩpleat,quatenus ad inuentionem uisionis eius pertingere mereatur, sed *Omnes declinauerunt*.i. deorsum ab eius requisitione se retraxerunt, ponẽtes

A cor in infirmis, & occupantes solicitudinibus corporis. *Et simul omnes facti sunt inutiles.* i. nihil utilitatis sibi conquirentes, quia non solum gentiles, sed et Iudæi, qui per legem sine Christo uoluerunt saluari, frustra laborauerunt. *Non est qui faciat bonum*, cum Iudæos præuaricatio mandatorum, gentes uero naturæ lex uiolata condemnet. Et ideo etiam non est inter eos qui faciat bonum, quia quicquid fit sine fide Christi, nequaquã est bonum, quãuis bonum uideatur esse. *Non est usq; ad unum.* i. nec unus ex eis qui faciat bonum, quia siquis per singulos eorum numerando & ingrendo usq; ad unum transeat, nõ inueniet qui operetur bonum. Vel nõ est in omnibus q faciat bonum usq; ad unum. i. donec ueniatur ad eum qui unus & singularis est. i. ad Christum, cui nemo cõparari põt. Christus.n.tñmodo facit bonum, & in se & in suis. Psal.13. Nõ est ex eis qui faciat bonum, sed omnes ipsi multa mala faciunt. *Nam guttur eorum est sepulchrum patens*, quia sicut ex patẽti sepulchro exit nimius fœtor putrefacti cadaueris, sic ex aperto gutture eorum exit Al. putens per mala colloquia fœtor putentis cõscientiæ ipsorum, ut inficiat & corrumpat mores audientiũ. Clausum enim sepulchrum esset guttur eorũ, si pudor eos adhuc cohiberet, ne internum fœtorem mortuæ suæ animę foras in publicũ loquẽdo proferrẽt. Sed patens sepulchrum est guttur eorum, quia qđ in malis ultimum est uerecũdiam perdiderunt, ut iam publice crimina sua loqui non erubescant, sed guttur suum impudenter aperiant, & ex eo fœtorem mortuæ animæ circunstãtibus proferãt. Et etiam *Linguis suis*, suauia & blanda uerba humiliter depromentes, *Agebant dolose*, qm̃ alia proferebant ore, & alia meditabantur in corde, iuxta illud. Psal.28. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. In uerbis habebant bona. *Sed uenenum aspidum erat sub labijs eorum.* i. insanabile odium latebat sub dictis eorum. Aspidum q̃ppe uenenum perniciosius est q̃ cæterorũ serpẽtium, ideoq; per illud pessima designatur malitia. Et uenenum aspidũ tegitur sub labijs eorum, qui blãda loquuntur, sed morsu uenenati uerbi fraudulenter animã audientis necant, sicut detractores, sicut poetæ, sicut q'libet seductores. Hostes.n. sunt animarum, licet se fingãt amicos: & idcirco per malitiam fraudis eas ueneno suo inficiunt, ut interficiant. *Quorum os* etiam *maledictione plenum est & amaritudine*, quia non solum fictis uerbis blandiuntur, sed etiã alijs pleno ore maledicunt et amara loquuntur. Hę sunt enim artes pessimorum hominum, ut alijs adulentur, alijs maledicant: & alijs blãdiantur, alijs amara loquantur. Nec dicuntur habere maledictionem & amaritudinem in ore, sed os eorum plenum esse fertur maledictiõe & amaritudine, ut abũdantia maledictionis & amaritudinis in ore ipsorum monstretur esse. *Pedes* quoq; *eorum sunt ueloces ad effundendum sanguinem*, quia cito currunt ad perpetrãdum homicidium. Vel pedes, idest, affectus, eorum sunt ueloces: i. parati & festini ad effundẽdum sanguinem, qa ex deliberatione faciunt homicidia. *Contritio & infelicitas est in uijs eorum.* qa tam ipsi q̃ omnes qui in uijs actionum ipsorum ambulant, conterentur gehennalib' supplicijs, & felicitate carebunt æternæ beatitudinis. Et hoc ideo, quia *non cognouerunt uiam pacis.* i. uiam iustæ actionis, qua peruenirent ad quietem perpetuę pacis. Nec mirum, si nescierunt uiã qua tenderent ad æternam pacem, quia *timor Dei* qui est initium sapientiæ, *non est ante oculos* cordis *eorum*. Nã qa initium sapientiæ abiecerunt, ad Eccle.1.

B

C prouectum sapientiæ nequaquam peruenerunt. Sicque superbia qua timore Dei ab intuitu suæ mentis remouerunt, fecit ut uiam pacis ignorarent, et uiam mortis ambularent. Hæc de prauitatibus infidelium Iudæorum atque gentilium, authoritate prophetica locutus est apostolus, ut maxime Iudæos, qui de legis opibus gloriabantur, côuinceret multis peccatis irretitos fuisse. Non autem putãdum est, cum ex solo tetiodecimo psalmo ista posuisse, neque enim habẽtur in Hebræo simul ita per ordinẽ, sed potius ex diuersis psalmis, & ex libro Esaiæ coniunxisse. Nam quod ait. Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, nõ est requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nõ est usque ad unum, ex 13. psalmo sumpsit. Quod autem subiecit, Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, in 5. psalmo legitur. Quodque mox addidit, Venenum aspidum sub labijs eorum, centesimi tricesiminoni psalmi est. Rursumque qđ ait. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, de nono psalmo sumptum est, ubi singulariter dicitur: Cuius maledictione os plenum est & amaritudine. Quod autem sequitur, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, cõtritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerũt, in Esaia reperitur. Et iterum qđ in fine dicitur, non est timor Dei ante oculos eorum, in tricesimiquinti psalmi principio sic est: dixit iniustus ut delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. Nec i hoc cuiquam uideatur esse diuersum, si quod in suis locis numero dr̃ singulari, ab apostolo pluraliter ponitur, qui scribebat ad plurimos, & in unum sensum multa colligebat exẽpla. Patet itaque non tam apostolum de psalmo. 13. sumpsisse, quod in Hebraico nõ habetur, nec in septuaginta interpretibus, sed in editione uulgata, quod eos, qui artem contexendarum inter se scripturarum apostoli nesciebant, quæsisse aptum locum, ubi assumptum ab eo ponerent testimonium, qđ absque authoritate scripturæ positum in epistola non putabant. D

*Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro corãm illo. Per legem enim cognitio peccati, nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi omnes & super omnes, qui credunt in eum.*

Nec dicerent Iudæi, hæc quæ protulisti, nõ sunt dicta de nobis, sed de gentibus, ostẽdit Apostolus. quia quæ in lege dicta sunt, his qui sub lege tenentur, dicta sunt. Legem appellat hoc loco librũ psalmorum, sicut et dominus, ubi ait: Non'ne scriptum est ĩ lege uestra, quia ego dixi; dij estis? Psal. 81. Vel totum uetus testamentum appellauit nunc legem. Quasi diceret: Ioan. 10. Vos quidem ad alios uultis hæc detorquere, *Sed nos scimus quia* non solum ista, sed etiam *Omnia quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*. i. Iudæis siue bona, siue mala. Quãuis ergo & in gentibus oĩa mala hæc essent, quæ nunc apl̃s propheticis uerbis descripsit, de Iudæis tamen proprie dicta sunt omnia: quia nõ necesse erat scelera gentium, de quibus nemo dubitabat, ꝓpheticis testimonijs astruere, sed potius Iudæorum, qui de transactis operibus iustitiæ gloriari uolebant. *Quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*, quoniam omne quod in lege de gentibus dicitur, etiã ipsum hoc de Iudæis dicitur, quia ipsorum principalis est causa. Omnia quæ lex loquitur, etiam dum pessima flagitia describit, loquitur sine dubio, *His qui sunt*

A *sunt in lege* positi, & ad ipsos pertinet quicquid lex dicit, ita *ut omne os* nō solum gentium, sed etiam Iudæorum, *obstruatur*. i. obmutescat, dum nō habēt unde glorientur, sed omnes sub peccato esse monstrantur. Vel ideo loqtur lex oīa his q in lege sunt, ut *omne os* etiam Iudæorum *obstruatur*, non inueniens quid de meritis suis iactet, cū lex dicat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. *Et ut subditus fiat omnis mundus Deo*, ut sciat se sine gratia Dei saluum esse nō posse, uel certè in cōfessione peccati speret misericordiam, cognoscens se esse in peccatis. *Omnis mūdus*. i. omnes hoīes qui in mundo sunt, non solum Gentiles, sed & Iudæi, fiant Deo subiecti. Qđ debent humiliter facere, *quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*. i. nullus in carne uiuens iustificabitur ex carnali obseruātia legis coràm Deo, qui uidet intima cordis, licet coràm hoībus uideatur iustificari. Hinc cōtra eos incipit Apl's disputare magno diuturnoq; conflictu, qui gloriabantur in lege, & per legem se iustificari credebant, nō per grām, docens per ordinem, legem non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum quod aufert gratia: quia lex iubere nouit, cui succūbit infirmitas, sicut gratia iuuare, qua infundit charitas. Et notandum qa nunc legem qnq; libros Moysi nominat. Et cuius legis operibus nemo iustificabit coràm Deo, quia nihil ad perfectum addùxit lex, quæ timorem pœnæ incussit, non amorem iustitię infudit. Qui enim timore supplicij, nō amore sanctitatis obseruabat legem, mallet utiq; nō esse quod timeret, ut impune legem ei præterire liceret. Ac propterea licet ipsam legem actibus impleret, & in oculis hominum iustus appareret, in oculis tamē interni īspectoris erat iniustus: qa quod foris in opere demōstrabat, intus in uoluntate nō habebat. Nō dicimus B non iustificatos fuisse eos q fuerunt legi obedientes, sed dicimus quia nisi ex grā iustificati fuissent, nō essent uere obedientes. Vere ex legis operibus nemo ueraciter iustificatur, qa *per legem* est tantum *peccati cognitio* non consumptio. Prohibet enim lex peccatum, non aufert, & ꝓhibendo ostēdit esse malum quod prohibet. Per legem fuit cognitio peccati, et per eā nemo sine gratia iustificatus est: sed nunc in hoc tempore gratiæ *est manifestata iustitia Dei*, quæ tempore legis fuit operta. *Manifestata est sine lege*. i. sine legis auxilio, *iustitia*, non hominis, non propriæ uoluntatis, sed *Dei*. Et iustitia Dei, non qua iustus est Deꝰ, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. Et ut certius teneatur ista iustitia, *testificata est à lege & prophetis*. i. testimonium ei perhibuerūt, lex & prophetæ. Nam lex quidem dum iuberet & minaretur & neminem iustificaret, satis indicauit dono Dei hominē iustificari per adiutorium spiritus. Prophetę autem, qa id quod prædixerūt, impleuit aduentus Christi. Et hæc iustia est sine lege, quia Deus eam per spirtum gratiæ credenti cōfert sine adiutorio legis, id est, non adiutus a lege: quando quidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius misericordiam per fidem confugiēs sanetur. Dixi iustitiam Dei esse manifestatam. Sed *hæc iustitia Dei est per fidem Iesu Christi*. i. per fidē qua creditur in Christum. Sic enim ista fides Christi dicta est, qua credimus in Christum, sicut illa iustitia Dei, qua iustificamur à Deo. Vtraq; enim nostra est. Sed idcirco Dei & Christi dicit, qa eiꝰ nobis largitate donatur. Hęc iustitia quæ confertur per fidem, fidesq; ipsa, oculta inspiratione Dei & grāæ dono infunditur, nō laborē humano, nec opere ueteris testamenti

C acquiritur, quia ipsius donum est ut credamus. Est ergo iustitia haec *super omnes qui credunt*, coelitus data, superās merita omnium & Iudæorū et Gentilium. Ideo etiam per fidem super eos est iustitia, quæ per legem esse nō potuit, quia fides impetrat quod lex imperat.

*Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiat ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedētium delictorū, in sustentatione Dei, ad ostensionē iustitiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.*

Ideo dixi super oēs æqualiter esse iustitiam per fidem, quia *non est distinctio* in accipienda illa iustitia, sed siue sit Iudæus siue gentilis, si fidem habuerit, iustificabitur. Vere nō est distinctio utrorūque, quia omnes & Iudæi & Gentiles peccauerunt, uel in se uel in Adā. Quoniam lex siue in paradiso data, siue naturaliter īsita, siue in literis promulgata, præuaricata est ab ipsis. *Omnes ergo peccauerunt et egent* adhuc quotidie *gloria dei*, id est ut Deus magis magisque glorificetur in eis, tribuendo beneficia gratiæ suæ per remissionem quotidianorū delictorum & multiplicationem uirtutū. Non gloria sua egent, ut glorientur quasi de suis meritis, sed egent gloria Dei, id est, omnino necessariū est illis, ut gloria Dei dilatetur in ipsis. Si enim iustitia ex operibus legis haberetur, iam ipsa iustitia nō esset gloria Dei, sed potius hominum legem obseruantium. Sed quia per gratiā, non per legem habetur iustitia, illa iustitia est gloria Dei, non hominum, ut quicquid habet homo, non sibi, sed Deo ascribat. Gloria Dei adhuc egent, iam tamen *iustificati gratis*, id est sine ullis meritis. Et iustificati non per legem, nec propriam uoluntatem, sed *per gratiam ipsius*. Non quod sine D uoluntate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostēditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sana uoluntas impleat legem, non constituta sub lege, nec indigens lege. Hoc totum idcirco Apostolus loquitur, ne fides ipsa superbire incipiat & dicat: Si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam datur? Sed si quis dixerit, ut merear iustificationem habeo fidem, respondetur ei: Quid.n. habes quod non accepisti? Cum ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiā ipsius mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici comitāte, non ducente: pedissequa, non præuia uoluntate. *Iustificati*, inquit, *per gratiam*, quæ non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Quæ gratia uenit *per redemptionem quæ est in Christo Iesu*, non in alio aliquo. In eo enim inuenta est redēptio humani generis, id est, in eius sanguine, quæ in nulla alia re poterat inueniri. Non emit nos Christus, quia per naturam ipsius semper fueramus, sed redemit, quia captiui peccato tenebamur. Qui enim aliquem redemit, suum docet fuisse quem redemit: Ita Christus nos redemit, quia eius eramus. *Quem* Christum *Deus* pater *proposuit*.i. longè ante præordinauit futurum *propitiationem*.i. expiationem peccatorum nostrorum. hoc est, ut per eū ipse pater expiaret nos à peccatis, & propitius nobis fieret. Vel *proposuit*.i. in propatulo oībus illū posuit *propitiationem in sanguine ipsius*.i. ut ipse esset non solum propitiator, sed etiam propitiatio, & illam propitiationem haberemus in sanguine eius, qui in remissionem peccatorū effusus est. Nam absque sanguinis effusione, sicut iste

A dicit Apostolus, nō fit remissio peccatorum, quia uidelicet nō nisi per sanguinem Christi dari ualet propitiatio & remissio peccatorum. In cuius typo quotiescunque peccata in lege dimitti dicuntur, sanguis hostiæ offertur. Proposuit autem Deus Christū propitiationem per fidem, ut qui in eum crederent, ipsi propitiationem hanc haberent. Vel proposuit eum propitiationem per fidem in sanguine ipsius, quoniā aliter non erit ipse propitiatio alicui, nisi credat eum fudisse sanguinem suū pro redemptione generis humani, & subiūgat huic fidei bona opera, prout poterit. Proposuit inquam eum, id est, in publico posuit per prædicationem apostolorum, hūc esse propitiationem pro peccatis nostris: & hoc fecit *ad ostensionem iustitiæ suæ*. i. ut per eum manifestaret hominibus suam ueram iustitiam, quæ prius latebat, dum putarent hoīes ex operibus legis se posse iustificari. Veram ergo iustitiam ostendit in Christo credentibus, & ostendit eam esse suam, nō hominū, id est à se ipso datam hominibus, nō ab ipsis ortam, nec ex legis operibus habitam. Quam. s. iustitiam ostēdit *propter remissionem præcedentium delictorum*. i. ut remitteret delicta quæ præcesserant non solum in Gentilibus, sed etiam in Iudæis, qui ueram iustitiam necdum nouerant. Omnes. n. peccauerunt. Sed per ostensionem suæ iustitiæ placuit Deo, ut remitteret illis præcedētes culpas, & iustificaret eos ut deinceps iuste uiuerent. Præcedentia enim ob hoc apls noīauit, nequis intelligeret illa esse remissa, quæ post acceptam grām cōmittit. Præcesserunt delicta, & hoc factum est, *in sustentatione Dei*, qui nō statim percussit delinquentes, sed diu patienter sustinuit, ut ad pniam cōuerteret. Sustentatione dico, prærogata *ad ostensionem iustitiæ eius*, id est, ad hoc longanimiter sustinuit eos, ut tandem conuersis B ostēderet iustitiam suam *in hoc tempore gratiæ*, quam prioribus tpibus nō manifestauerat, dum putarent hoīes se p seipsos posse iustificari. Ad hoc inquam sustinuit & iustitiam suam qua iustificari possent hoīes, ostendit, *ut sit ipse iustus*. i. iuste agēs omnia. Iustum nanque fuit, ut qui in futuro seculo iudicaturus est singulos secūdum opera eorum, in isto seculo patiēter eos sustineret, & quid agere deberent illis ostenderet. Iustus ergo est in hac sustentatione & iustitiæ ostensione, quoniam omnia quę facere debuit, fecit. Et per hæc etiam est *iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi*, qa dum sustinet, & iustitiam suam ostendit, infundit ipsam iustitiā cordi credentis. Non iustificat eum qui est ex lege, sed eum qui est ex Christi fide. i. ex fide qua creditur in Christū. Ex hac enim datur iustificatio, & non ex operibus legis aut naturæ.

*Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Non ne & gentium? Immo et gentiū. Quoniam quidem unus est Deus qui iustificat circumcisionē ex fide, & pputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.*

Quando quidem iustitia est Dei, non hominis, & est fide, non ex lege, *ergo ubi est gloriatio tua* ô Iudæe? Id est, ubi est elatio tua, in qua gloriabaris per legis opera te iustificatum? hoc est, non habes materiam gloriādi in lege, quia exclusa est, id est, eiecta & ablata tibi causa gloriandi, eliminata est gloriatio, quam in corde habebas. Et attende per qd. Nam *per quam legem* putas eam exclusam? Putas per legem factorum, id est, operum? *Non* est exclusa per legem factorum, *sed per legem fidei*. i. non per laborem operum, sed per facilitatem fidei. Lex enim fidei est, qua in Christum cre-

C dimus, & auxilium gratiæ eius ad bene agendum precamur. Lex fidei est in spiritu iuuante, lex factorum in litera iubente. Quod lex operum minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. Lex operum dicit, Non concupisces: lex fidei dicit, Cũ scirem quia nemo potest esse continẽs nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij dominum & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia quæ pietas uocatur, qua colitur pater luminum, à quo est omne datũ optimũ & omne donũ perfectum. Colitur autẽ sacrificio laudis, actionibusq́ gratiarum, ut cultor eius non in seipso, sed in illo glorietur. Ac per hoc lege operum dicit Deus, fac quod iubeo: lege fidei dicitur Deo, da quod iubes. Non ergo per legem operum excluditur gloriatio eorum, q cum sibi iuste uidẽtur uiuere, ita glorian tur quasi non acceperint, sed per legem fidei, quia per eam quisque cognoscit si quid bene uiuit, Dei gratia se habere, & ut perficiatur in dilectionẽ iustitiæ, non se aliunde consecuturum. In lege itaq; factorum, est Dei iubentis iustitia: in lege autem fidei, subueniẽtis misericordia. Hęc est enim lex fidei, qua credimus & oramus per gratiam nobis donari, ut faciamus quod per nosmetipsos implere non possumus, ne ignorantes Dei iustitiam et nostrã uolentes constituere, iustitię Dei non simus subiecti. Vere inquit, per legem fidei exclusa est gloriatio tua, qua de legis obseruatione tumebas: quia nos apostoli *arbitramur*, id est certi sumus, *iustificari* quemlibet *hominem per fidem sine operibus legis* præcedentibus. Non ideo enim Apostolus hoc dicit, ut siqs crediderit, nõ ad eum pertineat bene operari: sed ideo potius, ut nemo putet meritis priorum bonorum operum se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. D In hoc enim se gẽtibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quòd dicebant se meritis bonorũ operum, quæ per legem sunt, peruenisse ad euangelicam gratiam. Ideóque scãdalizabantur multi qui ex Iudæis crediderant, quòd incircuncisis gentibus Christi gratia tradederetur. Vnde nunc Apostolus dicit posse hominem sine operibus, scilicet pręcedentibus iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste deinceps operari, quamuis nihil ante iuste operatus ad fidei iustificationem peruenerit, non merito bonorum operum, sed gratia Dei, quæ uacare in illo nõ potest, cum iam per dilectionem bene operatur? Quòd si cum crediderit, mox de hac uita discesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia in hac uita esse non sinitur. Vnde manifestum est, quia quod Apostolus dicit iustificari hominem per fidem sine operibus, non ita debet intelligi, ut accepta fide, si uixerit, dicamus eum iustum etiam si male uixerit, sed ut sciat se quisq; per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. De illis autem, qui post acceptionẽ fidei nolũt bñ opari, testaẽ Iacobus, qa fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Post hęc Apl's ut ostendat et Gentiles ad istã gratiã debere suscipi sicut Iudęos, ait: *An Iudæorum Deus tantum?* Quasi dicat: Vos putatis q ad uos tantum Deus pertineat, & uos soli gratiam eius suscipe debeatis. Sed nũqd hoc uerũ est? An Iudæorũ tantũ est Deus *Non ne est etiam gentium* sicut Iudæorũ? Immo. i. magis hoc eligam dicere: qa

Sapien. 8.
Iaco. 1.
Iaco. 2.

A est *& gentium*, & Iudæorum.i.omnes homines fecit, & similiter de omnibus cura est ei. Non solum uobis, sed & gentib⁹ uenit Christus, uobis ex lege pmissus, sed ad illas missus. Propterea multo magis & gentium, qa ante legẽ sancti in præputio placuerunt Deo. Ob hoc .n. dixit, *immo & gentium*, ut ostenderet magis gentes, qm̃ ante fuerũt sancti præputiati q̃ circuncisi, & Abraham ante circuncisionem fide iustificatus est. Sed Iudæi tumendo dicunt: Gentes idôla colendo, Deum dereliquerunt. Quibus rñdetur: Et uos. Sed nos, inquiunt, cõuertimur. Et illi, Nobis, aiũt, Christus uenit pmissus. Et illis. Nõ ergo uester tantum est Deus, qm̃ ex Adam nati sumus, & per prophetas prædictum est, gentes Christo credituras. Vere gentium Deus est sicut Iudæorum. Quod cum alijs modis possit probari, hoc unum pono, *quoniam quidem unus est Deus*, nõ plures dij. Et in hoc apparet unus eẽ oĩum, qa iustificat omnes per eãdem causam: Nam *circuncisionem*.i.circũcisos *iustificat ex fide, et præputium*.i.præputiatos *per fidẽ*, hoc est enim ex fide, quod per fidẽ. Nam nec circuncisio, nec præputium sine fide iustificatur. Et quandoquidem homo iustificatur per fidem sine legis operibus, *ergo legem destruimus per fidem? Non, sed statuimus*. Quod Iudæus posset inferre, ipse Apl̃us sub interrogatione infert, ut remoueat. Quia, inquit, per fidem iustificari dicimus quemlibet hominem sine legis opere, ergo per fidem destruimus legẽ? *Absit ut destruamus eam. Sed potius statuimus*, id est, firmã & stabilem esse facimus *legem*. Per legem enim, cognitio pecati: per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam sanatio animæ à uitio peccati: per animę sanitatem, libertas arbitrij: per liberum arbitrium, iustitiæ dilectio: per iustitię dilectionem, legis operatio. Ac per hoc lex nõ destruitur, sed B statuitur per fidem: quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur, gratia sanat uoluntatem qua iustitia libere diligatur. Vel ita: *Legem ergo &c.* Quoniam Apostolus dicebat hominem iustificari per fidem sine legis obseruantia, ne Iudæi dicerent, Legem ergo destruis, in qua omnes q crediderunt iusti, circuncisi fuerunt, Non soluo, ait, non destruo, sed confirmo, dum hanc prædico circuncisionem quam illa prædixit. In nouissimis, inquit, diebus circuncidet dominus Deus cor tuum & cor seminis tui. Tunc destruerem legem, si illam mentitam dicerem, hoc est, non cessaturam, cũ illa promiserit se esse cessaturam, sicut Hieremias ait. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & cõsummabo super domum Israel et super domum Iuda testamentũ nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorũ, in die qua apprehendi manus illorum ut reducerem eos de terra Ægypti: sed hoc est testamẽtum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorũ, & in mentibus eorum super scribam eas. Non destruitur lex, cũ impleta cessat: Nõ eam destruimus, sed magis statuimus, id est, stare facimus, dum pbamus uerum esse, quod dixit de antiquis iustis & de gentibus credituris, & spiritalem circuncisionem uenturam, dum hoc efficit fides quod lex iubet.

*Locus obscurus.*

*Deute. 30.*

*Hiere. 44*

## CAPVT. IIII.

*Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Gene. 15.

Reuocat illos ad caput circuncisionis, ut quod in initio constiterit, id habeatur in toto. Quandoquidẽ

C fide iustificatur homo sine opibus, & nemo iustificari ualet absq; fide, *ergo quid dicemus*, id est, possumus dicere, *Abraham patrem nostrum* quem imitari debemus *inuenisse secundum carnem*, id est, secundum carnis circuncisionẽ, uel secundum carnalia legis opera? Ac si dicat: Nihil iustificationis dicere possumus eum inuenisse secundũ carnem, sed potius secundum mentem. circuncisio enim in carne est, fides autem in mente. Et ipse non per circũcisionem, sed per fidem legitur inuenisse iustificationem, sicut generaliter dictum est, omnem hominem posse iustificari per fidem sine operibus. Vel secundum carnem est pater noster, qa ex eo carnis originem ducimus, & circuncisionem carnis ab ipso habemus nos Iudæi. Secundum fidem uero, pater est credentiũ ex gentibus. Et quid dicimus eum inuenisse per quod iustus esset? Opera legis? Non. Quia si dixerimus ꝙ ex opibus legis sit iustificatus, hoc inconueniens incurremus, ꝙ habet gloriam de suis operibus, sed non apud Deum, quod omnino falsum est, quia omnes scimus eum habere gloriam apud Deum. Non ergo ex operibus, sed ex fide iustificatus est. Sicut enim fides sine subsequẽtibus operibus bonis uacua est, ita quæ libet opera bona ante fidem, *Habent gloriam* apud semetipsa uel apud homines, *sed non apud Deum*. Multi enim gloriantur de operibus, & multi pagani propterea nolunt fieri Christiani, quia quasi sufficiunt sibi bona uita sua. Et dicit aliquis talium. Bene uiuere opus est. Quid mihi pceptu rus est Christus, ut bene uiuã? iam bene uiuo. Quid mihi necessarius ẽ Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non concupisco, nullo adulterio contaminor, non inuenitur aliquid in uita mea qđ reprehen datur, & qui reprehẽderit, faciat me D Christianũ. Iste talis habet gloriã, sed non apud Deum. Non aũt sic pater noster Abrahã gloriatus est. Non enim ex operibus legis inuenit iustitiam, utpote qui ante legem fuit, sed potius ex fide, qa pmissis Dei credidit. Vere non ex operibus est iustificatus. *Nã quid dicit scriptura* in Genesi? i. unde dicit scriptura iustificatũ Abraham? Ex fide. Testať. n. qa *credidit Abraham Deo* pmittenti ꝙ semen eius futurũ esset multiplex & clarissimum, sicut stellæ cœli, et ꝙ ita firmiter credidit, *reputatum est illi* diuinitus *ad iustitiam*. i. per hanc credulitatem non solum liberatus est ab omni originali & actuali peccato, sed & iustus est à Deo reputatus. Ergo ex fide iustificatus est Abrahã. Sed si fidem opera non præcesserunt, tñ secuta sunt. Nã qui prius ex fide iustificatus est in conspectu Dei, postea & ex opibus & iustificatus ẽt in conspectu hominum. Vnde & Iacobus apľs in epistola sua cõtra eos qui nolebant bene operari, sed de sola fide præsumebant, ipsius Abrahę opera cõmendauit, dicens: Vis aũt scire ô homo inanis, qm̃ fides sine opibus ociosa est? Abrahã pater noster non'ne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Nec est Iacobus in hac sñia contrarius Paulo dicenti, qa si Abrahã ex opibus iustificatus est, habet gľam, sed nõ apud Deum, ac p hoc asserenti, qa non ex opibus est iustificatus. Vterq;. n. uerum dicit. Paulus qppe, cõmendans iustitiã quæ ex fide est, aduersus eos qui fidem negligentes, gľiabãtur de iustitia quæ est ex opib⁹, dixit Abraham non esse iustificatũ ex opibus, sed quę fidem pcederent. Iacob⁹ aũt ut dictum est, aduersus illos q pcepta fide torpebant ocio, & putabãt se per eãdem fidem, utpote iustificatos, posse saluari, ẽt si bona opa non *Al. nõ habentes.*

A haberent, dixit Abraham ex operibus esse iustificatum, sed quæ fidem secuta sunt. Vnde ut ostenderet se nō dissentire à Paulo, sed potius concordare, protinus addidit: Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides cōsummata est, & suppleta est scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiā, & amicus Dei appellatus est. Et adhuc subiecit: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantum. Manifestum est n. eum loqui de operibus quæ fidem subsequūtur. Quia Paulus sine præcedentibus operibus dixit hominem sola fide posse iustificari. Nemo.n. fidem suis præcedentibus meritis habere potest. Et ideo qui per fidem gratis sibi datā iustificatur, non in se, sed in Dño gloriatur: quia dum non ex operibus habet fiduciam, per oīa Deo se intelligit debitorem, nihil inueniens quod sibi attrogare possit ex meritis.

Gene. 15.

*Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei, sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates; & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatū.*

Psal. 31.

Dixi quia Abraham iustus est ex fide. Sed *ei qui operatur* opera legis quæ Aabrahā nō fecit, uel aliqua bona ut grām mereatur, ut Iudæus se fecisse dicebat, si merces est ei, nō est ex gratia, sed ex debito meriti sui. Sed si quis quærere uoluerit ante grām, quod meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit inuenire, non bona. Grā.n gratis datur, unde etiam nūcupatur. Si ergo grā, nō iam ex operibus. Alioqui gratia iam non est grā. Errat igitur Iudæus uel quilibet alius, qui se putat merito præcedētium operum peruenisse ad grām Dei. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Putat quod ipse prior dederit Deo, & pro mercede sui operis acceperit euangelicam grām, quod non ita est. Huic enim qui ante operatur, nō grā, sed debitum redditur. Illi uero qui non facit opera legis, sed absque præcedenti opere accedit ad fidem, sufficit ipsa fides ed iustitiam. Ita attribuit Apostolus aliis quod de Abraham dixerat. s. quod si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud Deum, & ideo ex fide. Vel hoc modo fides in exordio iustificat sine operibus. Sed qui sic iustificatus est, nō debet deinceps à bonis operibus torpere. Nam ei qui post fidem quam gratis acceperit, operatur opera bona, *non imputatur merces*. i. non recompensatur æterna remuneratio *secundum gratiam*. i. secundum fidem tantum, sed *secundū debitum* operationis suæ. Ita fit ei qui post acceptam fidem uiuit & bene operatur (non enim aliter à Domino mercedem percipit). Sed *ei qui non operatur*. i. qui postquam baptizatus est, nō habet tempus operandi, uel propter infirmitatem nō potest operari, quā quam uelit, sed absque opere de hac uita rapitur cum fide & bona uolūtate, huic nihil operanti, sed tantum modo *credenti in eum qui iustificat impium*, id est, in Deum, *reputatur fides eius ad iustitiam*. i. sola fides sufficit ei ad iustitiā, et ita ad salutem *secundum propositum gratiæ Dei*. i. secundum quod Deus per gratiam suam longe ante proposuit, uel secundum gratiam Dei propositam omnibus credere uolentibus. Credēti, inquit, in eum qui iustificat impiū. Aliud est credere eum, aliud est credere ei, aliud credere in eum. Credere eum, est credere quod ipse sit. Credere ei, est credere quod ipse uera dicit. Credere in eum, est credendo amare, credendo in eum ire, & eius membris incorpari. Et idcirco fides qua creditur in eum, ipsa est sola quam

Al. uel b[...]

C ille approbat. Credenti in eum qui iustificat impiū. Impius est, qui non recte credit, etiam si nihil cuiquam auferat, si pauperib⁹ tribuat, si uxorem alienam non cōcupiscat, si nulli fraudem faciat, si depositum reddat, quia hæc omnia facit non ea intentione qua debuit: & idcirco bona non sunt, quæ non de bona radice prodeunt. Quisquis ergo sine fide operari bona uult, impius profecto est. Sed credat in eum qui iustificat impium, ut & ipse ex impio fiat pius: & per fidem iustificatus, possit deinceps opera pietatis & iustitiæ facere. Ei qui sic credit, reputatur fides eius ad iustitiam secundū propositum gratiæ Dei, qui sic per gratiam suam proposuit & decreuit, ut cessante lege fides iustificet. Et hoc dico ego ex gratia fieri, *sicut & David*
Psal. 31. *dicit* hic & in futuro esse *beatitudinem* illius *hominis, cui accepto*. i. ad gratiam assumpto, *Deus fert iustitiam sine operibus* præcedentibus. Magna enim beatitudo est hominis, sine labore legis uel pœnitentiæ fidem per solam grām promereri scdm propositum Dei, quo ꝓposuit gratis peccata dimittere. Illi accepto fert Deus iustitiā sine operibus, qui per fidem qua primū Deo credidit, & de præterito absoluitur, & de præsenti iustificatur, & ad fu-
Al. Dei tura fidei opera præparatur. Probare uult Apostolus, & in ipsa lege ꝑdici iustitiam sine operibus ꝓdesse, nec se hoc de suo defendere, sed prophetæ testimonio confirmare: *Beati, inquit, sunt illi quorum iniquitates sunt remissæ, & quorum peccata* sunt oculis Dei *tecta*. Iniquitas est, cōtra legem uel extra legem agere. Vnde & Græce dicitur ἀνομία, id est, sine lege, quia lex νόμος uocatur. Iniquitas ergo est, à lege deuiare, uel cōtra legem agere. peccatum uero etiam illud dici potest, quod contra quàm natura docet, et cōscientia arguit, delinquitur.

D Ex iuxta hunc sensum iniqtas ad Iudæos, peccatum autē ad gentes pertinere uidetur. Sed utrorūq; culpas Dñs per grām suam, si crediderint, abluit. Quod .n. remittitur, non est: & quod tegitur, nō apparet, & ideo non imputatur. Beati sunt illi quorū iniqtates sunt remissæ in baptismo, uel etiam igne dilectionis postea liquefactæ & consumptæ, sicut illius peccatricis, cui remissa sunt peccata Luc. 7. multa, quia dilexit multū. Et quorū peccata superpositis actibus bonis sunt tecta. Omne .n. qđ tegitur, inferius ponitur: & hoc unde tegitur, desuper dicitur. Quādo igitur abdicamus mala quæ fecimus, & eligimus bona quæ faciamus, quasi tegimen rei superducimus quā erubescimus uideri. Et ita ante Dei oculos teguntur peccata, dum eis superducuntur bona facta. Potest etiā ad gentes magis pertinere iniquitas, quæ dicitur anomia, id est, sine lege, quia gentes sine lege erant. Et possumus totum in baptismo intelligere fieri, id est, et iniquitates remitti, id est deleri: & peccata tegi, ut ultra nō uideātur ad pœnam. *Beatus* est etiam *uir* ille, *cui* credenti Dñs ꝓpter fidem suam *non imputauit* ad pœnā *peccatum* originale uel aliquod peccatū. Sicut .n. Abrahæ reputata est fides ad Iustitiam, ita & omni credenti: cum fides ad iustitiam in baptismo reputatur, peccatum utiq; non imputatur.

*Beatitudo ergo hæc in circuncisione tantū manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, ut sit pater omnium credentiū per præputium, ut reputetur et illis ad iustitiā, & sit pater circuncisionis, nō his tantum qui sunt ex circūcisione, sed & his qui sectantur uestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.*

A Quandoquidem Dauid uniuersaliter dicit eum esse beatum, cuius iniquitates uel peccata Deus gratis remittit, *Ergo hæc beatitudo* remissiõis peccatorum *manet tantum in circuncisione*.i.in Iudæis, *An & in præputio*.i.in gentilitate? Id est, cũ constet ꝙ beatitudo ista per fidem sit ex gratia, modo quæritur in quibus sit, in Iudæis tantum, an etiam in gẽtibus. Quod ideo quęro, quia constat de Abraham ꝙ iustus est per fidem. Et cum hoc constet, quæro in quo statu sit iustificatus, postq̃ est circuncisus uel ante. Et sicut in eo uidebitur, sic i aliis credi poterit. Et hoc est: Idcirco quærimus an sit etiã in præputio ista beatitudo, quia *dicimus* omnes & confitemur, *Quia fides Abrahæ reputata est ad iustitiam*.i.fide iustificatꝰ est. *Quomodo ergo reputata est* ad iustitiam? *In circuncisione, an in præputio*?i.cum omnes confiteamur eum per fidem iustificatum, uideamus utrum ꝓpterea sit iustus, qa est circũcisus, an ideo sit circũcisus, qa iniustus est iustus. *Nõ in circuncisione* est reputata fides eius ad iustitiã, *Sed in præputio*.i. ante iustificatus ẽ ꝑ fidẽ, q̃ circuncideretur. Nõ ergo propter circuncisionem iustificatus est. Quo modo, inqt, reputata est fides eius? Cum esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Si.n.fuisset tunc tẽporis in circuncisione, uidetur utiq; à fidei huius gratia exclusum esse ꝑputium. Sed erat adhuc tunc in præputio. Et cum in præputio positus per fidem sit iustificatus, iure princeps & pater dicitur omnium credentium in præputio. In præputio est iustificatus. Cur ergo post circũcisus? Nõ hoc superflue factum est, sed *accepit signum circũcisionem*, nõ qua fieret, sed qua ostẽderetur iustus. In ꝑputio per fidẽ iustificatus est, & deinde accepit signum circũcisionis .i. circuncisionẽ exteriorem, quæ esset signũ interioris. Signum.n.dicitur, cum per hoc quod uidetur, aliud B aliquid indicatur. Bene ergo circuncisio signum appellatur in Abrahã, quia et ipsa aliud uidebatur, et aliud intelligebatur: quia iam tunc carnalis illa circuncisio signum erat spiritalis circuncisionis, quæ non in carne suscipitur, sed in corde. Et tale signum quod sit *signaculum*.i.habens similitudinem signatæ rei, ut sicut carne libidinis, sic spolietur omnibus primæ natiuitatis sordibus. Et quia nondum dixerat cuius signum, subdit: *Iustitiæ fidei*, id est quæ ex fide. fidei dico, *Quæ est in præputio*, id est, quã ipse habuit existens in pręputio. Vel *signaculum*.i.celans quoddam mysterium. Signaculum enim dicitur, cũ alicui rei seruandæ pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui impressit, debeat resignare. Sic in circuncisione Abrahæ conclusum est pro tempore mysterium quoddam, quod celaretur inimicis, & seruaretur amicis ad similitudinem sigilli, ꝙ sicut iussum est Abrahæ, ut octaua die circuncideretur homo ex eius semine, sic in octaua post finem septem dierum seculi auferretur omnis uetustas & corruptio ab electis Dei. Vel hoc mysterium sigillatum est in eo, quod Abrahã primo iustificatus est, & post accepit circũcisionẽ, quæ esset signaculum iustitię fidei eius, ut *ipse sit pater credentium per præputium*, id est, in præputio, *& sit pater circuncisionis*. Effectus enim est utriusq; generis pater, his qui sunt in præputio per fidem, & his qui sunt in circũcisione, per carnem. Et hoc Abrahæ sigillum tunc credimus resignandum, id est aperiẽdum, cum plenitudo gentium introierit, & omnis Israel saluus erit. Tunc.n.patenter cognoscetur Abraham esse pater nõ solum gẽtium, sed etiam circuncisionis per fidem. Nam idcirco ante iustificatus est in

Al. designare.

fide, dum adhuc esset incircūcisus: & post circuncidi iussus est, ut ostēderetur primo pater futurus multarum gentium, & postea illorum qui ex circuncisione credituri sunt. Neq; enim hi qui secundum carnem nascuntur ex Abraham, filij Abrahę dicendi sunt, ni fidem & opera Abrahæ habeant. Hoc itaq; sigillabatur in circuncisione Abrahæ ut sit pater .i. exemplum omnium credentium per pręputium. i. in præputio. Sic. n. dicitur per præputium, pro in præputio, sicut dicere solemus, per illud tempus, pro in illo tempore. uel sit pater per præputium. i. per id quod datum est ei tempore præputij. Si. n. post circuncisionem datum esset, diceretur ex ea hoc accepisse, per hoc quod accepit in præputio. i. per fidē sit pater credentium de gentibus, ut reputetur & illis credulitas ad iustitiam. i. ut sicut Abraham in præputio iustificatus est per fidem, ita & illi iustificētur credendo, licet præputium nō exuerint. Et circuncisionem ideo accepit, ut sit pater circuncisionis. i. Hebræorum. Nam ante in præputio iustus fuit, ut esset incircuncisorum iustorum pater: & circuncisus iustus permansit, ut circuncisorum iustorum fieret pater. Fieret inquā pater, *non his tantum qui sunt ex* carnali *circuncisione* Iudæis: *sed & his*, qui corde sunt circuncisi, nō carne. i. gentilibus, *qui sectantur uestigia fidei* Abrahę hoc est, qui illum in fide imitantur, ut ita amplè credant sicut ille. *Quæ fides est in præputio patris nostri Abrahæ*. i. apparet in patre nostro Abraham, dū ipse est adhuc in præputio. Ideo toties repetit de præputio, ut ostendat gentiles eodem modo per fidem iustificari, sicut & Iudæos.

*Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram* Gene, 17. *operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.* D *Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti, qui uiuificat mortuos, et uocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt.*

Vere Abraham est pater omnium credentium Iudæorum & gentium, quia per fidem adeptus est hanc paternitatem, non per legem. *Non enim per legem* facta est ei *promissio*, quia lex nondum erat. Non per legem, *sed per iustitiam fidei*. i. quam per fidē obtinuerat, facta est *Abrahæ* promissio, & *semini eius*. i. Christo. Hæc. s. promissio, *ut ipse esset hæres mundi*. i. possessor aliquorum de toto mundo, qui eum imitarentur: & in Christo qui ex eo nasciturus erat, possideret omnia. Abraham est hæres mundi. i. possidens totum orbē per fidē, q̄a ipse est omnibus exemplum fidei, & omnes sancti sunt filij eius per fidē. Semen quoque eius. i. Christus, ē hęres. i. dominus mūdi scd̄m regiam potestatem per quem benedictio filijs Abrahæ, & cui pater dixit, Dabo tibi gentes hæreditatem &c. Et hæc p̄missa fuerant Abrahæ & semini eius, nō per legem quæ nondum erat, sed per fidem qua ipse Deo crediderat. Et me- Psal. 2. rito. Legis. n. obseruantia pœnā tm̄modo effugit, fidei uero meritū spē repromissionis expectat. Et p̄ceptū seruis īponitur, fides ab amicis quęritur. Vere non per legem, sed per fidem Abraham est hæres mundi: q̄a si illi *qui sunt ex lege* i. carnales Iudæi, *sunt heredes*. i. possessores hæreditatis, quam deus Abrahæ promisit, tunc *fides est exinanita*. i. inanis & uacua et inutilis facta, cum gentes per eā nō possint hæreditate cœlestem patriā, *& abolita*. i. deleta & in irritum deducta est *promissio* Dei, qua dictum est Abrahæ, quia ī semine tuo. i. in Chri

A ſto, benedicentur oẽs gentes. i. bene dictionem hæreditate poſſidebunt. Nam ſi ex lege tm̃ fierent hęredes, ut Iudæi uolebant aſtruere, gentes quę lege carent, ſine benedictione hæredi tatis remanerent. Non ergo per legẽ Abraham eſt hæres mundi, qa nec ſi lıj eius ſunt per legem hęredes. i. ęter nę hæreditatis poſſeſſores. Nã ſi hoc eſſet, inconuenientia ſequerentur, ꝙ ſcilicet ſuperflua eſſet fides qua ipſe iuſtificatus eſt, & qua iuſtificantur cæteri, cum per eam non poſſet hære ditas æterna acquiri, et promiſſio di uina remaneret inexpleta, quæ pro miſit omnes gẽtes bñdicendas, qm̃ nullus gentilium benediceretur, & ita nulli eſſent hęredes. Et uere ex le ge nõ eſt hæreditas. Nam *lex* potius *iram operatur*, quia peccantem in ſe aut lapidari continuo, aut igne cremari, aut alio genere ſupplicij iubet inter fici. Lex iram operatur & præuarica tionem. Ex ea. n. eſt præuaricatio, nã ſine ea non eſt. *Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio.* i. tranſgreſſio. Qui ergo le gem non acceperunt, iniqui dici poſ ſunt, præuaricatores non poſſunt. Iudicantur utrique ſecundum ope ra ſua, ſed tamen ira Dei maior eſt in præuaricatores, qui per legem co gnoſcunt peccatum, & tamen fa ciunt. Et ita non poteſt per legem hæreditas haberi, ſed potius ira. *Ideo ex fide* ſunt hæredes. Ex fide, quæ eſt donũ miſericordiæ, & iuſtificat cre dentes, habetur hæreditas, ita *ut ſecun dum gratiam* Dei, non ſecũdum merita hominum, *firma*. i. uerax & rata *ſit pro miſſio*, quã deus fecit Abrahę de mul tiplicatione filiorum, qui ꝑpetuam hæreditatem eſſent poſſeſſuri. Nõ. n. firma eſſet, ſed potius infirma & irri ta, niſi ipſe per gratiam ſuam impleſ ſet eam. Ideo non de noſtræ uolunta tis poteſtate, ſed de ſua prędeſtinatio ne promiſit. Promiſit. n. quod ipſe facturus fuerat, nõ quod homines.

Quia etſi faciũt homines bona quæ B pertinent ad colẽdum deum, ipſe fa cit ut illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt ut ipſe faciat quod ꝓmi ſit. Alioquin ut dei promiſſa cõpleã tur, non in Dei, ſed in hominum po teſtate eſt: et quod à domino promiſ ſum eſt, ab ipſis reddit̃ Abrahæ. Sed non ita fieri poteſt, per gratiam ergo dei gratuito muneř nobis cõceſſam implentur eius promiſſa, dum ꝑ do nũ ſuæ gratiæ facit ut credamus & bene operemur, ſicq́; hæredes efficia mur. Firma ſit promiſſio *omni ſemini* Abrahæ. i. non parti ſeminis, ſed om ni ſemini. Volebant. n. Iudęi quantũ ad eos, firma eſſet: & quãtum ad gẽ tiles caſſa. Sed nõ ita deus promiſit cum diceret, in ſemine tuo benedicẽ tur omnes gentes. Firma ſit omni ſe mini. i. omni populo fidelium imita tori Abrahę, *non ſolum ei qui ex lege eſt*. i. qui ex ueteri teſtamẽto uenit ad no uum, *ſed & ei qui eſt ex fide Abrahæ*. i. qui non ſibi præmiſſa lege ſequitur fidẽ Abrahæ, qui ſine lege per fidem iuſti ficatus eſſe memoratur. *Qui eſt pater* non omnium hominum, ſed *omnium noſtrum*. i. non ſolum ꝗ ex lege deſcẽdi mus, ſed et. ꝗ ex fide legi ſuccedimꝰ, ſcilicet & circũciſorum & præputia torum credẽtium eſt pater. i. inſtitu tor & exemplum. Ita eſt pater credẽ tium, ſicut in Geneſi *ſcriptum eſt*, dicen Gene. 17. te domino, *Quia patrem*. i. authorem ſe cundum fidem, nõ dico Iudæorum, *ſed multarum gentium poſui te*. Multarum autem nõ quarundam, ſed oĩum. Si ergo pater multarum gentium futu rus eſſe promittitur, recte nõ ſolum eorum qui ex circuncıſione ueniũt, ſed et eorum ꝗ ex gentibus credunt, pater nominatur. In eo. n. quòd ipſe dicitur pater multarum gentium, ſu perbia confunditur Iudæorum, quia Iudęorum carne, gẽtium autem fide pater eſt. Vbi recte apoſtolus ex ſua interpretatione addidit, *ante Deum cui*

C *credidisti* significans fidem in interiore homine esse in conspectu Dei, nō in ostentatione hominum, sicut est carnalis circuncisio: & per eandem fidē non per carnem eum esse patrem gētium, quas ante dei oculos in fide generauit. *Qui deus*, sic ut apostolus subiūgit, *uiuificat mortuos*. i. à morte animę suscitat per baptismum Iudæos, & *uocat* ad fidem *ea quæ non sunt*. i. gentiles de quibus scriptum est, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coràm eo. Ipse. n. uere est qui ait, Ego sum qui sum. A quo quisquis recedit, etiam esse amittit, ut iure dicatur non esse. Et tales erant gentes idolis seruientes. Sed ipse *uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*. i. gentiles ad fidem adducit, sicut Iudæos qui ob unius Dei cultum dicūtur esse. Vel omnes peccatores siue gentiles, intelligamus mortuos. Et hos. n. deus per gratiam suam uiuificat, ut ex fide uiuant. Et uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quę sunt. Apud eum quippe iam factum est, quod eius dispositione futurum est, quia de illo per prophetam dicitur, Qui fecit quæ futura sunt. Non dum. n. erāt quibus promitteretur, quando Abrahæ loquebatur, ne quisquam de meritis gloriaretur. Et quibus promissum est etiam ipsi promissi sunt, ut totum corpus Christi dicat, Gratia Dei sum id quod sum. Dum enim deus uocare dicitur ea quæ non sunt, sola gratia uocātis apparet, nō aliquod meritum eorum, qui nec esse adhuc habuerunt quando uocantur. Elegit, inquit, nos ante mundi constitutionem. In mundo isto facti sumus, nec mundus erat quādo electi sumus. Quis hoc explicare sufficiat? Eligūtur qui nō sunt, nec erat qui eligit, nec uane eligit. Eligit tamen, & habet electos quos creaturus est eligendos. Habet autē apud semetipsum, nō in natura sua sed in præscientia sua. Recte. itaque dicitur uocare ea quæ non sunt tanquam D sint. De Abraham uero subditur.

Exo. 3.

*Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod ei dictum est, Sic erit semen tuum sicut stella cœli, et sicut arena maris. Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum ferè cētum annorum esset, & emortuam uuluam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quæcunque promisit, potens est facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam, non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Gen. 15

Incipit cōmendare fidem Abrahę, ut imitemur. Sæpe. n. iam dixerat eū credidisse, & ideo pergit nunc ostendere, quō & quàm firmiter crediderit. Qui credidit in spem habēdi filium per promissionem Dei, & hoc cōtra spem carnis suæ, quæ iam erat quasi per naturam deficiens & frigida, *contra spem*. i. contra hoc quod prius sperabat se non amplius filium generare, *credidit* eundo *in spem*. i. ut speraret se posse generare, quia deus promittebat. Dum. n. uiridis esset, sperauit secundum naturam ex iuuencula uxore sobolem habere, nec potuit. Modo autem contrarium sperauit, ut. s. uetulus ex uetula & sterili generaret per Dei potentiam. sicque contra ueterem spem credidit in nouam spem. Maius est. n. sperare contra aliquod insperatum, quàm simpliciter sperare. *Credidit Abraham ita ut fieret pater multarum gentium*. i. tam ualide credidit, ut propter fidei meritum susciperet ex sua coniuge filium, de quo populus Iudæorum propagaretur, & ex illo populo Christus carnem assumeret, in quem omnes gentes crederent. Hoc enim ordine factus est Abraham pater

A ter multarum gẽtium. Et hoc iuxta *quod dictum est ei*, diuinitus. *Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris.* Nõ φ essent tot uel carnal'r uel spiritual'r ex eo ꝓcessuri, quot sũt stellę uel arena q̃ numerari non põt: sed φ illi, q ex eo siue carnal'r siue spũaliter erãt nascituri, ita futuri essent hominib⁹ ĩnumerabiles, ut stellæ & arena. Mystice uero ꝑ stellas intelliguntur spiritales filij cœlo inhærentes, & desuper lucẽtes fulgore uirtutum: ꝑ arenam uero, siue Iudæi siue christiani carnales, in infimis corde iacentes, et fructum boni operis non tenẽtes. Abrahã credidit. Et qa posset ad horã creder, et postea deficer, subdit, qa *non infirmatus est fide.* Credidit. n. deo ꝓmittẽti, & in illa fide nõ ẽ ĩfirmatus .i. debilitatus, cũ multas causas infirmãdi haberet scđm humanam rationem .s. φ nec ipse iam nec uxor eius idonei essent ad generãdum. In eo. n. quod credidit, non *consideraui corpus suum emortuum*, & uere emortuum, *cum esset ferè centum annorum.* Et licet tanto tempore uixisset, tamen non hoc attendit, nec etiam cogitauit *uuluam Saræ emortuam.* Sara. n. sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta: propter quod iam parere nõ posset, etiã si sterilis non fuisset. Porrò si fœmina ita sit prouectioris ætatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuuene parere potest, de seniore non potest, quãuis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere, sicut Abraham post mortem Sarę de Cethura potuit, quia uiuidam eius ætatem inuenit. Hoc ergo est quod mirum cõmendat apostolus, & ad hoc dicit Abrahę iã fuisse corpus emortuum, q̃m non ex omni fœmina, cui adhuc esset aliquod pariẽdi tempus extremum, generare ipse in illa ętate adhuc posset. Ad aliqd. n. emortuũ corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, nõ iam senectus uiui, sed cadauer esset mortui. Sara quoq; magis erat destituta cunctis uiribus generandi. Et tamẽ nihil horum cõsiderauit Abraham, cum audiret sibi à deo sobolem promitti, sed potentiam promittentis attendẽs, nihil difficile esse credidit in his, quæ ꝓmittebat omnipotens. Ita fuit credulus in promissione qua dictũ est ei, q̃m qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hęredem: uel quando audiuit, quia ex Sara dabo tibi filium cui benedicturus sum. *In repromissione etiam Dei.* i. quãdo deus iterum ei promisit, quia reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua, *non hæsitauit diffidentia* .i. non dubitauit ut diffideret de completione promissionum, *sed confortatus est fide.* i. omnino fortis & constans factus est in fide, *dans gloriam deo.* i. glorificãs deum qui per munus gratiæ suæ daturus erat ei filium contra naturã ex uetula sterili, & per illum filiũ in Christo populum credẽtium plenissime. i. multo intuitu ueritatis & potentiæ Dei, *Al. fidei.* *Sciens quia quæcunq; promisit, potens est etiam facere.* Deus igitur eos quos promisit bonos, facit ut ipsi faciant bona. Neque. n. eos propterea promisit Abrahæ, quia præsciuit à seipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suũ, sed eõrum est quod promisit. Non autem sic credidit Abraham, sed dedit gloriam non humanis meritis, sed Deo plenissime credẽs qa quæ ꝓmisit, potens est & facere. Non ait, quæ præsciuit potens est & promittere, aut quæ prædixit potens est ostendere, uel quæ promisit potens est præscire, sed quæ promisit potens est & facere. Ipse ergo facit bonos eos q boni fiunt, & ipse facit ĩ bono perseuerare eos qui perseuerant. Hoc. n. promittit deus quod ipse facit. Non. n. ipse promittit & alius facit. Quod iam non est promittere, sed prædice B

C re. Cauendum est igitur ne homo se extollat aduersus deum, dicens se facere quæ promisit deus. Ipse.n. & fidem gentium, sicut Abrahæ promiserat, facit qui potens est facere quæ promisit, et omnia bona operatur in sanctis. Hæc ita credidit Abraham, *Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.* Diceret aliqs. Quid ad nos ꝙ Abrahã credidit, ꝙ per fidẽ iustificatus est? Hoc illius gloria fuit. Et apostolus: Ipse quidem ita per fidem magnificatus est. Sed tamen non est scriptum tantum propter ipsum. i. propter laudẽ & cõmendationem ipsius, hoc. s. ꝗa reputatum est illi ad iustitiam quòd bene credidit, *sed etiam propter nos* ĩstruẽdos, ut ꝑfectum fidei ex illa scriptura caperemus, intelligẽtes quia si ita credamus Deo ut ille credidit, etiam nobis *reputabitur* fides ad iustitiam *credentibus in eum, qui suscitauit Iesum à mortuis* id est, à numero mortuorum ꝑpetualiter separauit, suscitans eũ amplius nõ reuersurum in corruptionem, ꝙ Iudæi non credunt. Suscitauit eum à mortuis, ut nos à uitiorum sordib⁹ faceret resurgere. *Qui Iesus traditus est,* in mortem, ut nos possemus mori delictis nostris. *& resurrexit,* ut nos in uirturum honestatem resurgeremus iusti. Etenim mors ipsius significat interitum ueteris uitæ nostræ, resurrectio autem gratiam nouæ conuersationis. Traditus est in manus persequentium *propter delicta nostra* tollẽda, ne nos ꝑpter illa traderemur in manus dæmonũ cruciandi, & per mortem iure diabolo destructo, *resurrexit propter iustificationem nostram.* i. ut nos iustificando suscitaret à morte animę, quaten⁹ iuste uiueremus, qđ aliter non poteramus. Traditus est ꝑpter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Sonat in eius traditione delictum, sonat in eius resurrectione iustitia. Ergo moriatur delictum & resurgat iustitia.

CAPVT. V. D

*Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Iacob. 1.

Quãdoquidem multis modis hactenus probatum est, non ex operibus legis, nec ex uiribus liberi arbitrĳ, sed ex fide iustificari hominem, *igitur ex fide* sumus *iustificati*, non ex lege, nec ex nobis. Et nos ita iustificati, *habeamus pacem ad deum*, quam nõ habetis, dum inuicẽ arrogatis falsam iustificationem, alĳ per legem, alĳ ꝑ uires liberi arbitrĳ. Quasi dicat. Hęc dissensio cõtra deum est, qua deį meritis uestris gloriamini, quasi ꝑ uosmetipsos iustificati. Sed iustificatio quę ex fide est, pacem cum deo facit quia inimicas pręsumptiones humanorum meritorum expellit, & animum deo humiliter subĳcit, dum se sola gratia saluari cognoscit. Ex fide sumus iustificati, & tamẽ gratis, ꝗa & ipsa fides donum supernæ gratiæ est. Et cum fides impetrat iustificationem, non gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici comitante, non ducente: pedissequa, non præuia uoluntate. Itaergo iustificati, iam de cętero pacem habeamus ad deum, quia recõciliati sumus ei per mediatorem Iesum. Non iam à diuina uoluntate discordemus, sed pacem ad deum habere studeamus. *Per dominum Iesum* .i. non ꝑ nosipsos, sed per auxilium & gratiã recõciliatoris nostri, *per quem habemus* non solum ablutionem nostræ uetustatis in sanguine ipsius, ut sic ascendamus ad indumentum iustitiæ &

A nouitatis, sed etiam *accessum* habemus per illũ, *in istam gratiam*. i. in hanc uirtutum sublimitatem gratis datam, & hoc non per legẽ, sed *per fidem*. Hoc est dicere, Fides concessa nobis ex gratia, apud deum impetrat et remissionem delictorum & perfectionem omnium uirtutum, per Christum q est ostium, accessimus per fidem in gratiam istam. i. in bonæ uitæ obseruantiam, *in qua stamus*. i. statum rectitudinis habemus, qui in Adam cecideramus: quia qui manet in uitijs, non stat, sed prostratus iacet. Elias uero stabat qui ait: Viuit dominus
3. Reg. 17. in cuius conspectu sto. Stamus, in-
4. Reg. 4. quit, in hac gratia, non cadentes ab illa nec recedentes, *& gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*. i. in eo quod speramus gloriam quam habent filij dei. Tantum. n. est quod speramus, quã tum ex se præsumere nullus auderet: quia in sola dei uirtute est ut homo in filiorum dei numerũ possit ascendere. Et magna ualde gloria est, per fidem ac spem in numerum filiorũ dei asciscí. Quod adeo magnum est, ut a multis pro ipsa magnitudine incredibile uideatur, eo quod speram⁹ gloriam filiorum Dei nos consecuturos. *Non solum autem* gloriamur de spe gloriæ huius, sed etiam *gloriamur*
Actu. 14. per Christi grãm *in tribulationibus*, per quas oportet nos itrare in regnum cœlorũ. Gloriamur sine periculo uanitatis de tolerantia tribulationum, quia nouimus quanta merces inde sequatur. Et hoc est quod gradatim ascendẽdo prosequitur: Gloriamur in tribulationibus, quia sumus *scientes quòd tribulatio operatur* in nobis *patientiam*. i. facit nos esse patientes. nemo enim patiẽs esse potest, nisi in aduersis. *patientia autem* operatur *probationem*, quia cuius patientia uinci non potest, ille perfectus esse probaꝛ. Multi enim ante experimentum tribulationis putant se fortes esse, qui in ipso expimento deficiũt & ĩbecilles esse B appent: & multi prius se putãt infirmos, qui in ipso atticulo passionis apparent fortissimi, dum omnia uiriliter patiendo superant. Et ita probationem operatur patientia, dũ & sibi & alijs unumquenq; liquido manifestat, qui antequã pati inciperet, & sibi & alijs ignotus erat. *probatio uero* operatur *spem*, quia unusquisq; ex eo quod per tribulationes insuperabilis esse probatus est, incipit habere spem. i. certitudinẽ futuræ gloriæ quæ humanæ rationi uana uidetur, sed testimonio uirtutis firmatur. Siquis. n. nondum sibi probatus sperat præmium, non sperat, sed præsumit. Nam tribulationes quibus patientia fidelium probatur, non solũ eas debemus ĩtelligere quæ extrinsecus accidunt. i. de damnis uel lãguoribus, uel ex quolibet corporis cruciatu, sed eas etiã quas intus sibi faciunt aut perferunt, dũ in requie positi semetipsos affligunt & atterunt, obsistendo uoluptatibus suis, refrænando libidinem &c. quæ ad bonũ continentię uel abstinentię pertinẽt, *faciendo*. Ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta generat spem. Spes autem est bonorum expectatio futurorum. Quę exprimit humilitatis affectum & sedulæ seruitutis obsequium, quæ spes non est inanis, quia non confundit, id est non generat confusionẽ sic speranti, quia quicquid sperauit adipiscitur. ille. n. sua spe cõfunditur qui dicit. Ego quod sperabam non inueni. Vir autem qui per patientiam in tentationibus est probatus non confunditur sua spe: qm̃ magnitudo præmij quod inuenit, exuperaꝛ magnitudo spei eius. *Spes non confundit*, qa in deo posita est, qui fallere non potest, quia uerax est: non in homine, q falleret, quia mendax est. In deo posita est, & idcirco sequitur: *quia charitas*

C *Dei*,&c. Vel ita, Spes non facit erubescere, quia impletur. Et cõstat eam esse implendam ex eo, quod iam spiritum sanctum in arram habemus, quo et late diligim9. Et hoc ẽ: Quia charitas Dei .i. quã ex Deo habem9 per quam Deum & proximum diligimus, *diffusa est*.i. latè & copiose data. *in cordibus nostris*. Vbi enim charitas est, angustia esse non potest, quia mox angustia excluditur, & cor dilatatur, ut tantum habitatorem, idest, spiritum sanctum intra se possit habere. Non enim à nobis ipsis, sed à spiritu sancto possumus habere charitatem. Nam cum dixisset, charitas dei diffusa est in cordibus nostris, ne putaret quisq; à se sibi esse quod diligit deum, continuo addit, *per spiritum sanctum qui datus est nobis*. Vt ergo ames deum, habitet in te deus & amet se de te .i. ad amorem suum moueat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Per spiritũ, inquit, sanctum qui datus est nobis, qa & deus est & donũ Dei. Et ꝑpter hunc diuitem habitatorem faciebat apostolus quod supra dixit, Gloriamur in tribulationibus. Qũo.n.ĩ his gloriaretur, si egestatẽ intus pateretur? Videbantur foris angustiæ, sed ĩtus latitudo erat. Quid autem facit malus homo cum cœperit tribulari? Foris nihil habet, ablata sunt omnia, in conscientia nullum solatium est. Non est quo exeat, quia dura sunt: non est quò intret, quia mala sunt. Male secum torqueatur necesse est, quia sibi ipse tormento est. Ipse est enim pœna sua, quem torquet conscientia sua. Boni uerò quicquid exterius patiantur, facile per internã consolationem uincunt. Etsi in hac uita, ubi tanta tormẽta sunt, possunt boni & iusti uiri cũ talia patiuntur, non solum ęquo animo tolerare, sed etiam in dei charitate gloriari, quid cogitandum est de illa uita quæ nobis promittitur, ubi nullam de corpore molestiam sentiemus? D

*Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multò magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.* Heb.9. 1.Petri.

Cum deus nos diligat, uel nos eũ per spiritum sanctum, spes nostra implebitur. Nam nisi ita sit, frustra passus est Christus. Et hoc est: *Vt quid Christus pro impijs* .i. pro dilectione ipsorum *mortuus est*, nisi ut spes ipleatur? Vel ita: Volens apostolus ostendere plenius uirtutes charitatis, quam ꝑ spiritum sanctum diffusam in cordibus nostris dixerat, exponit quibus causis diffusa sit in nobis, asserens Christum non pro pijs, sed pro impijs esse mortuum. Impij nanq; eramus, anteq̃ conuerteremur ad Deũ Christum. Et Christus utiq; mortẽ pro nobis, antequam crederemus, excepit. Quod proculdubio non fecisset, nisi nimiam & abundantissimam erga nos charitatem habuisset uel ipse Christus moriendo pro impijs, uel deus pater unigenitum suũ pro impiorum redemptione tradendo. Vere charitas dei diffusa est ĩ cordibus nostris. Nam quare mortuus est Christus pro nobis, nisi ut charitas dei diffunderetur in nobis, ut diligeremus eum q prior dilexit nos? *ut quid enim* .i. propter quid aliud. *Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc essemus infirmi?* .i. indigentes medico. Tam grauiter .n. ægrotabam, ut non aliter q̃ medici morte, sanari possemus. Mortuus est *secundum tempus* .i. non ut alij qui morte detinentur, sed ad horam pro nobis mortem sustinuit, resurgens die tertia, ne desperaremus de eius potentia, cuius apparet in

morte

A morte beneuolẽtia. Mortuus inquã est, & hoc non pro quibuslibet, sed *pro impijs*, id est, pro fœdis & execrandis & à Deo penitus separatis. Et ipse tam magnum fecit, ut pro talibus mori temporaliter dignaretur, ut æternam mortẽ ab eis auerteret. Hinc beneficiorum eius apparet magnitudo, ut qui indebite ab eo tantũ dilecti sumus, consideremus quantum eum diligere debeamus, aut si quid ei præponere debeamus, cum ille nobis impijs nec uitam suã præposuerit, nec mortem denegauerit. Pium enim dominum usq; ad mortem diligere debemus, quẽ pro impijs seruis cruciatum mortis excepisse cognoscimus. Vbi & præsumptio humana reprimitur, ne suis meritis aliquid tribuat. Et uere miranda est eius bonitas, qui pro impijs dignatus est mori *Vix enim p iusto quis moritur*, id est, raro est ut aliqs pro iusto moriatur, nedũ pro impio: quoniam dubitat unusquisque mortem subire, etiã si mortis sit causa iusta. Raro dico: nam forsitan potest inueniri ut quis audeat mori pro bono, id est, pro re bona uel pro bono uiro. Quasi dicat: Difficile hoc inuenitur, metu mortis cuncta terrẽte. Vel per iustum ĩtelligatur iustitia legis: per bonum uero, bonitas euangelicæ gratiæ. Et uix pro iusto quis moritur, quia in ueteri lege in qua iustitia est, uix pauci inuenti sunt qui suum in martyrio sanguinẽ fuderint. *Nam pro bono forsitan quis audeat mori* quoniam in nouo testamẽto, in quo bonitas est atq; clementia, innumerabiles extiterunt, qui suas in mortẽ audacter animas tradiderunt. Sed tamen ad comparationem carnalium & mori pro domino trepidantium, tam pauci fuerunt, ut propter raritatem dicatur de eis, forsitã quis audeat mori. Forsitan; dicitur propter eos qui mori necdum audent: quis, propter raritatem eorũ qui audent, B licet sint ĩnumerabiles. Nonnulli uero sic interpretãtur: si ille pro nobis impijs mortuus est & peccatoribꝰ, quantò magis nos absq; ulla dubitatione pro iusto & bono debemus occumbere? Iustum autem & bonũ non putemus esse diuersum, nec aliquam ꝓprie significare personã, sed absolute iustam rem & bonam: pro qua difficulter, sed ĩterdum aliquis inueniri potest qui suum sanguinẽ fundat. Vix pro iusto & bono quis moritur. Dñs autem noster pro impijs & peccatoribus est mortuus in quo laudabilior charitas fulget. Neque enim merita nostra præcesserãt, pro qbus filius Dei moreretur: sed magis quia nulla erant merita, magna erat misericordia. Diceret aliqs: Cum Deus sit omnipotens, & alijs modis nos potuisset liberare, cur filium suũ pro nobis mori uoluit? Ad quod Apl's: Non sine causa Deus id fecit, sed hoc modo *commẽdat charitatem suam in nobis.* Qñ indebite aliquid redditur, tunc charitas cõmendatur. Et quid tam indebitum, q̃ ut sine peccato dominus pius pro peccatoribꝰ seruis impijs moreret? Et in hoc cõmẽdatur nobis charitas patris, qua sic nos dilexit. Cur ergo non fieret mors Christi, ĩmo cur prætermissis alijs innumerabilibus modis, qbus ad nos liberandos uti posset omnipotens, id potissimũ non eligeretur ut fieret, ubi nec diuinitate eius aliqd ĩmutatum est, & de humanitate suscepta tãtum bñficij collatum est hoĩbus, ut à Dei filio mors tpalis indebita redderetur, qua eos ab æterna morte debita liberaret? Peccata. n. nostra diabolus tenebat, & per illa nos merito tenebat in morte. Dimisit ea ille q sua non habebat, & ab illo est immerito perductus ad mortẽ. Tantum. n. ualuit sanguis ille, ut neminem Christo indutũ in æterna mor-

A te debita detinere debeat, qui Xp̄m morte īdebita uel ad tēpus occidit. Cōmendat itaq; Deus pater nimiā charitatem suam in nobis, *quoniā cum adhuc peccatores essemus*, nihilq; nobis nisi pœna deberetur, Xp̄s ꝑ nobis pœnam mortis excepit, ut nos à cruciatu perpetuæ mortis saluaret. Qui ergo p̄ctōribus donauit mortem suā, quid seruat iustis nisi uitam suā? Incredibilius est.n.q; mortuus est æternus, q̄ ut in æterum uiuat mortalis. Iam quod incredibilius est tenemus. Si propter hoīem mortuus est Deus, non est uicturus homo cum Deo? Non est mortalis uicturus in æternum, ꝑpter quem mortuus est qui uiuit in æternum? Carne tñ sola mortuus est. Mortuus est ꝑ nobis p̄ctōribus. Multo magis ergo salua bit iustificatos. Nā qui fecit qđ maius & difficilius est, multo leuius faciet qđ minus & facilius est. difficilius quippe est pro p̄ctōribus mori & peccata tollere, q̄ iustos et cooperantes saluare. *Multo magis igitur nos iustificati*.i.à peccatis omnibus liberati, *nunc*.i.in hoc tpe gratiæ, *in sanguine ipsius*, sine culpa pro peccatis nostris effuso, *salui erimus ab ira*.i.à pœna damnationis æternæ, *per ipsum* [illegible] & reconciliatorem.

*Si enim cum inimici essemus, recōciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.*

Vere salui erim⁹ ab ira per ipsum. Nam *si cum essemus inimici*.i. per amorē iniquitatum Deo contrarij, *reconciliati*.i.in pacem reducti sumus *Deo per mortem filij eius, tunc multo magis qui iam sumus reconciliati, erimus salui in uita ipsius*. qa qualem ipse iam secūdum humanitatem habet uitam, talem & nos habebimus. In uita erimus salui, qui per mortē sumus reconciliati. Dedit enim pro nobis mortem suam, et reconciliati sumus, qui alienati & inimici facti fueramus per transgressionem. Nemo.n.reconciliatur, nisi ex inimicitijs. Inimicos autē nos Deo primi parētis [illegible] trāsgressio. Quos supra dixerat peccatores, hos nunc inimicos D[illegible] & quos supra iustificatos in sanguine Christi, nos nunc recōciliatos Deo per mortem filij eius: & quos supra saluos ab ira [illegible], eos nūc saluos in uita ipsius. Non ergo ante grām istam quoquo modo peccatores, sed in talib⁹ peccatis fuimus, ut inimici essemus Dei. Sed recōciliati sumus ei p mortem filij eius. Qūo per mortem? An cū irasceretur nobis, uidit mortē filij sui pro nobis & placatus est nobis? Nunquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus erat, ut pro nobis etiam mori dignaretur: pater uero usqueadeo adhuc [illegible], ut nisi filius pro nobis moreretur, non placaretur? Non. Sed, etiam.n.dictū est: Cōmēdat suā charitatem suam Deus in nobis, quoniā cū adhuc peccatores essemus, Christus p nobis mortuus est. Habebat ergo pr̄ erga nos charitatem, etiā cum inimicitias aduersus eum exercentes [illegible] essemus peccati. Et in sequentibus epistolæ huius dicitur: Si Deus pro nobis, qs cōtra nos? Qui etiam ꝑprio filio suo non pepercit, sed ꝑ nobis oībus tradidit illum. Nunqd ergo nō placatus nobis esset, filium pro nobis traderet? Veraciter.n. dictum est ei, qa nihil odisti eorū quæ fecisti. Sed tñ nihilo minus ueraciter et dictū est, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro modo & diligebat nos, & oderat. Diligebat quales ipse fecerat, oderat quales p operationem iniquitatis fueramus p nos facti. Et quadā iustitia Dei in p̄tātem diaboli traditum erat genus humanum, peccato primi hoīs in omnes

Roma. 8.

Sapien. 11
Psal. 5.

A utriusq; sexus cōmistione nascentes originaliter transeunte, & parētum primorum debito uniuersos posteros obligāte. Si ergo cōmissio pctorum p iram Dei iustā hoiem subdidit diabolo, pfecto remissio peccatorum per reconciliationem Dei benignā eruit hoiem à diabolo. Nō enim sicut hominis animi pturbatio, ē ira Dei, sed iusta uindicta uocat eius ira. Et si iusta diuina uindicta tale nomen accepit, etiam reconciliatio Dei, quę non recte intelligitur, nisi cum talis ira finitur. Nec aliter inimici eram⁹ Deo, nisi quēadmodum iustitię sunt inimica peccata. Quibus remissis tales inimicitiæ finiuntur, & reconciliant iusto quos ipse iustificat. Quos tñ etiam inimicos utiq; dilexit, qñ quidem pro his cum adhuc inimici essent, filium tradidit. Quòd ergo reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, nō sic intelligatur, quasi nos ideo reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut inde sint amici & inuicem diligāt qui oderant inuicem, sed iam nos diligēti reconciliati sumus ei, cum quo ꝓpter peccatum inimicitias habebamus. Et per hanc reconciliationem à diabolo sumus erepti, qui non potentia Dei, sed iustitia superandus fuit. Nam qd oīpotente potentius, uel cuius creaturæ potentia ualet ei cōparari? Sed cū diabolus uitio peruersitatis suæ factus sit amator potentiæ & desertor oppugnatorq; iustitiæ, in quo hoīes magis eum imitantur, placuit Deo ut non potentia diabolus, sed iustitia uincere, atque ita & hoīes imitantes Christū, iustitia quærerent diabolum uincere, nō potentia. Quæ est igit iustitia qua uictus est diabolus à Christo? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tñ. Et utiq; iustū est ut debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credētes quem B sine ullo debito occidit. Hoc est qđ iustificari dicimur in sanguine Xpi. Sic quippe in remissionē pctorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Hoc est quòd recōciliari Deo dicimur per mortem filij eius. Remissis.n. peccatis nostris, finiuntur inimicitiæ, & pacem cum Deo assequimur, à quo nos sola peccata dirimebant. Sic ergo per mortem eius *reconciliati multo magis salui erimus in uita ipsius*, qui in uita nostra perieramus. Nam si mors ipsius tātum potuit ut illud faceret quod difficilius erat, tunc uita .i. resurrectio & gloria eius illud facere poterit, ubi minor difficultas est. *Non solum autem* salui erimus in futuro, *sed etiam nunc gloriamur spe in Deo*. i. in eo quòd consideramus nos cum Deo futuros in illa gloria. Vel non in nobis, sed in Deo gloriamur: nec p nos, sed *per dominum nostrū Iesum Christum per quem nunc* iam in præsenti uita *reconciliationem accepimus* secundū ea quę superius disputata sunt.

*Propterea sicut per unum hominē in hunc mūdum peccatum intrauit, & per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.*

Nunc prolixius disputare inchoat de duobus hominibus: uno primo Adam, per cuius peccatum & mortem tanq; hæreditarijs malis & posteri eius obligati sumus: altero aūt secundo Adam, qui non homo tantum, sed et Deus est. Quo pro nobis soluente quod non debebat, à debitis & paternis & proprijs liberati sumus. Proinde quoniam ꝓpter unū illum tenebat diabolus omnes per eius uitiatam carnem concupiscentialiter generatos, iustum est ut pro

C pter hūc unum dimittat omnes per ipsius ímaculatam gratiam spiritaliter regeneratos. Nam quia dixerat Apostolus nos esse per Christū Deo reconciliatos, pergit ostendere ꝙ cōuenienter per unum obedientem simus reconciliati, qui per unū inobediētem fueramus à Deo separati. Recōciliationem accepimus per Christum. *propterea*, id est, qa per unum sumus reconciliati, idcirco *sicut per unum hominem intrauit peccatum* ī orbem, *& per peccatum mors*, ita subaudi per unum redemptorem reddita est iustitia, & ꝑ iustitiam uita. Per unum hominem qui primus peccauit, intrauit originale peccatum in hunc miserū mundum, id est, in uniuersum genus humanum: quoniam peccādo omnem suam stirpem in seipso tanꝙ in radice uitiauit, ut quicquid prolis ex simul damnata per quā peccauerat, coniuge per carnalem concupiscentiam (in qua inobediente pœna simi lis retributa est) nasceretur, traheret peccatū originale. Sicut enim Christus, in quo omnes uiuificabuntur, præter id quòd se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiā sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis baptizatis: sic & Adam in quo omnes moriūtur, præter id qđ eis qui præceptum domini uoluntate transgrediuntur, imitationis exēplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ* tabefecit in se omnes de sua stirpe uenturos. Peccatum. n. generationis hîc intelligitur, nō imitationis. Nam sicut à muliere initium peccati fuit, sic initium gñationis à uiro est. Prior. n. uir seminat, ut fœmina pariat. Ideo ꝑ unū hoīem peccatū intrauit in mundū, quia per semen generationis intrauit, qđ à uiro excipiens fœmina concipit. Opus hoc castum in coniuge nō habet culpā, sed origo peccati trahit secum debitā pœnā. Non. n. maritus, qa maritus, mortalis nō est, aut aliunde nisi pctō mortalis est. Itaq; per unum hoīem peccatum intrauit in mundum, & per pecatum mors: qa si homo non peccasset, nunꝙ moreretur. *Et ita in omnes homines* pctm siue mors *pertransiit*, ut nullus ex uiro & fœmina genitus, īmunis esset à peccato & morte. Notandū est. n. qđ dicitur, pertransiit. Inde est paruulus reus. Pctm nondum fecit, sed traxit. Etenim illud pctm nō in fonte mansit, sed pertransiit in oēs per uitiatā carnem genitos: *In quo*. i. in primo homine *omnes peccauerūt*, quia qñ ipse peccauit, oēs in illo erant, & tota humani generis massa in illo est īfecta peccati ueneno. Sic etenim in Xpo iustificātur, oēs q credunt in eum ꝑꝑ occultam cōicationem et inspirationē gratiæ spiritalis: qa quisquis adhæret dño, unus spiritus est cum eo. Et sicut per pecatum primi hoīs qđ in omnes pertransiit, amisimus uitam: sic per iustitiam secundi hoīs, quæ in omnes qui membra eius fiūt, diffunditur, recuperabimus uitam. Dixi quia peccatum in omnes pertransiit, & uerę dixi. Nam ab Adam usq; ad legem peccatum originale in omnibus fuit. De Iudæis non probo, ꝙ fuerint sub originali peccato, quia legem habebāt, et se esse sub illo per legem cognoscere poterant: sed de illis, qui ante legem fuerant, & peccatum originale non cognoscebant. Nam usq; ad legem Moysi peccatū illud erat in toto mundo. Erat quidem, sed non imputabatur, id est, nō intus in anima esse putabatur aliquod huiusmodi peccatum, cū lex non esset, quæ casum primi hominis, ex quo pecatum illud propagatum est, intimaret. In omnes itaque peccatum illud pertransiit, quia etiā ante legem, cum non ita uideretur, lege non docente. Vel ita: Quoniam

Al. tabificauit.

D

A niam Iudæi uellent dicere iustitiam & uitam esse redditam per legem potius quam per Christum, ut Apostolus docebat, ostēdit Apostolus iustitiā non potuisse reddi per legē, quæ peccatum auferre non ualuit. Nam *usque ad legem*. i. quādiu lex mansit, *peccatum* originale *erat in mundo*. i. non fuit deletum per legem. Istud usque, nō est terminale, sed cōprehensiuum, sicut cū dicit: Et uitā usque in seculum. Vsque ad legem fuit peccatum, quia nec lex potuit illud auferre, quæ subintrauit ut magis abundaret peccatum, siue naturalis lex, in qua quisque iam rōne utens, incipit peccato originali addere & propria: siue ipsa quæ scripta per Moysen, populo data est. Quod igitur ait, quia usque ad legem peccatum erat in mundo, non idcirco dictum est, quod deinceps non fuerit, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisque ergo fidens uirib⁹, nō dico uolūtatis, sed potius uanitatis suæ, putaret libero arbitrio legē potuisse sufficere, & Xpi grām derideret, ideo ait Apostolus, quia usque ad legem peccatū erat in mūdo. Et addidit: *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset*. Non dixit, Non erat, sed non imputabat. id est, ignorabatur, & peccatum esse non putabatur. Neque. n. à dño Deo, tanquam non esset habebatur, sed ab hominibus cæcis nesciebatur: quia non erat lex, qua arguente demonstraretur siue rationis in paruulis, siue lex literæ in populo. Ante legem non imputabatur peccatum, sed regnauit mors, secure possidente homines diabolo pro impunitate credita, usque ad Moysen, per quem rediit cognitio unius Dei. Prius enim aut ignorabant Deum homines, aut non putabant eum curare quid egissent. Sed ubi lex data est, nouerunt Deum curare humana & iudicare. *Regnauit*, inquit, *mors ab Adam usque ad Moysen*, id est, à primo homine usque ad ipsam etiā B legem, quæ diuinitus promulgata est: quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre, quæ nō regnat utique nisi per peccatum. Regnū enim mortis uult intelligi, quādo ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam æternam, quæ uera uita est, uenire non sinat, sed ad secundā etiam, quæ pœnaliter æterna est, mortē trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit Saluatoris, quæ operata est etiā in antiquis sanctis, quicunque antequam in carne Christus uenisset, ad eius tamē adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, nō adiuuare poterat, pertinebāt. Quod autem dicit, Vsque ad Moysen, id est, usque ad finem legis & initium gratiæ mortē regnasse, eo genere locutiōis ait, quo dicimus, uerbi gratia, fuerūt Hunni usque ad Atilam. Non. n. principium regni eius, sed finē designamus. Sic & usque ad Moysen, id est, usque ad finem legis & principium gratiæ, pestis late diffusa per orbē regnabat, quia medicus deerat. Vbi uero de cœlo medicus aduenit, mors potestatē perdidit. Ergo in omnibus regnauit mors ab Adā usque ad Moysen, qui Christi gratia non adiuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur. Vere in omnibus, *etiam in eis qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ*, id est, qui nōdum sua & propria uoluntate, sicut ille, peccauerūt, sed ab illo peccatum originale traxerunt. Quia in seipsis cum iam non nati essent, nec ratione adhuc uterenī, qua ille utebatur quando peccauit, nec præceptū accepissent quod ille transgressus est, solo originali uitio tenebātur obstricti, per quod eos regnū mortis traheret ad condemnationē, quod est occidi in gehenna. Potest & sic intelligi, ut cum dixisset, regnauit mors etiam in eis qui non pecca

C uerunt, quasi nos moneret quare in eis regnauerit qui non peccauerunt, adderet in similitudinem præuaricationis Adę, id est, quia erat in horũ membris similitudo præuaricationis Adæ. *Qui est forma futuri*, quia ipse formã mortis influxit posteris suis. In illo enim cõstituta est forma condemnationis futuris posteris, qui eius propagine crearẽtur, ut ex uno in condemnationem nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia Saluatoris. Vel forma est futuri, id est, Christi partim à simili, partim à contrario. A simili, quia sicut Adam sine patre à Deo ex uirgine terra factus est, ita Christus ex uirgine Maria sine semine à Deo creatus est. Sicut ille est pater omnium secundum carnem, sic Christus secundum fidem. Dormiuit Adam ut fieret Eua, mortuus est Christus ut fieret ecclesia. Dormienti Adæ facta est Eua de latere, mortuo Christo lancea percussum est latus, ut profluerent sacramenta quibus formaretur ecclesia. A contrario quoque est Adam forma Christi, ut quomodo per illius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per Christi obediẽtiam iusti constituantur multi. Et sicut in illo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificentur. Sicut enim mãducatum est ab Adam, suadente diabolo, & omnes qui nascuntur ex eo, morti addicti sunt: ita ieiunatum est à Christo, & omnes qui per eum renascuntur, uitæ æternæ restituuntur. Sicut ille communicare potuit filijs peccatum & mortem, sic iste suis iustitiã suam & uitam. Sicut ille est pater præsentis seculi & princeps discordiæ, sic iste pater futuri seculi & princeps pacis. Sed non sicut delictum, ita & donũ.

Esa. 9.

*Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per unum peccatum, ita & donũ. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uita, regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Sicut enim per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi.* D

His uerbis declarat Apostolus, qualiter Adam forma Christi sit à contrario, & qualiter eadem forma non sit ex omni parte conformis. Nam similes qdem à cõtrario sunt, sed tamen in hoc differunt, quòd nõ sicut delictum Adæ, ita & donum Christi: quia plus boni Christus cõfert, quàm ille mali. Similes enim sunt Christus & Adam, sed non sicut delictum, ita et donum, id est, nõ sic est efficax peccatum Adæ ad damnationem, ut gr̃a Christi ad saluationem. Quamuis enim delictum et donum in hoc sint similia, quòd sicut delictum operatur discordiam ĩter nos & Deum, & tandem in nobis mortem, ita donum reconciliationem et æternam beatitudinem: atque sicut per unum hominem intrauit peccatum in omnes, & per peccatũ mors, ita donum per unũ uenit in omnes, & per donum uita: in hoc tamen differunt, quòd delictum operatur in omnibus mortem temporalem, donum autem uitam sempiternam. Plus ergo præstat Christus regeneratis, quàm nocuit Adam generatis. Et uere donum est maius & potentius quã delictum. Nam si delictum unius adeo potuit & efficax fuit, ut multos duceret in mortem, multo magis abundauit gratia Dei, id est, remissio peccatorum, quam Deus gratis dat sine præcedenti merito hu

A mano:& donum,id est,largitio uirtutum.Hæc inquam gratia & donatio,abundauit in gratia unius hominis Iesu Christi,idest, in perfectione uirtutum quæ in homine Christo est & abundauit in plures,id est, in omnes suos abundanter uenit.Non in plures transit gratia quàm delictum neque enim plures iustificantur quàm condemnantur, cum iniqui multo plures sint: sed in plures dictũ est,uelut si diceret,non in paucos. Neque enim pauci, sed plures sunt, in quos redundat ista gratia. Et multo magis abundat quàm delictum, quia omnes qui per Christum liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur, propter ipsum autem Christum sine fine uicturi sunt.In eo autem quod præmisit. *Si enim unius delicto multi mortui sunt,* dum diceret multi,& non omnes, innuit se dicere de illis,in quibus delictum Adæ mortem animæ fecit. Sed *gratia Dei multo magis abundauit*, quia primus parẽs unum delictum in omnes misit,Christus autem etiam delicta illa quæ homines propria uoluntate addiderunt originali, in quo nati sunt,gratia sua soluit,& iustificationem atque uitam æternam dedit. *Et non sicut per unum* peccantem uenit condemnatio,*ita & donum* gratiæ post datum est,q̃a maius est donum quàm delictum. Ostenderat delictum & donum differre secũdum effectum, quia delictum genuit mortem, donum autem uitam: & nunc rursum ostendit quòd alio modo differunt, quia non sic, sed copiosius est donum gratię per unum Christum donantem, sicut fuerat delictum per unum Adam peccantem. Non solum in hoc inquit, non æqualis est forma,quia Adam temporaliter nocuit eis quos in æternum Christus redemit:sed etiam quia illius uno delicto posteri eius,nisi à Christo redimantur, traduntur in condemnationem: Christi autem redemptio etiã multa delicta dissoluit,quæ originalis sunt addita.Et uere ita est. *Nam iudicium quidem*,id est, sententia diuini iudicij *ex uno* delicto Adæ ducit *in condẽnationem* sed *gratia*,id est,gratuitum donum Dei *ex multis delictis* in baptismo liberans ducit *in iustificationem*, quia non solum ignoscit,sed & iustificat. Ideo dixit iudicium ex uno delicto in condemnationem,quia sufficeret ad condẽnationem, etiam si nõ esset in hominibus nisi originale peccatum. Quamuis enim condemnatio grauior eorum sit, qui originali delicto etiam propria coniunxerunt, & tanto singulis grauior, quanto grauius quisq; peccauit,tamen etiam illud solum quod originaliter tractũ est,nõ tantum à regno Dei separat, uerum & à salute ac uita æterna facit alienos,quæ nulla esse alia potest prꝯter regnum Dei,quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam in quo omnes peccauimus, non omnia nostra peccata, sed tantum originale traximus: à Christo uero,in quo omnes iustificamur,nõ illius tãtum originalis,sed etiam cæterorum quæ ipsi addidimus,peccatorum remissionem cõsequimur. Et ideo non sicut per unum peccatum, ita est & donum.Nam iudiciũ quidẽ ex uno delicto si non remittitur, id est originali,in condemnationem iam potest ducere: *gratia uero ex multis delictis* remissis,hoc est, nõ solum originali,uerum etiam omnibus cæteris *ad iustificationem* perducit. Quicũq; enim ex illo uno homine multi in se ipsis futuri erant, tunc in illo unus erãt. Proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset. Porrò autem in quo erat natura communis, ab eius uitio nullus est immunis.Sed inde sola Christi gratia liberat,quæ non secũdum merita homi B

C num, sed gratis datur, quoniã Deus misericors est: nec omnibus datur, quoniã Deus iudex est: & iusto eius iudicio in aliis demonstratur, quid in eis quibus datur, conferat gratia. Non ergo simus ingrati ei, qui secundum placitum uoluntatis suæ tam multos liberat de tam debita perditione, ut si inde liberaret neminem, non esset iniustus: sed qui liberãtur, gratiam diligant: qui non liberãtur, debitum agnoscãt. Si.n. in remittendo debitum apparet bonitas, & in exigendo æquitas, laudent misericordiam qui liberãtur, non culpent iudicium qui puniuntur. Dixerat autem quod gratia nos à multis delictis emundans iustificauit, & nunc consequenter adiungit, quod per illorũ delictorũ remissionem & iustitiæ adeptionem non solum uiuemus, sed & regnabimus, & hoc per Iesum Christum. Sed præmittit inde quasi quandam probationem: quia si in peccato Adæ moriebamur, multo magis in gratia Christi uiuemus. Et hoc ẽ gratia Dei nos à delictis multis liberans & iustificans, saluauit à condẽnatione cæterorum, quia per illam regnabimus. Nam *mors per unum* in cęteros transiens, *delicto*, id est, ob delictum unius, *regnauit*, id est regnũ occidendi omnes potenter obtinuit. Vel per unum regnauit, quia sic in omnibus regnũ obtinuit, ut in illo uno qui primus peccauit, haberet initiũ regni sui. Siue per unũ (ut diximus) in cæteros uenit, quia quas uires in illo habuit, in omnes posteros exercuit. Et si mors ita per unum in delicto unius regnauit, tunc multo magis regnabunt *per unum Christum, accipientes*, id est, non à se, sed a Deo habẽtes *abundantiam gratiæ*. i. remissionẽ peccatorũ abundantem: quia nõ solum originale, sed & actualia remittunt, & abundantiam *donationis*, id est, spiritualium charismatum, *& iustitiæ*, id est,

a. à Christo.

D bonæ operationis. Isti inquam, qui hæc diuinitus consequuntur, regnabũt per unum Iesum Christum. Regnabunt multo magis quàm in eis mors regnauit, quia ipsi regnabunt æternaliter, mors autẽ regnauit temporaliter. Itaque ob unius delictum mors regnauit per unum, quia mortis uinculo tenebantur omnes in illo uno, in quo omnes peccauerunt, etiam si propria peccata non adderent. Alioquin nõ ob unius delictũ mors per unum regnauit, sed ob delicta multorum per ununquenque peccantem. Sed abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipiunt, quia nõ solum eis peccatum illud, in quo omnes peccauerunt, sed etiam quæ addiderunt, gratia remissionis deletur: eisque tanta iustitia donatur, ut cum Adam consenserit ad peccandum suadenti, nõ cedant isti etiam cogenti. Qui multo magis in uita regnabunt, quia in æterna uita sine fine regnabunt magis quàm in eis mors temporalr & cũ fine regnauit. *Igitur sicut per unius &c.* Quoniam multa interposuerat ad propositam probationem pertinentia ostendendo donum efficacius esse quàm delictum, & esse multiplicius quàm delictum, repetit antecedens, ut conuenienter subinferat ipsum cõsequẽs. Et hoc est: Qm̃ *per unius delictum trãsiens in oẽs homines* peruentum est ab hoibus *in condemnationem*, igitur & *per unius iustitiam in oẽs homines* transeuntẽ, peruenit *in iustificationẽ*, quæ est causa *uitæ* perẽnis. Et sicut illud factũ est, sic fit et istud .i. quàm digne illud, tam digne & istud. uel ita: Quĩdem Adã est forma xpi, & quia maius est donũ Xpi atque plus cõfert, igit sicut iuste per delictũ unius trãsiens in oẽs hoies, itum est in cõdemnationẽ corporis & aiæ, sic iusto iudicio etiam per unius iustitiã uenientẽ in oẽs hoies electos, itum est in iustificationẽ, ut participatio-

A ne iustitiæ Christi iustificentur, quæ iustificatio est causa uitæ, sicut condemnatio causa mortis æternæ. Sicut ibi delictum solum sine actuali peccato omnes præcipitauit in condemnationem, & sic in mortem, ita sine nostro opere præcedente gratia Christi nos duxit ad iustificationẽ, & sic ad uitam æternam. Eam quippe iustificationem dicit, qua Christ⁹ iustificat impium. Quæ iustificatio transit in omnes homines, non quia omnes homines ueniãt ad gratiam iustificationis Christi, cum tã multi alienati ab illa in æternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes q na scuntur in condemnationem, non nisi per Adam nascũtur. Nemo est qppe in illa generatione præter Adam, & nemo in ista regeneratione pręter Christum. Ideo dictũ est omnes & omnes. Nam si aliqui possent carne generari non per Adã, et aliqui spiritu regenerari non per Christum, nõ liquido omnes, siue hîc, siue ibi, dicerẽtur. Eosdem autem omnes, postea multos dicit. Possunt quippe in aliqua re oẽs esse, qui pauci sunt. Sed multos habet gñatio carnalis, multos & spiritalis, quãuis non tã multos hęc spiritalis q̃ illa carnalis. Sed tamen sicut illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines: quia sicut nemo pręter illam homo, sic nemo præter istam iustus homo, & in utraq; multi. De quibus subditur: *Sicut enim per inobedientiam*, &c. Et determinat apostolus delictum unius & iustitiam unius, ut sicut ille merito peccati multos perdidit, sic et iste merito iustitiæ inde liberasse uideat. Vere sicut delictum unius condemnauit omnes, sic iustitia unius iustificat oẽs. Nam sicut per inobedientiã unius primi hominis, quæ est delictum ipsius, peccatores constituti sunt multi. i. oẽs qui ex eo nati sunt B originale peccatũ ex eo traxerũt, ita & per obedientiam unius hominis Christi, constituentur multi iusti. i. iustificabũtur fide incarnationis & passionis eius, in qua fuit obediens usq; ad mortem. Ideo hic Christum hominem dicit, cũ sit & deus, neq; existimet uel antiquos iustos, p deũ tm̃modo Christum. i. per uerbũ qđ erat in principio, non etiam per fidẽ incarnationis eius, qua et homo est, potuisse iustificari. Hîc finitur disputatio de duobus, Adam. s. & Christo, ex quibus alter nobis peccatum & mortem intulit, alter iustitiam & uitam reddidit. Sequitur.

*Lex autem subintrauit ut abundaret delictũ. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternã, per Iesum Christum dominum nostrum.*

## CAPVT. VI.

*Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortuì sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo?*

Supra dixerat quia usq; ad legem peccatum in mundo fuit, quod non originale tm̃, sed omne peccatum intelligi uoluit. Et ideo usq; ad legem fuit, quia nec lex potuit illud auferre. Vsq; ad legẽ. n. dictum est, ut etiã ipsam legem sententia ista concluderet, q̃uo dictum est in euangelio, omnes generationes ab Abraham usq; Matt. 1. ad Dauid, generationes quatuordecim. Non. n. excepto Dauid, sed ipso etiam cõputato, numerus iste completur. Sic lex non est extra permansionem peccati, qđ dictum est, usq; ad ipsam fuisse. Immo sicut nunc dicitur, *lex subintrauit ut abundaret delictum.* Intrauerat. n. in mundum ab initio peccatum siue delictum, sed lex subintrauit. i. subsequenti tempore intrauit, nõ ut per eam finiretur delictũ, sed ut abundaret ex pręuaricatione. Legẽ. n. siue naturalẽ intelligamus,

A quæ in eorum apparet ętatibus, qui iam ratione uti possunt: siue conscriptam, quæ data est per Moysen, quia nec ipsa potuit uiuificare & liberare à lege peccati & mortis quæ tracta est ab Adam, sed magis addidit præuaricationis augmētum. Vbi.n. non est lex, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege, quæ in paradiso data fuerat, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur, Video aliam legem in membris meis, &c. Quæ tamen nisi mala consuetudine postea roboretur, facilius uincitur, non tamen sine gratia Dei. Lege autem alia præuaricata, quæ est in usu rationis animæ rationalis, in ętate hominis iam ratione utentis, præuaricatores fiunt oēs peccatores terrę. Pręuaricata uero lege, etiam illa quæ data est, per Moysen, multò amplius abūdat delictū. Lex ergo subintrauit, ut abundaret delictum, siue cum hoīes negligunt quod deus iubet, siue cum de uirib⁹ suis præsumentes, adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam. Qui.n. tales sunt, ignorant qua dispensatione lex data sit. Non enim data est lex quę posset uiuificare, quia gratia uiuificat per fidē. Sed data est lex, ad ostēdendum quantis peccatorum uinculis constringerentur, qui de suis uiribus ad implendam iustitiam pręsumebant. Et ideo peccata non minuit, sed adiecit. Non tamē propter hunc effectū data est, sed ex hominum prauitate hoc contigit. Non.n. uitio legis, sed illorum sic abundauit peccatum, cū & cōcupiscentia ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus cōtra legem pręuaricationis crimen accessit. Non ergo Iudęi de lege glorientur, quia non sunt per eam iustificati, sed abundantiori delicto grauati. Ideoq; magis humilientur & confugiant ad implorandam Christi gratiam, per quam & à peccato præuaricationis liberentur atq; sanentur. D Delictum.n. abundauit per legem. Sed nō ideo despiciantur Iudæi, qui ad Christum uenerunt, quia *ubi.i.* in qbus *abundauit delictum*, qm̄ accepta lege non ignoranter, sed scientes delinquebant. *ibi.i.* in eis *superabundauit gratia* dei, hoc est, sic abūdauit, & sic dona sua multiplicauit, ut deleret omnino delictum, & superior atq; maior existeret q̄ fuerat delictum. Superabundauit, quia & hos perficit quos diabolus uincere non potuit: & delictum ad tēpus fuit, gratia uerò in æternum. Ita superabundauit gratia, *ut sicut regnauit in mortem peccatum*, etiam quod nō ex Adam traxerunt homines, sed sua uoluntate addiderunt, *ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam.* Non tamen est aliqua iustitia præter Christum, sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixisset, sicut regnauit peccatū in mortem, hīc non addidit, per unum aut per Adam, quia supra dixerat etiam de peccato illo quod subintrante lege abundauit, & hoc utiq; nō est originis, sed iam ꝓpriæ uoluntatis. Cū autem dixisset sic, & gratia regnet ꝑ iustitiam in uitam ęternam, addidit: *per Iesum Christū dominum nostrum*, quia generāte carne illud tantūmodo trahitur quod est originale peccatum: regenerante autem spiritu non solum originalis, sed ēt uoluntariorum remissio peccatorum. Ita ergo superabundauit gratia, ut sicut regnauit peccatū in mortem.i. sicut præualuit actuale peccatum & efficax fuit ducere homines in mortem: sic et *gratia*.i. remissio peccatorum & accumulatio uirtutum *regnet*.i. præualeat, & oēm uoluntatem suam in nobis potēter cōpleat. *per iustitiam*.i. per subsequentem bonam operationem nostrā, ducens nos in uitam æternam, non per nos ipsos, neq; per legē, sed *per Iesum Chri-*

A *ftum.* Post hæc q̃stionem quæ ab alio fieri poterat, ipse sibi facit: & quod opponi poterat, remouet. q.d. Q̃m supra dixi, quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia, *ergo quid ex hoc dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet,* in nobis. i. ut abundantiam gratiæ consequamur? *Absit.* ut in eo iam maneamus. *Nam qui iam sumus mortui peccato.* i. qui per baptismũ iam extincti peccato sumus, *quomodo adhuc uiuemus in illo?* Obedire desiderijs peccati, hoc est uiuere peccato. Sed cum id gratia præstiterit, ut moreremur peccato, quid aliud facimus, si uiuimus in eo, nisi ut gratiæ simus ingrati? Neq; .n. qui laudat beneficiũ medicinæ, morbos docet & uulnera a quibus hominẽ illa sanat: sed quãto magis medicina prædicatur, tãto magis uulnera & morbi uituperantur. Sic laus & prædicatio gratiæ, uituperatio & damnatio est delictorũ.

*An ignoratis quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.*

Ephes. 4. Coloss. 3. Mortui sumus peccato per baptismum quem in morte Christi percepimus, & an hoc ignoratis? *An ignoratis quia quicunque,* siue serui, siue liberi, siue paruuli, siue magni, *baptizati.* i. tincti & abluti *sumus in Christo Iesu.* i. in nomine Christi *in morte ipsius baptizati sumus?* Ac si dicatur: Nunqd sacramentũ ipsi⁹ baptismi ignoratis? In morte quippe Christi baptizamur, ut in ipsius morte credentes & imitantes quasi mortui uiuamus. Mortui.n.p baptismum peccato, nõ debemus ei iterum uiuere, ut iterum mori ei necesse sit, quia in morte Christi. i. in similitudinem mortis Christi sumus baptizati, ut sicut ille semel mortu⁹ est & semp uiuit, ita nos semel mortui malo, semp uiuamus bono. Quo modo.n. mortu⁹ peccare nõ põt, ita B & nos si xp̃o sumus cõmortui, ipsi cari peccatis capitalibus non debemus: qa q crucifixus est, nihil aliud facit nisi horam mortis expectat, & spiritum suum Deo commendat, nihilq; iam in hoc mundo appetit. Nã quemadmodũ pedes & man⁹ Christi cruci sunt affixi, ut in nullam partem moueri possent, ita manus et pedes nostri debet imitatione mortis eius ligari, ut nõ possint ad peccatũ moueri. Et ita nihil aliud itelligam⁹ esse Christi baptismum, nisi mortis Christi similitudinẽ: nihil autẽ aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem, ut quẽadmodũ in illo mors uera facta est, sic in nobis uera remissio peccatorũ: & quẽadmodum in illo uera resurrectio est, ita & in nobis uera iustificatio. Et si hinc ostendimur mortui esse peccato, qa in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Nullo.n. excepto dictum est, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, i morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est, ut p̃baretur nos mortuos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascẽdo moriuntur, nisi qd' nascendo traxerunt? Vel in morte Christi sumus baptizati, quia mors eius est causa huius purificationis. Vere in morte Christi sumus baptizati. i. in baptismo similes morti ei⁹ effecti, qa etiã cõsepulti sumus illi p baptismum Sicut.n. nemo uiuus potest sepeliri cum mortuo, ita nemo q adhuc uiuit in peccato, potest in baptismo cõsepeliri Christo. *Consepulti sumus cum illo per baptismum,* ut quemadmodum ipse fuit sepultus corpore, sic peccatum nostrum lateat & sepeliatur sepulchro aquæ: sicut ipse tribus diebus in sepulchro tacuit, sic nos tribus ui

C cibus sepulchro baptismatis īmergimur Nā ꝙ tertiò mergimur, triduanæ sepulturę sacramenta signamus, & dum tertio ab aquis educimur, resurrectio triduani temporis exprimitur. Quia in illo aquarum elemētò sepelimur, ut renouati per spiritū sanctū resurgamus. In aqua.n. imago mortis, in spiritu pignus est uitę, ut per aquam moriatur corpus peccati, q̄ quasi quodā tumulo corpus includit, ut per uirtutem spiritus renouemur à morte peccati: Cōsepulti sumus cum illo per baptismum, & hoc *in mortem*. i. in defectum uitiorum, ut uitia in nobis sint mortua ad exemplum mortis eius. Ad hoc sumus commortui & consepulti, *ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos*, à uitijs surgentes ad bona opera, *ambulemus* de bono in melius *in nouitate uitæ*. Idest, ut quomodo glorificatur pater per resurrectionem filij ita & per conuersationis nostræ nouitatem glorificetur. Nouitas autem uitæ est, ubi ueterem hominem cum actibus suis deponimus, & induimus nouum, qui secūdum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis.

Ephes. 4. Colos. 3. *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam uiuemus cum illo.*

Debemus exēplo resurrectionis Christi ambulare in nouitate uitæ, ut nouam & incorruptilem conuersationem ducamus, nec iam uitiorū putredine corrumpamur. Nam *si sumus facti complantati*. i. à ueteri ritu auulsi, et in nouitatem cōuersationis trāslati, hęrentes *similitudini mortis eius*. i. imitātes pro posse nostro mortem eius, ut abstineamus nos à peccato, quo ille prorsus caruit, *simul & resurrectionis* D *eius similitudini erimus*, complantati. Arbor quæ plantatur, moritur antequam crescat, & demortua uiuificatur, & uiuificata fructificat. Sic & Christus, qui lignum uitæ est, iuxta Salomonem, auulsus de præsenti seculo, mortuus est: & per resurrectionem uiuificatus, creuit in totam mūdi latitudinem, in quo & multū fructum affert. Notandum autem quia non dixit apostolus. Si.n. complantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius. Christus.n. semel ita mortuus est peccato. i. carni, ut peccatum omnino non fecerit. Nos autem ipsa morte qua ille mortuus ē, peccato non possumus mori, ut omnino nesciamus peccatum, similitudinem tamen habere possumus, ut imitantes eū abstineamus nos à peccato. Hoc.n. recipere potest humana natura, ut ī similitudine mortis eius fiat, dū ipsum imitando non peccat. Debemus ergo complantari similitudini. i. ad similitudinē mortis eius, ut imitantes innocentiā mortis eius extinguamur uitijs, & fructicemus in operibus bonis. Tunc.n. & resurrectionis eius similitudini complantabimur. Oīs. n. plantatio post hyemis mortem, resurrectionem in uere germinat. Si igitur & nos in Christi morte cōplantati sumus per hyemē huius seculi, in uere futuri seculi proferemus ex ipsa radice fructus iustitiæ. In similitudinem resurrectionis eius complantabimur, quādo reformabit corpus humilitatis nostrę cōfiguratum corpori claritatis suę. Cōplantemur, inquit similitudini mortis eius, *hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est*, qm̄ in illa morte domini, peccati nostri figura pependit. Crucifixio quippe ueteris hominis, pœnitentiæ dolores intelliguntur, et continentię salubris cruciatus. Christus.n. qui uixerat uetus homo secūdum

Prouer. 11.

A dum pœnā.i. ſcd'm famem & ſitim & hmōi, hoc modo uetuſtatem.i. noſtræ mortalitatis infirmitatem finiuit et depoſuit, ut dolorem crucis ſuſtinens, ſic haberet membra diſtenta et cōfixa, ut ad priores actus moueri non poſſent, à quibus etiam ſepultus qeuit humanis ſubtractus aſpectibus, exigens à nobis ut uetuſtatē peccatorum cum dolore pœnitentię deponamus, et membra noſtra p cōtinentiam ſint confixa, ne ad priora redeamus à quibus ita perfecte quieſcamus, ut nec eorū uiſio & memoria habeatur. Et ſi iam iſta compleuimus, tūc uere uetus homo noſter ſimul cum Chriſto crucifixus eſt. Vetus.n.homo, eſt uetuſta conuerſatio fomes & conſuetudo peccati, & qcquid uitiorum ex primo parēte ſumpſit initium. Qui tamē noſter eſt, qa ex nobis, non ex Deo. Et iſte uetus homo cum crucifixione Chriſti ita debilitatus eſt, *ut dominante ratione deſtruatur corpus peccati*.i. tota peccatorū maſſa, ita *ut ultra non ſeruiamus peccato.* Corpus peccati.i. peccatum, ſcd'm omnia mēbra ſua deſtruatur. Vnū enim uitium, membrum eſt peccati: corpus uero, uniuerſitas delictorū, quorꝫ principium eſt originale peccatum. Chriſtus autem non ex parte, ſed īteger eſt crucifixus, ut nos ex toto moriamur peccato et uiuamus Deo. Gratia.n. Dei per baptiſmum Chriſti, qui uenit in ſimilitudine carnis peccati, id agit, ut deſtruatur corpus peccati. Deſtruitur autem, non ut in ipſa uiuente carne concupiſcētia conſperſa, & innata repente abſumatur & nō ſit, ſed ne obſit mortuo quæ inerat nato. Deſtruitur, non ut interim non ſit, ſed ut non cogamur ei ſeruire. Hoc.n.eſt quod ait, ut ultra non ſeruiamus peccato. Et uere non cogemur peccato ſeruire, qa iuſtificati ſumus: & uere iuſtificati, qa mortui. *Qui enim mortuus eſt* cum Chriſto, *iuſtificatus eſt*.i. liber effectus *à peccato* et alienatus: nec poteſt iā peccare, B quia ſicut & Ioannes ait, Omnis q natus eſt ex Deo, nō peccat. Crucifixus.n. omnibus membris dolore occupatis, peccare non poteſt, ſed concupiſcentijs & paſſionibus cōtradicit. Et qui ſunt Chriſti, carnem ſuā crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Ille eſt iuſtificatus, qui mortuus eſt.i. qui ſeipſum pro Chriſto uitijs mortificauit aut martyrium p tulit. Sed *ſi mortui ſumus cum Chriſto*.i. ſi imitatione mortis eius uitijs ſumus mortificati, ut ultra non uiuamus eis, *credimus* & pro certo ſperamus, *quia ſimul etiam uiuemus cum illo*, ut ubi ip eſt, & nos ſimus: & quo modo ipſe in æternum & beate uiuit, ita et nos uiuamus.

1. Ioan. 3.

Galath. 5.

*Scientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quòd autem uiuit, uiuit Deo. Ita & uos exiſtimate, uos quidem mortuos eſſe peccato, uiuentes autem Deo in Chriſto Ieſu.*

Viuemus cum Chriſto qui ſine ſine uiuit, nos dico iam *ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam amplius non moritur*.i. non diſſoluitur, ſicut Lazarus & filius uiduę, quos ipſe ſuſcitauit, iterum mortui ſunt. Non enim talis fuit eius reſurrectio qualis eorꝫ: ſed talis, ut amplius mori non poſſit, & talis etiam nobis promiſſa eſt. Iam non moritur Chriſtus, et *mors illi ultra non dominabitur*, quæ ad horam illi per ipſius piam uoluntatem dominata eſt in cruce. Hoc dictum eſt contra Manichæos, qui negant Chriſtū uerā carnem habuiſſe. Ad hoc.n. humanitatem ſuſcepit, ut mors ei temporalis in paſſione dominaretꝰ.i. ueraciter affligeret eum ſicut uerū hominem & occideret, ſicq́ mors æterna dominium ī nobis amitteret. Sed non ultra dominabitur ei mors aliqua paſſione, qa iam nihil moleſtiæ

C sustinebit. Impij uero licet post generalē resurrectionē iam nō moriantur, tamen sine fine mors illis dominabitur, quia sicut scriptū est. Mors depascet eos. Et ad distinctionem talis imortalitatis, dicitur nunc Christus ita post resurrectionem suā immortalis, ut ei per alicuius molestiæ passionem mors ultra dominari nequeat. Nam et electis eius similis incorruptio & ipassibilitas tribuetur. Vere iam non moritur Christus, qa semel est mortuus. i. ita ut mortē ultra non iteret. Semel, quia pro peccato tollendo quod una morte suffecit tollere, & ideo non est opus repetitione Et hoc est. *Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel*. Vel pctō mortuus est i. carni, in qua erat non peccatū, sed similitudo peccati. Peccato enim mortuus est, quia similitudini carnis peccati mortuus est, quando moriendo exutus est carne, ut p̄ hoc mysteriū significaret eos, qui ī morte ipsius baptizantur, mori peccato ut uiuant Deo. peccatum. n. nō inerat ei. Et tamen quodāmodo peccato mortuus est, dum moreretur carni, in qua erat similitudo peccati, ut cum scdm uetustatem peccati nunquam uixisset, nostram ex morte ueteri, qua in peccato mortui fueram⁹, reuiuiscentem uitam nouam sua resurrectione signaret. Et ideo mortu⁹ est semel, ut nos à duplici morte liberaret. Nos. n. quia & mente à Deo recessimus, & carne ad puluerem redimus, pœna duplæ mortis astringimur. Sed ille pro nobis sola carne mortuus est, ut simplam mortē suā duplæ nostræ coniūgeret, & nos ab utraq; morte liberaret. Quòd ergo mortuus ē peccato. i. peccati similitudini, mortuus est semel. i. sola carne. Sed *quod* post resurrectionē *uiuit, uiuit Deo*. i. in ęterna beatitudine p̄ris: qa sicut uita patris, ita & uita Christi nullam inquietudinem recipit. *Ita & nos*. i. sicut mors Christi semel peccato facta est, & uita deo perenniter manet, ita uos semel peccato moriamini, ut iam amplius peccato nō uiuatis, ne iterum oporteat uos peccato mori, & deo semper in bonis operibus uiuatis. Et hoc est: *Ita & nos existimate, nos* imitatione Christi *mortuos quidem peccato*. i. alienatos à peccato tēpore baptismatis, sed *uiuentes Deo* ī uirtutibus & nouitate uitę, quę est prima resurrectio, ut adhæreatis Deo, et unus cum eo spiritus efficiamini: et hoc non in uiribus arbitrij uestri, sed *in Christo Iesu*. i. ī eius gratia & uirtute, quia sicut Petrus ait, Non est in alio aliquo salus. Non sine causa autem dictū est, existimate. i. cogitate uos mortuos esse peccato. Qui. n. cogitat uel existimat apud semetipsū, peccatum mortuum esse, nō peccat. uerbi gratia. Si me cōcupiscētia mulieris trahat, si argenti, si auri, si prædij cupiditas pulset, & ponā in corde meo quòd mortuus sim cū Christo & de morte cogitē, extinguitur continuo concupiscentia, & effugatur peccatum. Oīa hæc ad illā respiciunt quęstionem, ne uideatur apostolus dedisse locum peccandi in eo quod ait, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Sequitur. D

Psal. 48.

Act. 4.

*Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non. n. sub lege estis, sed sub gratia.*

Quia dixit mortuos esse peccato & non debere uiuere in eo, cum nemo sit sine peccato, determinat à q̄bus maxime est cauēdum, quasi cōcludat quod supera quęrebatur, per manebimus ī peccato? Quia, inquit, mortui estis peccato. & tamen non potestis ī hac uita esse sine peccato, ergo saltē *non regnet peccatum in uestro mor-*

A *tali corpore.* Non ait, non sit, sed non regnet. Peccatum quippe in corpore mortali non prohibuit esse, sed regnare: quia in carne corruptibili nō regnare potest, sed non esse non pōt. Hoc ipsum nanque de peccato tētari, ei peccatū est. Quo quia quādiu uiuim⁹, perfecte omni modo non caremus, apostol⁹, qm̄ hoc expellere plene nō potuit, ei de cordibus nostris regnū tulit, ut appetitus illicitus, etsi plerunque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur ingerit, saltem si ingreditur, non dominetur. Cum. n. quælibet culpa cor iniqui pulsat, & resistens illud nō inuenit, sed suo dominio substernit, procul dubio regnat in eo, qm̄ ad uitia mox ut pulsauerit inclinat. Sed non ita fiat in uobis. Et si sit *peccatum* .i. fomes & delectatio peccati *in corpore uestro* .i. iam uestri iuris, corpore dico mortali. & ideo nō sine peccato, tamen *non regnet*, in eo peccatum .i. non faciat quod illicite cupit. In corpore mortali dictum est, quia in īmortali corpore nō erit peccatum. Inest modo peccatum cū delectaris, regnat si cōsenseris. Est itaque peccatum in corpore, sed nō regnet, *ut obediatis concupiscentijs eius* quæ ex carnis infirmitate nascuntur: Si enim non obedientiæ, etsi est peccatum in carne, quod suadeat, quod delectet ad malum, non obediendo facitis ut non regnet quod est, & ita fiet postea, ut non sit quod erat, quando absorbebitur mors in uictoriam. Et nō solummodo nō regnet in uobis per consensum, sed etiam nō regnet per operationem. Et hoc est: Nō obediatis per consensum illicitis concupiscētijs, *sed neque exhibeatis* .i. tribuatis *peccato* .i. fomiti peccati *membra uestra arma* .i. instrumenta *iniquitatis*, hoc est, prauæ actionis, qua uirtutes debellantur sicut quibusdam armis. Mēbra uocantur arma, quia his uel iustitiæ uel peccato militamus. Et unū quodque mēbrum, si officium suum B in malos usus conuerterit, arma iniquitatis efficitur ad iustitiam expugnandam, si manus furto, linguaque mendacio sit intenta, si oculus concupiscentiæ seruiat ad expugnandā pudicitiam, & cætera membra similibus uitijs sint occupata. Peccatum enim quod est in corpore nostro, quidā tyrannus est pugnans aduersum nos, & mēbra nostra pro armis habere quærit ad debellandū nos. Nō ergo sinamus eum membris nostris contra nos pugnare. Surgit ira? non demus iræ linguam ad maledicēdū, manum aut pedē ad feriendum. Nō surgeret ira ista irrationabilis, nisi peccatum esset in membris. Sed tollamus illi regnum, nō habeat arma quibus cōtra nos pugnet. Discet. n. non surgere, cum arma cœperit non inuenire. Ne exhibeatis, inquā, membra uestra peccato arma iniquitatis .i. qbus impleatur iniquitas, *sed exhibete uos Deo tanquam uiuentes ex mortuis*, id est uelut iam à morte resuscitatis, post resurrectionem. n. non carnaliter uiuitur, nec peccatur, sed diuinis & spiritalibus intenditur: & uos qui à morte animę surrexistis, iam spiritaliter & sancte & Deo uiuere debetis, *et membra uestra* exhibere *Deo arma iustitiæ* ut per ea deus pro iustitia pugnet aduersus regnum peccati. Deus enim est qui operatur in uobis. s. ut manus quę ante rapiebat aliena, nunc tribuat sua: oculus qui ante uidebat ad peccandum, nunc uideat ad bonū operis ministeriū. Sic & cætera mēbra iustitiæ seruiant. Quod bene si uultis, īplere potestis. *nam peccatum* .i. fomes peccati & delectatio iniquitatis, quæ in carne est, *non dominabitur* .i. nō prǫualebit *uobis*, ut olim solebat. Ideo non dominabitur, quia *non estis* modo *sub lege*, iubente & non iuuante, *sed sub gratia*, liberante & iuuante. Sub lege. n. positis, non sub gratia de-

C minatur peccatum, à quo non fit homo liber lege, sed gratia. Non qa lex mala est, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat ut legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus, tantummodo erat legis auditor.

*Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediẽdum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. Liberati autẽ à peccato, serui facti estis iustitiæ.*

Quoniam sub gratia sumus, *ergo* quid faciemus? *Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia?* Id est, ergo cessante uindicta legis ĩpune peccabimus? *Absit*, ut peccemus. Lex. n. peccantes mox interfici iubebat, gratia uero etiam post culpam expectat ad pœnitentiam. Et ideo nunc isti uolebant apostoli sententiam ad hoc inflectere, ut liceret eis peccar̃, qm̃ exuti erant à legis terrore. Sed hoc ipse remouet. Absit, inquit, ut ideo licentius peccemus. i. criminalia & capitalia peccata cõmittam⁹, qualia lex damnare consueuerat, nam sine minoribus peccatis hæc uita non põt duci. Vere non debetis peccare, sed potius bene operari; quia si peccaueritis, serui peccati eritis, sicut ecõtra si bene egeritis, serui iustitiæ efficiemini. Et nimis turpe est, ut cum Dei gratia nos à peccato liberauerit, rursum occasione eius peccato seruiatis. An *nescitis*. i. an ig oratis quia *cui exhibetis*. i. præparatis & præsentatis, *uos seruos*. i. pronos, *ad obediendum, serui estis eius* i. uoluntati eius seruire habetis, *cui obedistis*. i. cuius obeditioni colla uestra subiecistis? Postꝗ̃ illi obedistis, serui ei⁹ estis, etsi nõ antea, cũ primum illi consentiendo uos exhiberetis. Cuicũq; obedistis, serui eius estis, *siue peccati* ducẽtis *ad mortem* æternam, *siue* sanctæ *obeditionis* ducẽtis uos *ad iustitiam*. i. ad iustitiæ cõsummationem. Qui. n. per fidem primo iustificati estis, nunc si diuinis præceptis obedientes fueritis, ad summam iustitiæ perfectionem ascendetis. Eius estis serui, cui obedistis. Sed *gratias* ago *Deo*, quia licet prius fuissetis serui peccati, iam tamen non estis. Inde gratias refero, non uobis, non libero arbitrio uestro, *sed Deo* per quem factum est, ut peccati seruitutẽ euaderetis. Gratias, inquit, Deo, quia *serui peccati fuistis*, sed ipso liberante & adiuuante iam nõ estis, qm̃ *obedistis* deo non ex timore legis, sed *ex corde*. i. ex bona cordis uoluntate, uel non specie tenus, nõ simulatione, sed ex cordis puritate. Obedistis dico, tendentes *in eam formam*. i. regulam euangelicæ *doctrinæ* ĩ qua traditi estis. Hoc est, in doctrinam informantem et cõmonentem mores uestros, in qua traditi estis à gratia Dei, non per uos accessistis, uel à doctoribus estis in ea traditi. Quæ. s. doctrina est forma, quia imaginem Dei deformatam restituit. Nec solum obedistis, sed etiã *liberati* estis à *peccato* per spiritum sanctum, quem accepistis in baptismo: quia ubi spiritus domini, ibi libertas. Et à peccati seruitute liberati *facti estis* consentiendo & operando *serui iustitiæ*, quod est summa libertas. Serui iustitiæ estis, cui obedistis. i. Christi qui factus est nobis sapiẽtia à Deo & iustitia & sanctificatio. 1. Corin. 1.

*Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem.*

Hactenus nõ esse peccandũ, hinc quid deinceps sit agendum, de quo nullus possit se excusare, qa nullus est qui non possit bene operari, saltem uoluntate, quod itẽ est per gratiam.

A tiam. *Humanum*, inquit, *dico*. i. quod potestis portare dico, quod non excedat uires humanitatis et fragilitatis uestræ, sed quod satis complere potestis, & hoc facio *propter infirmitatem*. i. debilitatem & fragilitatē *carnis*. i. carnalitatis *uestræ*, qa uideo uos adhuc esse debiles secundū carnem, & ideo humane uos instruo. Vere est humanum. i. leue & nō asperum quod dico, quia hoc præcipio. *Sicut exhibuistis*, id est, præparauistis *membra uestra seruire* operando *immunditiæ*. i. libidini quæ carnem maculat, *& iniquitati*. i. iniquę actioni, quæ etsi uestrū corpus non inquinat, proximo tamen nocere appetit. iniquitati dico, ducēti *ad iniquitatem* aliā maiorem, ut per incrementa malorū pficeretis semp in peius, *ita nunc* post conuersionem cum sitis liberati, *exhibete*. i. præparate *membra uestra* quæ sunt uestri iuris, *seruire* operando *iustitiæ* ducenti *in sanctificationem*. i. in boni cōsummationē, & ideo est seruiendum iustitiæ, ex qua puenit tanta utilitas & honestas. Hoc est, sicut tunc nullus timor coēgit, sed uoluptas peccati duxit, ita nunc delectatio iustitiæ adultæ, etsi nondum perfectæ. Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorū, quales fuistis dudum in actione uitiorū, ne debiliores uos habeat sancta libertas, quos in carne ualidos habuit usus terrenę uoluptatis. Ita scilicet unusquisqꝫ uestrum uirtutibus seruiat, sicut uitijs seruiebat. Multo enim amplius & multo ītentius iustitiæ, q̄ immunditiæ, seruiendū est. Sed ego, inquit, humane ago. Eadem postulo, similia requiro, ut unumquodque membrum ministerium quod exhibuit uitijs, aptet uirtutibus: & actū quod exhibuit immunditiæ, ad castitatem nūc sanctificationemqꝫ conuertat. Si non plus potestis, uel tātum nunc agite quantum tunc egistis, ne fidem & doctrinam nostram quasi asperam & importabilem fugiatis. Quid est autē, B sicut illud, ita & hoc agite, nisi quēadmodum ad peccandū nullus uos cogebat timor, sed ipsius libido uoluptasqꝫ peccati: sic ad iuste uiuendū non uos supplicij metus urgeat, sed delectatio ducat, charitasqꝫ iustitię, & q̄ fortiter & instanter illa egistis, tam fortiter et instanter ista nūc agite? Et hęc qdem nondum est perfecta iustitia. Tātum'ne enim digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista, quomodo amata est illa? Absit ut sic, & utinam uel sic. Ergo plus est amanda. In iniquitate enim secuti estis uoluptatē, sed pro iustitia debetis tolerare dolorem. Ecce nescio quis impudicus adolescēs iniecit oculos in cōiugem alienam, adamauit, cupit peruenire, quærit tamē latēre. Sic enim amat uoluptatem, ut plus timeat dolorem. Suauitas enim illa uoluptatis non est tanta, ut uincat etiam dolorem timoremqꝫ pœnarū. Pulchritudo autē & delectatio iustitiæ tanta est, ut cuicunqꝫ amorem suū perfecte inspirauerit, faciat eum cōtemnere non solum qcquid in hoc mundo delectabat, sed & quicqd terret, quicquid cruciat. Ad hanc iustitiæ perfectā delectationem hortari nūc uolebat Apl's, sed auditores suos minus idoneos uidit. Ideóqꝫ cōdescendit eorū infirmitati, et pręceptum qd' eis dabat, temperauit. Humanū, inquit, dico, &c. usqꝫ in sanctificationem. Iustitiā hîc pro oībus simul uirtutibus noīauit, sicut econtrario iniquitatem pro omnibus simul uitijs posuit. Deinde addidit iustitiæ sanctificationem, quo uidelicet castitatis partem & gn̄aliter cum cæteris, et per semetipsam specialr' cōmēdaret. Et monet auditores, ut si necdū pro iustitia pœnas, dolores, mortēqꝫ contēnere ualent, saltem iustitiæ de-

C lectationem præponant uoluptatibus sui corporis, ut paulatim proficiãt ad maiora iustitię merita, & fortiꝰ atqꝫ deuotiꝰ seruiant sctitati quã luxurię prius seruierant, nec iam aliquid pro iustitia pati respuãt. Sicut enim ille est iniquissimus, quem nec pœnæ corporales deterrent ab imũdis operibus sordidę uoluptatis, ita ille est iustissimus, qui nec pœnarũ corporaliũ terrore reuocat̃ à sanctis operibus luminosissimæ charitatis.

Ioan.8. Esa.1. Ezec.36. *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.*

Ideo iustitię seruire debetis, nõ immunditiæ, quia *cum essetis serui peccati*, i. cum peccatum dominaretur uobis, & regnaret in corpore uestro mortali, *liberi fuistis iustitiæ*, i. caruistis dominio iustitiæ, quia nemo põt duobus dominis seruire. Quãdiu enim quis peccato seruit, liber est iustitię, i. alienus à iustitia. Et notandum est esse & libertatem culpabilem, & seruitutem laudabilem. Nam liberum esse iustitiæ, crimẽ est: seruum uero eius esse, laudabile est. Liberum autẽ arbitrium usqueadeo in peccatoribus non periit, ut per ipsum peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccant & amore peccati. Nã dicente Apostolo, cum essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ, ostenduntur etiam peccato non potuisse seruire, nisi alia libertate. Liberi ergo à iustitia non sunt, nisi arbitrio libertatis: liberi autem à peccato non fiunt, nisi gratia Saluatoris. Propter qđ admirabilis doctor etiã uerba ipsa discreuit. Liberos enim dixit iustitiæ, non liberatos: à peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed uigilantissime maluit paulo superius dicere liberatos, referẽs ad illam domini sententiam: Si uos filius libera uerit, tunc uere liberi eritis. Sed hæc uoluntas, quę libera est in malis, qa delectat̃ malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est: Male libera est, quando eam peccare delectat. Liberaliter enim seruit, qui sui domini uoluntatẽ libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus, iustitiæ seruus esse cœperit. Ipsa est uera libertas ꝑpter recte facti lætitiam, simul & pia seruitus ꝑpter præcepti obedientiam. Et quãdoqdem peccato seruiuistis, *ergo quem fructum*, i. quam utilitatem *habuistis tunc in illis* uitiorꝫ actibus, *in quibus* maiorem turpitudinem *erubescitis nunc* cum sanæ mentis estis? Quasi dicat: Nullum fructum ibi tũc habuistis, uel siquem uoluptatis fructum habere uos putastis, ille talis fuit, unde merito nunc erubescatis. Hæc remuneratio facit eos priora abhorrere, et magis obnoxios esse gratiæ. Merito nunc de præteritis erubescitis, *nam finis illorum*, id est, exitus utrꝗ *est mors*. Vel ita: De fructu quęro, nam de fine patet, quia finis illorꝫ est mors, non illa quæ cõmunis est omnibus, sed illa quã nullus euadere ualet, nisi qui conuertitur ad iustitiam, & de prętteritis male gestis erubescit.

D

Matt.6. Luce.16.

*Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrũ in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Stipendium enim peccati, mors. Gratia autẽ Dei, uita æterna in Christo Iesu domino nostro.*

De seruitute peccati habuistis fructum confusionis, & in fine habituri eratis mortem ęternam: sed de Dei seruitio nunc habetis fructum sanctificationis, & in fine habebitis uitam sempiternam. Et hoc erat tunc qdem ita. *Sed nunc* cum conuersi estis per Christi gratiã *liberati à peccato* cui seruiebatis, nec solum à peccati seruitio erepti, *sed etiam facti Deo serui* qui tunc eratis liberi iustitiæ, ut iam li-

Ioan.8.

A bere poſſitis opera bona facere, *& habetis fructum veſtrum*, id eſt, uobis utilem & congruum, qui fructus procul dubio charitas eſt & opera eius, quam nullo modo per nos habere poſſumus, ſed per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt. Hunc fructum habetis donante ſpiritu ſancto *ducti in ſanctificationem*, id eſt, in uirtutum cõſummationem: nec ſolum hoc habebitis, ſed etiam *finem* laboris, quem in Dei ſeruitio ſuſtinetis, percipietis *uitam æternam* corporis & animæ. Dixi quia finis illorum quę prius faciebatis, eſt mors, & merito dixi. *Nam ſtipendium*, id eſt, pręmium *peccati eſt mors*. Sed rurſus econtrario ſubieci, quia pro nobis quæ nunc facitis, conſequemini in fine uitam ęternam, quoniam *gratia Dei* quæ miſericorditer bene agentes remunerat, *eſt uita æterna*. Stipendium dicitur à ſtipe & pẽdo. Et quod eſt merces operanti, hoc eſt ſtipendium militanti. Stipendium ergo peccati merito mors dicitur, quia militiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitum redditur. Vbi cũ poſſet Apoſtolus dicere & recte dicere. Stipendium autem iuſtitiæ uita æterna, maluit dicere: Gratia autẽ Dei uita æterna, ut hinc intelligeremus non meritis noſtris Deum nos ad æternam uitam, ſed pro ſua miſeratione perducere. Cum enim dixiſſet, ſtipendium peccati mors, quis non eum congruentiſſime & conſequenter addere iudicaret, ſi diceret, ſtipendium autem iuſtitiæ uita æterna? Et uerum eſt, quia ſicut merito peccati tanquam ſtipẽdiũ reddit mors, ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipẽdiũ uita ęterna. Sed aduerſus elationẽ caute militãs, ſtipendium, inquit, peccati mors. Recte ſtipendium, quia debetur, quia digne retribuit, quia merito redditur. Deinde ne iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanũ meritum malum nõ dubitatur eſſe peccatum, non à cõtrario retulit, dicens, ſtipendium iuſtitiæ uita æterna, ſed gratia, inquit, Dei uita æterna. Et hæc ne pręter mediatorem aliqua uia alia quæreretur, adiecit, *in Chriſto Ieſu domino noſtro*. Tanquam diceret: Audito quòd ſtipendium peccati ſit mors, quid te diſponis extollere ô humana non iuſtitia, ſed nomine iuſtitiæ planè ſuperbia? Quid te diſponis extollere, & contrariam morti uitam æternam tanquam debitum ſtipendium flagitare? Cui debetur uita æterna, uera iuſtitia eſt. Si autem uera iuſtitia eſt, ex te non eſt. Deſurſum eſt, deſcendens à parte luminum, ut haberes eam, profecto accepiſti. Quid enim boni habes quod nõ accepiſti? Quapropter ſi acceptu rus es uitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendiũ eſt, ſed tibi gratia eſt cui gratia eſt & ipſa iuſtitia. Tibi. n. tanquam debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia cui deberetur. Nũc uero de plenitudine eius accepimus non ſolum gratiam, qua nunc iuſte in laboribus uſque in finem uiuamus, ſed etiam grãm pro hac gratia, ut in requie poſtea ſine fine uiuamus. Gratia. n. niſi gratis eſſet, gratia nõ eſſet. Et ideo intelligendũ, ut diximus, et ipſa hominis bona merita, eſſe Dei munera. Quibus cũ uita æterna redditur, gratia pro gratia redditur. B

Iaco. 1.
1. Cor. 4.
Ioan. 1.

CAPVT VII.

*An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore uiuit? Nam quæ ſub uiro eſt mulier, uiuente uiro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt à lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata eſt à lege uiri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio uiro. Itaque fratres mei & uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificaremus Deo.*

Dicerent Iudęi: Cur dicis in Chriſto Ieſu uitam æternam eſſe, & non

C potius in legis obseruantia? Et Apostolus: Quia iam finem habet, & nō dat uitam, sed auget peccatum. Hactenus enim de ui gratię locutus est, & nunc incipit difficultatem legis ostendere, & quod ultra non sit tenenda, ut illos hortetur sine timore sub gratia uiuere. Ne enim mirarentur quod dixerat, non estis sub lege, sed sub gratia, inchoat per rationes demonstrare legem esse finitam, & prius etiam non iustificasse subditos, sed magis peccatores constituisse. Nam usque ad Christum fuit data, & ideo post acceptionem gratiæ non est tenenda. Quod in his sententijs ostenditur, an ignoratis fratres, &c. Ordo est. *An ignoratis* hoc *quod lex in homine dominatur*, ut ei obediat *quanto tempore uiuit*, id est, quandiu statum habet ipsa lex. Quod non debetis ignorare, quia legem scitis, & *ego loquor scientibus legem*, in qua quod dico manifestatur. Scientes legem, intelligamus Hebræos, quos secundum legem de legis fine istruit Apostolus. Vel etiam gentiles Romani sciebant legem, quia non erant Barbari, sed naturalem iustitiam comprehenderant partim ex Græcis, sicut Græci ex Hebræis. Lex in homine dominatur quāto tempore ipsa lex uiuit, & idcirco cum mortua fuerit, non dominabitur illi amplius, sed liberum dimittet. Docet autem dominus eam esse iam mortuam, id est, cessasse iuxta carnalem intelligentiam uel obseruantiam, di-
M. u.xi. cens: Lex & prophetæ usque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur. Quod bene præfiguratum est, quando mortuus est Moyses, & Iesus suscepit principatum populi Israel. Moyses enim legem designauit, & Iesus dominum Christum atque gratiam euangelicam. Mortuo igitur Moyse, successit Iesus in principatum, quoniam mortua lege secundum carnales obseruātias, D succedit euangelica gratia. Et hoc est, quod Apostolus dixerat, non estis sub lege, sed sub gratia, id est, non estis sub Moyse, sed sub Iesu: quia Moyses mortuus est, & Iesus imperat. Iustum ergo fuit ut Moyses (id est lex) dominaretur in quolibet homine subiecto quandiu uiueret, & post mortem suam dominium amitteret, quatenus quicunque tempore legis seruiliter cogebantur eam facere, post liberatoris aduentum possent liberi ad euangelicam libertatem uenire. Quod Apostolus per simile probat. *Nam mulier quæ est sub uiro, uiuente uiro alligata est legi* uiri, ut non possit ab eo discedere. Sed *si uir eius fuerit mortuus, soluta est à lege uiri*? Sic etiam quandiu lex statum habet, debet seruari: sed, si lex statum amittit, soluitur homo ab ea. Et quia uiuente uiro alligata est legi, *igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro*. Sic finita & sublata lege, liberatus est homo per gratiam, ut non præuaricetur, si ad Christum transierit dimissis figuris. Hoc enim exemplo docet Apostolus Christianum à lege factorum exutum, non ab omni lege, sicut mulier à lege uiri exuitur, non à lege naturæ, nec ultra debere eē sub lege. Si enim lex ei uiuit, adulter est, nec prodest Christianum dici. Nam si legē seruat, adulter est & in fide & in lege, nec prodest ei Christus. Hæc etiā similitudo tota debet intelligi mystica, ut uir sit Moyses, hoc est, lex: mulier, anima uel plebs. Nam mulier quæ est sub uiro, id est, plebs uel anima Iudaica, quæ est sub Moyse, uiuente uiro, id est, uiuente Moyse, hoc est, statum habente lege, alligata est legi, ut non possit recedere ab eius carnali obseruatione. Si autem mortuus fuerit uir eius, id est, Moyses, quem-

A admodum supra docuimus, soluta est mulier à lege uiri. i. plebs Hebræorum à iugo legis, ut non impediatur Christo copulari. Et quia nunc solùmodo soluitur, igitur uiuente uiro. i. uiuente Moyse, durante legis actu, uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro. i. crimen incurrit adulterij, si carnalem legis obseruantiam deserens, solam spiritalem Christi doctrinam tenere uoluerit. Non. n. deserenda fuit suo tempore illa carnalis obseruatio legis, sicut & nunc non est assumenda. Sed *si mortuus fuerit uir eius*. Moyses, id est, si lex actu cessante dormierit. *liberata est* ipsa plebs Hebræorum *à lege uiri*, id est, à constrictione Mosaicæ institutionis, *ut non sit adultera*, sed casta, *si fuerit cum alio uiro*. i. cum Christo, ut illi soli complexibus amoris inhæreat, & solam spiritalem doctrinam custodiat. Deinde Apostolus adaptat similitudinem. Quandoquidem, inquit, uiuente uiro alligata est mulier, & eo mortuo soluta est, iuxta sensum qui tractatus est, *itaq; & uos ô fratres mei* quemadmodum nos apostoli, *mortificati estis legi*, ut ulterius non uiuatis in ea. Debuisset dicere, mortificata est uobis lex: sed hoc inter Iudæos dicere adhuc intractabile uidebatur, & ideo magis intelligendum reliquit. Et idem ualet quod dixit: Lex enim mortua est, quando carnalis eius actio penitus cessat. Et ille legi mortuus est, qui ab huiuscemodi actione cessauit. Caute ergo locutus est Apostolus ne Iudæos offenderet, eligens potius dicere, mortificati estis legi, quam mortificata est lex uobis, cum utrunque idem significet. Nihil inquit, legi debetis, quæ data est usque ad Christum: sed mortificati estis illi *per corpus Christi*, id est, per hoc quod Christus carnem assumpsit. Ex quo enim ille corpus induit, lex mori cœpit in actione fidelium, quia lex & prophetæ usque ad Ioannem, sicut ipse loquitur. Dimissis ergo per nouitatem gratiæ peccatis, cessante in uobis actione legis, mortificati estis legi per corpus Christi. i. per mysterium incarnationis eius. Vel mortificati estis legi, id est, figuratiuis umbris, per corpus Christi, id est, per cõpletionem solidæ ueritatis quæ est in Christo. Quantum enim distat inter umbram & corpus, tantum inter illa quæ fiebant in ueteri testamento, & ea quæ fiunt in nouo. Et ideo per corpus Christi mortuus est legi, quia per ueritatem euangelicam cessauit ab umbratili actione legis. Mortificati estis legi, id est, soluti à lege mortuo uobis Moyse, *ut sitis* sponsa *alterius* uiri, cuius non pudet esse, *qui a surrexit ex mortuis*, & superata morte in æternum uiuit. Vel merito debetis eius esse, qui uos sanguine suo redemit, & calcata morte surrexit ut uos possideat, quos moriendo acquisiuit. Ideo surrexit, ut & nos à morte animæ faceret resurgere *ut fructificaremus*, id est, fructum boni operis faceremus Deo, qui antea fructificabamus morti. Matt. 11.

*Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ.*

Vere nunc debemus fructificare Deo, cum simus legi mortificati, quoniam prius fructificauimus morti. *Nam cum essemus in carne* quæ carnis sunt operantes, quod est sub lege esse, *passiones peccatorum quæ per legem erãt, operabantur in membris nostris*. Cum essemus in carne, inquit, id est, carnalibus desiderijs astricti teneremur. Cum essemus in carne, id est, præsumeremus de carne. Non enim qui loquebatur Apostolus, iam exierat de ista carne, aut eis loquebatur qui iam exierant de ista carne, sed adhuc & qui loquebatur, & quibus loquebatur,

C in carne erant. Quid est ergo, cum essemus in carne, nisi cũ de carne præsumeremus, hoc est, de nobis confideremus? De homine enim dictum est, uidebit omnis caro salutare Dei, id est, omnis homo. Ergo cum essemus in carne, id est, in concupiscentijs carnalibus uersaremur, & ibi totam spem nostram tanquam in nobis poneremus. passiones peccatorum, id est, incentiua uitiorum, quæ per legem erant, quia per legem accesserant. Vbi enim non erat gratia liberatoris augebat peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Illæ passiones operabantur in membris nostris, id est, ducebant membra nostra ad mala opera. Et hoc ideo, quia eramus in carne. Passiones enim illæ peccatorũ, id est, uehementes concupiscentiæ, dictæ passiones, quia intrinsecus mentem affligunt, idcirco nos uicerunt, quia in malo loco nos inuenerunt, hoc est, in carne. Migrãdum est ergo à carne, etiam dum adhuc uiuimus in carne, ut non simus in carne, sed in spiritu, id est, non in nobis, sed in Deo spem ponamus: nec in carnalibus, sed in spiritalibus delectemur. Nam qui in carne est, id est, qui in se remanet, nec se transcendit ut ad Deum cor subleuet, nõ habet Deum adiutorem, & idcirco superatur, & fit non adimpletor legis, sed p̃uaricator. Et ita passiones peccatorum, id est, concupiscentiæ uehementes & immoderata desideria operãtur in membris eorum qui in carne sunt, id est, ducũt ad effectum operis mala quæ cupiunt, dum manus agunt mala, os loquitur mendacium, oculi uident illicita, aures delectantur audire praua. Quæ passiones sunt per legem, quoniam ipsa legis prohibitio fuit causa ut ille appetitus carnis adeo uehemens esset. Minor.n. erat concupiscentia, quando ante legem securus homo peccabat. Multo autem maior facta est, D quando legem Dei cœpit trãsgredi. Et hæ (sicut dictũ est) passiones operabantur in membris nostris, *ut fructificarent morti*, id est, ut facerent opera digna morte æterna. Fructus enim peccati, mors est. Et si damnandus erat peccator, quam spem habet prę uaricator? Tũc quidem sub lege positi fructificabamus morti. Sed nunc cum simus mortificati legi per corpus Christi, soluti sumus per libertatem nouæ gratiæ à lege. Quæ dicitur lex mortis, quia per medium, id est, per peccatum fuit causa mortis, dum peccantes nõ ad pœnitentiam expectaret, sed mox interfici iuberet. Ideo etiam lex mortis, qa stipendiũ peccati, mors, aculeus uero mortis, peccatum: uirtus autem peccati, lex. Peccando.n. ad mortem animæ labimur, & uehementius peccamus lege prohibente, q̃ si nulla lege prohiberemur. Sed iam remissis peccatis, *soluti sumus* ab hac *lege in qua detinebamur*, id est, ui quadam necessitatis carnalia eius mãdata seruare cogebamur, nec ad spiritalem libertatem assurgere permittebamur, quia nunq̃ solui, nisi per gratiam Christi poteramus. Soluti inquam sumus, *ita ut seruiamus Deo in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ*, id est, spiritalis gratiæ præceptis obediamus, non lr̃am legis sequentes, quę iam senuit, ut mori.i. cessare debeat. Quod.n. antiquatur & senescit, propè interitum est. Et lex quid aliud est q̃ sola litera, eis qui eam legere nouerũt, & implere nõ possũt? Non.n. ignoratur ab eis quibus cõscripta est: Sed qm̃ intantũ nota est, inquantum scripta legitur, non inquantum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus nisi litera. Quæ litera non est adiutrix legẽtium, sed testis peccantium. Ab eius ergo dãnatione liberant, qui per spiritũ sanctum innouantur, ut iam non sint obliga-

A ti literæ ad pœnam: sed itellectui per iustitiam copulati. Itaq; seruiamus in nouitate spūs.i.in nouitate quam dat spiritus sanctus īfundendo charitatem & innouãdo interiorem hominem. Et sic in hac nouitate seruiamus, ut nihil addamus de legis operibus, quæ uetusta sunt & sepulturæ magis tradenda.

*Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

Exo. 20. Deute. 5.

Videbatur Apostolus per supradicta uerba legem culpasse, et ideo sentiens cõtra obscuritatem dictorum suorum cogitationes hominum cõmoueri, prior ipse uoluit dicere et remouere, quod sibi aliquis poterat obÿcere: Quia dixi, inquit, passiones peccatorum esse per legem: quia dixi, soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: qa dixi, seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ, *ergo quid dicemus* ex his uerbis meis? Dicemus ex his esse consequens qa *lex peccatum est? Absit* ut hoc dicamus, absit ut lex sit peccatum. Nõ est peccatum lex, quia non est mala, sed bona quantum ad se. Et quamuis bona, non tamen sufficiens ad salutem sine gratia. Quod nũc Apostolus ingreditur ostendere, & loquitur uoce humani generis: Lex, inquit, non est peccatum, sed index peccati, qa *peccatum non cognoui nisi per legem.* Quare intelligimus legem ad hoc datã esse, non ut peccatum īsereret, neq; ut extirparetur, sed tantum ut demonstraretur, quatenus animam humanam quasi de innocentia securam, ipsa demonstratione peccati ream faceret: ut quia peccatum sine gratia uinci non posset, ipsa reatus solicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur. Idcirco nõ ait, peccatum non feci nisi per legem, sed peccatũ non B cognoui nisi per legem. Vnde apparet per legem peccatum non insitũ, sed demõstratum esse. Et quomodo medicina nõ est causa mortis, si ostẽdat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & uel se interficiant uel insidientur inimicis: sic lex data est ut peccatorum uenena monstraret, et hominem male libertate sua abutẽtem, qui prius ferebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, fræno legis retineret, & compositis doceret incedere gressibus. Lex docuit hominem qd esset peccatum, quia prius nesciebãtur quædã uel esse peccata, uel adeo grauia, uel esse punienda. Vere peccatum non cognoui, nisi per legem. *Nam concupiscentiam* esse peccatum *nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces.* hoc ideo elegit Apostolus gñale quiddã, quo cuncta complexus est, tanquã hæc esset uox legis, ab omni peccato prohibentis, quod ait, Non cõcupisces. Neq; enim peccatum ullum nisi cõcupiscendo cõmittitur. Non ait, concupiscentiam non habebam: sed, nesciebam eam esse peccatum. Habebam quidem eam, sed tanq̃ naturale bonum esse credebam. Postq̃ autem lex dixit, Non concupisces, cognoui non naturale bonum, sed per peccatum accidens esse malum concupiscentiam. Per hæc & sequentia Apostolus in se solo generalem agit causam, & sub persona sua fragilitatem describit conditionis humanæ. Nesciebam, inquit, cõcupiscentiam esse malum, donec audiui eam prohiberi in lege. *Sed peccatum*, id est, fomes peccati, *accepta occasione* stimulandi *per mandatum* legis *operatum est in me omnem concupiscentiã.* Peccati enim nomine, uel fomes peccati nunc intelligitur, uel diabolus author peccati. Et talis est nostra carnalitas, ut ardentius desideret prohibita: quibus non memo-

C ratis, iaceret quasi sopita. Sed & diabolus uidens legem in auxilium hominib9 datam, magis exarsit & magis institit, ut eã illis uerteret in perniciem, cum prius quasi secure possidens eos minus tentaret. Et sic occasione per mãdatum accepta, fecit in me omnem cõcupiscentiam. Minor enim concupiscentia erat, quando ante legem securus peccabam. Minor erat, quãdo meam mouebat libidinem. Omnis est, quando transcendit legem. Cum ergo putarem quòd proprijs uiribus iubente lege possem cõcupiscẽtiam libidinis uincere, maioribus urgebar eius stimulis, & infirmante me eius cupiditas augebaẽ. Nam ubi spiritus sanctus non adiuuat inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, id est, diffundens in cordibus charitatem, ꝑfecto lex quamuis bona, auget prohibendo desideriũ malum, sicut aquę impetus, si in eã partem non cesset influere, uehementior fit obice opposito, cuius molem cũ euicerit, maiore cumulo præcipitatus, uehementius per prona ꝓuoluitur. Similiter nanq; & fluuius concupiscentiæ oppositis sibi legis obicibus frænatus est, non siccatus: ac postmodum ruptis eisdẽ obicibus, uehemẽtior exiuit. Nescio. n. quomodo hoc ipsum quod concupiscitur, fit iucundius dum uetaẽ. Rectè itaq; dicitur, quia peccatum occasione stimulandi accepta per mandatum legis operatum est in me omnem concupiscentiam: quia ubi non est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibitio peccatoꝝ: & lex dum concupiscentiã prohibet, quodammodo eam inflammat.

*Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquando. Sed cum uenisset mãdatum, peccatum reuixit, ego autẽ mortuus sum & inuentum est mihi mandatũ, quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatũ occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.* D

Vere per legem cognoui peccatũ. Nam *sine lege erat peccatum mortuum*, id est latebat, non apparebat, & omnino tanq̃ sepultum ignorabaẽ. Vel ita: Iure dixi, per mandatũ. Nam quando lex non erat, peccatum mortuũ, id est, debile & quasi sopitum erat, dum prohibitione legis non incitaretur. Peccatum quidem erat mortuum ante legem. Sed *ego uiuebam sine lege aliquando*. id est, prius q̃ data esset lex. Viuebam sine lege, id est, nulla ex peccato morte terrebar, quia non apparebat, cum lex non esset. Patet quia nõ ex prrsona sua proprie, sed generaliter ex ꝑsona hominis loquitur Apostolus. Viuebam, id est, uiuere me arbitrabar, quia nesciebam animam meã per peccatũ esse mortuam, dum me sine peccato esse putarem. *Sed cum uenisset mandatum*, id est, cum data esset lex, illico *peccatum reuixit*, id est, apparuit, sentiri cœpit, rebellare aduersum me cœpit. Reuixit peccatum, quia aliquando uixerat. Non enim potest reuiuiscere, nisi qđ uixit aliquãdo. uixerat enim aliquãdo peccatum in paradiso, quando cõtra datum pręceptũ satis apparebat admissum. Cum aũt à nascentibus trahitur, tanq̃ mortuum sit latet, ne repugnãs iustitię malum eius ꝓhibitione sentiaẽ. Cum. n. aliud iubetur atque probatur, & aliud delectat atq; damnatur, tunc peccatum quodammodo in notitia nati hominis reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando iã uixerat. Sic igitur adueniente mandato legis reuixit peccatum, quod mortuum fuerat, id est, occultatum, cum mortales nati sine mandato legis homines uiuerent, sequentes cõcupiscentias suas sine ulla cohibitione. Peccatum quidem reuixit, sed *ego mortuus sum*, id est, mortuum me esse cognoui

A manifestatione peccati. Quia iam et preuaricatione peccat, qui uidet per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Mortuus sum in anima, quia preuaricator factus sum, & inde me mortuũ esse perspexi. Vel ideo uidi me mortuum, quia reatus preuaricationis certum mortis supplicium comminabatur. *Et inuentum est mihi mandatum qđ erat* datum *ad uitã* con sequendam, *hoc esse ad mortem* incurrendam. Quod.n. si custodiretur, proficiebat ad uitam, hoc neglectũ perduxit ad mortẽ. Mandato enim si obediatur, utiq; uita est. Sed inuentum est esse ad mortẽ, dum fit contra mãdatum, ut nõ solum peccatum fiat, quod etiam ante mandatum fiebat, sed hoc abundãtius & perniciosius, ut iam ab sciẽte & preuaricante peccetur. Inuentum est mihi.i. nõ Deus ad mortem dedit mandatum, sed uisum est mihi tãq; mortiferum, eo q; illud uirtute ppria implere non possem, cum ego nõ mandati uitio, sed stimulo concupiscentiæ morte percussus, morerer. Stimulus.n. mortis, peccatum est. Idem igitur mãdatum quod erat datum ad uitam intentione dantis, quia bonum erat obedienti, inuentũ est.i. probatum mihi peccãti esse ad mortẽ. Et uere ad mortẽ. *Nam peccatum*.i. fomes et delectatio peccati, *occasione accepta per mandatum*, quod erat contra se, *seduxit me* falsa dulcedine.i. seorsum à bono duxit, & in malum traxit, *& per illud occidit*.i. per mandati trãsgressionem ad æternam dãnationem perduxit. Gladio.n. quem portabam.i. mandato legis, occidit me inimicus, quia præsumebã de uiribus meis, et ideo sum uictus. Seduxit.n. me peccatum occasione accepta per mandatum, siue quia suasio delectationis ad peccãdum uehemẽtior est cum adest prohibitio, siue qa etiam siquid homo fecerit scđm iussa legis, si adhuc nõ sit fides quæ in gratia est, uult sibi tribuere, nõ Deo B superbiendo plus peccat. Peccatum itaq; non legitime utens lege, ex prohibitione aucto desiderio, dulcius factum est, & ideo seduxit uel fefellit. Fallax.n. dulcedo est, quam plures atq; maiores pœnarum amaritudines sequũtur. Quia ergo ab hominibus nõdum spiritalem gratiã consequentibus suauius admittitur qđ uetatẽ, fallit peccatum falsa dulcedine: qa uero accedit etiam reatus preuaricationis, occidit. Hæc diximus, legem quæ per Moysen data est, intelligentes. Est autẽ & naturalis lex, quæ in corde scripta omnes cõtinet nationes: & nullus hominum est, nisi qui adhuc expers est rationis, qui hanc nesciat legem. Vnde & omnis mundus sub peccato, & uniuersi homines præuaricatores legis sunt. Et idcirco iustum iudicium Dei est scribentis in corde humani generis. Qđ tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. *Tob.4.* Quis.n. ignoret homicidium, adulterium, furtum, & omnẽ concupiscentiam esse malum ex eo quod sibi nolit fieri? Si.n. mala esse nesciret, nunquam sibi doleret illata. Hãc legem nescit pueritia, ignorat infantia: & peccans absq; mandato, nõ tenetur lege peccati. Maledicit patri & parẽtes uerberat, et quia necdum accepit legem sapientiæ, mortuum est in eo peccatum. Cum autem mandatum uenerit, hoc est, tempus intelligentie appetentis bona et uitãtis mala, tũc incipit ei peccatum reuiuiscere, et ille mori reusq; esse peccati. Atque ita fit ut tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus ut perueniamus ad uitam, operetur in nobis mortem, si agamus negligentius, & occasio sapiẽtie seducat nos atq; supplantet & ducat ad mortem. Non quod intelligentia peccatum sit, lex enim intelligentiæ sancta & iusta et bona est, sed per intelligentiam peccatorum

*Matt.7.*

C atq; uirtutum mihi peccatum nasci tur,quod priusq̃ intelligerem,pecca tum esse nõ noueram.Atq; ita factũ est,ut quod mihi, pro bono datum est,meo uitio mutetur in malum.

*Itaq; lex sancta quidem, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum* 1.Timo.1. *est,mihi factum est mors? Absit, Sed peccatum, ut appareat peccatum,per bonum mihi operatum* Exod.20. *est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.*

Quandoquidem lex dicit, non cõ cupisces,& mandatum legis datum est ad uitam, *Itaq; lex quidem est sancta*, id est,sine uitio,qm̃ prohibenda pro hibet *& mandatum* i.quicquid à me est iussum fieri, est *sanctum*.i.non reprehẽ sibile, *& iustum*.i.æquum, quia nihil præter ęquitatem mandat faciendũ, dum dicit: Oculum pro oculo, pedem pro pede,dentem pro dente exi ges,& similia. Hoc.n.ualde iustum est,*& bonum*,est mandatũ,id est,utile & fructuosum. Lex ipsa est sancta, id est,pura à sorde omnis uitĳ, quia nihil inquinationis in se habet, sed absq; uitio docet,dum dicit:Nõ con cupisces.Non mœchaberis,& similia,quãuis per eam praui hoĩes magis inflãmentur ad cõcupiscendum & mœcandum. Et mandatũ.i.hoc quod per eam præcipitur,est sanctũ in se & iustum.i.iustificans peccato rem:& bonum.i.utile, uitam adqui rens.Lex.n.in hoc loco dicitur secũ dum quod prohibet malũ, uelut cũ Deute.5. dicit:Non concupisces, Non furabe ris, Non falsum testimonium dices, mandatum autem scd̃m quod pręci pit facere bona,sicut est:Honora patrem & matrem. &, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.Et notan dum q̃ patenter ab Apostolo nunc lex laudatur. Pauloante uerbo illo quo dixerat,Absit,defenderat eam à crimine,nondum laudauerat.Aliud est enim à crimine obiecto defendere,aliud est debito præconio prædicare.Crimẽ obiectum fuit:Quid ergo dicimus?lex peccatum est?Defen sio,Absit.Modo autẽ,itaq; lex quidem &c. Lex quidem sancta est,sed illi non sunt sancti,qui male utũtur lege. Nam in male utẽte uitium est, non in mandato ipso quod bonum est.Qm̃ lex bona est,siquis ea legitime utatur. Male autem utitur lege, qui non se subdit Deo pia humilita te,ut per gratiam lex possit impleri. Neq;.n.lex iubet delictũ, ut illa sub intrante abundaret delictum, sed superbos etiam adiectores præuaricationis effecit, ut eo modo humiliati discerent ad gratiam pertinere per fidem, ut iam nõ essent legi subditi p reatum, sed sociati per iustitiã. Lex quidem sancta est,& mãdatum bonum.Et cum hoc constet q̃ ipsa sancta sit & mandatum eius bonum,et tamen idem mãdatum quod erat ad uitam,inuẽtum sit mihi esse ad mortem,*ergo*,mandatum *quod bonum est, factum est mihi mors*,id est, nunquid man datum bonum,quod contra mortis opera datum est,in mortem mihi est cõmutatum? *Absit*. Ego uidelicet q̃ morior,non mandati boni uitio morior,sed mandatum bonũ uitio meo transgressus sum, & ita mortem merui.Non mihi mandatum p̃ se causa mortis extitit,sed ego mihi feci, qui peccando morte digna cõmisi. Non mandatum est mihi efficiens causa mortis, *sed peccatum*.i.fomes peccati.q bonam rem uertit in malum, est effi ciens causa mortis.Nam peccatum, id est,fomes peccati, & incentiua uitiorum ac delectatio mala, uel diabolus author peccati,*operatum est mihi mortem*.i.fecit me operari opera digna morte *per bonum*.i.per trãsgressionem boni mandati. Ita operatũ est mihi mortem animæ *ut* ipsum peccatum qđ prius latebat in corde meo *appareat* foris *peccatum* esse ĩ manifesto ope re.Ita.s.appareat *ut*,idem peccatum,

A id est, fomes peccati & concupiscentia *fiat supra modum peccans peccatum*. i. plus quam antea *per mādatum*, sine quo nec tantum ardebat, & per quod accreuit praeuaricatio. Vel ita intelligendum est: Vt per legē appareat peccatum, quod per ignorantiam latebat. Iam. n. dixerat, sine lege peccatum mortuum erat. i. latebat & ignorabatur, tanquam in quibusdam ignorātię tenebris sepultum. Modo autem uideamus quam uere dicat, peccatū ut appareat peccatum. Non. n. dicit, ut sit, quia erat & quando non apparebat peccatū. Quid est, ut appareat peccatum? Quia concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Non ait, cōcupiscentiam non habebam: sed, cōcupiscentiam nesciebam. Sic etiam hic nō ait, ut sit peccatum: sed, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortē. Quam mortē? Vt fiat supra modum peccās peccatum per mādatum. Supra modum, quia accessit & pręuaricatio. Qn. n. delinquebam sine mandato, minus erat. Quādo aūt delinquo per mandatum, excedo modum. Lex. n. modificauerat omnia: sed ego modum legis transgredior instinctu concupiscentiae impulsus. Vel supra modum, qua ualde īmoderatius creuit peccatū per legem, dū per eius prohibitionem magis inflāmaretur, & eam scienter transgrederetur. Quod quidem ad hoc utile fuit, ut sentiret anima seipsam non sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo detumescēte et extincta omni superbia, subderetur liberatori suo, & auxilium gratiae eius imploraret.

*Scimus enim quòd lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod nolo bonū, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.*

Superius dixi, quia lex est sancta. Et uere est sancta, quia *scimus quòd ipsa est spiritalis* i. à sancto spiritu data. et B mandans spiritalia, atque spiritum hominis alens & instruens de diuinis & coelestibus. Sed *ego sum carnalis*. id est, carni consentio, *uenundatus sub peccato*. i. peccans pretio temporalium uoluptatum. Dulcedo. n. mortiferae uoluptatis, pretium est quo se uendit unusquisque diabolo, ponens se sub peccato. i. faciens se seruum peccati. Vere animam meam diabolo uendidi, accipiens pretium uoluptatis & subdēs me peccato. Nam *quod operor, non intelligo*, quia aliud uideo me agere, & aliud per legē scire. Quod operor non intelligo. i. non agnosco in pręceptis ueritatis ubi est uera scientia. Scdm hanc locutionem dicit dominus peccatoribus. Nō noui uos. Matth. 7. Non. n. eum aliquid latet. Sed quia peccata non inueniuntur in regulis praeceptorū, quas habet ueritas, ideo ipsa ueritas peccatoribus dicit. Non noui uos. Sicut. n. tenebrę oculis nō uidendo, sic peccata mente ignorando sentiuntur. Vere non intelligo in lege faciēdum esse quod facio. Quia *bonum quod*, scdm rationem *nolo, non hoc ago, sed malum quod odi*, scdm rationis iudicium, *illud ago*, scdm carnis appetitum. Nam ratio quidem naturaliter uult bonum, sed haec uoluntas semper caret effectu, nisi per gratiam fuerit adiuta. Et hęc quidem uerba hoc modo conueniūt homini carnali & sub lege posito, sed melius intelligūtur eē etiā spiritalis hominis, iamque sub gratia constituti, uel ipsius apostoli. Scimus, inquit, quod lex spiritalis est, id est, spiritalia iubet. Hucusque legem excusauerat, quod nō debet refundi in eam culpa. Hic ostendere incipit, quod nec in principalem naturā debet refundi, & ita non in creatorem, sed in homines qui ex se uitiati sunt, ut prauis nequeāt motibus resistere. Lex spiritalis est, sed ego carnalis sum. i. carnale corpus adhuc gero, in

C quo et carnales motus sentio. Quãdiu.n.hîc uiuitur, sic est. Ita ergo dixit apostolus, ego aũt carnalis sum, ideo qa nõdũ spiritale corpus habebat, sicut posset dicere, ego autẽ mortalis sum: quod utiq; non nisi secundum corpus intelligereẽ dixisse, qđ nondũ fuerat ĩmortalitate uestitum. Item quod adiunxit, uenũdatus sub peccato, ne quisquam eum nondum redemptum Christi sanguine existimet, hoc etiam scđm illud potest intelligi, quod ait, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionẽ filiorum, expectantes redẽptionem corporis nostri. Si.n.scđm hoc se dicit uenundatum sub peccato, ꝙ adhuc non est redemptũ à corruptione corpus eius, uel uenundatum aliqñ in prima transgressione præcepti, ut haberet corpus corruptibile quod aggrauat animam, qđ ꝓhibet hîc apostolum de se hoc dicere, quod ita dicit, ut etiam in ipso possit intelligi, etiam si in sua persona non se solũ, sed omnes accipi uelit, qui se nouerunt spiritali dilectione cum carnis affectione sine consensione confligere? Venundatus, inquit, sum: quia qđ operor non affectu consentiendi & implendi, sed ipso motu concupiscẽdi, non intelligo in regulis præceptorum cœlestium. Vel non intelligo, id est, non approbo. Et uere non intelligo quod operor. Nam bonum quod uolo, hoc non ago: sed malum quod odi, illud facio. Non hoc sic intelligamus tanq; uellet apostolus esse castus, & esset adulter: aut uellet esse misericors, & esset crudelis: aut uellet esse pius, & esset impius. Sed ad quid? Volo non concupiscere, & cõcupisco. Et si concupiscentiæ nõ consentio, & post cõcupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco. Et hoc est, quia bonũ quod uolo.i.non concupiscere, hoc non ago: sed malũ quod odi.i.concupiscere, illud facio

Sapien. 9.

id est, ex carne cõcupisco. Quandiu D enim caro mortalis est, nõ põt à concupiscentijs penitus esse libera. Minui qdem quotidie possunt concupiscentiæ, sed ex toto non possunt auferri, quãdiu hîc uiuitur. Et ideo nõ ago bonum quod uolo.i.ut nõ concupiscam: sed facio malum qđ odi, id est, concupisco, quamuis non cedam, quãuis non consentiam, ut desiderio peccati non obediam.

*Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem non iam ego operor illud, sed qđ habitat in me peccatũ. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malũ, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*

Dixi me nõ facere quod uolo, sed potius quod nolo. *Sed si ego illud facio quod nolo*.i.si ex carnis infirmitate cõcupisco quod nollem facere, *consentio legi*, quia nolo quod non uult. Dum quod nolo, ago.i.dum nolo concupiscere & concupisco, consentio legi *quoniam bona est*, quia & ego ipse nolo quod lex. Quia nolo concupiscere, et lex dicit, Non cõcupisces. in hoc enim ꝙ uolo quod et lex uult, absq; dubio consentio legi: concupisco tamen, quia nõ sum sine peccato. Non implet legem ĩfirmitas mea, sed laudat legem uoluntas mea. Ergo si qđ nolo hoc ago, ideo consentio legi, qa nolo, nõ quia ago. Ipsum autem qđ ago, concupiscere est, non concupiscentiæ cõsentire. Lex dicit, Nõ concupisces, & ego nolo concupiscere, sed tamen concupisco, quãuis cõcupiscentię meæ assensum non prębeã, quãuis post illam non eam. Resisto enim, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamen fit in me qđ nolo. Quod non uult lex, nolo cum lege. Ergo consentio legi. *Nunc autem iam non ego operor illud.* Nunc iam, id

Exodi. 20. Deute. 5.

A est, iam redemptus, qui fui ante sub peccato uenundatus, nunc iam sub gratia, quæ liberauit delectationem meæ uoluntatis à consensione cupiditatis, libera est mēs, caro captiua. Non ego operor illud, quia non consentio, *sed peccatū quod habitat in me*, id est, fomes peccati & cōcupiscentia quæ est in carne mea. Quando enim peccatum quod in nobis habitat, operatur in nobis, tunc nos id non operamur, cum nequaquam ei uoluntas nostra consentit, & tenet etiam corporis membra, ne obediant desiderijs eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis, nisi sola illicita desideria? Quibus si uoluntatis nō adhibetur assensus, mouetur quidēm, sed nullus ei relaxatur effectus. Operatur ergo peccatum in nobis hæc desideria. Quibus si obedimus, & nos operamur. Si uero non eis obedimus, non nos illud operamur, sed qđ in nobis habitat peccatum. Si autem desideria nulla haberemus illicita, nec nos, nec peccatū mali aliquid operaret̃ in nobis. Motum porrò illiciti desiderij (cui non obediendo non id nos operamur) ideo nos agere dicimur, qm̄ non est naturæ uigor alienæ, sed languor nostræ naturæ. A quo languore omnimodo salui erimus, cum et animo et corpore immortales facti fuerimus. Languoris huius & infirmitatis, unde illicita desideria cōmouentur, qđ peccatum appellat Apostolus, uniuersus reatus sacramento baptismatis est solutus, cum omnibus quæ illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus. Nec nobis deinceps languor iste obesset, si desiderijs eius illicitis nullis unquam obedientiam præberemus, siue operatione, siue locutione, siue tacita assentione, donec etiam ipse sanaretur. Cum autem omne aliud peccatum sit uoluntarium, ita ut præter uoluntatem omnino fieri non possit: hoc solum de quo nunc agitur, etiam præter uoluntatem fit eo modo quo exposuimus. Sed ideo peccatum uocatur, quia peccato factum est, & pœna peccati est. Non ego, inquit, operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Multum autem fallitur, qui consentiens concupiscentiæ carnis suæ, putat se adhuc posse dicere, non ego operor illud, etiamsi oderit, qa consentit. Nam si concupiscit & consentit & agit, qūo non ipse illud operatur, etiāsi se operari doleat, & uinci grauiter ĩgemiscat? Dixi quia peccatum habitat in me. Quod ideo dixi, *quoniam scio quia bonum non habitat in me, hoc est, in carne mea.* Aliter fortasse acciperetur, quod dixit, in me, & ideo exposuit, addens: Hoc est, in carne mea: ac per hoc apertissime ostendit unde loqueretur. Ac si diceret: Certus sum ꝙ hæc concupiscentia, quæ est conatui meo aduersa in corpore meo, non est bonum. Vitium carnis in re bona, non est bonum. Qđ cum esse destiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa non erit. Non dico, caro mea non est bona: sed, bonum in carne mea non habitat, quam peccati deprimit consuetudo, quod uincere nequeo. Vere in carne mea nō habitat bonum, nam ideo non possum perficere bonum quod uolo. *Nam uelle adiacet mihi*. i. præstò est mihi bona uoluntas, *sed perficere bonum non inuenio*, id est, tam lōge est à me perfectio boni, ut eam inuenire non possim. Hoc est perficere bonum, ut nec concupiscat homo. Imperfectum autem bonum est qñ concupiscit, etiamsi non cōcupiscentiæ consentit ad malum. Quia tunc perficitur bonum, qñ desideria mala nulla sunt: sicut tūc pficitur malū, qñ malis desiderijs obeditur. Qñ autem sunt qdem, sed non eis obeditur, nec malum perficitur, quia nec eis obeditur, nec bonū, qa B

C sunt, sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentiæ malæ non consentitur, & ex aliqua parte remanet malum quia cõcupiscitur. Ideo apostolus non dixit, facere, bonum non inuenio: sed pficere. Multum.n.boni facit, quia facit quod scriptū est,
Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas: sed non perficit, quia non implet qđ
Exo. 20. scriptum item est, Non concupisces.
Deute. 5. Erit autem qñq; perfectio boni, qñ consumptio mali: Illud summum, hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperãdū putamus, fallimur. Tunc.n.erit, qñ mors nõ erit: & ibi erit ubi uita æterna erit. Ad hoc igiẽ dixit lex, Non cõcupisces, ut nos in hoc morbo nosipsos inuenientes iacẽre, medicinam gratię quęreremus, atq; in eo pręcepto sciremus, & qđ debeamus in hac mortalitate prosiciendo semper in melius conari, & quod possit à nobis ad illam ĩmortalitatem beatissimam, ubi concupiscentia non erit, perueniri. Nisi enim qñq; perficiendum esset ut non concupisceremus, nec malū desiderium ullum haberemus, nunq̃ fuisset iussum. Quod donec in nobis compleatur, semper nos debemus agnoscere peccatores & in bono imperfectos, atq; pugnare aduersus peccatum, & in bono proficere. Non inuenio perfectionem boni, quãdiu in hac mortalitate uiuo, quia nõ possum ex toto carere concupiscentia. Non.n.qđ uolo bonum, hoc ago &c. Volo.n. non habere concupiscentiam, & tñ habeo. Eadem quę superius dixerat, repetit inculcãs, et tanq̃ tardissimis ostendit, somno eos excitãs. *Non enim facio bonum quod uolo, sed ago malum quod nolo*. Quia uolo (ut dixi) penitus carere concupiscentia, sed non ualeo. Et nolo concupiscere, sed tñ cõcupisco ex carne, non ex mente. Quod nolo, illud facio: *sed si quod nolo, illud facio*. i. si inuitus concupisco, *non ego operor illud*, quia mente non cõsentio, *sed peccatum* D *quod habitat in me*, operatur illud. i. fomes peccati & concupiscentia habitans in carne mea. Quæ. s. concupiscentia & peccati libido uel delectatio, per transgressionem primi parentis ex uitiata natura mihi trãsfusa ẽ.

*Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam malum mihi adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, qua est in membris meis. Infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.*

Qñquidem ego non operor malū, sed uolo operari bonum, *igitur inuenio legem mihi*, esse bonam, *uolenti facere*, qđ ipsa iubet, *quoniam* non ipsi legi quæ dicit, Non concupisces, sed *mihi malum adiacet*. Bonam inuenio legem. Bona est lex. Vnde probo? Quia implere eam uolo. Igitur mihi uolenti facere bonum, inuenio legem bonam, id est, utilem inuenio, illam, dum docet, quid fieri debeat & quid nõ. Vere bonum aliquid est lex, qm̃ non ei, sed mihi malum adiacet ex concupiscentia, cui tamen non cõsentio. Malum prauæ delectationis adiacet. i. uitium mihi est, & mihi incũbit, nec me sinit pficere bonum quod uolo. Mihi malum adiacet. i. peccatū qđ habitat in carne mea, uidelicet carnalis concupiscentia, quę peccati nomine appellatur, qm̃ ex illa oriũtur cuncta peccata. Quicquid. n. est peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non oriuntur nisi ex mala cupiditate, non oriuntur nisi ex illicita delectatiõe. Hęc ergo illicita delectatio, cui tamẽ resisto, malum est quod adiacet mihi. i. carni meæ. Nõ enim caro mea, aut de alia substãtia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex Deo, & caro de gente tene

A brarum,sed languor repugnat sanitati,qm̄ semiuiuus iacet in uia. Vere malum mihi adiacet, qa cum scd̄m iteriorē hominē cōdelecter legi Dei, uideo tn̄ aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ. Vel ita: Vere consentio legi,& inuenio illam esse bonum quiddam & utile, quāuis malum mihi adiacet. Nā *condelector legi Dei*,i.in hoc quo lex quam Deus dedit,delectatur, & ego delector: quia quicquid ei placet,& mihi simul placet, *secundum interiorem hominem*.i.scd̄m spiritus & rationis affectum. Cōdelector quidem ei secū dum bonę uoluntatis affectum, sed tn̄ eam complere nō sufficio, qm̄ *video*.i.attendo, *aliam*.i.diuersam á Dei lege *legem*.i.prauam suggestionem *in membris meis*, quæ recta dicta est lex, qm̄ legitime factū est ut homo qui noluit obedire domino suo,nō ei seruiret caro ipsius. Nam supra hominem Deus est,& infra hominem caro. Et quia homo contempsit superiorem,torquetur ab inferiore. Tūc enim nata est hæc lex, qn̄ in paradiso contempta & trāsgressa est ab ho
Gene.2. mine prima lex. Vt.n.uetitum cibū comedit,protinus illicitum carnis motum sentire cœpit. Video aliā legem.i.peccati prūriginem, in membris meis, ut in auribus ad audiēdū illicita, & in oculis ad concupiscendum. Hmōi legem.i.peccati fomitē qui male regit,uideo ī mēbris meis *repugnantem legi mentis meæ*.i.rationi,quę est lex naturaliter scripta in corde omnium, *et captiuantem me*.i.captiuare conantem,hoc est,ad cōsentiendum implendumq́ cogentem *in legem peccati*,id est,carnalē cōcupiscentiam *quæ est in membris meis*,& ibi mouet illicita desideria, tantoq́ periculosior est, quanto uicinior. Quatuor leges ostēdit apostolus inuicem dimicantes, legem Dei & legē mētis,quę duæ in bono concordant.i.legem Moysi et legem naturæ uel fidei:itemq́ legem B suggestionis & legem peccati, quæ in malo sibi consentiunt. Et in harū legū contrarietate & repugnātia est labor & conflictus omnium militū Christi,dum resistūt ne prauis legibus consentiant. Possumus etiā istā aliam legem & legem peccati, non duas,sed unam intelligere.i.sarcinā mortalitatis, per quam fit sæpe ut etiam iniuste delectet quod nō licet. et quod ait, captiuantem me.i.captiuantem carnem meam in legem peccati.i.in seipsam. Captiuantē.n.me, dixit,qa & in ipsa carne nō est aliena natura,sed nostra. Quam nisi teneret carnalis cōcupiscentia, quam legem peccati uocat, non utiq; in ea ullū illicitū desideriū cui mēs obedire nō debeat,cōmoueret. Ex pte.n. captiuat̄ & ex pte iā liber ē. nā mēs q̄ iterius hēt alias delectatiōes suas, non consentit, sed repugnat delectationibus carnis. Condelector, inqr, legi Dei,delectat me lex,delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia scd̄m interiorem hominem. Ecce libertas ex parte superiore. Libertas.n.delectat. Nā qui adhuc timore facit quod iustum est,nōdū deus eum delectat, ideoq́ seruus est. Cū uero non iam timuerit pœnam, sed amauerit iustitiam,in ipso amore et delectatione iustitię liber erit. Video autem,inquit,aliam legem in membris meis. Hæc est quæ remansit infirmitas. Et ex hac parte sentit homo captiuitatem,ubi non est impleta iustitia. Nam ubi condelectatur legi Dei,non captiuus,sed legis amicus est. Est ideo liber,qa amic⁹. Sed nōdum tota,nondū pura est, nondūq́ plena libertas,quia nondum æternitas. Et in me quiddam mortuum,& quiddam uiuum. Mors contendit, mens non consentit: Quid inde sperandum est? *infelix ego homo* Etsi nō in mente, tamen in carne ifelix homo.

C Non enim in mente homo, & in carne non homo: sed in mente homo, & in carne homo. Infelix sum ego homo. Ita q̃ se infelicẽ exclamat, lugendo implorat consolatoris auxilium. Nec paruus est ad beatitudinem accessus, cognitio infelicitatis suæ. Infelix ego homo. Et cũ per me ab hac infelicitate non possim liberari, *quis me liberabit*, quis hoc facere poterit, nisi magnus aliquis, ut me liberet *de corpore mortis huius*, id est, de hoc corpore corruptibili in quo mors est? Hęc est uox militis pugnantis & gementis in labore certaminis. Cui gementi auxilium liberatoris implorãti, respõdetur: *Gratia Dei*, te liberabit à corpore mortis huius *per Iesum Christum dominum nostrum*, quando corpus habebis ĩmortale, ubi nulla concupiscentia remanebit. De corpore.n. mortis huius non omnes liberantur, qui finiunt hanc uitam: q̃m aliud est exire de corpore, quod omnes homines dies huius uitæ nouissimus cogit: aliud liberari de corpore mortis huius, quòd non lex nõ uires propriæ, sed sola Dei gratia per Iesum Christum sanctis et fidelibus eius imper tit. Liberari enim à corpore mortis huius, est omni sanato languore concupiscentiæ carnis, non ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriã. Nam impij utiq; non liberantur à corpore mortis huius, quibus, eadem corpora redduntur ad æterna tormenta. Tunc enim corpus mortis huius redit ad impium, nec inde aliquando soluetur. Et tunc non erit ei uita æterna, sed mors æterna, quia pœna æterna. Iustus autem liberabitur à corpore mortis huius, non ut hoc corpus non habeat, sed ut mortale & onerosum non habeat. Habebit enĩ ipsum corpus, sed immortale & leue & sine molestia. In his uerbis (ut supra dictum est) recte intelligitur apostolus non quidem se solum in sua per-

sona, sed etiam alios sub gratia constitutos significasse. Quãdoquidem condelector legi Dei secundum interiorem hominem, & uideo aliam legem in mẽbris meis. *Igitur ego ipse mente seruio legi Dei*, amando iustitiam, & resistendo concupiscentiæ, *carne autem* seruio *legi peccati*, concupiscendo. Ego ipse hæc facio. Non enĩ alius in mente & alius ĩ carne, sed ego ipse in mẽte, ego in carne, non duo, sed unus ex utroq;. Mente seruio legi Dei in libertate Christi, carne autem legi peccati ex uetustate Adæ. Nouitatis gaudio suspendor, uetustatis onere prægrauor. Est mihi bellum aduersum me. Sed ex qua parte displiceo mihi, iũgor Deo. Et ex qua parte iungor Deo, idoneus ero ad uincendum me, quia ille mecum est qui omnia superat. Mente seruio legi Dei, uolendo quod ipsa uult, et nolendo quod non uult: carne autem legi peccati, non quidem dando membra cõmittendis iniquitatibus, sed tãtum concupiscendo, quamuis illicitæ concupiscentiæ non dem manus.

## CAPVT VIII.

*Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quòd impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.*

D Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et quidem ego, qui in me significo quemlibet iustum sub gratia constitutum, mente seruio legi Dei, *ergo nihil damnationis est nunc*, etsi ante fuit *his qui sunt in Christo Iesu*, in quo per baptismum soluta sunt illis omnia. Dum nõ essent in Christo, & consentirent concupiscentię, erat illis damnatio. Nunc autem

A tem cũ sint in Christo & repugnent concupiscentiæ, nihil damnationis est illis, quanquã ex carne concupiscant: quia non pugnatores, sed uicti damnantur: nec est damnabile si existant desideria carnalia, sed si eis ad peccandum obediatur. Nil damnationis est his qui sunt in Christo. Et ne putares hoc postea futurum, ideo additum est, nunc. Postea illud expecta, ut nec concupiscentia sit in te contra quam contendas, quia nec ipsa erit. Nihil ergo damnationis est nunc illis, quanquã alia lex in membris eorũ adhuc repugnet legi mentis ipsorũ. His qui sunt in Christo, non est damnatio, his dico, *qui non ambulant secundum carnem*, id est, qui nõ operantur secundum carnalem appetitum. Sunt enim nonnulli qui dicuntur Christiani, & tamen secundum desideria cordis ambulant, ad quorum distinctionem dicitur nũc non esse damnatio illis Christianis, qui non secundum carnem ambulant, id est, non carnaliter uiuunt. Vere non est dãnatio his qui sunt in Christo, *nam lex* non literæ in monte Sina, sed *Spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis*, per quã legem erat damnatio. Inest adhuc mẽbris meis lex illa peccati, sed iam reũ me non facit, qa liberatus sum ab illa, ideoq; liber pugno contra illam. Lex Moysi est spiritalis, sed nõ uitæ, quia non uiuificat dimissis peccatis. Lex autem quam spiritus sanctus ponit, est uitæ, qa uiuificat remittendo peccata. Lex Moysi, est lex Dei, sed factorum: lex operum, lex quæ iubet, non iuuat: lex quæ ostendit peccatum, non tollit. Lex autem spiritus, lex est fidei, lex gratiæ, lex misericordiæ, lex quæ tollit peccatum, & liberat à lege mẽbrorum, quæ non est Dei, sed peccati & mortis, qm̃ reos facit & mortem operatur. Et hoc est, *Lex enim spiritus uitæ liberauit me à lege peccati & mortis*. Lex illa bona B liberauit me ab ista lege mala. Et hoc in Christo Iesu, id est, in sanguine & gratia Iesu Christi. Me, id est, quemlibet iustum sub gratia constitutum liberauit in Christo, ut non consentiam legi peccati & mortis, id est, concupiscentiæ. Et quõ sim liberatus ac damnationem euaserim, consequenter exponitur: *Nam quod impossibile erat legi*, Deus in Christo fecit, id est, damnare peccatum & dare iustitiam. Impossibile erat legi naturali uel scriptæ, liberare à lege peccati & mortis: quia nec peccatũ tollere, nec mortem uincere præualebat, nec sibi obedientem aut pfectum quenquam facere poterat. Quod impossibile erat legi, Deus fecit, *in quo* impossibili *infirmabatur* ipsa lex *per carnem*, id est, ab infirmis non poterat impleri per carnem, quia per spiritũ implef. Lex enim infirmata intelligitur, eo quòd non impleatur, non q ipsa infirma sit, sed q ĩfirmos faciat minando pœnam, nec adiuuando per gratiam. Quæ ĩfirmata esse per carnem dicitur, qa caro nõ implet quod per spiritũ impletur, id est, per gratiam spũalem. Nam caro ubi nõ erat gratia, inuictissime resistebat. Et lex infirmabatur per carnẽ, id est, per carnis desideria & per fomitem uitiorum qui in carne est, qa caro nimium rebellabat, et audiens legem plus incitabat concupiscentiã. Infirmabatur ergo lex literæ per carnẽ, id est, non efficiebat iustos deditos carni, qm̃ caro fortiter obsistebat ne lex adimpleref, & lex nõ habebat uires quibus impetum carnis frangeret. Vel per carnem infirmabaẽ lex. i. per carnalem intellectum, & per carnalem obseruantiã erat imbecilla, non per seipsam. Sed qđ lex infirma nõ poterat, Deus fecit, qui filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, etiam pctm̃ de peccato damnauit in

A carne. *Deus filium suum*.i. sibi proprium et consubstantialem atque coæternum *misit*.i. incarnari constituit, ut manēs quod erat, assumeret quod nō erat. Misit eū non *in similitudinem carnis* qua si caro non esset caro, sed in similitudinem carnis peccati, qa caro erat, sed peccati caro non erat. Nr̄a.n. caro est peccati caro, qa per libidinis usum generata est. Sola autem illius caro non fuit caro peccati, quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit. Tamen similitudo carnis peccati fuit.i. passibilis & mortalis, quæ nutriri & esurire & sitire & dormire & fatigari & mori potuit. Mors.n. & infirmitas non est nisi de peccato. Et utiq; corpus illud mortale erat & infirmū, ut cæterorum corpora. Caro peccati habet mortē & peccatum, similitudo aūt carnis peccati habuit mortem sine peccato. Si haberet peccatū, caro esset peccati. Si mortem non haberet, nō esset similitudo carnis peccati. Talis uenit Saluator. *Et de peccato damnauit peccatum in carne*.i. suscipiendo carnem hominis peccatoris, & docendo quem admodum uiueremus, peccatum in ipsa carne dānauit, ut æternorum charitate spiritus noster flagrans, nō duceretur captiuus in consensionem libidinis. Mortem enim non meruit Adam nisi peccādo, & Christus carnem suscepit mortalem. Ergo sic dicitur mors peccatum, quæ facta est peccato, sicut dicitur lingua Græca, lingua Latina, non ipsum membrū carnis, sed quod fit per membrū carnis. Lingua enim Græca uerba Græca sunt, non quia uerba lingua, sed quia uerba per linguam. Sic igit̄ peccatum domini, quod factum est de peccato, qa inde carnem assumpsit de massa ipsa, quæ mortē meruerat ex peccato. Et ut celerius dicā, Maria ex Adam mortua pp pc̄tm̄, nisi diuinitus exēpta fuisset, & caro dn̄i ex Maria mortua pp delenda peccata. De peccato itaq;.i. de morte quæ per peccatum accidit, damnauit peccatum in carne. Vel de peccato.i. de sacrificio pro peccatis oblato. Peccatum.n. uocabatur in lege, sacrificiū pro peccato. Et tale peccatū fuit caro Dn̄i. De peccato igitur.i. de sacrificio qđ factū est pro peccatis, inde damnauit peccatum, *ut iustificatio legis*, id est, iustificatio quam præcepit siue promisit, *impleretur in nobis* per spiritum qui adiuuat, hoc est, lex literæ impleretur in nobis per spiritum uitæ. In nobis dico, *qui non secundū carnem ambulamus*.i. operamur, *sed secundum spiritum*. Caro de terra facta est, spūs autem à Deo datus est. Vtraq; ergo desiderant illud unde sunt, caro terrena, spiritus cœlestia. Si igitur spiritus carnem superauerit, operātur in eo cœlestia. Si autem carni consenserit, præualent ei terrena. Illi ergo nō secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum, qui non terrenis & carnalibus, sed cœlestibus & spiritalibus sunt intenti, nec carnaliter obseruant legē, sed spiritaliter. Quid est enim secundum carnem ambulare? carnalibus concupiscentijs consentire. Et quid est secundum spiritum ambulare? adiuuari spiritu in mente, & cōcupiscentijs carnis non obedire. Sic ergo impletur in nobis per Christum iustificatio legis, non adhuc illa quæ dicit, Non concupisces, sed interim illa quæ iubet, Post concupiscentias tuas non eas.

*Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui uero secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est, prudentia autem spiritus, uita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.*

Vere in illis impletur iustificatio, qui non secundum carnem ambu- B

A lant, ſed ſecundum ſpiritum. Nam *qui ſecundum carnem ſunt*, id eſt, qui carni conſentiũt, & ſequendo appetitum carnis uitam ſuam ducunt, *ſapiunt ea quæ ſunt carnis*, id eſt, ſciunt carnalia et curioſi ſunt in carnalibus, atq; ſaporem delectabilem illis habere uidentur temporalia & terrena, quæ carnis ſunt uel ad carnẽ ptinent, ideóq; tales non iuſtificantur. *Sed illi qui ſunt ſecundum ſpiritum*, id eſt, qui ſancto ſpiritui conſentiunt & ei concordant, ut ſpiritualiter uiuant, *ſentiunt ea quæ ſunt ſpiritus*, id eſt, diuina & ſpiritalia bona ſentiunt interius, & ſpiritali dulcedine replẽtur, ideóq; iuſtitia legis per charitatem in illis adimpletur. Vere illi qui ſapiunt ea quę ſunt carnis, non iuſtificantur, ſed illi potius qui ſentiunt ea quæ ſunt ſpũs. Nam finis rerum hoc indicat, cum ſapientia carnis generet mortem: & ſapientia ſpũs, uitam. Pœna enim uel præmium euidenter declarãt, & eos qui moriuntur, non fuiſſe iuſtificatos: & eos qui uitam adepti ſunt, impleſſe iuſtitiam. *Nam prudentia carnis mors eſt ęterna: prudentia autem ſpiritus uita & pax.* Prudẽtia enim carnis eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum uerbis uelare, quæ falſa ſunt, uera oſtendere: quæ uera ſunt, fallacia demõſtrare. Hæc nimirum prudentia uſu à iuuenibus ſcitur, hæc à pueris pretio diſcitur. Hanc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt: hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitas, æquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis peruerſitas urbanitas uocatur. hæc ſibi obſequentibus præcipit honorũ culmina quærere, adepta temporalis gloriæ uanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere: cum uires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere: cum uirtutis poſſibilitas deeſt, quicquid explere per malitiam non ualet, hoc impacifica bonitate ſimulare. Iure ergo talis prudẽtia mors aui mæ dicitur. Prudentia uero ſpiritus, id eſt, iuſtorum ſapiẽtia eſt, nihil per oſtenſiones fingere, ſenſum uerbis aperire, uera ut ſũt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare q̃ facere, nullam iniuriæ ultionem quærere: pro ueritate contumelias pati, luctum putare.

B Et hæc prudentia eſt uita animę & pax, non ſolum in futuro ſeculo, ſed etiam in præſenti. Diffinitio aũt prudentiæ, in appetendis bonis & uitãdis malis explicari ſolet. Eadẽ nanq; animæ natura, & prudẽtiam carnis habet cum inferiora ſectatur, & prudentiam ſpiritus cum ſuperiora eligit, ſicut aquæ natura & frigore congelaſcit, & calore ſoluitur. Per prudentiam carnis propterea Deum Iudæi colebant, ut eis ſecundũ carnem bene eſſet, ideóq; ſecũdum animam erãt mortui. Per prudentiam autem ſpiritus, iuſti Deum gratis colũt: id eſt, quia ipſe bonus eſt, nõ quia dat alia bona, quæ dat & non bonis. Et ideo per hãc ſpiritalem prudentiam uiuunt etiam nunc in anima & pacem habent, concordantes uoluntati diuinæ & amantes proximos, nec ſe uindicantes cum lęſi fuerint. Multo magis autem in futuro uitam habebunt æternam, & pacem tranquillitatis perpetuæ. Et econtra qui carnaliter ſunt prudentes, id eſt, qui appetunt temporalia bona, & timent temporalia mala, uel ſuas aſtute ulciſcunť iniurias, & magis naturalibus credunt rõnibus q̃ diuinis ſententiis, mortem animæ & corporis æternam patiẽtur. Et uere per talem prudentiam moritur anima & corpus. *Quoniam ſapientia carnis*, id eſt, quæ carnalibus intendit, & carnalia ſtudioſe agit, *inimica eſt Deo*, quem non ſibi finem conſtituit. Quicunq; enim uoluerit amicus eẽ ſeculi huius, ini- Iacõ. 4.

C micus Dei constituetur. Inimica est Deo, dum nil putat dominum posse præter quod in naturis rerum uidetur. Inimica est Deo, quia eius uoluntati non obtemperat. *Legi enim Dei non est subiecta.* Et facere contra legem, hoc est inimicum Dei esse. Non quia Deo aliquid nocere potest, sed quia sibi ipsi nocet, quisquis resistit uoluntati Dei. Quod ergo ait, sapiētia carnis inimica est Deo, non sic accipiamus, quasi inimica ista possit lędere Deum. Resistendo enim inimica est, non nocendo. Illi autē nocet, in quo est sapientia carnis, quia uitium est. Naturæ nocet in qua inest. Pellatur uitium, & natura sanabit. Hæc carnalis sapientia non est subiecta legi Dei, *neq; enim potest* ei esse subiecta. Nō dixi, homo non potest: non dixi, anima non potest: non dixi, caro nō potest: sed dixi, quōm sapiētia carnis non potest, id est, uitium non potest, non natura: quō si dicatur, claudicatio rectæ ambulationi non est subiecta, neq; enim potest. Pes potest, sed claudicatio non potest. Tolle claudicationem, & uidebis rectam ambulationem. Sed quādiu claudicatio est, non potest. Non sit sapientia carnis, & homo est. Sic dictum est, Legi. n. Dei non est subiecta, neq; enim potest: tanquam si diceretur: Nix non calefacit, neq; enim potest. Quandiu. n. nix est, non calefacit. Sed resolui potest & feruere, ut calefaciat. Sed cum hoc facit, iam nix non est. Sic & prudentia uel sapientia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. Quandiu enim appetitus talis animę inest, legi Dei subiecta esse non potest, id est, non potest implere quæ lex iubet. Sed si spiritalia bona desiderare cœperit, & temporalia contemnere, desinet esse carnis prudentia, et spiritu non resistet legi. Sapiētia carnis non subijcitur diuinæ legi. Nec D hoc tantum dico, sed etiam istud, quod illi *qui sunt in carne*, id est, qui uoluptatibus carnis acquiescunt, *Deo placere non possunt*. Ipsi enim in carne sunt, qui in carne confidūt, qui concupiscentias suas sequuntur, qui in his habitant, qui earum uoluptatibus oblectantur, qui in earum delectationibus beatā felicemq; uitam constituunt. Et ideo quandiu tales sunt, nihil Deo quod placeat agere possunt.

*Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamē spiritus Dei habitat in nobis. Siquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit à mortuis Iesum, habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis.*

Illi qui sunt in carne, non possunt Deo placere. Sed uos non estis in carne, & propterea Deo placetis. In hoc quidem seculo adhuc uiuitis, sed tamen in carne non estis, quia non in uoluptate carnis iacetis, sed carnalia desideria supergressi estis. Ne quis enim illud quod præmissum est, quia qui in carne sunt, Deo placere non possunt, de his dictum putaret, qui de hac uita nondum exierunt, opportunissime subiunxit: *Vos autem non estis in carne.* Vtique adhuc in uita hac constitutis loquebatur, & tamen dixit eos non esse in carne. Romanis quidem scribebat, sed uniuersæ electorum ecclesię dixit: tritico dixit, non paleæ: massæ latenti, non stipulæ apparenti. Non estis in carne, quia non facitis opera carnis, consentiendo cōcupiscentiæ carnis. *Sed estis in spiritu*, quia secundum interiorem hominem cōdelectamini legi Dei. Et hoc est, *si tamen spiritus Dei habitat in nobis.* Nā si spiritu uestro pręsumitis, adhuc ī carne estis. Sic ergo

A non estis in carne, ut in spiritu Dei sitis. Nā si recedit spiritus Dei, pondere suo spiritus hominis reuoluit in carnem. Redit ad facta carnalia, redit ad concupiscentias seculares. Sic igitur habete liberum arbitriū, ut imploretis auxilium. Nō estis in carne. Et hoc uiribus uestris? Absit. Vnde ergo? Si tamē spiritus Dei habitat in uobis, tūc enim in carne nō estis, sed spiritum Dei habitatorem habetis. *Sed siquis spiritum Christi non habet, hic nō est eius,* id est, non possidetur à Christo, nec est membrum Christi. Spiritum Dei dixerat, & spiritū Christi subiunxit, quia nō sunt duo spiritus sancti tanquam singulorū, unus patris et alter filij, sed unus potius patris & filij. Sicut autem anima mea, id est, spiritus meus uiuificat omnia mēbra corporis mei, sic spiritus Christi uiuificat omnia mēbra corporis Christi, id est, omnes electos eius. Siquis autem spiritum Christi non habet, id est, siquis non uegetatur spiritu Christi, siquis non uiuit spiritu Christi, hic nō est membrum Christi, nec possessio Christi, sed diaboli. Charitas uero testis est, esse spiritum Christi in eo corde qđ ipsa repleuerit. Nunquid enim spiritum Christi habet ille, cuius mētem odia dissipant, elatio inflat, ira usq; ad diuisionem mētis exasperat, auaritia cruciat, luxuria eneruat? Non uticq;. Quia spiritus Christi ubi habitat, facit amicos & inimicos diligi, terrena despici, ꝓ cœlestib⁹ ęstuari: carnem propter uitia conteri, mētem à concupiscentijs frænari. Et iste spiritus est quasi quidam titulus diuinæ possessionis. Quo quisquis ex toto caret, ad Christum nō pertinet. *Sed si Christus est in uobis,* qui ibidem habitat ubi spiritus eius est, & non alibi: *corpus quidem mortuum est,* non pp fragilitatem terrenam, qa de terræ puluere factū est, sed *propter peccatum.* Non dico mortale, sed mortuū. Nam anteB quam īmutaretur in illam īcorruptionem quæ in sanctorū resurrectione promittitur, poterat esse mortale, quamuis non moriturū, sicut hoc nostrum potest esse ęgrotabile, quāuis non ægrotaturū. Cuius enim caro est, quæ non ægrotare possit, etiā si aliquo casu priusq; ægrotet occūbat? Sic & illud corpus primi hominis iam erat mortale & antequā peccasset. Quam mortalitatē fuerat assumptura mutatio in ęternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est, obedientia pmaneret. Sed ipsum mortale non est factum mortuū, nisi ꝓpter peccatum, qa mox, ubi præceptum transgressus est homo, eius membris uelut aliqua ægritudo letalis mors ipsa concepta est. Quam ægritudinem mortis & in nos omnes ipse transfudit, ac per eam necessario morituri sumus. Corpus ergo nostrum non tantū moriturum est ꝓpter animę abscessum qui futurus est, sed etiam mortuum est ꝓpter infirmitatem carnis & sanguinis. Habet quidem adhuc uitam, sed tamen cōparatum corpori illi, quod in resurrectione futurū est, inuenit mortuum, quamuis adhuc habens animam, corpus qdem ita mortuū est adhuc propter peccatum, sed *spiritus iam uiuit propter iustificationem.* Et hæc uita ex fide facta est, qm̄ iustus ex fide uiuit. Haba.2. Roma.1. Hebr.10. Anima enim iam pia quæ fuit impia, ꝓpter iustitiam fidei dicitur ex morte reuixisse atque uiuere. Et hoc interim nobis præstitit gr̄a Saluatoris, ut anima iam per iustitiam uiuat, sicut per peccatū mortua fuerat. Hoc enim dictum est, ne ideo putarent se homines uel nullū uel paruum se habere beneficium de Christi gratia, quia necessario morituri sunt corpore: attendere qppe debēt, corpus qdem adhuc peccati meritū gerere, qđ conditione mortis obstri-

C ctum est, sed iam spiritũ cœpisse uiuere ꝑpter iustitiam fidei, qui & ipse fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non igiť, inquit, parũ uobis muneris putetis esse collatũ per id quòd Christus in uobis est, quòd in corpore ꝑpter peccatũ mortuo, iam ꝑp iustitiam uester spũs uiuit. Nec ideo de uita quoq; ipsius corporis desperetis, sed credite. *Quòd si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra.* Vel ita continuatur: Spiritus quidem uester iam uiuit, sed si spiritus Dei habitat in uobis, corpus quoq; uestrũ uiuet, sicut corpus Christi qđ iam suscitatum est, uiuit. Dixerat, si autẽ Christus in uobis est: subiecit, ꝙ si spiritus pacis habitat in uobis: quẽ spiritum Christi dixerat, hunc spiritum pacis adiunxit: quia ubi Christus, ibi sine dubio spiritus sanctus habitat atq; unus est spiritus Christi & Dei. Quia uero in illa resurrectione futura mutatio non solũ nullam mortem, quę facta est ꝑpter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quam corpus animale habuit ante peccatum: non ait, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortua corpora uestra, ut .s. iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale, & mortale hoc induet ĩmortalitatem, et absorbebitur mortale à uita. Cum enim pręsentis tp̄is grãm determinans, diceret mortuum esse quidem corpus ꝑpter peccatum, quia in eo nondum per resurrectionem renouato peccati meritũ manet, hoc est, necessitas mortis, spiritum aũt uiuere ꝑpter iustitiam, q̃a licet adhuc corpe mortis huius onere mur, iam scd̃m interiorem hoĩem cœpta renouatione in fidei iustitiam respiramus, tñ ne humana ignorantia de resurrectione corpis nihil speraret, etiam ipsum qđ ꝑp peccati meritũ in præsenti seculo dixerat mortuum, in futuro ꝑp iustitię meritum dicit uiuificãdum, nec sic ut tantum ex mortuo uiuũ fiat, uerũetiam ex mortali immortale. Dono.n. Dei qđ animæ datur, id est, spiritu sancto, nõ solum anima cui datur, salua & pacata et sancta fit, sed ipsum etiam corpus uiuificabitur, eritq; in natura sua mũdissimum. Viuificabit, inquit, mortalia corpora uestra nõ ꝑp merita uestra, sed ꝑp munera sua, id est, *propter inhabitantem spiritum eius in uobis.* His gradibus homine ꝑfecto, nulla substantia inuenitur malũ. Neq; lex mala est, quę ostendit homini in quibus peccatorꝫ uinculis iaceat, ut per fidem implorato liberatoris auxilio, & solui & erigi & firmissime cõstitui mereať. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pugna est cum uoluptatibus huius seculi. In secunda quæ sub lege est, pugnamus, sed uincimur. In tertia quæ est sub gratia, pugnamus et uincimus. In quarta q̃ est in resurrectione, non pugnamus, sed ꝑfecta & æterna pace requiescimus, q̃a nihil nobis tũc resistit non resistentibus Deo. Subiungitur enim nobis quod inferius nostrum est: quod propterea nõ subiungebatur, quia superiorem nobis deserueramus Deum.

*Ergo fratres debitores sumus nõ carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secũdum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.*

Dixi quia in carne nõ estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis, & si Christus est in uobis, & q̃a Deus uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. *Ergo fratres*, accepto adiutorio, porrecto nobis desuper diuino auxilio, brachio domini, porrecto nobis auxilio à spiritu sancto, *debitores sumus*, id est, ex de-

A bito seruire nos oportet, *non carni*, sed spiritui diuino, qui in nobis habitat & tanta bona præstat. Debitores in quam sumus, sed non carni, *ut secundum carnem uiuamus*, id est, secũdum carnis uoluptates & illecebras uitã ducamus. Hoc enim modo fiet, ut propter inhabitantem spiritum Dei uiuificentur & mortalia corpora uestra, id est, ut uita in se mortem mortificando conuertat, si non secundũ carnem, sed secundum spiritum uiuere studueritis. Promissa est nobis & carnis imortalitas, propter spiritum Dei quem habemus in nobis. Ergo fratres si hanc imortalitatem adipisci uolumus, debitores sumus non carni, ut secundum eius illecebras uiuamus, qa ipsa nos ad mortẽ trahit, sed potius spiritui sancto, ut secũdum eum uitam nostram dirigere studeamus, quia ipse nobis uitam præparauit ęternam: & sic per ueniemus ad illam, si nunc eius uolũtatem secuti fuerimus. Et uere ita se habet effectus utriusq; partis. *Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini*, id est, si secũdum mortem uixeritis, totum morietur: si secũdum carnis cõcupiscẽtias uixeritis, moriemini per petuã & carne & aĩa. *Si spiritu* sancto *mortificaueritis facta carnis*, id est, secũdum Deum uiuẽdo, uoluptates carnis & desideria eius extinxeritis *uiuetis* in ęternum beati. Hoc est opus nostrum in hac uita, spiritu mortificare quotidie facta carnis, affligere, minuere, frænare, interimere. Quàm multa enim proficientes iam non delectant, quæ antea delectabant. Quando autem delectabat, & non ei consentiebatur, mortificabatur. Si iam non delectat, mortificatum est.

*Quicunq; enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & conglorificemur.* B

Vere uiuetis, si spũ sctõ opera carnis mortificaueritis. Nunc enim filij Dei estis, & cum eo in perpetuũ regnabitis. Et hoc est quod hæc Apostoli uerba demonstrant: Viuetis, qa filij Dei estis. Nam quicunq; spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Cũ dixisset Apostolus, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, id est, illas concupiscentias carnis, quibus non consentire magna laus est, et quas non habere perfectio est, metuendum erat, ne quisq; ad mortificanda facta carnis, de spiritu sancto præsumeret. Ergo ne hîc se extolleret humanus spiritus, & ad hoc opus se idoneũ firmumq; iactaret, subiecit & ait: *Quicunq; enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei*. Non qui secundum carnem suam uiuunt, non qui carnis uoluptate ducuntur, non qui spiritu suo agunť, nõ qui lege aguntur, sed quicunq; spiritu Dei agunť, hi sunt filij Dei. Spũs ergo Dei quo aguntur, ipse est spũs quo facta carnis mortificantur, quia ipse dat continentiam qua frænetur & dometur atq; uincatur concupiscentia. Aguntur autem spiritu Dei, ut & ipsi qđ agendum est agant: & cum egerint, illi à quo agũtur, gratias agant. Spiritus enim Dei qui eos agit, agentibus est adiutor & ductor. Aguntur ergo ut agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut hoc sicut agendum est agant, id est, cum dilectione & delectatione iustitiæ, quia qui spiritu Dei aguntur, charitate aguntur & excitantur. Non ergo litera, sed spiritu: non lege præcipiente, minante, promittente, sed spiritu exhortante, illuminante, adiuuante aguntur. Non quia ipsi nihil agant, sed ne nihil agãt boni, à bono aguntur ut agant. Non tanto magis effi-

C citur quisq; filius bonus, quãto largius ei datur à patre spirit⁹ bonus. Plus uero est agi q̃ regi. Qui enim regitur, aliquid agit: & ideo regitur, ut recte agat. Qui autem agitur, agere ipse uix aliquid ĩtelligitur. Quod ergo spiritus Dei sanctus agit, hoc est quod Deus operat̃ omnia in omnibus. Nec aliquid in nobis libera uoluntas melius agere potest, q̃ ut illi se cõmendet qui male agere non potest. Dixi quia filij Dei estis, si spiritu Dei agimini. Et uere filij. Non enim accepistis spiritum seruitutis, sed filiationis. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum*, id est, sicut olim in lege. Non est uobis iterũ spiritus iste seruitutis, sed libertatis. Idem enim spiritus est legis & euangelij, sed ꝓpter diuersa opera dissimiliter appellat̃. Iudæis fuit spiritus seruitutis, Sed Christianis est spiritus libertatis. Quia eodẽ spiritu, id est, digito Dei quo lex in tabulis lapideis scripta est, timor incussus est eis qui gratiã nondum intelligebant, ut de sua infirmitate atq; peccatis per legem cõuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerentur ad gratiam, quę est in fide Christi. Et timor ille seruilis erat, quia per eum non tam iustitia diligebatur, q̃ pœna timebatur. Iam ergo nobis non in timorem datur spiritus, sed in dilectionem, ut nõ serui, sed filij simus. Qui autẽ adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, & Deum nõ amat, nondum est inter filios. Mandatũ enim Dei si timore fit pœnę, non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter, & ideo nec fit. Nõ enim bonus fructus est, qui non de charitatis radice procedit. Non accepistis in nouo testamento spiritum seruitutis iterum *in timore*, sicut quondam in ueteri, *sed accepistis spiritum adoptionis filiorum*, id est, quos Deo adoptauit in filios. *in quo* spiritu *clamamus*, id est, toto mentis affectu dicimus, *abba pater*. Ipse spiritus D facit nos Deum uocare patrem nostrum. Et si ille est pater noster, ergo nos filij eius. Filij clamant, abba pater. Hoc est abba, quod pater. Abba enim Hebraice dicitur, pater autem Græce uel Latine. Sed ꝓpter utrũq; populum, circuncisionis uidelicet & præputij, qui ad angularem lapidem, id est, ad Christum accessit, posita sunt hęc duo nomina idem significãtia. Hebræi enim fideles clamãt, abba: Gẽtiles autem, pater. Clamor iste cordis est, non faucium, non labiorum. Intus sonat auribus Dei. Cum autem clamant, aliquid petunt. Et quid petunt, nisi quod de illis dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur? Quæ est ista petitio, nisi Matt. 5. esuries sitisq; iustitiæ? Huc ergo transeant qui sub lege sunt, ut ex seruis filij fiant, nec sic tamen, ut serui esse desistant, sed ut tanquam filij domino & patri liberaliter seruiant. Accepimus spiritum adoptionis, per quẽ uocamus Deum patrem nostrum. nam *ipse spiritus diuinus testimonium reddit spiritui nostro*, id est, recognoscere & intelligere facit spiritum nostrum, quia sumus filij Dei. Ad ipsum enim pertinet quia efficimur unũ corpus unici filij Dei. Et per hoc q̃d ipse spũs sanctus charitatem nobis infundit, qua nos facit imitatores esse diuinę bonitatis, ut diligamus inimicos nr̃os, et bene faciamus his q oderunt nos, sicut pater celestis solem suũ oriri facit sup bonos et malos, atq; pluit su- Luc. 6. per iustos & iniustos, euidenti testi- Matt. 5. monio declarat mẽti nr̃æ nos esse filios Dei, cuius bonitatẽ pro modulo nr̃o sequmur. Filiorũ.n. est imitari patrem suũ. Spũs Dei dũ facit nos bñ agere, testat̃ q̃m *sumus filij Dei. Sed si filij sumus, erimus & heredes*.i. & eiusdẽ gl'iæ pticipes. Nõ.n. inaniter filij sum⁹, sed magnũ ĩde cõmodũ hẽbim⁹, quia hæ-

A redes patris nostri erimus, imo ipse erit hęreditas nostra, sicut in psalmo canimus, Dominus pars hæreditatis meę. *Heredes quidem Dei* erimus. Sed si hoc parum uidetur, audiamus adhuc unde amplius gaudeamus, qa erim⁹ *cohæredes Christi*. i. simul cũ Christo hęredes, eãdem. s. quam ipse possidet, beatitudinis hæreditatem cum eo possidentes. Hæredes quidẽ Dei efficiemur, cũ ea quæ Dei sunt possidere cœperimus. i. ĩcorruptionis & ĩmortalitatis gloriã atq; thesauros sapientiæ & scientię reconditos. Cohæredes autem Christi efficiemur, cum reformauerit ipse corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Hæredes autem Dei erimus, sed nõ eius morte hanc hęreditatem adipiscemur, cũ ipse mori non possit, ĩmo cum ipse sit hæreditas, quam ab eo percipiemus. Sed qm̃ cum uocati sumus adhuc paruuli & ad spiritalia contemplanda minus idonei, usq; ad humilitatem nostræ cogitationis se misericordia diuina porrexit, ut quoquo cunq; cernere niteremur, quod non euidenter atq; perspicue cernebamus, ipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cum facie ad faciem cernere cœperimus. Cõuenienter ergo dicitur moriturum esse quod auferetur. Cum autem uenerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodãmodo morit̃ pater in ęnigmate, & idem ipse sit hæreditas cum facie ad faciem possidet̃, non qa ipse morit̃, sed imperfecta in eum nr̃a uisio perfecta uisione peruenitur. Et tñ nisi illa prior nos nutriret ad aliam plenissimam et euidentissimam, non efficeremur idonei. Cohæredes etiã erimus Christi, cũ in fine seculi absorpta fuerit mors in uictoria. Non timuit ille habere cohæredes, qa hæreditas eius non sit angusta si multi possederint. Homo enim si habeat unicũ filiũ, gaudet ad illum magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit fratres, qui cum eo diuidant hęreditatem, & pauper remaneat. Deus uero unicum, quem genuerat & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, ut non esset unus, sed fratres haberet adoptatos, qui cum eo possiderent hęreditatem uitæ perennis. Hæreditas in quã, in qua cohæredes eius erimus non minuitur multitudine filiorũ, nec sit angustior numerositate cohęredum: sed tanta est multis, quanta paucis: tanta singulis, quanta omnibus. Cohæredes eius erim⁹, ita *tamen si compatimur*. i. si cũ eo patimur, si passionum eius nunc participes efficimur, si qualia pro nobis ille pertulit nos talia pro nomine eius pati non recusamus: si non pro humano fauore uel temporali commodo, sed pro amore illius aduersa pferimus, *ut & conglorificemur*, id est, cum eo glorificemur, facti cohæredes eius & participes glorię ipsius. Cõglorificabimur enim, si hoc eius nobis gratia concesserit, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est.

Psal. 15.

Coloss. 2.

Philip. 3.

1. Corin. 13

Ibidem.

1. Corin. 15

1. Ioan. 3.

*Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.*

Ne cui uideretur graue, quòd dixerat nos debere compati, mox addidit non esse condignas passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelanda est in nobis. Ostẽdit enim per hæc, quòd qui illa respicit quæ non uidentur. i. gaudia sempiternæ beatitudinis: omnẽ tribulationem, quæcunq; ei acciderit, quãuis sæua, quãuis diuturna uideatur, leuem ducit & momentaneam, etiam si tormentis subijciatur & equuleis et ungulis. Nam eo tẽpore quo supplicijs corpus eius atteritur, si aspiciat ad futuram gloriam, & conside

C ret quõ per hæc tormēta corpus hu militatis suæ trāsformabitur ut fiat conforme corpori gloriæ unigeniti Dei,tribulationē præsentem pro mi nimo reputabit,remunerationem ue ro futuræ beatitudinis inæstimabili ter magnam iudicabit.Et quāto ma gis multiplicari sibi tribulationē & pœnas uiderit, tāto amplius sibi pō dus & magnitudinem gloriæ intel- liget cumulari.In eo autem quod a- postolus nunc dicit,*existimo*, non du bitat ipse,sed dubitantes increpat,si cut et alibi ad quosdam contempto
1.Corin.7 tes suos loquens,Puto autem,inqt, ꝙ & ego spiritum Dei habeam.Qui enim dicit,puto uel existimo, dubi- tare uidetur.Sed ille increpat, nō du bitat. Et ipse dominus q omnia scit, increpans infidelitatem futuram ge neris humani,Cum uenerit, inquit, filius hominis,putas inueniet fidem in terra? Nam & homines de his re- bus quas certas habent, aliquando
Luca.18 increpatiue dubitant.i.uerbum du- bitationis ponūt,cum corde nō du- bitent,uelut siquis indignetur seruo suo & dicat.Contēnis me? Puto ga dñs tuus sum. Ita & nūc apostolus dicens existimo, īcrepat illos q hoc non æstimabant,uel non existimant. Nonnulli.n.dum futura gaudia mi- nus attendunt, putant intolerabilia esse præsentia mala quæ perferunt. Et illorum pusillanimitatem uel in- fidelitatem increpat nūc apostolus. Si cōpatimur,inquit,et conglorifica bimur. Et uere per passionem perue niemus ad glorificationē. Nam ego existimo quòd uos non æstimatis.i. ego indubitanter scio *quòd passiones hu ius temporis*, qđ tam breue est, *non sunt condignæ*.i.omnes simul nō sunt dignę *ad* promerendam *gloriam futuram,quæ re uelabitur in nobis*.i.quæ ita manifestabi tur ut sit in nobis,quia in unoquoqꝫ nostrum manebit, & foras appare- bit. Hæc est,siquis pateretur omnes pœnarum acerbitates,quę in tempo D re p̄sentis uitæ sufferri possunt, non essent omnes illę passiones dignum meritum ad consecutionem futuræ glorię,quę ablato omni uelamine re uelabitur in nobis,quando percipie mus illud quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- nis ascendit.

*Nam expectatio creaturæ reuelationem filio- rum Dei expectat. Vanitati enim creatura subie cta est non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à* 2.Corin.4 *seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filio- rum Dei.*

Vere gloria reuelabitur in nobis, qui nunc pro Deo molestias sustine mus,quia hæc gloria est ut filij Dei appareamus. Hanc.n.expectamus. *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.* Quod est dicere:Nam & hoc ipsum quod ī nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, cum esu rimus uel sitimus, per abstinētiam, dum fręnamus delectationē concu- piscētiæ:per castitatē, dum iniuriaꝝ lacerationes,& cōtumeliaꝝ aculeos per patientiam sustinemus, dum ne glectis atqꝫ reiectis uoluptatibus no stris,pro fructu matris ecclesię labo ramus, quicquid in nobis in hac & huiusmodi attritione dolet,creatura est. Dolet enī corpus & anima, quæ uticꝫ creatura est,& expectat reuela tionem filiorum Dei.i.expectat qñ appareat quod uocatū est in ea glo- ria ad quam uocatum est. Quia.n.fi lius Dei unigenitus nō potest appel lari creatura, qñquidem p ipsum fa cta sunt omnia,quęcūqꝫ Deus fecit, distincte etiam nos uocamur creatu ra ante illam euidentiā gloriæ, & di stincte uocamur filij Dei, ꝗuis hoc adoptione mereamur.Nam ille uni- genitus natura filius est,nō adoptio ne. Expectatio ergo creaturæ.i.expe Ioan.1. ctatio nostra reuelationem filiorum Dei expectat.i.qñ appareat qđ pro-

A missum est, qñ re ipsa manifestũ sit, quod nunc spe sumus. Filij.n.Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, qm̃ uidebimus eũ sicuti est. Ipsa est reuelatio filiorum Dei, quam nũc expectat expectatio creaturæ. Non ꝙ creatura reuelationem expectet alterius naturæ, q̃ non sit creatura, sed ipsa qualis nunc est, expectat qñ sit qualis futura est. Tãquam si diceretur. Operante pictore subiectis sibi coloribus & ad opus eius paratis, expectatio colorũ manifestationem imaginis expectat, nõ quia tunc alij erunt, aut non colores erũt, sed tantũ ꝙ aliã dignitatem habebunt. Dixi ꝙ expectatio creaturæ expectat ut reuelentur filij Dei. Qđ recte dixi. Nam ipsa *creatura* adhuc *subiecta est uanitati*.i. temporalib⁹ rebus, quę sunt uanitas, quia quod promittunt, implere non possunt, & euanescunt.i. deficiunt & trãseunt. Ait.n. Salomon: Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui et à domino dictum est: In labore manducabis panem. Ita ergo subiecta est humana creatura uanitati. Et subiecta est *non uolens*, quia homo spõte peccauit, sed non spõte damnatus est. Peccatum enim fuit uoluntarium.i. contra pręceptum facere ueritatis, peccati autẽ pœna.i. subijci fallacię, non uoluntaria. Sponte (ut dixi) peccauit creatura hæc, & inimica facta est ueritati: sed ut merito puniretur, non sponte subiecta est uanitati. Diligit hõ spõte uanitatem, cum deserta soliditate ueritatis, opinabilia sequit̃.i. mutabilia. Vanitas.n. sunt quę mutantur & transeunt. Cum autem inde meritas pœnas luit, subijcitur non spõte uanitati, sicut subiecta est in homine peccãte. Vanitati.n. creatura non uolens subijcitur, quia homo qui in genitæ constantiæ statum uolens deseruit, pressus iustæ mortalitatis põdere nolens mutabilitatis suæ corruptioni seruit. Non ergo spõte creatura uanitati subiecta est, *sed propter eum qui subiecit eam in spe* i. propter eius iustitiam atq; clementiam, qui neq; impunitum peccatum reliquit, neq; insanabilem uoluit esse peccantem. In spe est subiecta uanitati, propter misericordiam liberantis per remissionem peccatorum & adoptionem gratiæ. Ergo in spe, qua sperat se adhęsuram contẽplandę ueritati, subiecta est interim uanitati. *Quia et ipsa creatura*, id est, ipse homo, cum iam signaculo imaginis propter peccatũ amisso, non tamen tota penitus imagine deleta, remãsit tantũmodo creatura, & ipsa creatura.i. & ipsa quæ nondum uocat̃ filiorũ forma pfecta, sed tantum creatura, *liberabitur à seruitute corruptionis*. Quod itaq; ait, & ipsa liberabitur, facit intelligi & ipsa quẽadmodum nos.i. & de ipsis non est desperandum, qui nondum uocant̃ filij Dei, quia nondum crediderunt, sed tantum creatura, quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur à seruitute corruptionis, quemadmodum nos q iam filij dei sumus, q̃uis nondum apparuerit quid erimus. Liberabitur ergo à seruitute corruptiõis, *in libertatem gloriæ filiorum* Dei.i. erunt & ipsi ex seruis liberi, & ex corruptibilibus incorrupti in uita pfecta, quã habebunt filij Dei. Tunc.n. creatura hæc à seruitute corruptionis eripiet̃, cum ad filiorum Dei gloriam incorruptam resurgẽdo subleuabitur. Electos.n. nunc pœna corruptionis aggrauat, sed tunc incorruptionis gloria exaltat. Et quantum ad pręsentis necessitatis pondera, nunc in Dei filijs de libertate nihil ostenditur, tantum ad subsequentis libertatis gloriam tunc in eis de seruitute nihil apparet. Creatura ergo seruitute corru

1.Ioan.3. Eccle.1. & 12. Gene.3.

C ptionis exuta, et dignitate libertatis adepta, in filiorũ Dei gloriam uertitur: quia unita Deo per spiritũ, quasi hoc ipsum quod creatura est transisse ac subegisse declaratur. Eiq; ita tunc inhæret, ut illi de corruptione quæ per resurrectionem uincit, nihil iam in suo amore cõtradicat, sed unita gloriæ sui redemptoris fiat. Cuius redemptoris respectu potest intelligi dictum, quia & ipsa liberabitur, scilicet sicut iam à corruptione liberatus est ipse dominus.

*Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc. Nõ solum autem illa, sed & nos ipsi spiritus primitias habentes, et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri.*

Vere non uolens subiecta est creatura uanitati. Nam inde gemit. *Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit*. Vel liberabitur à seruitute corruptionis. Nam ideo gemit, quia nõ est adhuc inde liberata. In unoquoq; aũt homine oĩs creatura non uniuersaliter, sicut est cœlũ & terra & omnia quæ in eis sunt, sed gñatim quodãmodo intelligi potest: qa rõnalis in illo est, quam habere credũtur angeli: & sensualis, qua & bestiæ non carẽt. utuntur enim sensibus & sensualib⁹ motibus ad appetenda utilia & uitãda contraria, & uitalis priuata sensu, qualis aduerti in arboribus potest. Nam & in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa, & capilli nec cum præciduntur sentiunt, & tamen crescũt. Iã uero corporalis creatura euidẽtius apparet in nobis, quæ licet ex terra facta atq; formata sit, insunt tñ illi ex omnibus huius corporei mundi elementis quædam particulæ ad temperiẽ ualetudinis. Nam & calore membra uegetãtur, qui est ab igne, cuius etiam lux per oculos emicat: & aẽre uenarum decursus, quas arterias uocant, atq; spiramenta pulmonis implẽtur: & humor ni si esset, nulla spiramenta confluerẽt, D uitamq; absumeret siccitas. Nam & ipse sanguis humido lapsu alias uenas replẽs, quasi riuis et fluminibus per cuncta diffunditur. Ita nullum est creaturæ genus, quod non in homine possit agnosci. Ac sic omnis creatura in eo congemiscit adhuc. Propter quod & dominus euangelium iussit omni creaturæ prædicari, Marc. ult. quia in unoquoq; homine (sicut diseruimus) est omnis creatura. Omnis itaq; creatura gemit in homine. Non tota, sed omnis. Tanquam si dicatur q̃ solem omnes uident, q̃ sunt incolumes, sed non toti uident, quia tantum oculis uident. Ita & in homine omnis creatura est, qa & intelligit & sentit & uiuit & corpus habet: sed nõ tota creatura in ipso est, quia sunt præter ipsum et angeli qui intelligunt, & pecora quæ sentiunt, & arbores quæ uiuũt, et lapides qui tm̃modo sunt. *Scimus ergo quòd omnis creatura*. i. homo fidelis *ingemiscit*. i. in iteriori suo gemit ac gemitum semper recentem habet, quandiu subiecta est uanitati, *& etiam parturit*. i. cum summa difficultate & onere bonũ opus facit. Nam sicut mulier magnis doloribus et conatibus profert filium, ita fidelis homo nisibus magnis & laboribus producit fructũ boni operis. Laborat. n. & affligit̃ uigiliis & ieiuniis, aliisq; sanctis actionib⁹. Et hoc facit usq; adhuc. Nam etsi sunt aliqui iam in sinu Abrahæ, et latro ille cum domino in paradiso cõstitutus, illo die quo credidit, gemere destiterit, tamen *usq; adhuc* omnis creatura ingemiscit & parturit in illis sanctis, qui adhuc in præsenti uita laborant. *Non solum autem illa* ingemiscit, *sed & nos ipsi*. i. non solum in homine corpus & anima & spiritus simul dolent ex difficultatibus corporis, sed & nos ipsi, exceptis corporibus, in nobis ipsis ingemiscimus, nos dico

primitias

A *primitias spiritus habentes*, id est quorum iam spiritus tanquam sacrificium oblati sunt Deo, & diuino charitatis igne comprehensi. Hæ sunt enim primitiæ hominis, quia ueritas primū spiritum nostrum obtinet, ut per hunc cætera comprehendantur. Iam ergo habet primitias oblatas Deo, qui dicit, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati: et de quo dicit, spiritus quidem promptus est, caro aūt infirma. Non solum, inquit, oīs creatura.i.cum corpore, sed etiā nos ipsi habētes primitias spiritus.i.nos animæ quæ iam primitias mentes nostras obtulimus Deo, *in nobis ipsis ingemiscimus*.i. præter corpus, *adoptionem filiorum expectantes corporis nostri redemptionem*, id est, ut etiā ipsum corpus accipiēs beneficium adoptionis filiorū, qua uocati sumus, totos nos liberatos, trāsactis omnib[9] molestijs, ex omni parte Dei filios esse manifestet. Non solum illa ingemiscit, sed & nos ipsi primitias spiritus habētes.i.qui iam spiritu Deo seruimus, qui iam mente Deo credimus, & in ipsa fide primitias quasdam dedimus, ut primitias nostras sequamur. Et nos ipsi primitias spiritus habētes.i.qui nōdum quidem ex toto quod sumus, sed ex ea parte qua peccatorib[9] meliores sumus, Deo non uanitati subditi sumus: hoc est, per primitias spiritus et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Videtur etiam specialiter designare apostolicam dignitatē in eo quod ait, & nos ipsi primitias spiritus habentes.i.qui primi spiritū sanctum accepimus & digniora eius dona habemus. Nō solum, inquit, omnis creatura.i.omnis ecclesia creata in operib[9] bonis, quę subdita est nobis, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes.i.nos apostoli qui ad hoc electi sum[9], ut primitias spiritus acciperemus, & p hoc maiores sumus ꝙ eius primitias habemus, uel quia primo uenit in nos, uel qa dignius B et euidētius dona sua declarat in nobis per genera linguarū, per sanationem infirmorū, per resurrectionem mortuorum, & per similia opera. Et nos ipsi qui tāti sumus, qui iam primitijs sancti spiritus acceptis lætamur, adhuc gemimus miserias habentes ut alij: gemimus ītra nos, qa in nobis est unde gemamus. Vel ꝗuis nō corā hominibus, tamen intra nos.i.in interiore nr̄o gemimus: nec fictus est gemitus noster, sed intra mentis arcana resonat. Et gemimus expectantes adoptionem filiorum, qa nec dilatione nec aduersitate frangimur, sed lōganimiter & fortiter expectamus adoptionem filiorum.i.ut scd̄m corpus accipiamus gloriam adoptionis, ut & anima & corpore toti simus īmortales, et beati atq; in omni substantia nostra appareamus adoptiui filij Dei. Hanc adoptionem expectamus.s.redemptionem corporis nostri.i.ut & ipsum quod adhuc corrumpitur, īcorruptibile fiat & īmortale. Hęc est.n. redemptio nostri corporis, ut ab oībus molestijs redimatur.i.liberetur & ueram salutem consequatur. Nōdum.n.habet salutem. Nam esuries & sitis interficit, si subuentum non fuerit. Medicamentum.n.famis est cibus, et medicamentum sitis est potus, & medicamentum fatigationis est somnus. Si sepositis istis nō sunt morbi, est sanitas. Si autē habes aliquid qđ te possit interficere nisi mādućaueris, noli gloriari de sanitate, sed gemens expecta redemptionem corporis tui. Gaude te redemptum, sed nondum re. Spe securus es. Etenim si non gemueris in spe, non peruenies ad rem.

Roma.7. Matt.14.

*Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.*

C Quasi diceretur apostolo: Quid ti bi profuit Christus si adhuc gemis? & quõo saluator saluum te fecit? qui enim gemit adhuc, ægrotat, subiunxit atque ait, Spe enim &c. Ideo gemimus quia *spe salui facti sumus*. Ideo speramus nos saluandos, & quod speramus, iam quidem expectamus, sed nondum tenemus, & donec teneamus, in tempore suspiramus, qa desideramus qđ nondum tenemus. Nõdum re saluati sumus, sed adhuc spe: quia nondum uenit nostri gaudij plenitudo, nõdum habemus corpus cœleste & spiritale.i.corpus angelicum in societate angelorum, sed speramus. Spe qdem iam habemus hanc salutem, hanc gloriam. Sed *spes quæ uidetur, non est spes*. Et ideo nõdum in re uidemus ipsam salutem, quam in spe habemus. Certitudo quę præsentialiter uidetur, non est spes. *Nam quod uidet quis, quid sperat?* Quod.n. uidetur, quare speratur? Nõ speratur, sed scitur. Sed *si nos speramus quod nõ uidemus*, id est, redemptionẽ corporis nostri & societatem angelorum, *per patientiã expectamus*. illud. Spes.n. ad augmẽtum meriti operatur in nobis expectationẽ futurę saluationis, & etiam in ipsa expectatione patientiam: qa inuisibilem salutem, spe nos confortante, expectamus longanimiter patiendo mala præsentia, & ideo gemere cogimur. In malis enim si quisquam patitur, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia.

*Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.*

Spes nos adiuuat ut patienter expectare possimus, similiter autem & spiritus. Et ideo de expectatione uel patientia nihil nobis attribuimus, sed totum Deo, cuius beneficijs hęc possumus. Non solũ.n. spes nos ad D iuuat, sed etiam *spiritus sanctus similiter adiuuat infirmitatem nostram*, quia charitatem nobis infundit, per quã nostra corroboratur infirmitas, ut patienter expectare ualeat salutem quã sperat. Silr ut spes, adiuuat nos charitas.i. spiritus sanctus non solum in aduersitatũ tolerantia, sed & in orationibus, quia nec bene orare sine eo possumus. Nam quia ingemiscimus et petimus liberari, spiritus adiuuat ne uel ante tẽpus liberari petamus, uel cõtraria nobis dari. Adiuuat infirmitatem nostrã, docens & faciẽs orare. *Nã quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse postulat pro nobis*. Nescimus ꝑut oportet quid orare debeamus, quia molestię tribulationesq́; temporales plerunq; prosunt uel ad sanandum tumorem superbiæ, & ad ꝓbandam exercendamq́; patientiam, cui probatæ & exercitatę clarior merces superiorq́; seruat̃, uel ad quæcunq; flagellanda & abolenda peccata, & tñ nos nescientes quid ista prosint, ab omni optamus tribulatione liberari. Quid.n. nobis expediat, non satis scimus. Aliqñ qđ putamus obesse, prodest: et quod putamus prodesse, obest. Infirmi.n. sumus: & quę medicamenta nobis sint utilia, medicus qdem nouit, nos autem ignoramus. In his ergo tribulationibus, quę possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet nescim⁹: et tamen quia dura, quia molesta, quia cõtra sensum nostræ infirmitatis sunt, uniuersali humana uoluntate, ut a nobis hęc auferantur, oramus. Sed hoc deuotionis debemus dño Deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum bona speremus ampliora. Sic.n. uirtus in infirmitate perficit. Vel etiam dum beatam uitã petimus, in qua simus imortales atq; incorruptibiles cor- 2.Cor.12.

C pore & spiritu, qm̃ ipsa pax est, quę præcellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo, qd oremus sicut oportet nescimus: sed quicquid cogitantibus occurrit, abijcimus, respuimus, ĩprobam⁹, nõ hoc esse quod quærimus nouimus, quãuis illud nondum quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam (ut ita dicam) docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Nos nescimus quid oremus sicut oportet, sed ipse spũs postulat pro nobis .i. postulãtes nos facit, *gemitibus inenarrabilibus.* Postulare enim nos facit, inspirans nobis desiderium etiam adhuc incognitæ tãtę rei, quam per patientiã expectamus. Et facit postulare gemitibus inenarrabilibus. Qũo .n. narretur, qñ desideratur quod ignorať? Quod utiq; si omnimodo ignoraretur, non desideraretur. Et rursus si uideretur, non desideraret, nec gemitib⁹ q̃reret. Minor uero est q postulat, q̃ q postulatur. Qũo ergo spũs postulare dicit, qui minor nõ est? Indigẽtis .n. certissimũ indicium est, postulare gemitibus. Nullius aũt rei esse indigẽtem, fas est, credere spiritum sanctũ. Sed iuxta qđ p̃misimus ipse postulat, qui ad postulandũ eos quos repleuerit, inflãmat. Et ipse dicit gemere, eo qđ nos gemere faciat desiderio futuræ beatitudinis. Ita .n. dictũ est postulat, qa postulare nos efficit, nobisq; postulandi & gemẽdi inspirat affectũ, sicut illud in euangelio: Non .n. uos estis qui loquimini, sed spũs patris uestri qui loqtur in uobis. Neq; enĩ & hoc ita fit de nobis tanq̃ nihil facientibus nobis. Adiutoriũ igitur spiritus sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit. Vsitati .n. sunt tales locutionum modi, qñ per efficientem significatur id quod efficitur: sicut frigus pigrum dicimus, qa pigros facit: & diem tristem uel lætum, qa tristes uel lætos facit. Sic & dñs Abrahæ dixit, Nũc cognoui quod timeas Deum .i. nũc ut cognosceres feci. Secundum quam locutionem ipse qui est Dei sapiẽtia, dixit se nescire diem uel horam finis seculi. Quid .n. põt esse, quod ipse nesciret? Sed quia hoc utiliť discipulis occultabat, nescientem se esse dixit, quia illos nesciẽtes occultando faciebat. Secundũ hanc figuram & patrem solum scire dixit ipsum diem, quia eundem filium scire faceret. Eodem locutionis modo & spiritus sanctus postulare uel gemere dicitur, quia eos in quibus habitat, postulantes & gemẽtes facit. Vel appellatione spiritus sancti designatur charitas, quæ per spiritũ sanctum diffusa est in cordib⁹ nostris. Sanctus ergo spiritus interpellat & pro nobis gemit .i. charitas interpellat, charitas postulat, charitas gemit, charitas orat. Contra hãc aures claudere non nouit qui illam dedit, sed *qui scrutatur corda* .i. Deus, qui in occulto cogitationis suæ omnia cordium arcana uidet, *scit quid desideret spiritus* .i. approbat & implet hoc quod spiritus facit nos desiderare, *quia secũdum Deum.* id est, scđm Dei uoluntatem, *postulat pro sanctis* .i. postulare sanctos facit p seipsis uel spũs .i. charitas secũdum Deum postulat pro sanctis, qa nihil petit charitas, nisi quod Deo gratũ est, & ideo ipse scit .i. approbat desiderium seu petitionem eius.

D

*Scimus aũt quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ, his qui secundũ propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & magnificauit.*

Dum patimur aduersa, nescimus sicut oportet quid orare debeamus. Sed hoc pro certo *Scimus, quia diligenti-*

C *bus Deum*, ita ut ipsam dilectionẽ ope-ribus probent, *omnia* uel aduersa uel prospera *cooperantur*, id est, simul fiũt *in bonum*. Passiuam enim significatio-nem hoc loco habet quod dictũ est, cooperantur. Et dilectoribus Dei omnia cooperantur, id est, simul fiunt cuncta in bonũ: quia in bonum uertuntur illis omnia quæcunq; ipsis accidunt, non solum illa quæ appetuntur, ut suauia: sed etiam illa quę uitantur ut molesta. Vsqueadeo prorsus omnia, ut etiã siqui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis proficiat in bonũ, quia humiliores redeunt atq; doctiores, & robustius atq; cautius post insistũt bonis actibus. Vel diligentib⁹ Deũ oĩa cooperatur ipse Deus in bonum siue spiritus sanctus, de quo supradictum est, qui & Deus est. Cooperatur enim Deus, id est, cum electis suis operatur dum illi agunt, & ipse cum eis. Et ita cooperatur eis, ut omnia uertat in bonũ & utilitatem eorũ. Sed q̃a nõnulli diligunt Deum, & in eo bono quod cœperunt, non permanent usq; in finem, mox determinando subditur: *his qui secundum propositum uocati sunt sancti*. Hi. n. in eo quòd diligunt Deum, permanẽt usq; in finem: et qui ad tempus inde deuiãt, reuertuntur, ut usq; in finem perducant, qd' in bono esse cœperũt. Nam scd̃m propositum occultissimę iustitiæ bonitatisq́; suę Deus quos prædestinauit, ipsos uocat & iustificat et glorificat. Proposuit. n. Deus illos ad uitam uenire, cuius propositum mutari nõ potest. Secundũ hoc propositum, non scd̃m suum meritũ uocati sunt à Deo per prædicatores ut sancti sint. Et uero scd̃m Dei propositum, nam quos præsciuit &c. Ordo est: *Nam quos præsciuit conformes fieri imaginis filij*. i. imitatores futuros Christi, *etiã prædestinauit illos hoc fore, ita ut sit ipse primogenitus in multis fratribus*, id est, primatum habens in collegio sanctorũ D & iure hæreditatem patris obtinẽs, alijsq́; fratribus dispertiens. Secundum ꝓpositum sunt uocati. i. quod uocati sunt, non aliunde est q̃ à præordinatione Dei. Nã Deus quos ab æterno præsciuit fieri conformes filij sui, etiam prædestinauit. i. per appositam gratiam præparauit illos, ut uerbo ꝓdicationis crederent. Prædestinatio est gratiæ pręparatio, quę sine præscientia non potest esse, põt autem sine prædestinationẽ pręscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præsciuit quæ fuerat ipse facturus. Vnde dictũ est: Fecit q̃ futura sunt. Præscire autem potest etiam quæ ipse non facit, sicut quęcunq; peccata. Quocirca prædestinatio Dei quæ in bono est, gratię (ut dixi) præparatio est. Gratia uero est ipsius prędestinationis effectus. Hæc est prædestinatio sanctorum, præscientia. s. & præparatio beneficiorũ Dei, de quibus certissime liberantur quicunq; liberãtur. Ex his. n. qui ꝓdestinati sunt, nullus cũ diabolo perit, nullus usq; ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Horum. n. si quisquam perit, fallitur Deus. Sed nemo eorũ perit, quia falli non potest qui prędestinauit eos. Quod autem ait, prædestinatos conformes fieri imaginis filij Dei, potest scd̃m interiorẽ hominem intelligi, ut in mente conformemur illi. Potest & sic accipi, ut quemadmodũ nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur conformes ĩmortalitate. Secundum hãc imaginem filij, cui per ĩmortalitatem cõformamur in corpore, etiã illud agimus quod item dicit apostolus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de cœlo est: ur. s. 1. Cor. 15. qui scd̃m Adam mortales fuimus, scd̃m Christum ĩmortales nos futuros fide uera & spe certa firmaq́; teneamus. Sic. n. nunc eandem imaginem

A nem portare possumus nondum in uisione, sed in fide: nõdum in re, sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebatur Apostolus, cum hæc diceret. deinde, *ut sit*, inquit, *ipse primogenitus in multis fratribus*. Secundum id quod unigenitus est, nõ habet fratres: secũdum id autem quod primogenitus est, fratres uocare dignatus est omnes, qui post eius & per eius primatum in Dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum. Primogenitus enim dicitur respectu fratrum cõsequentium in id quo ipse præcessit. Vnde & alio loco primogenitum eum à mortuis dicit, ut sit ipse primatum tenẽs: quia resurrectio mortuorum, ut iam non moriantur, ante illum nulla: post illum autem, multorum sanctorum est. Dixi quia quos præsciuit, & prędestinauit, *quos autem prædestinauit, hos & uocauit*. Hîc subaudire debemus, secũdum propositum. Sunt enim & alij uocati, sed non electi, ac per hoc nõ secũdum propositum uocati. *& quos uocauit*, hoc est, secundum ꝓpositum, *hos & iustificauit*. Quomodo si aliquis imperator disponeret aliquem infirmum sublimare ad consulatum, & daret illi sumptus quibus se præpararet idoneum, & ornaret ut digne promoueri posset ad tantum honorem: ita Deus illis quos prædestinauit ad uitam, dat uirtutum & bonorum operũ gradus, per quos ad tantam sublimitatem possint erigi. Vocat enim illos & iustificat & magnificat. Et hæc sua dona quibuscunq; ipse donauit, proculdubio se daturum esse pręsciuit, & in sua pręscientia præparauit. Quos ergo prædestinauit, ipsos & uocauit uocatione illa de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei. Nam in sua quæ falli mutariq; non potest, præscientia opera sua disponere, id omnino nec aliud qcq̃ est præ-

B destinare. Non ergo alios, sed quos prædestinauit, ipsos & uocauit: nec alios, sed quos ita uocauit, ipsos & iustificauit: nec alios, *sed quos prædestinauit & uocauit & iustificauit, illos & magnificauit* siue glorificauit. Prædestinatio nostra nõ in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius præscientia. Tria uero reliqua in nobis fiunt, uocatio & iustificatio & magnificatio. Vocamur prædicatione pœnitentiæ, iustificamur innouatione misericordię & timore iudicij, magnificamur profectu uirtutum, siue glorificamur æterna beatitudine. Ista omnia iam facta sunt, prædestinauit, præsciuit, uocauit, iustificauit, magnificauit: quoniam omnes iam præsciti ac prædestinati sunt, & multi iam uocati atque iustificati et magnificati sunt, quãuis adhuc usq; in finem seculi multi uocandi & iustificandi sint atque magnificandi. Verba tamen pręteriti temporis, posita sunt de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit Deus, quæ iam ut fierent, ex ęternitate disposuit qui fecit quæ futura sunt. Quicunq; ergo Iudæi prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati uocati, iustificati, magnificati, uel glorificati sunt: non dico etiam nondum renati, sed etiam non nati, iam filij Dei sunt, & oĩno perire non possunt. Talibus ipse Deus omnia cooperatur in bonum.

*Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quõ non etiam cum illo omnia nobis donauit?*

Quoniam qdem Deus tot & tanta beneficia nobis contulit, non pro meritis nostris, sed ꝓ gratia, *ergo quid dicemus ad hæc* tam magna eius dona? uidelicet dicemus ulterius, quòd aliquid à nobis habeamus? Non, sed omnia gratiæ Dei ascribemus. Etsi Deus gratuito munere suo tanta nobis cõfert, quis poterit nobis quic-

C quam horum auferre? uel quis potest eius uolũtati resistere, qui nos ad gloriam præordinauit perducere? *Si Deus pro nobis, quis cõtra nos erit?* Deus pro nobis ut pdestinaret nos, Deus pro nobis ut magnificaret siue glorificaret nos. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Si Deus in his omnib⁹ pro nobis est, qui nobis uult aduersari, paret se, si põt bellare aduersus Deum. Non enim lædit nos, nisi qui Deum uincit. Et quis est qui uincit omnipotentem? Quicunq; reluctari uoluerit, sibi nocet. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Etiam si totus mundus cõtra nos insurgat, & omni genere tormentorũ in nos sæuiat, quid totus mundus, quãdo pro nobis est per quem factus est mũdus? Quid est omnis qui Deo nititur resistere paranti nos ad regnum perducere? *Qui etiam filio proprio*, id est, nõ adoptiuo, sed naturali & consubstantiali *non pepercit, sed pro nobis omnibus*, id est, pro nostrum omnium salute, *tradidit illum*, id est, exposuit in mortẽ. Et qui illud quod maius est, dedit nobis, id est, filium, etiam illud quod minus est, dabit nobis, id est, regnum suũ. Nam qui filium dedit, quomodo aliquid negare potuit? *Quomodo non etiam omnia donauit nobis cum illo?* Vbi enim dedit nobis illum in quo omnia bona sunt, ibi cum illo omnia nobis utilia dedit, id est, fidem, remissionem peccatorum, perfectionem uirtutũ, diuersa dona sancti spiritus, & in futuro seculo beatitudinẽ sempiternã. Et tũc qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habens uitium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec cõtra quod saltem laudabiliter dimicet pacatissima uirtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quàm speciosa, quàm certa scientia, sine errore aliquo uel labore, ubi Dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate, sine difficultate? Quale erit corpus, quod omnimodo spiritui subditum, & eo sufficienter uiuificatum, nullis alimoniis indigebit? Non enim animale, sed spiritale erit, habens quidem carnis, sed sine ulla carnali corruptione, substãtiam. Cum enim beatitudinẽ illam obtinuerimus, tunc habebimus omnia. Nostra quippe erunt ad uiuendum superiora, nostra erunt ad conuiuendum æqualia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Sic enim habẽtur ibi omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum. D

*Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condẽnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui etiam interpellat pro nobis?*

Vere salutem & omnia bona cum Christo Deus nobis donauit, & habebimus illa. Nam quia nos accusabit, ut faciat nos his priuari? Quis aduersus, id est, qs contrarius accusabit electos Dei, quos secundũ immutabile propositum uocauit? Vel *quis accusabit*, id est, quis accusationem deferet *aduersus electos Dei*? Nullius accusatio nocere illis poterit. Diabolus qdem nititur eos accusare. Sed quis est diabolus, uel quę eius accusatio aduersus eos quos De⁹ eligit? eius accusatio contra eos non ualet. Quis ergo accusabit eos? *Deus*? Non, quia ipse *iustificat* eos. Et repugnans est, ut quos iustificat, illos accuset. Deus non uult illos accusare, alius non potest. Et cum nullus accuset, *quis est qui condemnet* eos? Nullus. Nam cõdemnabit eos *Iesus Christus*? Nequaquam rex Saluator condẽnabit eos, *qui mortuus est*, ut ipsi uiuãt. Dico mortuus est, ut nos peccato moriamur: immo ut maius beneficium designem, dico qa etiam *resurrexit*, ut nos cum eo resurgamus, & primæ resurrectionis participes simus. Qui & in cœlum sublimatus *est ad dexteram Dei*, ut nos post se eleuet, & dexte

D ram partem, quæ perpetuam beatitudinem designat, tenere faciat. Potēs est subuenire suis, quia est ad dexteram Dei, id est, omni creaturę pręlatus, & in honore positus in quo pater est, *qui etiam interpellat pro nobis*, quia
1.Ioan.2. hunc habemus apud patrem aduocatum & intercessorem. Vnigenitū enim filium pro hominibus īterpellare, est apud coæternum patrem, se ipsum hominem demōstrare: eumq́ pro humana natura rogasse, est eandem naturam in diuinitatis suæ celsitudinem suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dominus nō uoce, sed miseratione: quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberauit.

*Quis ergo nos sepabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum*
Psal.43. *est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.*

Quandoquidem Christus pro nobis mortem pertulit, & adhuc interpellat pro nobis, *ergo quis separabit nos à charitate Christi?* id est, quis poterit separare nos ab amore quo diligimus Christum? Nullus hoc facere poterit. Nā faciet hoc *tribulatio?* id est, corporis afflictio. Nequaquam. *an angustia*, id est, mentis anxietas hoc facere poterit, ut non diligamus Christum? Minime. *an persecutio*, id est, de loco ad locum expulsio, separabit nos à Christi dilectione? Non. Etsi omnimodam tribulationem sustineamus, etsi animi angustia torqueamur, etsi nos aduersarij per diuersa loca persequantur, nunquam à Christi amore diuelli poterimus. *an* nos ab eo *fames* separabit, id est, desiderium comedēdi sine abundantia cibi? Absit. *an nuditas*, id est, penuria uestis hoc faciet? Nequaquam. *an periculum*, id est, apparatus mortis nos diuidet à Christo? *an gladius*, id est, ipsa mors gladio facta ualebit hoc facere? Nequaquam. per hæc septem designantur uniuersa quæ nos in hoc seculo possunt affligere, quia septenarius uniuersitatem solet exprimere. Sed nullum horum poterit nos ab amore Christi separare, si electi sumus. Et hoc dico *sicut scriptum est* de nobis, ubi uox nostra exprimitur, dicens Christo: *Quia propter te mortificamur* quoniam à te separari non possumus. Non propter crimen, non propter humanum fauorem, sed propter te mortificamur. Hæc est causa martyrum. Propter te à quo nolumus separari, mortificamur, id est, uarijs pœnis afficimur. *tota die*, id est, toto tempore illuminationis nostræ, ex quo de tenebris ad lucem uenimus. *Aestimati enim sumus* ab aduersarijs nostris *sicut oues occisionis*, id est, existimant nos sine respectu misericordię debere occidi, cum nec resistamus eis, sed in simplicitate & mansuetudine nostra innocenter mori simus parati. Hæc omnia ꝓ Christo patimur, nec ab his superamur, *sed in omnibus his superamus*, id est, superiores & uictores efficimur, non propter nostras uires, sed *propter eum qui dilexit nos*, quia dum in illius amore pendemus, sensum doloris non recipimus. Illius enim charitas qua nos dilexit, & nostrum ad se affectū rapuit, cruciatum corporis & dolorem sentire nos non sinit.

*Certus sum enim quia neq; mors, neque uita, neq; angeli, neq; principatus, neque uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.*

Vere nihil nos separabit à charitate ✱Dei, nam inde certus sum. Non al.Christi. opinor, sed *certus sum*, id est, pro certo & constanti firmiter teneo, quod *neque mors* ulla, *neq; uita* temporalis promissa, nec aliquid eorum quæ subduntur, poterit nos separare ab amore Christi. Nemo nos separabit in-

C de minando mortem, quia id ipsum quod diligimus Deum, mori nō potest. Nemo inde separat nos pollicendo uitam, nemo enim ab ipso fonte separat aquam pollicendo. Non separat inde qui minatur mortem, quia qui credit in Christum, licet moriatur, uiuit. Neque qui pollicetur uitam, quia Christus uitam dat æternam. Et ideo temporalis uitæ pollicitatio, æternæ comparatione contemnenda est. *Neque angeli* separant inde, siue boni siue mali, quia etiam si boni angeli dicerent ut Christum non amaremus, quod nunquam dicent, non eis acquiesceremus. Licet,
Galat. 1. inquit, angelus de cœlo euangelizet uobis prẹter id quod accepistis, anathêma sit. Non igitur angelus aliquis inde separat, quia non est angelus, cum inhæremus Deo, nostra mente potentior. *Neque principatus*, id est, illi angeli qui habent principatum super alios, siue bonos, siue malos. In utrisque enim præeminēt alij alijs. Et dominus contrarios principatus expoliauit, triumphans illos in semetipso. Boni uero principatus nunquam nos ab illo separare uolent, quorum maximum studiū est, subiectos ad eum reducere. Nec etiam *uirtutes* inde separant, id est, adhuc sublimiores angelicæ fortitudines: quia si bonæ sunt, fauent nobis ut coniungamur Deo, si uero malæ, reprimuntur ab eo. Enumeratis omnibus aduersis quæ in terra sunt, ascendit in cœlum: & ostendere uolens quia parum est si cōtemnat terrena supplicia propter Christū, adiungit etiam hoc, quia neque angeli, neque principatus, neque uirtutes &c. Quod autem dicit, tale est: Non solum homines abstrahere me non possunt ab amore Christi, sed ne angeli quidem, neq; omnes simul cœlorum uirtutes, si conueniant in unum, nec si à regno decedere me necesse sit, aut etiam in gehennam trudi pro Christo. Quod enim ait, altitudo & ꝓfundum, & uita & mors, regnum cœlorum & gehennam designare uidetur. Hęc autem dicit, nō ꝙ angeli affectare possint aliquando eum à Christo separare, sed etiā ea quæ impossibilia sunt, fieri posse dicit magis, ꝙ se à Christi amore seiungi, ut per hæc quanta in eo uis esset Dei charitatis ostenderet. D *Neque instantia* aduersa separant nos inde. hæc enim leuiora eo sentimus, quo ei, à quo nos separare moliuntur, arctius inhæremus. *Neq; futura*, id est, futurorum promissio, separat inde: quia quicquid boni futurum est, certius ꝓmittit Deus: & nihil est ipso Deo melius, qui iam ꝑfecto bene sibi inhærentibus præsens est. Neq; instantia, id est, aliqua īminentia prẹsentialiter aduersa uel prospera, neq; futura bona uel mala sepant nos à Christo, hoc est, nec præsentia nec futura tpalia, quæ uel delectant, uel premunt, uel spem dant, uel timorē incutiunt. *Neque fortitudo* alicuius fortiter nobis uiolentiam inferentis separat inde: quia ille cui inhęremus, fortior est omnibus. *Neq; altitudo*, id est, siquis nos in altum leuauerit ut durius prẹcipitet. *Neque profundum*, id est, siquis nos in profundum maris demerserit, aut in imum carceris deposuerit. Siue altitudo, id est, sublimitas mundani honoris promissa: & ꝓfundum, id est, ultima deiectio extremæ calamitatis, quæ in hoc mundo perferri potest, cōminata. Vel altitudo & ꝓfundum. i. sublimitas eloquentiæ secularis, et ꝓfunda perscrutatio naturalium rerum. Siue etiam altitudo & ꝓfundum. i. inanis curiositas eaꝝ rerum, quę uel in cœlo uel in abysso sunt aut esse putātur. Sed quocunq; modo sublimitas & profundum intelligatur, nō poterit nos ab amore Christi separare. *Neq; crea-*

A *tura alia*, id est, creatura uisibilis: quia & nos (hoc est anima) sumus quidem creatura, sed inuisibilis. Et ideo alia creatura. i. diuersa ab iteriori homine nostro, quo Christum diligimus, nō nos ab amore eius diuidet: q̃a amor corporꝫ qui per creaturam aliam exprimitur, nō hoc faciet. Vel alia creatura melius intelligitur de his dici, quæ nō sunt. Et ea ergo quę non sunt cōmemorat, ut ostendat, quia etiam si essent ea quæ nō sunt, se tamen mouere à ꝓposito aut mutare nō possent. Certus sum, inquit, quia nihil horꝫ quæ enumeraui, *poterit nos separare à charitate Dei* qui omnibꝰ melior est, & tot tãtaq; beneficia nobis contulit. *quæ* charitas est nobis *in Christo Iesu domino nostro*, quia nobis charitatem suam in Xp̃o pater ostẽdit, quem pro nobis tradidit: & nemo patrem diligere potest, nisi Christum dilexerit.

CAPVT IX.

*Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secũdum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria & testamentum & legislatio & obsequium & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.*

Modo nihil potest me & alios electos à Christo separare, sed olim fui ab eo separatus & optabam semper esse alienatus. unde nũc doleo, sicq; mala uertũtur in bonũ. *Nam ueritatem dico, &c.* Vel ita continuatur: Certus sum ꝙ nihil poterit nos ab amore Christi separare, cum ex supradictis beneficijs, quia nos præsciuit & prędestinauit et uocauit & iustificauit: tum ex hoc quòd cum essem persecutor ecclesiæ Dei, nullo modo potui fideles ab eius charitate dimouere quos ab eius amore in tantum laboraui diuellere, ut modo multum inde doleam, quòd tantam crudelitatem in eos exercuerim. Nam ego existens *in Christo*, id est, in corpore Christi *dico uobis ueritatem* ita puram, quòd *non mentior*, sicut nonnulli qui dum uera loquuntur, intermiscent falsa, & quia nonnulli uera loqui uidentur, qui non ita habent in corde, adiungo me ueritatem ore proferre, *testimonium perhibente mihi conscientia mea*, quia etsi uos non creditis, mea tamen conscientia mihi testis est, quia uerum dico: & testatur hoc non in sua authoritate, sed in spiritu sancto, qui facit eam hoc testari: De hoc dico tam firmam ueritatem, *quia tristitia est mihi* non exigua, sed *magna*, *& dolor* non horarius, sed *continuus cordi meo*. Et cur est mihi nunc tanta tristitia, & tam longus animi dolor? Inde scilicet quia *ego ipse* qui modo sum tantus apostolus, ante fidem nō solum uolebam, sed & *optabam esse anathema*, id est, alienatio aliorum à *Christo* ut alienatos & diuisos uel separatos à Christo facerem illos. Et hoc optabam *pro fratribus meis*, id est, ꝓ Iudæis, qui mei sunt fratres in lege, quorum legem uolebam defendere, *qui sunt cognati mei secundũ carnem*, & ideo amplius iuuandi erant, quia omnium commoda quærere debemus, sed maximè consanguineorum. Sed ego male iuuabam eos, quia impediebam illos, ne in Christum crederent. *Qui sunt Israelitæ*, id est, de genere Israel descendentes. Vel aliter: Affectũ suum erga Iudæos ostendit Apostolus, dicens & iuramento cõfirmans se eorum causa plurimum contristari, quòd Christo credere noluerũt, qui ei fuerat repromissus, & ad eos uenit missus. Tristitia, inquit, est mihi non leuis, sed magna, & dolor continuus cordi meo, non qui ad horam pungat & transeat, sed qui iugiter B

C maneat. Doleo genus meum benefi cio Christi priuari. Optabam enim, id est, iandudum optare cœpi ego ipse esse anathêma, id est, alienatus à Christo pro fratribus meis Iudæis, ut ipsi adhærerēt Christo: optabam perire, ut illi saluarentur. Iuxta hūc sensum & beatus Micheas, cū multa mala Iudæis uentura ꝓphetaret, ait: Vtinam non essem uir habēs spiritum, & mendacium potius loquerer. Amore enim gentis suę uoluit se alienum esse à spiritu sancto & falsi loquum, dummodo plagas illas & captiuitates & exitia, quæ ipse sua uaticinatione prædixerat, plebs Iudaica euaderet. Scut ergo Micheas à spiritu sancto alienus fieri uoluit prę amore plebis suę, ita Paulus anathêma, id est, alien⁹ optauit fieri præ nimietate dilectionis fratrum suorum. Par est enim, alienum esse à spiritu sancto, & alienum à Christo. Moyses quoq; pro eodē populo mirabiliter intercessit, obijciens semet ipsum pro eis, dicens: Si dimittis eis peccatum, dimitte: si autem nō uis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Vbi demonstratum est, intercessio sanctorum quātum pro illis ualeat apud Deū. Securus enim Moyses de iustitia Dei qua eum delere non posset, impetrauit misericordiam, ne illos quos iuste posset, deleret. Intercessit ergo paratior deleri ꝓ ipsis quàm ipsos, sciens apud misericordiam se id agere, quæ quoniam nullo modo deleret ipsum, etiam illis parceret propter ipsum. Sed si cōsideremus Moysis uocem itercedentis, perspiciemus eundem & Moysis et Pauli erga creditū sibi gregem affectum, Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus. Et hoc ipsum est dicere, optabā anathêma esse à Christo: & dele me de libro quem scripsisti. Qui enim deletur de libro Dei, anathêma fit à Deo. Simulq; cernamus Apostolum, quantæ charitatis in Christo sit, ut pro illo cupiat mori et solus perire, dummodo omne in illum credat hominum genus. Perire autem nō in perpetuum, sed impræsentiarum. Vult perire in carne, ut alij saluētur in spiritu suum sanguinē fundere, ut multorum animæ conseruentur. Anathêma enim interdum occisionē sonat, sicut & hoc loco. Optat ergo pro salute fratrum anathêma esse, imitari uolens dominum, qui & ipse cum non esset maledictio, pro nobis factus est maledictio. Scriptum enim de illo fuit: Maledictus à Deo q pendet in ligno. Et sicut Xp̄s fuit maledictus à Deo, sic Apostolus anathêma à Christo. Hoc est enim hîc anathêma, quod ibi maledictus: & hoc est hîc à Christo, qđ ibi à Deo. Christus enim in cruce pendens fuit maledictus. i. morti addictus à patre, et Paulus in passione martyrij fuit anathêma à Christo. i. alienatus atq; priuatus uita, uolente Christo. Optabā enim anathêma esse à Christo ꝓ fratribus meis, ut illi non essent à Christo alieni, qui sunt cognati mei non secundum spiritum, sed secundum carnem, qa in spiritu sunt à me alieni. affectum suum (ut diximus) circa illos ostēdit, & multa de illis pręconia enumerat, ut omnibus (id est, ad quos pertinet antiquitus electio filiorꝫ) pro illis dolorem incutiat, qa tanto peiores sunt etiam gentibus. *Quorum*, inqt, *est adoptio filiorum*, de quibus quondam dominus loquebat. Filius meus primogenitus Israel. & Filios enutriui & exaltaui. & quorum *gloria* ut de cunctis gentibus eligerētur in peculiarem populū Dei. & quorꝫ *testamenta* unum in litera, alterum in spiritu: ut qui prius in carne seruierant ceremonijs legis abolitis, postea seruirent in spiritu mandatis euāgelij sempiterni. Testamen D

Mich. 2.
Exo. 32.
Ioan. 10.
Deute. 21.
Galat. 3.
Exo. 4.
Esa. 1.

A ta enim ad illos pręcipue pertinent, quia & uetus testamentum illis est datum, et nouum in ueteri figuratū. & quorum est *legislatio*, id est, ueteris ac noui testamenti datio, qa in ueteri datum est eis & nouum. Vel legislatio, id est, Mosaicæ legis datio. & quorum est *obsequium*, id est, executio mādatorū cœlestium & cultus Dei. et quorum sunt *promissa* diuina, ut qc quid promissum est patribus, compleatur filijs, nisi culpa eorum obstiterit. Multæ enim de Christo ꝓmissiones factæ sunt patribus eorum. *quorum patres* sunt illi nominatissimi, quos uetus scriptura laudat, & qđ maius est omnibus, *ex quibus est Christus secundum carnem* de Maria uirgine natus. Quorum patres, ecce laus à prioribus: et ex qbus Christus, ecce laus à posteriorib⁹. Ex eis, id est, ex genere eorum, est Christus secundū carnem, *qui* factus est ex semine Dauid secundum carnem, sed ex natura suæ diuinitatis, in qua est ęqualis patri, *est*, ipse *super omnia Deus benedictus in secula, amen*. Per hoc enim qđ Deus super omnia dicitur, Deus naturaliter esse ostendit. Deus enim aliquando nuncupatiue, aliquando uero essentialiter dicitur. Nuncupatiue, sicut Moysi dictum est: Ecce cōstitui te Deum Pharaonis. Essentialiter sicut ait, Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob. Qui uero nuncupatiue dicitur Deus, inter omnia: qui autem essentialiter dicit Deus, super omnia est. Vt ergo Paulus ostenderet Christum naturaliter Deum, non hunc Deum tantummodo, sed super omnia Deum memorauit. Quia & electus quisq;, sicut pręmisimus, uel in exemplo pręrogādo positus, dici Deus potest, sed inter oīa, qm̄ nuncupatiue: Christus aūt Deus sup omnia, qa naturalr̄ Deus. Et hoc Amen. i. uere. Et ꝓpterea est dolor cordis Apostolo, qa iste tātus

Exo. 7.

B ac talis non recipit à Iudæis de quorum stirpe generatus est. Et in qbus tanta fuerunt bona, dolet cur tanta nūc mala sint. Nihilominus tamen laudat iudicij ueritatem, ne sentētia Dei in propinquos & fratres suos displicere uideat, & uel austera esse uel nimia. Nam subdit.

*Non autem quòd exciderit uerbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen. Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimātur in semine promissionis enim uerbum hoc est, Secundū hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius.*

Doleo, inquit, de perditione istorum, sed *non* ideo *quòd exciderit uerbū Dei*, id est, nō propterea quòd euanuerit ꝓmissio Dei, qui semen Abrahæ saluari promisit. Non ab hoc tantum contristor quòd exciderit uerbum Dei, quia non excidit, non irritum est deductum, sed ratum & stabile manet, licet quidam illorum nō crediderint, quia uerbum promissionis non est factum Iudæis tantum, sed electis. *Non enim oēs qui* sunt *ex Israel*, id est, ex carnali stirpe Iacob, *hi sunt Israelitæ*, id est, per meritum fidei & iustitiæ in Israelitica sorte numerandi: neque quia semen sunt Abrahæ secundum carnē, idcirco omnes filij sunt. Multi enim ex eo carnaliter procreati sunt, qui nō censentur eius filij, sicut omnes quos Cethura pepit uel filius Agar. Itaq; uerbum Dei excidere, esset promissa non impleri. Sed uolens Apostolus ostendere qa non excidit uerbum diuinæ promissionis, non enim omnes, inquit, qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: *neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen*. hîc enim declarat illos, qui non crediderunt, non esse Israelitas uel filios Abrahæ, nec Deum promisisse uel decreuisse illos fore saluandos. Et ideo incipit ratiocinari, quare alto & iusto iudicio Dei, repulsis

A tum aliquis eligitur, sed sola gratia. Vel neque diceret quod Ismael ex ancilla concubina genitus non debuit hæres fieri, sed Isaac ex libera uxore natus, quod. s. ille per indignitatem matris sit hæreditate priuatus, & iste non per Dei gratiam, sed per matris meritũ & dignitatem sit hæres effectus, proponit apostolus exemplum de alijs duobus. i. de Esau & Iacob, in quibus unum fuit meritũ patris & matris, et ex quibus alter reprobatus est, alter uero sola gratia electus. Et hi duo sicut duo filij Abrahæ tenuerunt figuram reprobandorum et saluandorum. Diximus quod Rebecca geminos in utero portãs accepit diuinitus promissionem, in qua declaratum est quod alter eorum reprobandus esset, & alter eligendus. Nam dictum est ei, quia maior seruiet minori. Et tũc facta est hæc promissio, quando nec boni nec mali quicquam adhuc fecerãt filij. *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni uel mali*, quia & in utero uideri possent aliquid meruisse luctando, dictũ est ei. i. matri, quia maior seruiet minori. Ideo tunc dictũ est, *ut propositum*. i. præfinitio uel præordinatio Dei, *maneret*. i. impleretur & rata cõstaret *secundum electionem*. i. secundum gratiam qua eligit quos eligit. Et dictum est, *non ex operibus* patris uel matris, nec ex futuris operibus filiorum, *sed ex uocante*. i. ex Deo qui per gratiam uocabat Iacob. Nam si futura opera uel bona huius uel mala illius, quæ Deus utique præsciebat, uellet apostolus intelligi, nequaquam diceret, non ex operibus, sed diceret, ex futuris operibus, *dictum est ei*, inquit, *quia maior*. i. Esau qui erat primogenitus, *seruiet minori*. i. Iacob. Hîc iam seruitus unius & libertas alterius prænunciata est. Et utique seruitus actionem iniquitatis hoc loco designat, libertas uero actionem iustitiæ. Nam si ad corpoream seruitutem respiciamus, magis uidebitur

Gene. 25.

B Iacob illi seruisse, quam ipse Iacob. Iacob quippe de Mesopotamia rediens, obtulit ei multa munera, & dñm eũ uocauit, & humiliter adorauit. Quõ igitur seruiuit ei Esau, nisi affligendo eum & premendo ac persequendo? Vnde Salomon ait. Qui stultus est, seruiet sapienti. Quia cõtra sapiẽtis uitam dum stultus præminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumelijs lacerat, profecto hunc ab omni uitiorũ rubigine urendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando seruit, quem ad meliorem statum premendo prouehit. Et iuxta hunc modum Esau fratri suo seruiuit. Secundum literam autem Esau. i. populus Idumæorum, qui de Esau descendit, seruiuit minori. i. subditus fuit populo Iudaico. Allegorice uero Esau. i. populus Iudæorum qui fuit primo genitus, seruiuit minori. i. populo christianorum qui secutus est. In qua sententia beatus apostolus etiam testimonium Malachiæ longe posterioris assumpsit, ut intelligeremus hoc apertum postea per prophetã, quod antequam illi nascerentur, erant Iudæi prædestinatione per gratiam: Ita, inquit, dictum est quia maior seruiet minori, *sicut scriptum est*. i. sicut in Genesi legitur, & sicut Malachias lõge post de hac re antiquum Dei consilium declarauit, dicentis: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Hoc. n. quod dicitur, sicut scriptum est, & ad librũ Genesis & ad scripturã Malachiæ refert. Quid uero Deus diligebat in Iacob antequam fecisset aliquid boni, nisi gratuitũ misericordiæ suæ donum? Quid autem oderat in Esau antequã natus fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam nec in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturam, quã bonam ipse fecerat. Nam antequam nascerẽtur, nihil boni uel mali fecerãt. Quo di-

Prouer. 11.

Malac. 1.

C cto declaratur quia nec in utero pec cauerunt aut iustitiam fecerunt, nec in cœlo animæ ipsorum ante corporum societatem conuersatæ sunt secundum fabulas gentilium. Nam si animæ illorum in cœlo fuissent ante quam corporibus sociarentur, fecissent utiq; ibi aliquid boni uel mali. Sed nihil fecerant. Vnde patet nec illorũ aĩas in cœlo unquã ante natiuitatẽ fuisse. Nihil egerant, & quãtum ad originale peccatũ attinet, ambo pares erant: quantum autem ad proprium ullius eorum, nullum erat. Et tamen unus eorum eligitur, alter reprobatur. unus succedit in hęreditatem, alter exhæredat. Nõ facit Deus populum suum de Esau, sed facit de Iacob. Semen unum, diuersi qui concepti sunt: unus uterus, diuersi q nati sunt. Dum essent in utero, dictum est matri quia maior seruiet minori. & dictum, non ex operibus, sed ex uocante. i. ex eo qui uocando ad fidem gratis iustificat impium, ut secundum electionem propositũ Dei maneret, non meritum hominis anteiret. Non. n. dicit electionẽ uoluntatis humanę uel naturę, cõpar enim esset in utroq; mortis dãnationisq; conditio, sed electionem proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, sed facit. Propositũ iustificationis manet nõ scdm debiti, sed scdm gratiæ electionem, quia eligendos facit Deus, non inuenit: quia nequaq; inuenit opera bona in hoĩbus quæ eligat, sed facit ut ipsi faciant opera quæ possit eligere. Nemo autem eligitur, nisi iam distãs ab illo qui rejicitur. Et propterea electionem pręcedit iustificatio. Et tamen ex his duobus anteq; aliquid egissent, alter electus est et alter repulsus, ut ĩtelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem, cũ quo habuit cõmunem causam, uidet per iustitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni.

D *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor cui misereor, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam, et annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cui uult miseretur, & quem uult indurat.* Exo. 33. Exod. 9.

Cum rem stupendam proposuisset apostolus, quõ de nõdum natis, nec aliquid agentibus boni uel mali, recte dici potuerit, q; unum Deus dilexerit, & alterum odio habuerit, ipse sibi obiecta quæstione motum exprimẽs auditoris, *Quid ergo dicemus,* inquit, *Nunquid iniquitas,* est *apud Deum? Absit.* Vidit enim q; his auditis humana posset infirmitas uel ignorantia cogitare, & eandem quęstionem sibi proponit. Si, ingt, Esau & Iacob nec dum nati erãt, nec aliquid boni aut mali egerant, ut uel pmererent Deũ uel offenderent, & electio eorũ atq; abiectio, nõ merita singulorum, sed uoluntatem eligentis & abijcientis ostenderet, ergo quid dicemus? Nunquid iferemus q; iniquitas sit apud Deum, qui alterum eligit et alterum abijcit, cum uterq; sit æqualis meriti, imo nullius meriti? Absit, ut apud eum sit iniqtas. Et quare absit? Quia hunc per misericordiam eligit, illum per iustitiã reprobat, in quo neutro est iniquitas. Hũc per misericordiã quia ita *dicit Moysi. Miserebor*, ut credat, *cui miserebor*, ut eum uocem: *& misericordiam præstabo,* ut bene operetur, cui misertus fuero ut credat. Vel miserebor uocando, cui miserebor prædestinando: et misericordiam pręstabo uitam perennem dando, *cui miserebor* bona opera largiẽdo. Vel miserebor inspirando bonam uoluntatem, cui miserebor scdm prædestinationem: & misericordiam pręstabo scd̃m bonę uoluntatis executionem, dando

A gratiam ad omne opus bonũ peragendum, cui miserebor peccata dimittendo. In quibus uerbis docemur, ex illa massa primi hoïs, cui mors merito debetur, nõ ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinere, quod quisq; liberaт: atq; ita non esse iniquitatem apud Deũ, quia neq; remittendo, neq; exigendo quod debetur, iniustus est. Ibi.n. gratuita est indulgentia, ubi iusta posset esse uindicta, ut hinc euidentius appareret à pœna debita liberato & gratis iustificato, quantum beneficiũ conferatur, quòd alter æqualiter reus sine punientis iniquitate punitur. Nõ.n. iniquus est Deus, siue iudicium pœnale ingerat digno, siue misericordiã præstet indigno. Ambo itaq; gemini natura filij iræ nascebant, nullis quidem operibus proprijs, sed originaliter ex eodem uinculo dãnationis obstricti, sed quia dixit, Miserebor cui miserebor, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autẽ odio habuit per iudicium debitũ. Quod cum deberetur ambobus, in altero agnouit alter nõ de suis distantibus meritis sibi esse gloriãdum, quòd in eadem causa supplicium non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate. Similiter et omnis quicunq; misericordiam consequitur, de propriarũ uirtutum meritis gloriari prohibetur, dicente domino, Miserebor cui miserebor. Non.n. ait, Miserebor talibus uel talibus: sed, Cui miserebor, ut neminem pręcedẽtem bonis operibus suis misericordiam tantę uocationis meruisse demõstret. In eo autem quod addidit, & misericordiam præstabo cui miserebor, intelligendum fortasse est, quòd aut ipsius misericordiæ suę firmitatem Deus ista repetitione monstrauit, sicut Amen amen, sicut fiat fiat, sicut repetitio somnij Pharaonis, pluraq; similia: aut in utrisq; populis.i. gentibus & Hebræis, hoc modo prænunciauit misericordiam B se esse facturum. Et quandoquidem nullo præcedente merito Deus per misericordiam elegit Iacob, & sic cæteros, *igitur non uolentis neq; currentis*.i. operantis, est ut perueniat ad uitam, *sed miserentis est Dei*, qui præstat illi misericordiam. Si hoc, inquit, recipimus, ut faciat Deus quodcũq; uoluit, & absq; merito & operibus uel eligat aliquẽ uel condemnet, igitur non est uolentis neq; currentis hominis, sed miserẽtis Dei. Nõ ergo ideo misertus est Deus, quia uoluit et cucurrit Iacob, sed ideo uoluit & cucurrit Iacob, quia misertus est Deus. Paratur.n. uoluntas à domino, & à Domino gressus hominis dirigentur, et uiam eius uolet. Psal. 36. Dein quia propter Iacob dicta est Psal. 98. ista sententia generalis, nõ uolentis neq; currentis, sed miserẽtis est Dei, datur etiam exemplum de Pharaone propter id quod dictum est, Esau autem odio habui, & subditur. *Dicit enim scriptura &c.* Esau per iustitiã Deus reprobauit, quia hoc dicit scriptura, inducens Deum loquentem Pharaoni per Moysen, *quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam*. Non feci te malum sed excitaui. Malus enim eras, sed quasi sopitus. Ego autem ostendens tibi signa, & mandans ut populum meum dimitteres, excitaui te in eandem malitiã ut deterior fias. Hoc enim iustum est, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apoc. 17. Neq; hoc est inutile, quod excitatus es, sed ut in te obdurato & resistente ostendam uirtutem meã, multiplicando signa mea, & ad ultimũ te submergẽdo atq; populum meũ potenter liberando, *& annuncietur nomen meum in uniuersa terra*.i. fama & gloria nominis mei resonet ubiq; terrarum, & omnes gentes notitiam mei discant, fama uirtutis operum meorũ ubiq; diuulgata.s. quo ualida manu populum meũ eduxerim de me-

C dio inimicorum suorum, & ipsos à tergo psequẽtes in mari rubro submerserim, ut nec unus supesset. Post hæc ad utrunq; .i. ad illud quod dictum est de Iacob, & ad illud quod de Esau uel de Pharaone, concludit. Q̃nquidem, inquit, Deus sola misericordia Iacob elegit, Esau autem iuste reprobauit, uel Pharaonem excitauit in perniciem ipsius, qa utrũq; sic uoluit, *ergo cui uult miseretur, & quem uult indurat.* Miseretur utique gratuito dono, indurat autem iustissimo merito. Miseretur scd̃m gratiã quæ gratis datur, nõ meritis reddit: indurat autem scd̃m iudicium quod meritis redditur. Miseretur magna bonitate, indurat autem nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis glorief, nec dãnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redẽptoris discernit à perditis, quos in unã perditionis concreuerat massam, ab origine ducta causa cõmuniõis. Cũ ergo totus mũdus iustissime posset damnari, Deus cui uult miseretur, & quem uult indurat .i. non miseref ei, nec emollit cor eius, nec tamẽ iniusta est eius uolũtas uolẽtis alĳ misereri, alĳs q; non uolentis. Quis. n. dicat aliquem potentem iniuste agere, si ex duobus reis unũ iuste uelit interimere, & alterum misericorditer liberare? Sic & Deus in nullo potest reprehendi, siue damnet, siue misereatur. Meritum. n. misericordiæ nullũ est, meritum autem indurationis est peccatum totius massæ dãnatę. Nec indurat Deus impartiendo duritiã, sed nõ ĩpartiendo misericordiã, sicut nec digni sunt. Qđ facit æquitate occulta, ab humanis sensibus remota.

Esa. 45. & 29. Hiere. 18 *Dicis itaq; mihi. Quid adhuc queritur? Volũtati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui finxit se, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud uero in contumeliam?*

D Ex prędicta sententia prędiuidit apostolus moueri audacẽ infirmitatem eorum. s. qui scd̃m coniecturas cordis humani, inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantur, & de culpis suis se excusare nituntur, et hanc sibi ex aduerso opponens, ait: Q̃m dixi, qa Deus cui uult miseretur, & quẽ uult indurat, *itaque,* id est, ergo *dicis.* i. obĳcis *mihi. Quid adhuc queritur* Deus de nobis? Nam *uoluntati eius quis resistit?* Hoc est dicere: Quid de nobis fit querela q̃ Deũ offendamus male uiuendo, cum illius uoluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstando? Conqueritur. n. Deus sæpe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet scripturarum locos, q̃ nolunt credere & recte uiuere. Vnde et fideles ac facientes uoluntatẽ eius conuersari dicunrur sine querela, eo q̃ de illis nõ queratur scriprura. De diuersis autem queritur. Sed cur, inquiunt, queritur atq; causat nos uel bona non fecisse, uel mala fecisse, cũ in potestate illius sit & uoluntate, absq; bonis uel malis operibus uel eligere aliquem uel abĳcere, p̃sertim cum uoluntati eius humana fragilitas resistere non possit? Cur querelã faceret de peccatis hominum, cũ nequeat uitare qđ ipse uult? Sic solent carnales in uoluptatibus uiuẽtes aduersus Deum murmurare, & uoluntati eius, non suo uitio q̃ mali sunt, deputare, ualidamq; contra eum talibus uerbis calũniam parare. Quos redarguit apostolus ab hmõi p̃sumptione, & quæstionem eorum breui sermone dissoluit, dicens: *O homo, tu qui es quis respondeas Deo?* Et est sensus: Et ex eo quod respondere uis, Deo calumniam facis: & quia de scripruris tãta pergris, ut loquaris cõtra Deũ, et iustitiam uolũtaris eius inquiras, ostendis te esse liberi arbitrĳ, & posse recte agere si uolueris. Quidã au-

Luca. 1.

tem

A tem stulti putauerunt hoc loco apostolū in respōsione defecisse, & inopia reddendæ rationis repressisse cōtradictoris audaciam. Sed magnum habet pōdus quod dictum est, ô homo tu quis es & cætera: & in talib⁹ quæstionibus ad suæ capacitatis cōsiderationem reuocare hominē uerbo quidem breui, sed re ipsa magna, est redditio rationis. Si.n. hęc non capit, quis est qui respondeat? Si autem capit, magis non inuenit qd respōdeat. Videt igitur, si capit, uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice dānatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte Dei posset uituperare iustitiam: & qui liberanē, sic oportuisset liberari, ut ex pluribus non liberatis atque in condēnatione iustissima derelictis, ostēderetur qd cōmeruisset uniuersa conspersio, & quo etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eis indebita misericordia subuenisset, ut uolentium de suis meritis gloriari omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur. O homo, tu qs es qui respōdeas Deo? Quis sit ille, attēde: quis sis tu, attende. Ille Deus est, tu homo. Sed iustitiā loqui uideris tu, & fons ille iustitię siccatus est? Satis sit interim tibi ex fide adhuc uiuēti, & nondum cernenti quod perfectū est, sed ex parte scienti, nosse uel credere ꝙ neminē Deus liberet nisi gratuita misericordia, et neminem damnet nisi æquissima iustitia. Cur autē illum potius ꝙ̃ illum liberet, aut nō liberet, scrutetur qui potest, iudiciorum eius tam magnum profundū, sed caueat pręcipitium. Tu.n. homo quis es ut respondeas Deo? Respondere.n. Deo non posse conuincitur, qui homo nominatē: qa per hoc qđ de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus nō est. O homo id est, carnalis pertinens ad Adam, tu luteus, quis es. i. cuius ualentię, q B respondeas Deo. i. qui rationibus cōtra Deum agas, ꝙ iniuste eligat et reprobet: siue causas iudiciorum eius inquiras, cur istum eligat & illū reprobet. Deus per opera sua quodāmodo te īterrogat, & tu si causas & rationes operum eius ītellexeris, respondebis ei, quia consilium uoluntatis eius intelliges. Sed tu homo qs es ut hoc facias? Excede hominem, excede carnalitatem, excede mores & sensus humanos, si uis hoc attingere. Esto prius unus ex illis, de quibus dicitur, Sapientiam loquimur inter perfectos, & tūc demum recte 1. Corin. 2. & nō præpostere audies, si qua sunt de animarū meritis & de gratia uel iustitia secreta omnipotētis Dei. Peccatores.n. credere iubentur, ut à peccatis credendo purgentur. Nesciunt enim quod recte uiuēdo uisuri sunt. Quapropter cum uidere nō possint nisi recte uiuant, nec recte uiuere ualeant nisi credāt, manifestum est à fide incipiendum, ut pręcepta quibus credentes à seculo hoc auertuntur, cor mūdum faciant ubi uideri Deus possit. Ideo recte dicitur hominibus in uetustate uitæ manētibus, et propterea tenebrosum oculū animi gerentibus, ô homo tu quis es &c. Nō enim sanctos hoc loco apostolus ꝓhibuit à quærendo, de quibus ait: Spiritalis autem iudicat omnia: sed luteos atque terrenos homines, qui 1. Corin. 2. adhuc imaginem illius portant, qui primus factus est de terra terrenus: & quia ei à quo factus est, obtemperate noluit, in id lapsus est, unde factus. Talibus ergo dicitur: O homo tu quis es qui respondeas Deo? Et additur. *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti?* Vbi ostenditur quasi à simili et etiam à minori, quia Deus nihil iniuste facit, si unius miseretur & ab alio misericordiam auertit. Si, inquit, figmentum forma-

C tum in mundum usum, non potest accusare de iniustitia fictorem suũ, cum figmentum multo dignius opus sit quantum ad figulum, quàm tu homo ad Deum: tum ille qui uerus figulus, id est, creator & artifex & formator noster est, habet potestatem salua iustitia cuius uult misereri, & quem uult indurare. Sed tu quandiu figmentum es, nondũ perfectus es filius: quia nondum hausisti plenissimam gratiam, qua nobis data est potestas filios Dei fieri, ut possis audire, Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos: & tamẽ iam uis respondere Deo & nosse consilium eius. Qui si hominis tibi ęqualis cõsilium nosse uoluisses, impudenter faceres, nisi prius in amicitiam recipereris. Si ergo consilium Dei nosse uis, prius stude per meritum sanctitatis amicus eius fieri, ut non sis luteum figmentum, sed uir spiritalis. Nam ut manifestum sit, non sanctificato spiritui, sed carnali luto ista dici, mox subditur: *An non habet potestatem figulus luti, ex eadẽ massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam?* Ex quo enim in paradiso natura nostra peccauit, iam à Dei prouidẽtia nõ scd̃m cœlum, sed scd̃m terram. i. nõ secundum spiritum, sed secundum generationem mortalem formatur, & omnes ex una massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cum ergo meritum peccando amisimus, & misericordia Dei remota, nihil aliud peccantibus nisi æterna damnatio debeatur, qd sibi homo de hac massa uult, ut Deo respondeat & dicat, quare sic me fecisti? Hæc massa si esset utiq; media, ut sicut nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, non frustra uideretur iniquitas, ut ex ea fierent uasa in contumeliam. Cum uero per liberum arbitrium primi hominis in cõdemnationem uniuersa defluxerint, proculdubio quòd ex ea fiunt uasa in honorem, nõ ipsius D iustitiæ quę gratiam nulla pręcessit, sed Dei misericordiæ attribuendum est: quòd uero in contumeliam, non iniquitati Dei quæ nulla est, sed iudicio deputandum est. Qui figulus est, cum fragiles, ĩfirmos & terrenos facit. Et ex eadem massa, quæ tota in Adam perĳt, facit secundum uoluntatem suam alia uasa in honorẽ per misericordiam, alia in contumeliam per iudicium.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

*Quòd si uolens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostẽderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriã, quos et uocauit nos nõ solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam, et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictũ est eis. Non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij Dei uiui.*

Ostensum superius est, quia etsi Deus nihil boni det, non tamen iniquus est, nec potest ei homo respondere. *Quòd*, id est, sed si ipse quibusdam etiam bona dedit, quid ei respõdebis? Quid dices, si Deus bona illis impendit, scilicet cum essent apti in interitum, sustinuit eos in multa patientia, & interim dum expectaret, ostendit multis indicĳs, uel ipsos nõnunquam puniendo uel alios coràm eis, futuram iram ut sibi cauerent: & in hoc quòd sustinuit & iram ostendit, notificauit potẽtiam, quia per malos purgat bonos? Quasi dicat: Potes dicere quòd iuste subtrahit gratiam & damnat illos, qui ita expectati noluerunt resipiscere, sed hac gratia abusi sunt. *si uolens Deus ostendere*, in perditis *iram* reddendo illis uindictam, & notificare *potentiam suam*, bene utẽdo malis, quia tam potens est eius bonitas, ut bene utatur etiam malis, *sustinuit in multa patientia*, id est, diutissime patienter tolerauit *uasa iræ*, id est, homines qui pleni eius

A ira sunt: uasa dico *apta in interitum*, id est, idonea æternæ morti, si hoc fecit Deus, non est inde accusanda eius patientia, sed eorum pertinacia, qui diu expectati noluerunt conuerti. Nam ideo sustinuit eos, cum sciret non conuertendos, ut fierent inexcusabiles, & per eorum malitiam purgarentur boni. Idcirco sustinuit eos, *ut* in futuro seculo *ostenderet diuitias gloriæ suæ*, id est, largifluas opes beatitudinis æternæ, uenturas *in uasa misericordiæ*, id est, in electos homines plenos misericordia eius, *quæ* electa uasa ipse *præparauit in gloriam*, cum econtrario uasa iræ sint apta in interitum cadere. Quia quod à uasis iræ exigit iustitia punientis, hoc uasis misericordiæ dimittit pietas liberantis, & insuper gloriam eis largitur gratia saluātis. Notandum autem, quia in eo quod superius ait, figulum habere potestatem ex eadē massa facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam, ostendit mystice creatorem non posse reprehendi, si ex eadem humanæ naturæ massa alios creat ad honorē sanctitatis, alios autem sic creat, ut abire sinat in contumeliam nequissimæ operationis & iustæ damnationis. In eo autem quod nunc dicit, quòd si uolens Deus & cætera, declarat quia non potest accusari, si diu uiuentes in carne malos patienter tolerat, ut eos in malitia perseuerātes postmodum acerbius puniat. & bonos eorū prauitate uexari permittit, ut eis pro patientiæ merito maiorem gloriæ coronam reddat. Si eos quos indurat, patienter sustinet, ut eos iustius damnet postquam diu sustinuerit, non eius accusanda est patientia & infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitate eius in perditionem abutuntur. Alioqui unus est solis calor, & secundum essentias subiacentes alia indurat, alia liquefacit, alia dissoluit, alia cōstringit. Liquatur enim cera & induratur lutum, & tamen caloris non est B diuersa natura. Sic & bonitas Dei atq; clementia uasa iræ, id est, populum Iudæorum & cæteros reprobos indurat: uasa uero misericordiæ, id est, electos, liquat. Nō potest figmentum fictori suo dicere, cur me fecisti sic? quia & ipse fictor habet potestatem facere ex eodem luto, prout uoluerit, alia uasa ad honestos usus, alia ad inhonestos. Quòd, id est, si Deus uolens ostendere iram, sustinuit in multa patientia uasa iræ, tu quis es qui respondeas Deo? Voluit Deus ostendere iram suam, non utiq; animi perturbationem, sicut est qui circa homines nuncupatur, sed iustam uindictam, & notam facere potentiam suam, ad quam pertinet damnare iniquos. In hoc quoq; demonstratur eius potentia, quòd & malis bene uti optimus possit. Ostendere ergo uoluit hanc potentiam, qua bene utitur etiam malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiēs, eorumq; malitiam & comparationem ad exercendos et admonendos bonos accommodans, ut in eis discant agere gratias Deo, quòd ab eis non suis meritis quæ in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Si enim soli hi crearentur ex Adam, qui essent per gratiam redimendi, & prꝑter hos qui ut Iudæi in filios adoptantur, nulli alij homines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur īdignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe uenientibus debitum supplicium redderetur. Volens itaq; Deus ostendere iram & notificare potentiā suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ aptata in interitum, id est, reprobos homines, in quibus latet ira eius, q aptati sunt in perditionem, longanimiter tolerauit, ut ordinate disponeret eos, & uteretur illis ad īstructio-

C nem salutis eorum quorum miseretur, ideoq́ uasa misericordiæ uocantur. Nō q̄ illi eēnt necessaria siue angelica siue humana pcā, cui nec iustitia creaturæ cuiusq́ est necessaria, sed ut ostenderet diuitias gloriæ suę in uasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tanquam de proprijs extollerent uiribus: sed humiliter intelligerent, nisi illis Dei gratia nō debita, sed gratuita subueniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod alijs in eadem massa redditum cernerēt. Ita enim quid sibi præstetur discunt gratis iustificati, dum non suo merito, sed gloria ditissimę dei misericordiæ discernuntur à damnatis, cum quibus eadem iustitia surrant & ipsi damnandi: Cæteri autem homines ad istam gratiam non pertinentes, quorum tamen & animā & corpus Dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura pręter uitiū, quod eidem infixit superbientis uolūtatis audacia, propter hoc à Deo (qui illos ita peccaturos, ut æterno essent igne damnandi, sine dubitatione præsciuit) creati sunt, ut in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sui gratia quid ualeret & in eorum iustis ac debitis pœnis ua sa misericordiæ, quæ non suorum operum meritis, sed gratuita dei gra

Roma. 3. tia discreta sunt ab illa concreatio-

1. Cor. 1. ne, quid sibi collatum esset addiscerent: ut omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino glorietur. *Vt ostenderet*, inquit, *diuitias gloriæ suæ*, qua glorificatur in sanctis, bene faciens eos operari, *in uasa misericordiæ*, id est, in homines quos replet sua misericordia, *quæ*, id est, quos homines electos *præparauit*, id est, præordinauit ad gloriam æternam. *Quos & uocauit*. scilicet, *nos, non solum ex Iudæis*, ut ipsi Iudæi uolebant, *sed etiam ex gentibus*, ut ex utrisque fieret unus credentiū populus. Ex quo ostenditur, non gentes eligi

D uel Iudæos, sed hominum uoluntates diuinitus illuminatas. Quos & uocauit nos, pro eo positum est, ac si dixisset: Sicut nos quos uocauit non solum ex Iudæis, sed etiā ex gētibus. Superiora enim quasi de Pharaone & Ægyptijs, qui fuerunt uasa iræ, & de filijs Israel qui erant uasa misericordiæ, disputare uidetur. Nunc autem ne solum illi antiqui Israelitæ intelligerētur uasa misericordiæ, ostendit quia & nos qui ad nouam gratiam uocati sumus, non solum ex illo Hebræorum populo, sed etiam ex gentilitate, uasa sumus eiusdem misericordiæ. Etiam ex gentib⁹ uocauit nos deus, *sicut* ipse *dicit in Osee. Non plebem meam*, id est, gentilitatem quæ nō erat plebs mea, *uocabo plebem meam*, id est, uocabulū peculiaris populi mei dabo illi in gratiam nominis christiani. *& non misericordiam consecutam*. id est, eandem gētilitatem quæ misericordiam consecuta nō fuerat, sed sine misericordia perditioni relicta erat, uocabo *consecutam misericordiam*, id est, hoc uocabulū illi dabo, ut appelletur cōsecuta misericordiam, ut nomen indicet benrficium. *Et erit*, istud in tempore gratiæ *in loco*, id est, in terra gentium, *ubi dictum est eis*, diuinitus, *Non plebs mea estis uos. ibi*, id est in eadem gentium regione *uocabuntur*, qui ibi fuerint, *filij Dei uiui*. Per hoc quod Deus gentiles ad cultum suū non uocabat, sed in errore reliquerat, dicebat eis. Nō plebs mea uos. Sed in loco gentium ubi hoc antea dictum est, ibi postmodum prædicata prr apostolos euangelij gratia, uocati sunt qui illic crediderunt, filij Dei non mortui, sed uiui. Coluerant enim prius multos Deos mortuos, id est, homines mortuos, quos sibi Dros constituerant, sicut Iouem & Apollinem & Herculem, & ideo nequis talium intelligeretur, nunc Deus à propheta dici, cum de gentilibus

A tilibus sermo esset, cognominauit Deum uiuum.

Esa.10. *Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum autem consummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram.* Esa.1. *Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrhã similes fuissemus*

Quia hos dixerat uocatos non solum ex Iudęis, sed etiã ex gentibus, & gentium uocationem, de quibus minus uidebatur, astruxerat ꝓphetico testimonio, uult similiter authoritate prophetica Iudęorum uocationem ostendere. Osee dicit de gẽtium conuersione, sed *Esaias clamat*, i. aperte & publice testatur *pro Israel*, i. pro cõuersione Iudæorũ. *Si fuerit numerus &c.* Hoc est, etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Et reuera, si legamus Iosephum, quanta hominum in Hierusalem & in Iudæa fuerit multitudo quando passus est dominus, intelligimus uix paucos in apostolis & in apostolicis uiris saluatos esse ex Iudæis. Sed non, qa fracti sunt ĩfideles & superbi, ac per hoc infructuosi rami, ut insereretur oleaster gentium, ideo perire potuit radix patriarcharum & prophetarum. Quia *si fuerit*, inquit, *numerus filiorum Israel* sicut *arena maris*, id est, si fuerint tot Iudæi, ut non possint numero comprehendi, sed omnem supputationem uicerit multitudo eorum, sicut arena quæ non potest numerari, *reliquiæ saluæ fient*, id est, illi quos sibi dominꝰ relinquet, quãdo alios abĳciet, saluabuntur. Vel si numerus eorum fuerit sterilis et grauis ut arena maris, reliquiæ quæ erunt fulgentes & cœlo inhærentes sicut stellæ, saluabuntur. Vtrunque enim promissum est Abrahæ. Gen.21. Erit, inquit, semen tuum sicut stellæ cœli, & uelut arena quæ est in littore maris. Vere saluabuntur. nam *uerbum* erit *consummans & abbreuians in æquitate*. B Ideo saluabuntur, quia uerbum euangelĳ quod eis tradetur, erit cõsummans hominem in iustitia, id est, perfectionem iustitiæ dans, & ea consummans ac perficiens quæ lex non poterat. Et abbreuians, id est, in uno geminæ charitatis præcepto comprehẽdens omnia, quæ lex multiplicibus præceptis instituerat. Et erit abbreuiãs in æquitate, secundum illud: Quod tibi non uis ab alio fieri, tu alĳ ne feceris: Tobi.4. Et prout uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. Matt.7. Vel in uno Christo abbreuiãs omnia legalia, & hoc in æquitate, quia ęquum est hoc uerbũ breuiari, ut nihil desit ad iustitiam de omnibus pręfiguratis. Siue in æquitate, quia quæ æqua sunt, retinet, ut moralia: quæ ius est tolli, tollit, ut figuras. Vere nouum uerbum erit abbreuians, *quia uerbum breuiatum faciet dominus* Iesus *super terram*, id est, ut compendio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruationes, quibus Iudæorum plebs seruiliter onerata premebatur. Hoc uerbum fecit dominus super terram conuersans inter homines. Dictum fuit, reliquias esse saluandas ex multitudine pereũtium. *Et sicut iterum prædixit Esaias. Nisi dominus sabaoth*, id est, exercituum, cui seruiũt exercitus angelorum & hominum *reliquisset nobis* Iudæis *semen*, id est, electos filios qui disseminatentur per orbem, *sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorrha similes fuissemus*, id est, sicut in Sodoma & Gomorrha post discessum Loth soli reprobi remanserunt qui simul perirent: ita & nos in Hierusalem post Christi resurrectionem soli reprobi & perituri remansissemus. Hi enim qui ex circuncisione crediderunt, uocantur semen, quia sparsi per terras multiplicati sunt,

C & uelut grana seminis copiosam segetem fidelium germinauerunt. Et propter istos non fuerunt Iudæi sicut Sodoma & Gomorrha, qa non omnes fuerunt reprobi, nec omnes perierũt, quoniã isti sunt electi atq; saluati de multitudine illorum.

*Quid ergo dicemus? Quòd gentes quæ nõ sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: Israel uerò sectando legem iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit, Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut* Esa.28. *scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur.*

Ose.2. Ab authoritate utriusq; prophetæ infert: Quandoquidem, inquit, Osee de gentibus dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meã. & Esaias de filijs Israel clamat, quia reliquiæ eorum saluabuntur, id est, pauci de multitudine, *ergo quid dicemus*, id est, qd per hæc prophetarum dicta de gentibus & Iudæis diffiniemus? Istud possumus ex prædictis oraculis inferre & asserere, *quòd gentes, quæ* neque per hostias, neque per uoluntatem *sectabantur iustitiã* Dei, *apprehenderunt iustitiam*, non quãcunq;, non eam quę est ex lege, sed eam *iustitiam quæ est ex fide*, id est, per gratiam: quia nõ superbierunt, sed in Christum crediderunt. sed *Israel*, id est, carnalis populus Iudæorum, *sectando* per carnales obseruantias *legem iustitiæ*, id est, legem quę est iustitiæ bene intellecta, *non peruenit in legem iustitiæ*, id est, uenit quidem aliquantulũ in legem iustitiæ, sed non peruenit in eam: quia quamuis opera legis faceret, non tamen ex amore iustitiæ fecit ea, sed ex timore pœnæ, & ita cordis innocentiam habere non potuit. Vbi probatur uera esse supradicta sententia, quia non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quoniam gentes, ut dictum est, quæ iustitiam non quęsierunt, iustitiam inuenerunt: & Israel D qui legem iustitiæ sectabatur, non potuit in eam peruenire. Terribilis Psal.65. ergo Deus in cõsilijs super filios hominum, et iudicia eius occulta sunt, non iniusta. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, quæ ex lege est, quasi propriam suam apprehenderunt iustitiam, quæ est ex fide. Israel autem sectans per opera legem iustitiæ, non peruenit corde in legem iustitiæ. Et *quare*? Quasi diligenter hoc attendamus, cur in eam peruenire non potuit. *Quia non ex fide*, id est, quia non sperauit in Deum, non illam petiuit à Deo, non credidit in eum qui iustificat impium. Non ex fide, *sed quasi ex operibus*, id est, quasi iustitiam per semetipsum operãs, non in se credens operari Deum. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Sed Israel non quærebat iustificari ex fide, sed quasi ex operibus, quia fidem non putauit esse causam & principium iustitię, sed opera carnalium obseruationum iustitię principium esse credidit: & gloriã; quasi de operibus, exclusit à se gratiam: ac quasi de sanitate præsumens, respuit medicinam. Vere non ex fide iustificari quæsiuit populus Iudæorum, sed uelut ex operibus. nam *offenderunt in lapidem offensionis*, id est, Christum humilem per superbiam calcare uolentes gressum suæ rectæ actionis læserunt, et quassati corruerunt. Quasi ipsa sua iustitia offenderũt in Christum, quia uelut de iustitia timuerunt, et fidẽ Christi spreuerunt. Qui ad similitudinẽ parui lapidis, à quo nõ cauetur, fuit eis habilis ad offendendum, latens in humilitate. Omnib⁹ quoq; malis est ipse Christus lapis offensionis, quia quicqd dicit, amarum est illis, & cõmouentur ex dictis eius. Ita offenderunt in hunc lapidem, *sicut scriptum est* apud

A Esaiam dicente patre: *Ecce pono in Sion lapidem offensionis*, id est, per incarnationis mysteriũ pono Christũ in Sion, hoc est in ecclesia fundamentũ, qui Iudęis erit lapis offensionis, qa non sibi cauebunt ab illo humili & paruo propter suæ mentis cæcitatẽ, sed offendent in eum & corruent. & pono ibi *petram scandali*, id est, eũdẽ Christum, qui in passione erit illis petra scandali, id est, deformis & asper & durus, in quo scandalizabuntur irascentes & indignãtes, cum se filium Dei dixerit. Lapis uocatur politus & lubricus, quando si calcatur, pes cito labitur: petra uero dicitur, quãdo est inculta & aspera. Christus ergo in natiuitate uel in conuersatione & pręedicatione sua Iudęis fuit lapis offensionis, & in passione petra scãdali: quia qui prius in ortu & humana conuersatione uisus est eis cõtemptibilis & conculcabilis, postmodum in passione nimium deformis & asper illis apparuit. Plus autem est scandalum quàm offensio, quia scãdalum dicitur à Græco, qđ est σκανδαλίζω, & est proprie impactio pedum. Ita ergo Iudæi offenderunt in Christum, ut omnino impingerent pedem ibi & confringerent. Non solum enim cõtempserunt eũ, sed & crucifixerunt. Pono hunc lapidem offensionis, quantum ad reprobos: & propter electos subiungo, quia *omnis* siue Iudæus, siue Gentilis, siue seruus, siue liber, *qui crediderit in eum, non confundetur*, id est, non erubescet in futuro cum ille uenerit ad iudicium. Qui enim crediderit in eũ, non habebit suam iustitiam quæ ex lege est, quãuis sit bona lex, sed implebit ipsam legem non sua iustitia, sed data ex Deo. Ita enim nõ cõfundetur. Nam qui in se gloriatur, confundetur. non enim sine peccatis inuenietur. Ille autem tantũmodo nõ confundetur, qui in domino gloriatur. Quicunq; illum fide expectant, B cum uenerit, gaudebunt. Qui sine fide sunt, cum uenerit quod nũc non uident erubescent: quomodo solent confundi qui inueniuntur in aliqua culpa, et eis insultatur ab omnibus: sed tamen non transiet illa cõfusio, nec delebitur. Notandum autem qa hoc testimonium Apostolus ex duobus locis libri Esaiæ coniunxit. Ita enim ibi legitur: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, lapidẽ angularem, pretiosum, *Esai. 28.* in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Atq; alibi in eodem libro: Et erit, inqt, uobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis & in petram scandali, duabus domib⁹ Israel. Vnde pspicuum est, apostolos in interpretatione ue- *Esai. 8.* terum scripturarum sensum quæsisse, non uerba: nec magnopere de ordine sermonibusq; curasse, cum intellectui res pateret.

CAPVT X.

*Fratres, uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad dominum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed nõ secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.*

Hinc iam incipit de spe Iudæorũ loqui, ne etiam gentes superbire audeant aduersus eos. Sicut enim Iudęorum superbia refellenda erat tanquam ex opere gloriantiũ, sic et gentibus occurrendum est, ne tanquam Iudæis prælati superbiant. Dixi qa non peruenerunt in legem iustitiæ, sed offenderunt in lapidem offensionis, nõ quia illos odio habeam, nec quia de illis omnino desperem. Nã sciatis, *fratres* quia intima *uoluntas cordis mei sit pro illis in salutem*, id est, ex corde uolo illorum salutem. Voluntas quidem cordis mei pro illis optat, ut accipiant salutem, quamuis illo-

C rum uoluntas adhuc obsistat. Potēs est enim Deus illorum corda cōuertere. Non solum uolūtas, sed etiam *obsecratio*, id est, oratio cum obtestatione sacrorū, fit à me pro illis ad Deū in salutem, id est, ut efficacior sit oratio mea pro illis, facio eam cum adiuratione sacrorum, in salutem illorum dirigens intentionem, hoc est, ut credant & per fidem consequantur salutem. Non enim aliter saluari poterunt. Quamuis Apostolus eis instanter euāgelium prædicaret, parum tamen esse credebat nisi pro illis etiam oraret ut crederent: quoniā uoluntas ut ad uera credēda moueatur non sibi sufficit, nisi per gratiam Deus illi opituletur. nec ipsa cōuersio fieri pōt sine Dei adiutorio. Obsecro, inquit, pro illis, & iustum est ut obsecrem. nam æmulationem Dei habent. Nam ego qui olim similis fui, & idcirco noui intentionem cordis ipsorum, *perhibeo illis testimoniū, quòd æmulationem Dei habent*, id est, bono zelo mouentur ad defendendam legē, *sed non secundum scientiam*, quia imprudēter agunt, dum nos quasi præuaricatores legis persequunē. Nesciunt enim quia nos potius ꝙ ipsi legem adimplemus, qui spiritualiter eam obseruamus: & idcirco bona quidem intentione uolunt legem contra præuaricatores defendere, sed non secundum scientiam, qa nesciunt qui sint illi contra quos mouentur. Hoc & dominus sic prænunciauit. Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequiū se præstare Deo. Putabāt enim se Deo placere ex eo, quòd Christianos uelut pro defensione legis interficiebant, quia æmulationem Dei habebant, sed non secundum scientiam. Vere non secundum scientiam. Nam *ignorantes iustitiam Dei*, idest, quæ à Deo datur per fidem Christi, *& quærentes statuere suam iustitiam*, id est, quam suis uiribus per obseruantiam legis putabant se facere, *non sunt subiecti iustitiæ Dei*, id est, Christo. De se enim præsumentes, gratiā repellebant, & in Christum ꝓpterea non credebant, ignorātes iustitiam Dei, & suam uolentes statuere. Iustitia Dei hîc dicitur, nō qua iustus est Deus, sed quā dat homini, ut iustus sit homo per Deum. Iustitia autem illorum erat, qa de suis uiribus præsumebant, & quasi impletores legis seipsos ex sua uirtute dicebant. Ignorabāt ergo iustitiam Dei, id est, quā dat homini Deus, q solus est iustus atq; iustificans: & uolebant constituere suam, id est, uelut à se sibi paratam, nõ ab illo impertitam: & ideo iustitiæ Dei non erant subiecti, quia superbi erant, de suo putantes, non de Dei placere posse se Deo. Vere ignorabant iustitiam Dei. nam *Christus* quem cæci respuebant, est *finis*, id est, consummatio *legis* quia in eo lex consummatur & perficitur. Finis. i. perfectio legis, est Christus *ad iustitiā* complendam *omni* in se *credenti*, quia omnis qui in Christū credit, habet ipsum Christum cōsummationem legis, ut per eum faciat iustitiā. Sunt enim opera quæ uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referūtur ad eum finem ex quo sunt bona. Talia erant opera istoꝝ, qui suam iustitiam quærebāt statuere, quia ipsum quod dicitur. Nō concupisces, & cętera hmōi mādata sancta & bona sibi tribuebāt: q̄ ut possit homo facere, Deus operaē in hoīe per Christi fidem, qui finis est ad iustitiam omni credenti. i. cui per spiritum incorporatus factusq; membꝝ eius, pōt quisq; illo īcrementū itrinsecus dante opari iustitiā, de cuius opibus ēt ipse dixit, qa sine me nihil potestis facere. Finis. n. dicitur ipse Xps, qa quicqd agimus, ad illum referimus: & cum ad eū puenerimus, non habebimus ultra qđ q̄ramus, sed

Ioan. 16. Exo. 20. Ioan. 15.

A sed ibi permanebimus. In eum nanque dirigitur nostra intentio. Ad quem cum peruenerimus, nō erit ultra quò tendamus, quia ibi est omnium bonorum plenitudo.

*Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, qui ascendet in cælum? id est Christum deducere, aut quis ascendet in abyssum? hoc est Christū ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est uerbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est uerbum fidei quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illū excitauit à mortuis, saluus eris.*

Vere Christus est finis legis ad ueram iustitiam. nam in ipsa lege ante quam ad Christum ueniat, est quædam umbratilis iustitia. Moyses. n. ita scripsit. Probat Apostolus authoritate Moysi duas eē iustitias, quia dixerat Iudæos esse ignorantes iustitiam Dei & suam quærentes statuere. Vere sunt duæ, una per legem, altera per Christum. *Moyses enim scripsit,* quia *homo qui fecerit iustitiam quæ ex lege est, uiuet in ea,* legem hoc loco pro ipsis operibus ponens. Qui autem uiuebant in ipsis operibus, timebant utique, ne si non ea fecissent, lapidationem uel combustionem uel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit (inquit) ea, uiuet in illis, id est, habebit præmium ne ista morte puniatur: non ergo apud Deum, ex cuius fide siquis in hac uita uixerit, cū hinc exierit, tunc eum magis habebit præsentissimum pręmium. Non itaque ex fide uiuit, quisquis præsentia quæ uidetur, uel cupit uel timet: quia fides Dei ad inuisibilia pertinet, quæ post dabuntur. Nam est & ista quædam in operibus legis iustitia, quando sine suo præmio relicta non est, ut qui fecerit eam, uiuat in illa. Vnde & superius dictum est, quia etsi Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non B apud Deum. Aliud est ergo, non iustificari apud Deum: aliud, non iustificari. Qui omnino non iustificatur, nec illa seruat quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum: qui autem in operibus legis iustificatur, non apud Deum iustificatur, quia temporalem exinde expectat uisibilemque mercedem. Sed tamen etiam ista est, ut dixi, quædam terrena carnalisque iustitia. Hęc Moyses de iustitia legis. Sed *quæ est ex fide iustitia, sic dicit* ipse: Ne dixeris ī corde &c. Vel si iustitia legis in qua uiuitur, est uera iustitia intelligenda, quæ ut tam præstat æternam, ideo proponitur iustitia legis, quòd qui fecerit eam, uiuet in illa, ut cùm quisque infirmitatem suam cognouerit, nō per suas uires, neque per literam legis ipsius, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem, perueniat & faciat & uiuat in ea. Opus enim quod qui fecerit, uiuet in eo, non fit nisi à iustificato. Iustificatio autem ex fide impetratur, & ita per iustitiam fidei completur uera iustitia legis. De cuius fidei iustitia sic dicit Moyses, uel ipsa dicit in corde hominis: *Ne dixeris in corde tuo,* id est, ne saltem cogites, *quis ascendet in cælum?* id est, nullus homo ascendet, quia *hoc est Christum deducere,* quantum ad te, id est, si hoc cogitaueris, Christū ascendisse negabis. *Aut* non dixeris in corde tuo, *quis descēdet in abyssum?* id est, nullus pro contempta lege descēdet in infernum, quia *hoc est Christum à mortuis reuocare,* quantum ad te: id est, hoc cogitare, est non credere quòd Christus pro nobis mortuus sit, et in infernum pro liberatione iustorum, qui ibi tenebantur, descenderit. Vel ita: Cum audieris post resurrectionem prædicari Christum ascēdisse in cælum, noli dicere in corde tuo, mendacium est, quis enim ascendet? Quia

A illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.
Ioel.2.

Vere si resurrectionem Christi corde credideris, & ore cõfessus fueris, saluus eris. nam corde creditur ad iustitiã, sed ore confessio fit ad salutem. Hoc est, qui corde credit, habet in præsenti iustitiam, quia iustus ex fide uiuit: & qui ore confitetur, habet in futuro salutem. Et idcirco oportet nos esse & iustitiæ memores & salutis: quãdoquidem in sempiterna iustitia regnaturi, à præsenti seculo maligno salui fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nitentes, etiam ore profiteamur quod corde gestamus. Credere enim dat salutem, quia iustitiam parit quę est causa salutis, si quod cor credit, os confiteatur. Hoc est enim confiteri, dicere quod habes in corde. Si autẽ aliud in corde habes & aliud dicis, loqueris, nõ cõfiteris. Noli erubescere de spe tua in conspectu hominum. Quomodo uiuit in corde tuo, sic habitet in ore tuo: quia non sine causa signũ suum Christus in fronte nobis figi uoluit tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobria Christianus erubescat. Parũ est ergo in corde habere Christum, & nolle cõfiteri dum timetur opprobrium. Qui enim salutem cupit habere, debet fidem suã ore proferre, quia ore confessio fit ad salutẽ. Alioquin credulitas cordis non dat salutem, quamuis corde credatur ad iustitiam, uere fides ore prolata perducit ad salutem, nam scriptura dicit in libro Esaiæ: Omnis nõ solum Iudæus, sed & Gentilis, qui credit in illum, hoc est, in Christum, non confundetur, id est, non erubescet in die iudicij, quia salutem quam credit, consequetur. Et uere omnis. Non est enim distinctio Iudæi & Græci, id est, propheta neque Iudæũ, neque Gentilem nominauit, sed in eo quod ait, omnis, ostendit de utroque populo, quia quicunque syncera fide rectisque opetibus Deo ĩgemuerit, saluus esse possit. Vere non est distinctio. Nam idem dominus est omnium, siue Iudæorum, siue Gentilium. diues in omnes, id est, sufficiens ditare omnes qui inuocant illum, id est, qui pia deuotione in seipsos uocant illum, præparãdo se dignos tali habitatore. Illis est diues qui inuocãt, non modo credũt: quia credere dat remissionem peccatorum, inuocare impetrat promissa Dei. Orans inuocat, sed hoc non potest nisi prius credat. Iure dixi quia est diues in omnes, non in quosdam uel in paucos inuocatores suos: quia sicut Ioel testatur, cum gratiæ tempus prænunciat, omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Nullus excipitur, nulli gratia hęc denegatur: sed omnis Iudæus & Gentilis, cuiuscũque gradus & conditionis sit, quicunque pijs precibus inuocauerit nomen domini, præparans se dignum ad excipiendum in sui cordis templum habitatorem Deũ, saluus erit æterna salute. B

Habac.2.

*Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt nisi mittantur, sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?* Esa.52. Nahum.1.

Probato quòd de utroque populo assumuntur qui salui fiant, ostendit quod per missionem ad utrosque factam assumuntur: quam qui non recipit, inexcusabilis est. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Ergo oportet credere. Quia quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Inuocatio, inquit, saluat. Nemo autem inuocat qui nõ credit. Nisi enim crediderint, non inuocabunt: & nisi inuocauerint, non saluabuntur. Hoc maxime de gentibus dicitur, nequis Iudæos tantum putaret ad fidem uocãdos. Quomodo inuocabũt Christum in

C quem non crediderunt? Prius oportet ut credant. *Aut quomodo credēt ei quem non audierunt?* Prius enim necesse est ut ab ore alicuius audiant illum. Credere nanque est ex auditu. Sed *quomodo audient eum sine* aliquo *prædicante?* Necesse est ut aliquis prædicet, à quo cæteri audiant quid credere debeant. Non enim audient nisi prædicatum fuerit. Sed *quomodo* doctores *prædicabūt nisi mittantur?* Non possunt prædicare nisi missi fuerint, quia non sunt ueri apostoli nisi missi. Et inanis est hominum conatus, nisi Deus missos suos iuuerit. Nec eis annūciandi uirtus ulla subsistit, nisi affuerit illis ipse qui misit. His dictis refutat Apostolus eos, qui negabant ad incircūcisas gentes mittēdos esse præcones Christi, & ostendit salutem per Dei gratiam omnibus aduenisse. Salus, inquit, est ex inuocatione, inuocatio ex fide, fides ex auditu, auditus ex prædicatione, prædicatio ex missione, ut ita totum descendat ex fonte gratiæ. Omnia ergo non ex nobis, sed ex Dei gratia sūt nobis, qua præmissi sunt prædicatores nostræ salutis, *sicut in Esaia scriptum est: Quam speciosi*, id est, admirabiliter pulchri *pedes*, id est, gressus apostolorū mundum illuminantium, in quo apparet eos à Deo missos, quoniam aliter hoc facere nō possent. Speciosi sunt, id est, pulchritudine uirtutum & claritate miraculorum ac prædicationis decorati sunt: pedes, id est, incessus apostolorum *euangelizantium*, id est, bene nunciantiū hominibus *pacem*, id est, reconciliationem & concordiam ad dominum, & *euangelizantium bona* regni cœlorum.

Esaiæ 53. Ioan. 12. *Sed non omnes obediūt euāgelio. Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi.*

Apostoli quidem omnibus euangelizant pacem, sed non omnes obediunt euangelio, ut pœnitentiam de D præteritis agentes, & de cætero recte uiuentes, studeant habere pacē cum Deo. Nam cum auditus sit ex gratia, necessaria est & alia gratia quæ cor moueat: quia nihil foris proficit sermo docētis, si Deus intus cor nō tetigerit audientis. Et uere *non omnes obediunt euangelio*, sed pauci. Nā Esaias uoce prædicatorum dicit, querimoniam faciēs de raritate auditorum: *Domine, quis*, id est, q̄ rarus est *qui credidit auditui nostro*, id est, auditui prædicationis quam à te audiuimus et eis nunciauimus? Raro ex multis inuenitur aliquis qui credat. Et qui non credunt, manifestum est quia non obediunt. Auditui prædicationis crediderunt pauci de multitudine, *ergo fides est ex auditu*, quia ex eo quod audiuimus à doctoribus, incipimus credere, sed *auditus* est non per merita nostra, sed *per uerbum* p̄dicationis Christi, quod ab eius gratia doctores perceperunt.

*Sed dico Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terræ uerba eorum.* Psal. 18.

Esaias dicit quod pauci crediderunt, *sed ego dico: Nunquid non audierunt?* Utique audierunt, & ideo inexcusabiles sunt qui non crediderunt. *Et quidem* audire potuerunt non solum proximi, sed & remotissimi. Nam *in omnem terram exiuit sonus*, id est, fama *eorum*, id est, apostolorum, *& in fines orbis terræ*, id est, in omnes mundi terminos in circuitu processerunt ipsa *uerba eorum*, ut ueritas non solum per famam audiretur, sed & per ipsa prædicantiū dicta cognosceretur. Quod tamen ex toto necdum fuerat impletum, quando scribebat Apostolus: sed uerbis præteriti temporis locutus est, sicut & propheta quod futurum erat, & ex magna parte iam cōpletum fuerat.

*Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? Primus*

A *Moyses dicit: Ego ad æmulationem uos adducam* B
Deute. 32. *in non gentem, in gentem insipientem, in irã uos mittam. Esaias autẽ audet & dicit, inuentus sum à non quærentibus me, palàm apparui his qui* Esa.65. *me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.*

In omnes gentes usq; ad orbis terminos processit fama christiani nominis. *Sed dico. Nunquid Israel non cognouit* quod totus mundus audiuit? Non ignorauit Israel hanc salutem, sed cognouit quia posset audisse & cognouisse. Cognouit, quia cõtradicere nõ potuit. Sed non uere cognouit, ut in mẽte eius bene sederet. Cognouit ad testimonium suæ dãnationis, nõ in adiutorium suę saluationis. Vere cognouit, quia *Moyses primus* doctor *corã dicit* hoc, & omnes prophetę post eũ similia loquuntur. Hoc.n. innuitur in eo quod Moyses nunc primus appellatur, quem alij secuti sunt in eodẽ sensu. Moyses uoce Dei dicit Iudæis in cantico, dum infidelitatẽ eorum prænunciat: *Ego adducam uos ad æmulationem in non gentẽ.* i. tale quid faciam genti paganorum, quæ nec gens dicenda est propter stultitiam idololatriæ, unde uos æmulationẽ, hoc est, inuidiam habebitis. Inuidia nãq; tabescunt Iudæi, dum gẽtes Deum eorum suum dicunt, & legem atq; prophetas ad se pertinere. Et ita adducti sunt ad inuidiam in nõ gentem, hoc est, contra gentilem populũ, de quo Esa.40. dictum erat. Omnes gẽtes quasi nõ sint, sic sunt corãm Deo. Vel in non gentem, quæ cum esset gens, gentilitatem credẽdo deposuit: & facta est non gens. i. plebs christiana per baptismum. Quandiu.n. fuerat infidelis, fuit gẽs: sed in ecclesia dicitur po 1. Petri.2. pulus acquisitionis. Ita, inquit, mittam uos in æmulationem in nõ gentem. i. contra conuersam gentilitatẽ, quæ fidem apprehendet quam uos respuetis. Et mittam uos in iram. i. in indignationem: hoc est, permittã uos irasci & indignari in gentem insipientem. i. contra eandem gentilitatem, quæ Dei sapientiam ignorabat, & stultitiam idololatriæ prædicabat: hoc est, tanta beneficia gentilitati tribuam, ut uos ide irascamini. Hoc Moyses dixit, & hanc scripturã Iudęi legũt & legerũt, ideóq; pdicationẽ Christi in gẽtibus per orbẽ esse cognoscunt. Hoc Moyses. Sed *Esaias audet et dicit.* i. audacius loquitur de salute gentium: quia quamuis sciret sibi iminere periculum, audacter tamen uerbum Dei prædicabat. Manasses.n. rex, ut Hebręi testantur, serra lignea post serrauit eum. Sciebat igitur Esaias contemnendum se esse ab impijs, & interficiendum, & tamen abiecto timore prędicabat Dei gratiam, & ex persona Christi dicebat: *Inuentus sum à non quærentibus me,* id est, spõte me obtuli gẽtilibus, & per fidem me ab illis iueniri feci, qui me quęrere non nouerãt, nec in scripturis aduentum meum scrutabantẽ sicut Iudęi, qui adhuc in libris suis aduentum messię quęrunt & expectãt. *palàm,* non per ænigmata & figuras, sicut in lege, sed manifesta ueritatis cognitione *apparui his* gẽtilibus *qui me non interrogabant,* ab alijs, quia interrogare non didicerant. Ita ad gentes, sed *ad Israel* carnalem *dicit: Tota die.* i. toto tempore quo cum eis in terra cõuersatus sum, illuminans mundum *expandi manus meas.* i. ampliaui operum meorum beneficia, *ad populum* Iudaicum *non credentem,* mihi, & qđ peius est, *contradicentem.* Conuenienter enim per extentas manus tota die, continuatio bonorum operũ intelligitur, à quorum intentione saluator nunquã cessauit, sed infideli populo semper exhibuit, ac sicut nutrix paruulum expansis manibus excipere paratus fuit. Significant enim expansæ manus, & parentis clementiam suos

C filios in sinum recipere gestiētis. Pos sunt & largitatem donantis exprimere, ꝙ nihil eis petentibus denegauerit, sed roganti leproso mox sanitatem reddiderit, et oculos cęcorum rogantium protinus aperuerit: sicq́ cætera petentibus dederit.

Matt. 8. Luc. 18.

## CAPVT XI.

*Dico ergo: Nunquid repulit Deus populū suū? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebē suam quam præsciuit,*

Quia tot authoritatibus confutauit Iudæos, ne insultarent eis gentiles, & dicerent eos ex toto esse repulsos, incipit rursum de eorum salute loqui, ostendens non omnes esse reprobatos. Cōmemorauerat.n.prophetæ testimonium de prænunciata futura īcredulitate populi Israel, Tota die expādi manus &c. Et nequis male intelligēs, uniuersum illum populum crimine incredulitatis & cō tradictionis arbitraretur esse damnatum, continuo subiecit. *Dico ergo, &c.* Hîc ostendit quam plebem dixerit uticꝙ Israeliticā. Quam si totā Deus reprobasset atq; damnasset, nō utiq; esset ipse Christi apostolus, ex semine Abrahę & tribu Beniamin. Quia inquit, dixi populum non credētem & contradicentem, ergo dico & hāc quęstionē facio: *Nunquid* propter multitudinem incredulorum & contradicētium *repulit Deus populū suum,* ut euacuaret promissiones quas patribus eorum fecerat? *Absit,* ut repelleret eū, qui tot milia credētium inde elegit. Vere nō omnem populum illum repulit. *Nam & ego,* qui hæc loquor, *sum Israelita.*i. sum ex eodem populo Iudæus, non proselytus. *ex semine Abraham.*i. descēdens ex Abrahā, *de tribu Beniamin.*i. per lineam Beniamin. Non me repulit Deus, qui ita sum ex illa gente. Similiter non repulit plebem suam ex Israel, quam præsciuit, id est, prędestinauit. Prędestinatio enim

D hoc loco significat nomine prgsciētiæ. *Non repulit, inquit, Deus plebem suā, quam præsciuit,* id est, ad uitam prædestinauit. Atq; ut ostēderet Dei gratia fuisse relictas Israeliticæ gētis reliquias, non meritis operum eorum, secutus adiunxit ualde necessarium testimonium, dicens.

*An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel? Domine prophetas tuos occiderūt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, et quærunt animam meā. Sed quid dicit illi respōsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerūt genua ante Baal. Sic ergo et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autē gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia.* 3. Reg. 19.

Inde, inquit, potest uideri ꝙ Deus multos sua gratia reseruauit, quos nō repulit, qm̄ tempore Eliæ tā pauci fuerunt, ut ipsi Eliæ nulli uiderentur esse quos nō repulerit, & tamen tunc in tanta bonorum oppressione fuerunt multi quos gratia Dei sibi reseruauit. Et hoc est, quod interrogando dicit ad increpationem eorū, qui totam plebem Israeliticā à Deo repulsam esse putabant: *An nescitis quid scriptura,* tertiꝫ libri Regum *dicit in Elia,* id est, in gestis Elię. s. *quemadmodum ipse interpellat Deum aduersus Israel.*i. inter se & illos iudicem eum appellat, & contra perfidos prouocat? *Domine,* inqt, *prophetas tuos,* præcepto impiīssimæ reginę Iezabel *occiderunt, & altaria tua suffoderunt.*i. à fundamentis subuerterunt, *& ego relictus sum solus* ex tuis, *& quærunt animam meam.*i. me occidere. Quasi dicat: Non debes eis parcere quia tanta mala fecerunt. Ipse sic interpellabat, & se solum putabat. *Sed quid dicit illi responsum diuinum?*i. quid respōdet ei dominus? *Reliqui mihi septem milia uirorum.* Non ait, relicta sunt mihi: aut, reliquerunt se mihi, sed reliqui mihi. Vbi non humanum opus, sed diuina gratia patenter ostenditur. In se-

A ptem uero millibus uirorum, pfecta summa uiriliter agentium exprimit: Reliqui, inquit, mihi. i. per gratiam reseruaui, septem milia uirorum, qa tunc erant multi quos Deus sibi reseruauerat, quamuis nesciret Elias, qm̃ grana latebant, sub aceruo palearū. *Qui non curuauerunt genua ante Baal.* id est, non adorauerunt dæmonium, quod adorabat populus Israel sub rege Achab. Vbi omnem populum simul ppheta putauerat resutatum, inuenta sunt septem milia uirorum qui permanserunt in testamēto Dei. *Sic ergo & in hoc tempore* gratiæ facilius *salua facta sunt reliquia*, hoc est. Qñquidē ante tempus gratiæ Deus tot milia ex sua gratia reseruauit cōtra opinionem tanti pphetæ: ergo sic, id est, simili modo etiā in hoc tempore gratiæ & prędicationis euangelij credēdū est, multos esse quos Deus pręsciuit & suos esse prędestinauit, & hoc non scdm humanum meritum, sed *secundum electionem gratiæ*, quā nulla operum merita præcesserunt. In hac ergo electione & in his reliquijs est illa plebs, quam propterea Deus non repulit, qa præsciuit. Presciuit enim reliquias quas scdm electionem gratiæ fuerat ipse facturus, hoc est, prædestinauit. Dixi quia scdm electionē gratiæ sunt saluatę. Sed *si gratia* saluatæ sunt, *iam non ex operibus* eorum processit illa salus. *Alioquin.* i. si aliter est, *gratia.* i. gratuitum donum Dei *iam nō est gratia.* i. gratuitum donum, sed debitum. Si. n. gratia ullis bonis meritis datur, iam non gratis datur, sed debita redditur. Ac per hoc non uero nomine nuncupatur, ubi merces non imputatur scdm gratiam, sed secundum debitum. Si autem uera est gratia. i. gratuita, nihil inuenit in homine cui merito debeatur. Quod bene itelligitur in eo quod dictum est, Psal. 55. pro nihilo saluos facies eos. Ipsa. n. dat merita, non meritis datur: & pręuenit etiam fidem, ex qua omnia bo B na opera incipiunt.

*Quid ergo? Quod quærebat Israel, non est consecutus, electio autem consecuta est. Cæteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus* Esa. 6. *spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, et aures ut non audiāt, usq; in hodiernum diem. Et* Psal. 68. *Dauid dicit: Fiat mensa eorum corām ipsis in laqueum & in captionem & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.*

Qñquidē non ex opibus, sed gratia Dei tantū saluatæ sunt reliqæ de multitudine Israelitarum, *ergo quod* dicendum est? Hoc. s. quia *quod quærebat Israel.* i. iustitiam uel salutem, quam quærebat in lege populus Iudæorū, *non est consecutus* per opera legis, sed *electio.* i. illa pars quæ ex eodem populo est electa, *consecuta est*, per gratiam iustitiam & salutem. Electio consecuta est, sed *cæteri*, qui non pertinent ad sortē electionis, *excæcati sunt*, iusto Dei iudicio, *sicut scriptum est. Dedit illis Deus.* i. iuste permisit ut illi haberent *spiritum compunctionis.* i. spiritū malignum, quo compungerentur & stimularent ad malum. Malam. n. significat hīc cōpunctionem, quia sępe fit ut bonum homini sit molestū, ut pharisæis doctrina Christi. Et dedit eis iusto iudicio *oculos ut non uideant, & aures ut non audiant usq; in hodiernum diem.* i. usq; ad præsens tempus. Hīc. n. oculos et aures interioris hominis debemus intelligere, quibus excæcati & surdi effecti sunt, qui Christū uidentes in corpore & audientes doctrinam eius, neq; credere operibus quæ uidebāt, nec obedire uerbo quod audiebant, uoluerūt. Quicunq;. n. cū intellexisset, credere noluit id quod uerū est, debet consequi quod uult, ut de cætero non possit credere. In uoluntate ergo sua adiuti sunt, ut quia scientes uerum dicebant esse falsum, de cætero non intelligerent. Cæci itaq; sunt oculi cordis eorum, ut lucem ueritatis

A pretiosus extitit pro salute gētium, sed, magis caueant, ne dum supbiūt, similiter cadant. Absit, inquit, ut caderent, sed illorum delicto salus est gentibus. Non dixit quia nō ceciderunt, sed quia illorum casus nō fuit inanis: qm̄ ad salutem gentium profecit, dum prædicatores euāgelij à se repellerēt, & ad gentes migrare facerent. Delicto illorum salus est gentibus, quia propter necem saluatoris dispersi, per omnes gentes gerūt scripturas sanctas, & testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo, & fidem gentium corroborant. Illorum delicto salus est gentibus, *ut illos æmulentur Iudæi*, hoc est, imitentur. Hoc sæpe factū est, & plenius fiet in fine seculi, qn̄ Iudæi christianos sequentur in fide Christi. Nā sicut nūc illorum lapsus salutem gentibus dedit, ita nunc gentium fides & conuersatio Iudęis ęmulationem conuersationis confert & salutis. Potest etiam intelligi, ut gentes Iudęos æmulentur. i. ut credant sicut & ipsi credebant, ut Dei æmulatione cōtra opera eorū mala moueanī. Dixi delictum eorum prodesse. *Quòd si*, hoc est, sed si *delictum* i. q̄ Christum occiderunt, uel uerbum prędicationis repulerūt, *diuitiæ sunt mundi*. i. ditauit mūdum fide & religiosis operibus & moribus, *& diminutio eorum*. i. paucitas ad fidem conuersa, hoc est, pauci de eis conuersi, *diuitiæ sunt gentium*. i. ditauerunt gentes fide & uirtutum pfectione, ac spiritus sancti charismatibus, *quanto magis plenitudo eorum*, quæ in fine mundi conuertetur, ditabit mūdum? Id est, si malum eorum uertit Deus in bonū, hoc est, ī diuitias mūdi, multo magis bonum eorum, cū in fine multitudo uel plenitudo eorꝫ conuersa fuerit, ditabit gētes doctrina & exemplo. In quo ostendit nec inutilem, nec irreparabilē casum eorum. Mirabiliter. n. disponit omnia

Al. *sanè*

Dei sapientia, apud quā nec ipsa delicta, nec lapsus inutiliter cedūt. Nā cum unusquisq; ex proposisti sui libertate delinquat, dispensatio diuinæ sapientię per hoc ipsum, in quo illi damno suæ negligentiæ pauperes fiunt, alios diuites facit: sicut nunc delictum Iudæorum ditauit gentes, ut eorum sine labore legis fierent cohæredes & cōcorporales. Potest & ita intelligi quod ait, si diminutio eorum diuitiæ sunt gentiū, quanto magis plenitudo eorum? Id est, si pauci eorꝫ credentes tantū profuerunt gentibus, ut eas spiritalibus diuitijs replerent, quāto magis si plurimi uel omnes credidissent, prodesse illis poterāt ad doctrinam? Duobus. n. modis diminutio eorum uersa est in diuitias gentium uel quia gentes ab illis paucis sumpserunt exemplū credendi, uel quia cum ipsi pauci credidissent ex Iudęis, uentum est ad gentes, ut maior fieret numer⁹ credētiū. B

*Vobis enim dico gentibus: Quandiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meā, ut saluos faciā aliquos ex illis.*

Dixi quia plenitudo eorū conuertetur. Bene. n. poterunt cōuerti. nam & ego pro conuersione eorum laboro. *Vobis enim dico gentibus*, qui mihi specialiter estis commissi. *Quandiu quidem ego sum apostolus gentium*, qd' semper sum donec uiuo, *honorificabo ministeriū meum*. Gentium sum apostolus, non Iudęorum, & tamē & horum minister. Et quandiu sum apostolus gētium, ad quas specialiter missus sum, honorificabo. i. honorabile faciam ministerium meum per conuersionē Iudęorum. Quia cum sim positus ad prædicandum gentibus, non solum illis prædicabo, sed etiam ut Iudæi conuertantur laborabo. In quo honorabile ministerium meum facio, superaddēdo ultra q̄ debeo. Ille uero ministerium suū reddit honorabile, qui

C quicquid sibi præceptum est & plus facit. Ille uero qui minus & remissius q debet operatur, ministerium suũ uituperabile reddit. honorifica bo, inquam, ministerium meum tenens *si quo.i.* aliquo *modo prouocem carnem meã*, id est, Iudæos, ex quorum genere uenio, *ad æmulandum.i.* ad imitandum me, si quocunque modo talem me exhibeam, ut illi me æmulẽtur & desiderent tales esse. Si hac non potero uia, aggrediar alia.i. nunc docendo, nunc exhortando, nũc scribẽdo, nũc bona exẽpla monstrãdo, nunc orando, nunc miracula faciendo, tentabo si aliquo modo puocare possim ad æmulandum me eos, qui sunt caro mea, ut & in spiritu mihi fiant fratres, *ut ita saluos faciã* saltẽ *aliquos ex illis.*

*Si enim amissio eorũ, reconciliatio est mũdi, quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa, & si radix sancta, et rami.*

Ideo laboro ut aliquem ex illis ad fidem conuertam, quia utilis erit eorum conuersio. Nam *si amissio illorum*, id est, q Deus propter infidelitatem amisit eos et reliquit in manu hostis antiqui, *est reconciliatio mundi.i.* causa ut gentes de toto mundo recõciliarentur creatori suo, *quæ erit assumptio.i.* qd Deus assumet eos in fine seculi q tũc erunt, *nisi uita ex mortuis?* Si huius gentis abiectio reconciliationem præstitit mundo, & tanta fuit in hac gente gratia, quæ sublata ab ea, mundum uniuersum Deo reconciliare sufficeret, quantum putamus tũc Deũ misereri mundo, cum gens ista reconciliari meruerit Deo? Et qd sit qd ex reconciliatione Israel mũdus adgrat, breuiter ostendit.i. uita ex mortuis. Tũc.n. erit assumptio Israel, qñ iam mortui uitam recipient, & mundus ex corruptibili incorruptibilis fiet, & mortales imortalitate donabunt. Absurdum nanq uidetur, si cum offensio eorum recõciliationem mundo donauerit, assumptio eorum non magis aliqd mundo & præstantius D largiatur. Assumptio eorum erit uita ex mortuis. *Quòd.i.* sed *si delibatio eorum sancta est, & massa*. Ne dicatis inquit, fieri non posse ut multitudo eorum assumatur, quasi totum genus sit repudiatum, qa si delibatio.i. pauci de illis assumpti, ut apostoli et alij discipuli, si illa delibatio sancta est, tunc & massa, (id est, gens tota) potest sanctificari. Ostendit per simile, quia sicut illi pauci qui tẽpore apostolorum conuersi sunt, dulces fuerũt, sic erit & multitudo eorum quæ in fine conuertetur. Nam sicut delibatio alicuius panis est dulcis & bona, similiter & ipsa massa quæ remanet, dulcis esse credenda est et bona. Est enim delibatio, parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ, ut ex cibo uel potu. Sed si delibatio sancta est, & massa, quia sapor sanctitatis, qui in paucis primis inuentus est, inueniet & in multitudine nouissimorum. *& si radix est sancta.i.* patriarchæ, a quibus trahunt humorẽ fidei, tũc *& rami.* sancti sunt, qui de genere eorum excreuerunt.

*Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.*

Sancti sunt & rami, *quod.i.* sed *si aliquis ex ramis fracti sũt.i.* ab arbore sanctæ plebis Dei per superbiam & ifidelitatem excisi, noli gloriari. Putata est oliua, non amputata, & inde superbi rami fracti sunt, ipse est blasphemus & impius populus Iudæorum. Manserunt tamen rami boni & utiles. nam inde apostoli & multi alij. Et cum ibi rami utiles relicti essent per Dei misericordiã, insertus es & tu gentilis, *cum esses oleaster.i.* agrestis et sterilis naturaliter, *insertus es in illis*, id est, aliena opatione cõiunctus radici in loco illorũ. Illi.n. amiserunt radi-

A cem, tu tenes eam. Huius.n. arboris
radix Abraham & Isaac & Iacob,
unde effloruit populus Dei. Et isti
nunc sunt in rege apud Deum in ho
nore magno. Videamus ergo quem-
admodum & ipse dominus prenun
ciet & insertionem oleastri & fractio
Matt. 8. nem ramorum: Multi, inquit, uenient
ab oriente & occidēte. Tam late ter
rā occupauerat oleaster, amara syl-
ua & sterilis. Sed q ueniunt, iam pre
cisi sunt de sylua. Vbi inserendi sunt
ne arescant? Et recumbent, inqt, cum
Abraham & Isaac et Iacob in regno
cœlorum. Et quid erit de illis qui ue
nerunt ex stirpe Abrahæ? Quid fiet
de ramis quibus erat plena arbor?
Quid, nisi quia præcidentur & are-
scent ut isti inserātur? Filij, inquit, re
gni eijciētur in tenebras exteriores.
Hoc itaq; cōmemorat apostolus fa-
ctum, qd dominus prædixit facien-
dum. Si, inquit, aliqui ex ramis fra-
cti sunt. i. aliqui ex filijs a sanctitate
& promissione patrū abscissi, ut are
scant & comburātur. sed tu cū esses
oleaster, insertus es in illis. i. opera-
tione diuinæ pietatis in loco ipsorū
plātatus, *& factus socius radicis*. i. patriar
charum in fide & moribus, *& pin-
guedinis oliuæ*. i. spiritalis gratię fructife
ri populi Hebræorum ante aduentū
domini, nunc factus es socius et par
ticeps, *noli gloriari aduersus ramos*, fractos
. i. noli insultare malis aliorum. Gen
tes. n. iam in Christum credētes, eri-
gebant se contra Iudæos, quia cruci
fixerant Christum, cum & de ipsis
ueniret alius paries ad angularē la-
pidem, & ideo reprimit illas aposto
lus: Noli, inquiēs, gloriari aduersus
ramos. *Quòd*. i. sed *si gloriaris* aduersus
eos, scito quia *non tu radicem*, quę est in
patriarchis & pphetis, portas & su
stines, *sed radix te*. i. non tu fundamen-
tum & sustentatio es radicis, sed ra-
dix tui. Gens illa nihil a te, sed tu ab
illa fidem habes. Non es stabilis, si

illos per quos stas, destruis. B

*Dicis ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar. Be
ne. Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem
fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim
Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte
nec tibi parcat.*

Quoniā dixi aliquos ex ramis fra
ctos, te uero cum esses oleaster, inser
tum loco ipsorum, *ergo* propter uer-
ba mea hæc *dicis* mihi: *Fracti sunt rami,*
ob hoc *ut ego inserar* loco fracturæ, ip-
sorum. Et ad hoc increpatiue tibi re
spondeo, quia *bene* dicis. Quod est di
cere. Non bene dicis, quia iactanter
dicis, & falsum dicis. *Fracti sunt* enim
*propter incredulitatem suam*, non pp̄ter in-
sertionem tuam: sed *tu fide stas* in radi
ce, de qua sunt pręcisi. Nullis. n. tuis
meritis fidei insertus es gratis, ne pu al. fide.
tes q̄ personā tuam Deus acceperit,
& illos sine causa proiecerit. Dei est
enim beneficium, nō meritum tuū.
Fide. n. stas. i. nō merito tuo, sed gra
tia Dei. Neq;. n. propter iustitiā tuā
uel meritum tuum fracti sunt rami,
sed propter infidelitatem suam. Suo
uitio fracti sunt, & inde tibi puenit
opportunitas salutis nō propter te,
sed pp̄ter Dei misericordiam. Et ideo
*noli altum sapere*. i. superbire noli qa in-
sertus es, *sed time* ne frangaris per infi
delitatem aut superbiā, sicut illi fra-
cti sunt, quia in Christū credere no-
luerunt, qui semper in illa radice &
in illa arbore prædicatus est. Et ideo
fracti sunt inde, qui in eum uenientē
non crediderunt: & tu isertus es ibi,
quia in eum credidisti. Noli ergo al-
tum sapere. i. noli extolli, sed time ne
gratiam quam accepisti perdas. Ti-
me nō seruili timore, quem charitas
expellit: sed timore casto, qui perma
net in seculum seculi. Illo. n. timet, 1 Ioan. 4.
ne incidatur in tormētum supplicij: Psal. 18.
isto autem, ne dimittatur gratia be-
neficij. Illo mēs pœna terretur, nō iu
stitia delectatur: isto anima timet ne
amittat gratiam, per quam in ea fa-

C ctum est ut eam nõ peccare delectet, timẽs ne Deus eam cruciatib⁹ puniat. nullus dolorum castus est, nec eum ejicit charitas, sed asciscit. Itaq; noli altũ sapere, sed timore isto time: qa qui al tũ sapit, & ideo non timet, utiq; perniciose non timet: Timor uirtutum custos est: securitas ad lapsum facilis. Time offendere, time eradicari. Nam *si Deus naturalibus ramis non pepercit*.i. illis qui scd̃m patrum suorum instituta fuerunt in hac fidei radice plantati, & de hac patriarcharum stirpe naturaliter originẽ ducebant, timendum est, *ne forte* cõtingat ut *nec tibi parcat*. Puras enim quòd tibi aduentitio parcat, si eum offenderis, qui nec naturalibus pepercit: si eos ob culpam incredulitatis percussit & fregit, caue ne & te percutiat & conterat.

*Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed et illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterum inserere illos.*

Quandoquidem iusto Dei iudicio fracti sunt rami, tu uero sola dei gratia ipsorum loco insertus es, *ergo uide* .i. considera & attende ex una parte *bonitatem* diuinæ pietatis qua donans peccata conuersis, & ex alia *seueritatem Dei*.i. districtam iustitiã, qua frangitur infidelis superbia naturaliũ ramorum. Salubriter.n. nõ solum bonitas, sed etiã seueritas Dei uidetur qm̃ & amatur utiliter Deus, et timetur. Et apostolus gẽtilem populum, ut in fide stabilis firmusq; p̃maneat, præcepto monet & exemplo terret. Vide, inquit, piam bonitatem & rectam seueritatem Dei, dum alios misericorditer eligit, alios iuste repellit, & per utrunq; disce humiliari. *In eos quidem* ramos qui fracti *ceciderunt* uide *seueritatem* iustæ percussionis, sed in te qui loco illorum misericorditer insertus es, agnosce *bonitatem* gratiæ D *Dei, si tamen permanseris in bonitate*, ut bonis operibus humiliter insistas usq; in finem. *Alioqui*.i. nisi permanseris & perseueraueris in bona & religiosa conuersatione, *& tu excideris* ab arbore gẽtis sanctorum, in qua es insertus. Notandum q; hi qui ex propria oliua deciderunt, fracti dicuntur: hi uero qui ex oleastro inseruntur, si iterũ peccauerint, non frangendi, qđ utiq; esset leuius, sed excidendi asserũtur. In quo acrior profectò Dei seueritas demonstratur, si cum esset oleaster, ex peccatorum sylua collectus est, et ad radicem fidei atque sanctitatis adduct⁹, postea rursum amaros maliciæ succos proferat. Si, inquit, bonus esse desieris, tu quoq; excideris à bona radice. Nec solũ tu, si ad malitiam redieris, excidium patieris, *sed etiam illi inserentur*, sicut tu iam insertus es, *si non permanserint in incredulitate*. Quod bene potest fieri. *Potens est enim Deus iterum* per fidem reuocare *illos* ad radicem suam & *inserere*.

*Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi secundum naturam inserentur suæ oliuæ?*

Vere potest Deus iterum illos inserere, qui potuit te. Nam *si tu excisus es* ferro uerbi Dei *ex naturali oleastro*.i. ex agresti gentilitate in qua natus eras, *& contra naturam insertus es in bonam oliuam* .i. infructiferam plebem Dei, *quanto magis hi secundum naturam*.i. sub lege nati & per legem docti cultum Dei, *inserentur suæ oliuæ*.i. uniens suæ plebi? Contra naturam insertus es in oliuam, quia oliua solet in oleastrum inseri, non oleaster in oliuã. Nã qsq; hoc fecerit, nõ inueniet fructum nisi oleastri. Quod enim inseritur, hoc crescit & eius rei fructus. Sed Deus omnipotentia sua fecit, ut oleaster in radice oliuę insereretur, & nõ syluestres bacas, sed oliuæ fructũ daret. Id. n.

A contra naturam dixit, quod est contra consuetudinem naturæ, quā notitia humana comprehendit, ut olea ster insertus in olea, non oleastri baccas, sed oliuæ pinguedinem ferat. Deus autem creator & cōditor omnium naturarū, nihil cōtra naturam facit. Id enim nō incōgrue dicimus Deum contra naturam facere, quod facit contra id quod nouimus in natura. Hinc enim etiam appellamus cognitū nobis cursum naturæ. Contra quem Deus cum aliqd facit, magnalia uel mirabilia nominanť. Contra illam uero summā naturę legem à notitia remotam, siue impiorū, siue infirmorū, tam Deus nullo modo facit, q̄ contra seipsum non facit. Populus itaq; Gentilis excisus est de oleastro, id est, de ritibus sterilium gentium, & insertus est in bonā oliuā. i. unitus per fidem patriarchis, ut fructum oliuæ faciat contra naturam. i. contra institutiones patrum suorū, quoniam idololatria & huiusmodi opera gentibus ex usu sunt natura. Nomen autem oliuæ ex libro Hieremiæ sumptum est, ubi Israelitica plebi dictum est: Oliuā huberē, pulchram, fructiferā, speciosam, uocauit dominus nomen tuum.

Hiere. 11.

*Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est. Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.*

Esa. 59.

Dixi quia fracti rami inferenť suæ oliuæ. Et uerum est, qa interim quidam, & in fine plenitudo eorū inferetur. Quod uolo uos scire, ut in spe salutis eorū gaudeatis. Nam *Nolo uos ò fratres ignorare hoc mysterium*, id est, secretum diuini iudicij sacramentum, *ut non sitis uobisipsis sapientes*, id est, ne putetis uos uestro iudicio & ingenio id posse discutere, uel ne superbiatis de uestra electione & illorū abiectione. B Qui enim secūdum Deum sapit, in beneficijs Dei non insultat abiectis, sed cum timore gratias agit misericordię largientis. Nō uobis, sed Deo sitis sapientes, ut nō uobis, sed Deo militet uestra sapientia. Hoc mysterium diuini consilij nolo ut ignoretis, *quia cæcitas contigit in Israel* non ex toto, sed *ex parte*, id est, Israelitæ cæcati sunt, non omnes, sed qdam: hoc est, legis defensores, legis tractatores, legis doctores, legis intellectores authorem legis ignorauerunt & crucifixerunt. Ipsa est cæcitas quę ex parte contigit in Israel, ut crucifigeretur Christus. Ignorauerunt eum Iudæi, & crucifixerunt. Ita cōtigit in eis cęcitas, mansura in ipsis *donec plenitudo gentium intraret* ad fidem, *& sic*, id est, postquam plenaria gentium multitudo conuersa esset, *omnis Israel* æmulādo gētes *saluus fieret*, credēs in Christum prædicante Elia. Terminus. n. cęcitatis Israel erit, ubi plenaria multitudo ex omnibus gentibus ingressa fuerit: quia tunc Iudæi qui inuenti fuerint, credent, & lumen oculorum mentis recipient ad prædicationem Eliæ & Enoch. Saluus fiet Israel accepta Christi gratia, *sicut scriptum est* in Esaia: *Veniet ex Sion*, id est, nascetur Christus ex populo Iudęorum, speculante à longè futuram salutem & humani generis redemptionem. Sion nanque speculatio dicitur. Veniet inquam ille, *qui* cum quadam ui *eripiat impietatem à Iacob*, id est, infidelitatem ab eis, de quorum stirpe nascetur. Quod fit iterim, quia uix aliquis conuertitur ex illis: & in fine *auertat*, quia tunc facile. Cultus Iudæorum à passione domini est impietas. Et hanc impietatem ab illis, qui de Iacob crediderunt, eripuit Christus quadam difficultate, uidelicet multis prædicationibus, & signis, & multis nouæ gratiæ præco-

Esa. 59.

C nibus. Hoc Christus in eis, qui tem pore suo uel apostolorum ac deinceps crediderũt, fecit: & adhuc quotidie in his, qui ex eodem populo fidem suscipiunt & cum magno labore conuertunt, facit. Et plenius auertet ab eis impietatem, qui per Eliam & Enoch auertentur ab infidelitate & idololatria, ne Antichristum ut Deum recipiant, sicut gentes. *Et hoc testamentum*, id est, firma & stabilis promissio, ait dominus, complebitur *illis à me*, scilicet ut ã pietas ab eis auertatur per Christum, *cum abstulero peccata eorum* in baptismo. Hoc est, tunc per Christi mei gratiã auertetur ab eis iniquitas, cum per eiusdem Christi sanguinem deleuero peccata eorum. Hęc sententia sic legit̃ in Esaia: Et uenerit Sion redẽptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus, hoc est fœdus meum cum eis, dicit dominus. Nam qđ in trãslatione nostra dicitur, Venerit Sion redemptor, Apostolus ait, Veniet ex Sion qui eripiat. Et quod additur, Et eis qui redeunt ab iniquitate Iacob, ipse posuit, Et auertat impietatem à Iacob. Et quod sequitur, Hoc est fœdus meum cum eis, ipse interpretatus est, Hoc illis à me testamentum. er authoritate apostolica addidit, cũ abstulero peccata eorum.

*Secũdum euangelium quidem inimici propter uos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio Dei.*

In fine conuertent̃, sed modo sunt inimici. Superius enim cum diceretur, quia cæcitas ex parte cõtigit in Israel, patuit quia pars illius populi excæcata est, & pars fidei lumine illustrata. Quod ideo accidit, quia alıj ex ipsis facti sunt inimici Christo, & alıj charissimi. *Secundum euangelium quidem* sunt *inimici*, id est, secũdum quod euãgelıj noua prædicatio euacuare uidetur circuncisionem et sabbatum & carnales legis ceremonias. Et sunt inimici *propter uos*, qui ad fidem suscepti estis: quia inde grauiter sunt irati, quòd uos ad Dei cultũ estis adducti, Vel propter uos, id est, ut uobis locus irandi fieret, permissi sunt ad inimicitias erumpere. Secundum euangelium quidem inimici sunt propter uos, quia eorum inimicitia qua occiderunt Christum, euangelium (sicut uidemus) sine dubitatione profecit. Et hoc ex Dei dispensatione uenit, qui bene uti nouit etiam malis, non ut ei prosint uasa iræ, sed ut ipso illis bene utente prosit uasis misericordię. Est ergo in malorum potestate peccare. Vt autem peccando hoc uel hoc ex eorum malitia sequatur bonum, non est in eorum potestate, sed diuidentis tenebras & ordinãtis eas, ut hinc etiam quòd faciunt contra uoluntatẽ Dei, non impleatur nisi uoluntate Dei. Tanta quippe ab inimicis Iudęis aduersus Iesum manus Dei & consilium prædestinauit fieri, quanta necessaria fuerant euangelio propter uos. Ita secundum euangelium sunt inimici propter uos; sed *secundum electionem* alıj ex ipsis sunt *charissimi*, non propter merita sua, quia gratis sunt electi, sed *propter patres* quibus ista sũt promissa. Secundum electionẽ, quæ facta est de ipsis secũdum gratiam, non secundum debitum, id est, secundum hoc quod Deus elegit illos ab æterno, sunt charissimi propter patres, id est, propter complendas ꝓmissiones patrum, scilicet ut Deus cõpleret in filıjs, quod patribus eorum promiserat. Iure dico, secũdum electionem, non secundũ opus eoꝝ, qa dona Dei spiritalia, quę suis fidelibus tribuit, & uocatio qua uocat eos ad fidem, sunt sine pnĩa eoꝝ, qm̃ misericordia Dei præuenit omnem bonam uolũtatem eorum uel actionem. Nec reqrit diuina gratia in ba-

A ptismo gemitum uel planctum uel aliquod opus eorum, nisi solam fidem, sed omnia gratis cōdonat. Hoc ideo dicit, ne putent illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non uident. Vel ita potius: Secundū electionem sunt electi ꝓpter patres, quoniam dona uirtutum quę Deus præbet electis, & uocatio qua uocauit eos ab æterno, sunt sine pœnitentia eius, id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt, sine mutatione consilij eius permanēt. Nam quia omnes pœnitētes mutare solent illud, unde pœnitentiam agunt, pœnitentia pro mutatione, ut causa pro effectu po-

1. Reg. 15. ni cōsueuit. Vnde scriptura testatur

Gene 6. dominum pœnituisse quod constituisset Saul regem, & dixisse de his, quos in diluuio erat deleturus: Pœnitet me fecisse eos. *Sine pœnitentia* ergo *sunt dona*, id est, promissa Dei gratuito

Ephe. 1. facta, *& uocatio* ab æterno: quia non

Psal. 1. mutabit Deus uocationis uel largitionis suæ sententiam, sed quos ante mundi constitutionem in prædestinatione sua elegit, hos fructū boni operis afferre faciet in tēpore suo, & fructus eorum manebit: nec eum nisi manentem uitæ huius inueniet finis, quia perseuerantiam habebunt

Matt. 20. in benefactis. Non. n. uocatione illa

Ioan. 18. uocati sunt, de qua dictum est, Multi uocati, pauci electi: sed illa, qua soli uocantur electi, qui intus audiunt à patre & discunt, & ueniunt ad filium. istorum nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, nō perdit ex

1. Ioan. 2. eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit, nec erat inde qui perit. Propter quod dictum est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permāsissent utique nobiscum.

*Sicut enim aliquando & uos non credidistis Deo, nunc autem misericordiā consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita & isti nūc non crediderunt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit. n. Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.* B

Vero cum plenitudo gentium ingressa fuerit, tūc omnis Israel saluus erit, quāuis modo sint inimici. Nam *sicut*, id est, qua ratione *uos*. s. ne causam superbiæ haberetis, *aliquando*, id est, longo tempore plus quam isti, *non credidistis Deo*, quod ad hoc ualuit, ut modo humiles credatis, sed *nunc*. i. nuper sine tempore gratiæ *consecuti estis misericordiam propter incredulitatem eorum* quę aliqua causa est uestrę misericordię, *ita*, id est eadem ratione *& isti*, ne postea cum fuerint conuersi, habeant materiam in lege gloriādi, *nunc* in tpe grãæ *non crediderunt* uenientes *in uestrā misericordiam, ut & ipsi* in fine humiliati *misericordiam consequantur*. Hoc est, sicut uos gētes quondam non credidistis Deo, nec tñ idcirco penitus reliquit uos Deus, præsertim cum in uocatione temporis Israel nunquam exclusi sitis, sed semper uobis in ꝓselytis ianua patuerit reuertendi, & aliquādo plenam misericordiam ad ultimum cōsecuti estis, occasio tñ conferendę in uos misericordiæ & populi incredulitas extitit, ita etiam hi qui nunc de populo Israel non crediderunt, & ꝑ icredulitate sua derelicti sunt, ut ad nos Dei misericordia flecteretur, nō usquequaque derelinquentur in incredulitate sua: sed postquam plenitudinis gentium fuerit impleta dispensatio, etiam ipsi misericordiam consequentur: & quotidie patet eis ostium misericordiæ, si conuerti uoluerint. Cū enim misericors Deus gentes traxit, iratus Iudæam repulit. Actumque est ut sicut dudum ad percipiendam fidem gētilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidē gentilitate suscepta, Iudæa perfidiæ torpore duresceret. Hæc itaque sententia Apostoli primum quidem de uocatione Iudęorum et repulsione gentium subtiliter est prolata. Ideo ita

de utrisque actum est, quia *Deus conclusit*, id est, concludi permisit *omnia*, id est, Iudæos & gentes *in incredulitate*, ut incredulitas concluderet, eos ac detineret, quoniam aliter ex superbia ruerent, *ut omnium*, id est, Iudęorum & gentium *misereatur*, non quod nullum damnaturus sit, quod quidam falsò opinati sunt. Omnium itaque miseretur uasorum misericordiæ. Quid est omniũ? Et eorum scilicet quos ex gentibus, & eorum quos ex Iudæis prædestinauit, uocauit, iustificauit, glorificauit. Deficiente.n. ab utrisque fide, nisi iudicium suum potestas diuina differret, uniuersitas hominum sententiam damnationis exciperet. Sed in misericordiam ira translata est tũc præcipue, quando nemo poterat de suis meritis gloriari. Considerans igitur apostolus tãtas diuitias bonitatis Dei, & tam magnum opus sapientiæ eius erga rationales creaturas, qui tantum diues est in misericordia, & cuius tanta est bonitas & patientiæ longanimitas, dum ĩmensitatem earum cordis oculis intuetur, repente stupore simul & pauore percussus exclamat, subiungens.

*O altitudo diuitiarũ sapientiæ et scientiæ Dei. Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit sensum* Sapien.9.
Esa.40. *domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis*
1.Corin.2. *prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum, amen.*

Nam quia superius multa posuerat, unde quæstiones istæ possent fieri, quare Iacob elegit, Esau uero reprobauit, et cur alios indurat alĳsq́ miseretur, & quare prius Iudæos q̃ gentes elegit, & post Saluatoris aduentum quare Iudæos populum suum reprobauit et gentes assumpsit, rursumq́ circa finem seculi cur omnem Israel saluabit, & multitudinẽ gẽtium perire sustinebit, nequis inde quæreret solutionem, unde nunquam perueniretur ad finem, prumpit in admirationem, in qua illa nõ esse humanis sensibus intelligibilia ostendit. Nequis enim quęreret, quare sic saluantur, cum multi alĳ modi saluationum sint, hoc non posse sciri per admirationem innuit Apostolus: O, inquit, altitudo &c. ac si dicat: Hic standum est, hic humana ratio deficit: nec secreta diuinę sapiẽtiæ penetrat, ut intelligere possit cur ita diuinitus agatur de singulis, ut isti eligantur & illi reprobentur, & nunc Iudęi, nunc Gentiles ad fidem ingrediantur. Nam ô quanta est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, qui secreto cõsilio suo sic disponit omnia, ut seruata unicuique arbitrĳ libertate, & mala aliorũ uertat alĳs in bonum, & per incredulitatem aliorũ operetur aliorũ salutem. Tanta est hæc altitudo, ut exuperet oẽm sensum, q̃a educit super oĩa in obscuritatem oẽm intellectũ et oẽm rõnem. Et hæc altitudo est diuitiarũ sapientię & scientię Dei: magnas.n. habet diuitias sapientia & scĩa eius, quæ nouit oĩa & sapienter disponit oĩa. Sapientia de diuinis et spirituali bus dicitur, sciẽtia de humanis atq; corporalibus. Est enim sapientia in Deo & de ipso & de angelis, atque de omnibus supercœlestibus creaturis, q̃m has præter ipsum Deũ nemo pfecte cognoscit. Neq; enim uel ipsi angeli seipsos pfecte cognoscũt, inquantũ Deus illos perfecte ĩtelligit usq; ad plenũ. Sciẽtia quoq; de omnibus humanis & mũdanis reb⁹ est in eo pfecta. Per hanc sapientiam & sciãm gubernat & disponit ipse sapienter oĩa cœlestia & terrena, licet nos abscõditas causas opeꝝ ei⁹ ignoremus. Iuxta beatũ Gregoriũ, publica sapientiæ supernæ sunt opera, cũ omnipotens Deus regit quos creat, perficit bona quæ inchoat, & aspi- Sapien.1.

A rando adiuuat quos uisitationis suę lumine illustrat. Cunctis etenim liquet, qa ipse perficit qd' ipse ex munere suæ benignitatis inchoauit. Secreta uero sapientię supnę sunt opa, cũ Deus quos creauit, deserit: cum bona quæ præueniendo cœperat, ne quaq̃ psequendo cõsũmat: cum claritate nos suæ illustrationis illuminat, & tñ petmissis carnis tentationibus, tenebris cęcitatis pulsat: cum dona quæ cõtulit, minime custodit: cum et mentis nrę ad se desideria excitat, & tñ occulto iudicio difficultatẽ nostræ imbecillitatis angustat. Quę nimirũ secreta eius sapiẽtię pauci ualent ingrere, sed nullus inuenire. Quia qd' sup nos de nobis ab immortali sapientia non iniuste dispónitur, iustũ pfecto est ut à nobis adhuc mortalibus ignoret. Sed hæc ipsa sapientiæ illius secreta conspicere utcunq̃, iam incõprehensibilitatis eius est potẽtiam uidere: qa dum in ipsa consiliorũ eius inquisitione deficimus, deficiendo uerius discimus quem timeamus. Ad hæc igit sapientiæ illius secreta se extédens Apostolus, ait: O *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei*. Mira est.n.celsitudo tantarũ diuitiarũ diuinę sapiẽtię & scientiæ, quam nihil latere potest uel effugere: sed ipsa uno intuitu conspicit oĩa, & uirtute suæ omnipotẽtiæ continet uniuersa. O *quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius*.i. dispositiones de omnibus rebus, *et inuestigabiles uiæ eius*, per quas ambulat in cunctis operibus suis. qm̃ iudicia eius, quibus unam quãq̃ animam atq̃ omnem naturã rõnalem dispensat, penetrare nemo sufficit: nec uias eius qbus pudenter incedit, inuestigare qspiam ualet, id est, nec homo, nec angelus. Valde ergo paruũ sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorũ eius, ad discutiẽdam gratiam gratuitam nullis præcedentibus meritis, non iniquam, quæ non tam mouet, cum præstatur indignis, q̃ cum æque indignis aliis denegatur. Viæ aũt eius B inuestigabiles illæ sunt, de qbus in Psalmo canitur: Vniuersæ uiæ domini misericordia et ueritas: Misericordia igitur et ueritas eius inuestigabiles sunt: qa cuius uult miseret, non iustitiæ, sed misericordiæ gratia: & quem uult obdurat, non iniquitate, sed ueritate uindictę. Per has.n.uias uenit ad omnes: & inuestigari non potest, cur ad hunc ueniat per uiam misericordiæ, ad illum uero per uiã ueritatis uel iustitiæ. Nulla.n.creatura perscrutari ualet, cur ipse misereatur huic potius q̃ illi. Vere sapiẽtia & scientia eius est mirabilis, & iudicia eius incõprehensibilia. Nam *quis cognouit sensum domini* in sapientia & scientia? Id est, quis pęrfecte nouit secreta sensus illius? quis arcanorũ mẽtis eius fuit conscius? Nullus: *aut quis consiliarius eius fuit* in dispositione rerũ, cuius cõsilio aliquid ageret, uel qui eius cõsilium sciret? Nullus. Hic uersus ex libro Esaiæ sumptus est, cuius authoritate pbat Apostolus nõ debere talia inuestigari ab hoĩbus, quæ etiam propheta se ignorare demonstrat. Siquis nouit consilium alterius, uel per hoc nouit quod ipse cõsultus, id est, interrogatus sibi dedit, uel qa quod ille inuenit, sibi reuelauit. Quare nulli datur scire occultum Dei consilium, cum ipse nec aliquem consuluerit, nec inuentum alicui reuelauerit. Nam sicut sensus eius nõ potest cognosci, ita consiliũ eius non potest sciri. Quis fuit consiliarius eius? *aut quis prior dedit illi* quicquam, et per hoc *retribuetur ei* ab ipso? Nullus, quia ipse præuenit omnes. Hoc probat inuestigabiles esse uias eius, qa cum sit initium omnium bonorũ, inuestigari non potest, cur ipse aliis gratiam suam gratuito munere tribuat, & aliis nõ tribuat, sicut cer

Psal.24.

A nimus factũ in Iacob & Esau. Quis prior dedit illi, & retribuet ei? Id est, quis prior fecit aliqd boni sine Deo, cuius bonitatis est etiam qd' sumus et uiuimus? Nullus enim Deum meritis antecessit, ut tenere eum quasi debitorem possit: sed ipe potius oẽs (ut dictũ est) sua gratia præuenit, ut subsequi possint eoꝝ bona opa. *Quoniam ex ipso & per ipsum et in ipso sunt omnia.* Et ipsum igit initium fidei nostrę ex ipso est, neque enim hoc excepto ex ipso sunt cætera. Ex ipso sunt oĩa. i. bona uoluntas & bona actio & oẽs naturæ. Neq; enim ex ipso sunt peccata, quę naturaliter subsistẽtia non sunt, sed bene cõditam substantiam uitiant. Ex ipso aũt, non hoc significat quod, de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso: nõ aũt omne quod ex ipso, recte dicitur de ipso. Ex ipso. n. cœlum & terra, qa ipse fecit ea: non aũt de ipso, quia non de substãtia sua. Sicut aliquis homo si generet filium & faciat domum, ex ipso filius & ex ipso domus: sed filius de ipso, dom⁹ de terra & ligno. Sed hoc ideo, qa homo est q non potest aliqd etiã de nihilo facere. Deus autem ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo oĩa, non opus habet aliqua materia, quam ipse non fecerat, adiuuari potentiam suam, & ideo cuncta fecit de nihilo. Ex ipso, potest intelligi ex patre omnia: & p ipsum, per filium omnia: & in ipso, in spiritu sancto omnia. Per has prępositiones, Ex, Per, In, ostenditur diuersitas personarum. Per idem pronomen quod est, ipse, designat identitas substãtiæ, dum dicit, ex ipso & p ipm & in ipso. Nec solũ eadẽ substantia patris & filij & spũs sancti, sed & ęqualitas p hoc demõstrat, & tota trinitas oĩa creasse & continere declarat. Et ideo *ipsi gloria in secula seculorum, amẽ.* Dicẽdo ter, ipm, distinxit (ut diximus) personas: & subiungendo, ipsi gloria, non diuisit substantiam. **B** Possumus & absq; personaꝝ distinctione hęc de eodem, qui est trinitas, intelligere. Sic enim exponit Ambrosius: Quid est ex ipso? Quod ipsius uoluntate natura omnium fit, & ipse sit author omnium quæ esse cœperunt. Per ipsum, qd est? Quia per ipsum institutio & perseuerantia omnibus impertita uidetur. In ipso, qd est? Quia omnia admirabili quodã desiderio & inenarrabili amore authorem uitæ & ministratorem gratiæ suæ ac muneris intuentur, secundum quod scriptum est: Oculi omnium in te sperant, & aperies manũ tuam, & implebis omnem aĩam bona uolũtate. Et quoniam ita sunt ex ipso, & per ipsum & in ipso omnia, idcirco ipsi gloria in secula. Illi autẽ nolunt ut sit ipsi gloria in iustificandis impijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, uolũt suã constituere, ut sui meriti pręcedat aliqd, quasi priores uolentes dare ut retribuat eis ab illo, & sua putantes pręire merita ad illum ex quo omnia. Psal. 144.

CAPVT XII.

*Obsecro itaq; uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum.*

Ab hoc loco incipit moralis admonitio post tractatũ legis & fidei, ac naturam Iudaici populi & Gentilis. Cum. n. per oẽm textũ huius epistolæ in supioribus docuisset Apl's, qũo à Iudæis ad gentes, à circuncisione ad fidem, à litera ad spiritum, ab umbra ad ueritatẽ, ab obseruãtia carnali ad spiritalẽ, religionis summa trãslata sit, et hæc ita futura propheticis ostẽdisset uocibus designata, iam nũc spiritales obseruãtiæ huius, ad quã cultus Dei ritum docuit esse trãslatũ, aggredit mores & statuta sancire, & ad bonã uitã utrũq; simul pp'lm monere. Hucusq;. n. ostẽ Philip. 4.

C sum est, ne alter aduersus alterũ superbiret: nũc ut alter de alterius utilitate laboraret. quasi dicat: Hacten⁹ uitia extirpaui: nunc itaq; uirtutes plantare disposui. Et ideo obsecro uos ô fratres &c. Vel ita continuat ad proximum: Quandoquidem ex Deo sunt omnia, et ex gratia eius habemus qcquid boni habemus, *itaq; obsecro uos fratres*, id est, quod rogo, fraternitas exigit. Non per potentiam impero, nihil.n. proficit legis imperium: sed quasi qui officiũ susceperim reconciliandi uos Deo, obsecro *per misericordiam Dei*, id est, per misericordiam uobis à Deo factam. Quia.n. omnes sub peccato cõclusi sunt, nõ iam meritis hominũ, sed misericordia Dei salus humana consistit. Ad quam misericordiam pertinet & sacrificium, quo se quisq; Deo mactat extinguẽdo uitia: qa & in seipsum facit misericordiã sicut scriptũ est:
Eccle.30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Et ideo per misericordiã rogat Apostolus exhiberi corpora hostiã. Obsecro, inquit, *ut exhibeatis*, id est, offeratis *corpora uestra hostiam uiuentem*. Hostia quippe & imolat & uiua est, quando & ab hac uita homo non deficit, & tamen se à carnalibus desiderijs occîdit. Hostia enim occiditur ut offeratur. Sed hostia uiuẽs est, corpus pro domino afflictum. Quod & hostia dicitur, & uiuẽs, qa uiuit in uirtutibus, & est à uitijs occisum. Hostia uidelicet, qa iam huic mũdo est à prauis actibus mortuum: uiuens aũt, qa cuncta quæ praualet, bona operatur. In lege corpora brutorum aĩalium hostia mortua, sed in euãgelio corpa hoĩum offerunt hostia uiua. Tunc hostia occidebat, ut hoĩes causa peccati subiecti, morti ostenderẽtur: nunc qa à peccato sunt liberi, uiua offert in signum uitę æternæ. Qui.n. mẽbra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & actus corporis

D sui Deo placitos hñt: hostiam uiuentem offerunt, & legem sacrificiorũ, quæ in Leuitico lata est, spiritaliter complent. Sic exhibete corpora ura, hostiam uiuentem, *sanctam*.i. à peccati contagio mundam, & *Deo placentem*, id est, uirtutũ meritis acceptabilem. Et *obsequium uestrum* in Dei cultum exhibete *rationabile*, ut rationabilr oĩa faciatis, nec sit qcq; in actionibus obsequij quod Deo impendatis, unde rõnem reddere non possitis. Vel rationabilr.i. cũ discretione facite oĩa, nequid nimis aut imprudenter agatis, sed cuncta moderate & sapiẽter.

*Et nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona et bene placens, & perfecta.* Ephe.5. 1.Thess.4

Ita uosipsos sacrificium facite. *Et nolite conformari huic seculo*.i. nolite formã huius seculi uobis imprimere, ut similes efficiamini huic seculo nequã *sed reformamini*.i. rursum formamini ad imaginem Dei, quę in uobis per peccatum deformata est, ut incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata est. Non.n. reformare seipsam potest, sicut potuit deformare. Ab ea deformitate, qua per cupiditates seculares conformamini huic seculo, reformamini nunc in nouitate sensus uestri, ut sensus mẽtis uestrę semper igne charitatis ut aurũ innouet. Sicut generalis ꝓhibitio est in lege, Non concupisces: & generalis iussio est, Diliges: ita nunc apud Apo- Exo.20. stolum prohibitio est, Nolite cõformari huic seculo: iussio autem, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: illud ad continentiam, hoc ad iustitiam: illud ad declinandum à malo, hoc ad faciendum bonum. Non concupiscendo enim, uetustate expoliamur: & diligendo, nouitate induimur. Reformatur autem sensus noster per exercitia sapientię & emundationem uer-

C bi Dei, ac legis eius intelligentiã spiritalem. Et quanto quis quotidie ex scripturarum proficit lectione, tãto altius intellectus eius ascendit, tãtoq́ semper & quotidie magis nouus efficitur, & secundum hanc pulchritudinem reformatur ad imaginẽ Dei. Iustitia.n. cum in nobis est, uel quęlibet uirtus qua recte sapienterq́ uiuitur, interioris hominis pulchritudo est. Et aĩa quæ se refert ad Deum, ut igne amoris eius accẽsa, formam concupiscentiæ secularis amittat, ei tanq̃ incõmutabili formæ subdita reformatur, hinc ei placẽs, quod ex eius pulchritudine acceperit. Reformamini, inquit, *in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uolũtas Dei.* Nisi enim à domino renouatus sit sensus noster, & Dei sapientia illuminatus, probare non potest quæ sit uoluntas Dei. In multis enim putatur esse uoluntas Dei & non est: ubi errant & falluntur, qui sensum non habent diuinitus reformatum. Probetis quę sit uoluntas Dei *bona* in his qui bona inchoant, *& bene placens* in his qui perseuerant, *& perfecta* in his qui consummant. Vel bona, quãtum ad cõiugatos: bene placens, quantum ad continentes: pfecta, quantũ ad uirgines.

*Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, nõ plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.*

Voluntatem Dei quæ in pręceptis eius est, probetis, ut secundum eam recte uiuatis. nam dico uobis, id est, præcipio ne inscrutabilia eius arcana discutere præsumatis. *Dico enim per gratiam quæ data est mihi,* id est, per apostolatum gratis mihi datum, *omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere,* id est, non plus inuestigare de mysterijs *quàm oportet sapere.* Daĩ intelligi, fuisse quosdam inter eos, qui se intromittebãt de illis quęstionibus quas superius denotauit, & conabantur rimari illa secreta Dei. Quos nunc apostolica authoritate corrigit, Dicens eis, non plus sapere, id est, non plus inquirere de occultis Dei, quàm oportet, id est, quàm ad fidem & religiosos mores pertinet: *sed sapere ad sobrietatem,* ut mens eorum non inebrietur, ut sensum perdat nimietate sapientiæ, dum in his quæ supra uires humanæ rationis sunt, se ĩmerserit, sed moderato intelligentiæ poculo sobria sit. Obediendum ualde est huic pręcepto. Si.n. pro uiribus suis alaĩ infans, fiet ut crescendo plus capiat. Si aũt uires capacitatis suę excedat, deficiet anteq̃ crescat. Et ideo nõ est supra modũ exquirenda sapientia, sed in huiusmodi inqsitionibus seruanda est temperãtia. Vel quod ait, nõ plus sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, hoc est quod supra dixerat. Noli altum sapere, sed time. Videt enim adhuc superbientes ramos oleastri insultare ramis, qui de bona oliua fracti sũt: & ideo pręcipit eis non plus sapere q̃ oportet, id est, non plus de se sentire q̃ expedit, non plus de se gloriari, ꝑpter casum aliorum. Superbia enim semper sibi uidetur esse sapiens, & ideo plus q̃ oportet sapere, hoc est, superbire. Dico, ĩquit, omnibus qui sunt inter uos, non supra modum sapere, sed ad sobrietatem, *& unicuiq;* dico sapere *sicut diuisit Deus* singulis *mensuram fidei:* quia Deus unicuiq; mensuram dedit fidei, ut ab alio minus, ab alio amplius haberetur, & unicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura compleretur. Vel sapiat unusquisque sicut ei Deus diuisit mensuram fidei, id est intelligat unusquisque quæ in eo sit mensura gratiæ Dei, quam consequi me

D

Roma. xi.

A ruit per fidem. Interdũ.n.accipit qs à Deo, ut sapiat in officio uisitãdi infirmos, aut erga misericordias pauperum, aut erga uiduarum aut pupillorum defensionem, aut erga hospitalitatis solicitudinẽ. Hęc ergo singula diuisit unicuiq; Deus scdm mẽsuram fidei. Sed nisi is, q accepit gratiam ut de uno aliquo horum saperet, intellexerit mensuram gratiæ sibi datæ, sed uoluerit pręsumere de sapientia Dei, de uerbo doctrinæ, de profundioris sciẽtiæ ratione, in qua gratiam non accepit, & non tam discere quã docere quæ nescit, iste cum minus sapiat, plus uult sapere quã oportet. Non.n.sapit ad sobrietatẽ, ut custodiat quõ De⁹ diuisit unicuiq; mẽsuram fidei. Verum ut euidẽtius adhuc de his apostolus adsignet, introduxit exemplum & dicit: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra*. Ordinatissime.n. tali exemplo cõponit omne corpus ecclesiæ. Sicut, inquit, membra corporis singula quæq; proprios habẽt actus, & officijs suis unumquodq; membrum deseruit, nec tamen possibile est ut non consensu mutuo sibi inuicem cedãt, sic in ecclesia quæ est corpus Christi, diuersos singuli habem⁹ actus. Verbi gratia. Alius studet sapientiæ & uerbo doctrinæ, & est oculus in hoc corpore: Alius est deditus ministerio fratrum & curæ indigẽtium, & est manus huius corporis: ali⁹ est studiosus auditor uerbi Dei, & est auris huius corporis: alius ad uisendos decumbẽtes & requirendos tribulatos & eruẽdos in necessitatibus positos est impiger, et est corporis ecclesiæ pes. Et ita inuenitur unusquisq; erga unũ aliquod officium specialius operã dare. Nec tamen unum debet sufficere, sed secũdum formam propositi exempli. sicut uerbi gratia, oculus speciale officium habet ut uideat, uuum tamẽ est ex omnibus et in omnibus membris, & cum singulis agit omnia, & cum ipso singula quæq; agunt omnia: ita & qui per gratiam fidei unũ aliquod donum speciale meruerit, illud qdem principaliter administrat, in omnibus uero actibus aliorũ habetur & particeps. Et hoc est quod dicit: Vere diuisa est unicuiq; mensura fidei, et diuersa sunt dona fidei, nã ita est etiam in cæteris donis gratiæ. Sicut.n.in uno &c. Vel ideo mensurate diuisit Deus donum fidei, quia multi unum corpus sumus: & ideo omnia necessaria sunt danda, sed nõ uni membro, ut nec ecclesia ĩdigeat, et sit subseruiendi materia, ut sit mutua dilectio, dum alter opus habet altero. Sicut.n.corpus nostrum est unũ, & in ipso multa habemus mẽbra, ita unum est corpus Christi qđ est ecclesia, & in ipso sunt multi fideles quasi uaria membra, quia multi unũ corpus sumus in Christo. Nullus rejicitur maior uel minor. Et sicut in corpore humano non omnia membra habent eundem actum, sed diuersa diuersos, & non omnia habent omnes actus in se, sed per alia supplentur: eodem modo in ecclesia singuli quiq; nostrum sumus membra alter alterius, ut inuicem seruiamus. Sicut.n.man⁹ seruit oculo, oculus pedi, sic in ecclesia omnium seruit⁹ debet esse cõmunis. Nos multi per diuersa dona uel opera sumus unum corpus per unitatem charitatis & concordiæ in Christo, sed singuli sumus membra alter alterius. i. alijs seruientes et alijs indigentes, ut hoc modo charitatis inter nos uinculo cõiungeremur, quoniam singuli singulis indigemus, & quod huic in seipso deest, suppletur per alium. B

*Habentes autẽ donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes.*

C Singuli sumus membra, alter alterius, nō uno quidē modo, sed *habentes* diuersas *donationes* spiritalium munerum *differentes* ab inuicem *secundum gratiam, quæ data est nobis* à Deo: quia secundum quod unicuiq; Deus dedit gratis, habet iste hoc donum, & ille aliud.

*Siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium, in ministrando, siue qui docet in doctrina.*

Nunc differentiam donationū incipit exponere, ac uelut diuersorum membrorū actus enumerare. Et quasi oculis uisum, ita menti quæ interior est oculus, prophetiæ adsignat mysterium. Et alijs tanq̄ manui ministerium ascribit, & alijs tanquā linguę doctrinam tribuit. Simili modo & cætera diuidit. Singuli sumus inuicem membra, ad hoc habentes dona differentia, *siue* habentes *prophetiam* .i. futurorum uel quorūlibet occultorum manifestationem, membra sumus aliorum, ut illis prophetemus, ut quemadmodum oculus alijs mēbris, ita & nos alijs fidelibus per prophetiam seruiamus præuidendo illis futura, quatenus ad euitanda imminentia mala reddamus illos cautiores. Nos dico, habentes hanc prophetādi gratiam *secundum rationem fidei*, ut nihil extra fidei regulā loquamur aut sapiamus. Vel scd̄m rationem fidei, quia prout fides credētium siue auditorū exigit capacitas seu salus, datur gratia prophetię. A prophetia incipit enumerare spiritales donationes, quia credentes accepto spū sancto, mox prophetabant. *Siue* habentes *ministerium*, sicut diacones, ut ministremus sacris altaribus, *in ministrando* sumus membra aliorum pro quorum utilitate ministramus. Vel ministerium, ut terrena alimenta sanctis ministremus, in ministrando sumus eorum membra. *Siue* ille *qui docet* ignorantes, *in doctrina*.i. in exhibitione doctrinæ sit membrum eorum. D

Al. Officiū

*Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione.* Amos.5. 1.Petr.2.

*Qui exhortatur* alios ut faciant bonū quod ipsi non faciunt, sed sciunt & negligunt, *in exhortando*, sit membrum eorum. *Qui tribuit*, de suo alijs, *in simplicitate*, sit membrum eorū .i. si nihil repetat ab illis q̄bus dedit, sed tantū à Deo qui remunerator est omnium bonorum. Vel qui tribuit indigentibus, ī simplicitate cordis hoc faciat, hoc est, ne uideatur manib⁹ bene facere indigentibus, & corde laudem quærat ab hominibus. Simplicitas excludit hypocrisim. Qui eleemosynam tribuit, faciat hoc in simplicitate supernæ intentionis, non in duplicitate præsentis & futuræ gloriæ. *Qui præest* fratribus uel ecclesiæ, *in solicitudine* præsit, ut solicitus uigilet sup custodiam gregis sibi cōmissi: nō in solicitudine humanarum causarū, aut secularium rerum, hæc.n. solicitudo abijcienda est ab his qui ecclesię pręsunt, sed in hmōi solicitudine, qualem habebat apostolus, gerēs solicitudinem omnium ecclesiarū. Qui ergo præest ecclesię, talem habere solicitudinem debet, & illam aliā secularem habere oīno non debet. *Qui miseretur, in hilaritate* hoc faciat: hoc est, q̄ misero pie compatitur, impēdens illi beneficium misericordiæ, in hilaritate mentis hoc agat, quia hilarē datorem diligit Deus. Qui.n. res suas pręrogat, si infidelis sit & recepturū se desperet, cōtristatur tanq̄ qui eas perdidit. Qui uero cū fide & spe hoc agit, in hilaritate & lætitia hoc agit, certus q̄ p paruis magna recipiet, et insuper æternam cōsequetur uitam. Opera.n. misericordię non ob aliud fiunt, nisi ut à miseria liberemur, iuxta illud: Beati misericordes, q̄m ipsi misericordiam consequent. Quod cōtra Iacobus ait: Iudicium sine mi 2.Corin.9 Matt.5. Iacob.2.

A sericordia illi qui nō facit misericordiā. Nam quia in multis offendimus oēs, suggerit opus misericordiæ iāq̧ quotidiana medicina quotidianis, et si leuioribus, tñ uulneribus. Misericordia uero multiplex est. s. peccanti ignoscere, oppsso subuenire, esurientem pascere, nudū uestire, & similia facere. Et ideo qui misereē, in hilaritate hoc faciat, ut ex hilaritate uult⁹ & animi gratum magis fiat beneficium eius tam Deo, q̄ hominib⁹. Iā dixerat, Qui tribuit, in simplicitate: & nunc dicit, Qui miseretur, in hilaritate. Et utriusq̧ sententiæ forsitan uidetur unum opus esse, non tamen & opis ipsius unus affectus. Aliud est. n. dare indigenti, aliud affectum misericordiæ cum indigente partiri. Et aliud est simplicitas, aliud hilaritas, qm̄ simplicitas duplicem exclu dit intentionē, hilaritas ostendit fretum animum spe cœlestium prēmiorum. *Dilectio* quoq; *sine simulatione*, sit in uobis. Omnis dilectio quæ non est scd̄m Deum, simulata est & non uera: quia creator animę Deus idcirco ei cum cęteris uirtutibus etiam affectum dilectionis inseruit, ut diligat Deum & ea quæ uult Deus. Cū ergo hoc op⁹ dilectionis Deus in anima dederit, quicunq; aliud dilexerit q̄ Deum & quę Deo placent, charitas in eo ficta et simulata dicēda est. Sed & siqs pximum suum diligat, & cum errantem uiderit, non cōmoneat nec corrigat, simulata charitas ista dicenda est. Et ideo nihil adulatorium, nihil fucatum habere charitas debet.

Hebræ. 13. *Odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.*

Sitis *odientes* omne *malum* & *adhærentes bono*. Odit malum, qui non solum B non uincitur uoluptate, sed etiā odit opera uoluptatis. Et adhæret bono, quem nulla tentatio nullaq̧ aduersitas separare ualet à bono. Et ita debetis ex ordine proficere, ut primū oderitis & in uobis & in alijs omne malum: deinde firmiter adhæreatis bono, ne unq̄ diuellamini ab eo. Sitis *diligentes inuicem charitatem fraternitatis*, id est, amate inter uos fraternā charitatem, diligite & habere studete ipsam dilectionē, quæ uos mutuo fœderat ut fratres. Iste erga illum, & ille erga istum diligat hāc charitatem fraternitatis & seruare studeat. Et sitis alij alios *inuicem præuenientes honore*, ut unusquisq; festinet alium magis honorare, q̄ honorari ab illo, & maiorem ei reuerētiam exhibere, sibiq́ illum præferre, & ille similiter huic faciat. Sitis etiam *solicitudine non pigri*. i. & soliciti corde & impigri opere, ut & de uestra aliorumq́ salute sitis soliciti, & quod ad salutē pertinet agere non sitis pigri. Sitis etiam *spiritu feruentes*, ut etsi actu semper implere nō potestis quod pie desideratis, spiritus tamen igne charitatis ferueat in uobis, ut nihil remissum, nihil tepidum sit in uobis. Sitis etiā *domino seruientes*, ut nulli uitiorum seruiatis, sed domino, cui seruus uitiorum seruire non potest. Domino seruite, ut quicqd boni feceritis, ad domini gloriā referatis: & quicquid pro eius amore pximis feceritis, ei uos facere credatis. Sitis *spe* cœlestium bonorū *gaudentes*, ut non respiciatis ea quę uidentur, sed expectetis ea quæ non uidentur. Sitis & *in tribulatione patientes*, ut patienter propter cœleste præmium toleretis omnem tribulationem, ut nec conturbemini ira, uel odio contra persecutorem, neq; murmuretis contra Deum. Et ut possitis aduersa patienter sustinere, sitis *orationi instantes*, ne deficiatis in tribulatione. In

C quo.n.non sufficit humana fragilitas, auxilium Dei orationibus implorandum est. Sitis *necessitatibus sanctorum.* uestra bona *communicantes*.i.honeste & decenter non quasi eleemosynam indigentibus prębẽtes, sed sensum uestrum quodãmodo cũ ipsis habentes cõmunem. Sitis & *hospitalitatem sectantes* non solum uenientes ad domum uestram hospites suscipiatis, sed etiam sectemini ac perquiratis eos ubiq; , ne forte in plateis alicubi sedeant, ne extra tectũ iaceant.

*Benedicite persequentibus uos, benedicite, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.*

*Benedicite persequentibus uos*.i.bona illis orate qui mala uobis fecerint, *benedicite*, illis *& nolite maledicere*.i.nec saltẽ uolũtatem maledicendi habeatis in corde, remouet eos à cõmuni cõsuetudine, dũ prohibet aduersarĳs maledicere. Et qa graue & uelut intolerabile erat eis hoc præceptum, quo iussit psequentibus benedicere, ideo repetit ut magis mentibus eorũ ingerat, & ut benedictio eorum sit absque maledictionis admistiõe, dicẽs: Benedicite, et nolite maledicere. Scriptura uero sacra duobus modis maledictum memorat, aliud uidelicet quod approbat, aliud quod dãnat. Aliter.n.maledictum profertur iudicio iustitiæ, aliter liuore uindictæ. Maledictum iudicio iustitiæ profertur, sicut Abrahæ dicitur. Maledicã

Gene.12. maledicentibus tibi, Rursum, quia maledictum liuore uindictę promittitur, apostolus nunc admonet. Benedicite, inquiens, & nolite maledicere. Deus ergo maledicere dicitur, & tamen maledicere homo prohibetur: qa quod homo agit malitia uindictæ, Deus non facit nisi examine & uirtute iustitiæ. *Gaudere*, subaudiẽ debetis, *cum gaudentibus*, de spiritali profectu, *& flere cum flẽtibus*, de spiritali detrimento. Non.n.quibuscunq; gau- D dĳs gaudia nostra sunt sociãda, nec quibuscunq; fletibus lachrymæ nostræ iungendæ. Neq;.n.præceptũ habemus, ut cum illis qui de acquisitione pecuniæ uel hmõi rebus gaudent, gaudeamus: sed potius cum illis, qui spe supernorum bonorũ gaudent, uel de accepta remissione peccatorum & gratia spiritus sancti lætantur, & de similibus bonis. Similiter nec cũ illis flere iubemur, quos flere facit tristitia seculi, quæ mortẽ operatur, sed cum illis potius, qui ꝓ suis uel aliorũ peccatis flẽt, aut q prę desiderio uitæ æternę seu pro qbus libet causis hmõi fundũt lachrymas.

*Idipsum* sitis *inuicem sentientes*.i. quod iste sentit, idipsum sentiat ille. Et itẽ qđ ille sentit, idipsum sentiat iste, ut nulla dissensio sit inter uos, sed unanimis cõcordia, uos dico *non alta sapientes*.i.non in corde tumentes, non superbiẽtes, *sed humilibus consentientes*.i.uoluntati humilium adquiescentes, ut uos quoq; sitis humiles. Cõsentientes sitis eis, quod non sit ore, sed corde: quia tũc uera humilitas est, cum non est in sola lingua.

*Nolite esse prudentes apud uosmetipsos.*

Id est, nolite prudentiam uobis arrogare. Qui.n.sibĳpsi prudẽs esse uidetur, hic cum arrogãtia stultus est. Prouerb.3.
Nec potest ueram sapientiã Dei scire, qui suam stultitiam quasi sapientiã colit. Qui ergo apud seipsum prudens est, apud Deũ prudẽs esse non potest, quoniam scientia inflat. 1.Corin.8.

*Nulli malum pro malo reddentes.*

Qui enim malũ pro malo reddit, aut simile peccatum, aut grauius facit. Nam ille qui malum prior intulit, nõ sensit forsitan malum esse qđ fecit. Qui autem malũ reddit, eo ipso quod ad ulciscendum motus est, probatur sensisse malum esse quod reddidit: Et ideo nullus se uindicet, ne deterius quã hostis eius peccet

*prouidentes*

A *Prouidentes bona non tantum coràm Deo, sed etiam corā omnibus hominibus.*

2.Petr.3. Sitis *prouidentes bona*.i. puida discretione considerantes, ut ea quæ feceritis sint bona, *non tantum coràm Deo*, q uidet conscientiam: *sed etiam corā omnibus hominibus*, fidelibus et infidelibus, qui uident actionem, ne possint eam reprehendere. Prouidenda sunt.n. bona coràm cunctis hominibus, nō ut placeamus singulorū uel uitijs uel moribus, ne simus cōtrarij sententiæ, qua dicitur: Si adhuc hominib⁹ placerem, Christi seruus non essem. Sed qui uitæ suæ & morum actúumq́ Galat.1. libram sic tenet, ut non possit ab ullo homine reprehendi, iste bona coràm omnibus hominibus prouidet, siue illis placeant quæ bona sunt, siue non placeāt. Et ideo puidendum est, ne ex bonis nostris fiat hominibus scandalum, sed bonū exemplū. Sunt enim nonnulli qui non curant quicquid dicatur de eis, dummodo ipsi intentionem bonam habeant. Sed qui salutem proximi negligit, crudelis existit.

Hebr.11. *Si fieri potest, quod ex nobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.*

Sitis *habentes pacem cum omnibus hominibus, si fieri potest*, quia difficile est ut fiat *quod* tamen *est ex uobis*.i. habere pacem cum omnibus nō remanet à uestra parte, quia uos erga nullum pacem uiolatis. Vel si bonū quod à uestra parte est, uidelicet obseruatio iustitiæ, potest fieri ut non impediat ab ullis hominibus, sitis habentes pacem cum cunctis hominibus. Iuxta beatum uero Gregoriū, direxit apostolus hoc præceptum ad rectores ecclesiæ. Hortaturus enim ut pacem cum omnibus haberent, præmisit dicēns, si fieri potest: atq; subiunxit, quod ex uobis est. Difficile quippe erat, ut si male acta corriperent, habere pacem cum omnibus possent. Sed cū temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione cō B funditur, inuiolata necesse est in nostro corde seruet. Recte itaq; ait, qđ ex uobis est. Acsi diceret: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripiunt, expellit, integra tamen in uestra qui corripitis, mente teneatur.

*Nō uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi uindictā, & ego retribuam dicit dominus.* Deute.32.

Dico, pacem habeatis, si fieri pōt, cum omnibus, *nō defendētes uosmetipsos charissimi*, siquis uos aggressus fuerit, id est, nō percutientes eum, qui uos percusserit: *sed date locum iræ* i. sinite irā persecutoris in uobis expleri. ille.n. dat locum iræ, qui aduersarium permittit facere quod uult. Vel ille dat locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo declinat, non se cōtra acceptas contumelias erigēs, sed de loco pia humilitate recedens. Vel date locū iræ.i. iudicio Dei. Nō præcipit ut nolint uindicari, sed ut nosipsi uindicantes, demus locū iræ Dei, qui dixit: Mihi uindictā, & ego Deute.32. retribuam. Neq;.n. propter exaturā- Hebr.10. dum odium desiderant sancti uindi Apoc.6. ctam, quod ab eorum pfectione lon Psal.57. ge est. Nam iustus quisq; magis cu- Psal.139. pit inimicum suum corrigi q̄ puni Luce.18. ri. Et cum in eū uidet à domino uindicari, non eius delectatur pœna, qa non eum odit: sed diuina iustitia, qa Deū diligit. Sic quippe inimicus diligitur, ut non displiceat Dei iustitia qua punit. Et sic placet iustitia qua punitur, ut non de malo eius, sed de bono iudice gaudeat. Ait itaq;: Non uosmetipsos defendētes charissimi, sed date locum irę. Ac si dicat: Quid opus est uosipsos uestras ultum ire Matth.5. iniurias, qui nec corda hominū nosse, nec agnita eorum scelera tranquillo ualetis animo iudicare? Quin potius quod in uos peccatur, quasi fratribus & proximis ex corde remitti

C te, ut et uobis Deus uestra peccata remittat, scientes, quia si corrigi uoluerint, eos socios bonorum habebitis: sin aliter, rectius diuino iudicio, quod errare non potest, sicut nec irasci potest, quam uestro, damnabuntur. Et uere iudicium eius debetis expectare, *scriptum est enim*, in Ezechiele. Nam ubi nos legimus secundum Hebraicam ueritatem, Appropinquauerunt uisitationes urbis, Septuaginta interpretes transtulerunt, *Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus*. Et ideo patet Hebræos qui Romæ crediderunt, habuisse in authoritate translationem Septuaginta interpretum, iuxta quam apostolus eis profert testimonium. Non.n. proferret eis testimonium ex scriptura, quam non reciperent. Ob hoc, inquit, dominum expectate, quia ipse sicut scriptum est, dixit: Ego retribuam mihi uindictam.i. omnia mala quæ uobis irrogantur, mihi fiunt, licet sim impassibilis: sed ego uindictam mihi pro his retribuam, puniens æternaliter eos qui temporaliter uos affligunt.

Ezec. 9.

*Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.*

Prouer. 25

Non defendas te ab aduersario ut referias eum & malum illis pro malo reddas, sed potius bonum illi pro malo repende, ut iuxta Salomonis præceptum, *si esurierit inimicus tuus, pasces illum: si sitierit, potes illum*. Et quare? quia *hoc faciens, congeres super caput*.i. accumulabis super mentem *eius carbones ignis*.i. feruentes & urentes pœnitentiæ dolores. Beneficijs.n. tuis uictus, dolebit se iniurias tibi fecisse, à quo bona recipit, & conuertetur ad pœnitentiam, sicque lucraberis cum Christo. Vel carbones ignis.i. charitatem igne sancti spiritus feruentem congeres super cor eius. Hoc est dicere. Sicut carbones ardentes incendunt corpus super quod congeruntur, sic bona facta tua inflammabunt ad dilectionem cor eius D qui te persequebatur. sicque ad feruorem sancti spiritus exemplo tuo prouocabis eum ut bene agat. Absit.n. ut credamus Salomonem uel Apostolum docere uoluisse, ut eo animo bona faciamus inimicis nostris, ut ipsi in his ingrati persistentes, maiora tormentorum incendia perpetuo sustineant. Non est hoc benefacere his qui oderunt nos, sed male illis facere. Sed hoc potius in hac sententia iubemur, ut misericordiam facientes egentibus inimicis, emolliamus fomentis beneficiorum duritiam cordis eorum, & ad redimendum nos in domino studeamus inflammare illos, adhibito dilectionis igne, ut uirtutem mansuetudinis & patientiæ nostræ mirantes incipiant imitari: reiectisque uitijs, ad uirtutum opera conuertantur. Vnde neque hæc Salomonis uerba Iudaico sensu uellet intelligere, mox apostolus subdidit: *Noli uinci à malo, sed uince in bono malum*. Quomodo.n. potest uincere in bono malum, qui in superficie bonus est, & in abdito malus: qui opere parcit, & corde sæuit, in animo mitis, uoluntate crudelis? Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Contende cum malo, sed bonitate. Ipsa est.n. uera contentio, uel certamen salubre, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali. Si tu iam non es malus, obsta malo ut sit bonus. Si displicet tibi malus, noli fieri malus. Nam si repercutis, malo uis uincere malum. In sensibus uel motibus animorum ille dicitur uicisse, qui alterum ad suam traxerit partem, sicut hæreticum aut paganum. Si ergo mali uicissitudinem à te receperit ille, te uicit, & passionis similitudine uitio suo subdidit. Si autem per patientiam tuam cessare eum ab ira uel iniuria feceris, tu uicisti, & de peccato ad salutem lucrando proximum, triumphasti.

Matt. 5.

A

CAPVT XIII.

*Omnis anima potestatibus sublimioribus sub*
*dita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ*
Sapien. 6. *aūt sunt à Deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit*
*potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resi*
*stunt ipsi, sibi damnationem acquirunt.*

Sicut superius reprehendit illos q
gloriabantur de meritis, ita nunc in
greditur illos redarguere, qui postq̃
erant ad fidē cōuersi, nolebant subīj
ci alicui potestati. Videbatur.n.q in
fideles, Dei fidelibus nō deberēt do
minari, etsi fideles deberent esse pa-
res. Quam superbiam remouet, di-
cēs: *Omnis anima*.i. omnis homo *sit* hu
militer *subdita potestatibus*, uel seculari-
bus, uel ecclesiasticis *sublimioribus* sc:
hoc est, oīs homo sit subiectus super
positis sibi potestatibus. A parte.n.
maiore significat totum hominē, si-
cut rursum à parte īferiore totus ho
mo significatur, ubi propheta dicit:
Esa. 40. Quia uidebit oīs caro salutare Dei.
Et recte admonet, nequis ex eo quod
in libertatem uocatus est, factusq́;
christianus, extollatur in superbiā,
& non arbitretur in huius uitę itine
re seruandum esse ordinem suum, et
potestatibus quibus pro tēpore re-
rum temporalium gubernatio tradi
ta est, non se putet esse subdendum.
Cum.n. constemus ex anima & cor
pore, & quandiu in hac uita tempo-
rali sumus, etiam rebus tēporalibus
ad subsidium eiusdem uitę utamur,
oportet nos ex ea parte quæ ad hāc
uitam pertinet, subditos esse potesta
tibus.i. res humanas cū aliquo ho-
nore administrantibus: ex illa uero
parte qua Deo credim⁹, & in regnū
eius uocamur, non debemus subdi-
ti esse cuiquam homini id ipsum in
nobis euertere cupienti, quod Deus
ad uitam æternam donare dignatus
est. Siqs ergo putat qm̄ christianus
est, non sibi esse uectigal reddēdum
siue tributum, aut non esse honorem
exhibendum debitum eis, quæ hæc
curant, potestatibus, in magno erro B
re uersatur. Item siqs sic se putat esse
subdendum, ut etiam in suam fidem
habere potestatem arbitretur eum,
qui temporalibus administrādis ali
qua sublimitate præcellit, in maiorē
errorem labitur. Sed modus iste ser- Matt. 22.
uandus est, quem dominus ipse præ Luc. 20.
cepit, ut reddamus Cæsari quæ sunt
Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei. Quā
uis.n. ad illud regnum uocati sim⁹,
ubi nulla erit potestas hmōi, in hoc
tamen itinere conditionem nostram
pro ipso rerum humanarum ordine
debemus tolerare, nihil simulate fa-
cientes, & in hoc nō tam hominib⁹,
q̃ Deo qui hoc iubet, obtemperan
tes. Itaq; oīs anima sit subdita subli
mioribus potestatibus.i. omnis ho
mo sit subditus primum diuinæ po
testati, deinde mundanę. Nam si mū
dana potestas iusserit quod non de-
bes facere, contemne potestatem, ti-
mēdo sublimiorē potestatem. Ipsos
humanarum rerum gradus aduerte.
Si aliquid iusserit ꝓcurator, non'ne
faciendum est? Tamen si contra pro
consulem iubeat, non utiq; contem-
nis potestatem, sed eligis maiori ser
uire. Non hinc debet minor irasci, si
maior prælata est. Rursus si aliquid
proconsul iubeat, & aliud impera-
tor, nunquid dubitatur, illo contem
pto, huic esse seruiendum? Ergo si
aliud imꝑator, et aliud Deus iubeat,
quid faciemus? Nunquid non Deus
imperatori est præferendus? Ita ergo
sublimioribus potestatibus anima
subījciatur.i. homo. Siue idcirco po-
nitur anima pro homine, qui secun-
dum hāc discernit, cui subdi debeat,
& cui non. Vel homo qui promotio
ne uirtutum sublimatus est, anima
uocatur à digniore parte. Vel, nō so
lum corpus sit subditū, sed anima,
id est, uoluntas: hoc est, non solū cor
pore, sed & uoluntate seruiatis. Ideo
debetis subījci, quia *non est potestas nisi*

C à Deo. Nunq̃.n.posset fieri nisi operatiõe solius dei, ut tot homines uni seruirent, quem cõsiderant unius secum esse fragilitatis & naturæ. Sed quia Deus subditis inspirat timorẽ & obediendi uoluntatem, contingit ita. Nec ualet quisquam aliquid posse, nisi diuinitus ei datum fuerit. Potestas omnis est à Deo. Sed *ea quæ sunt à Deo, ordinata sunt.* Ergo potestas est ordinata.i.rationabiliter à Deo disposita. *Itaq; qui resistit potestati* nolens tributa dare, honorem deferre & his similia, *Dei ordinationi resistit,* qui hoc ordinauit ut talibus subijciamur. Hoc enim contra illos dicitur, qui se putabãt ita debere uti libertate christiana, ut nulli uel honorem deferrẽt, uel tributa redderẽt. unde magnum poterat aduersus christianã religionem scandalum nasci à principibus seculi. De bona potestate patet, quòd eã perfecit Deus rationabiliter. De mala quoq; uideri potest, dum & boni per eam purgantur, & mali damnãtur, & ipsa deterius præcipitat. Qui potestati resistit, cum Deus eam ordinauerit, Dei ordinatiõi resistit. Sed hoc tam graue peccatum est, q *qui resistunt ipsi,* pro cõtumacia & peruersitate *sibi damnationem* æternæ mortis *acquirunt.* Et ideo non debet quis resistere, sed subijci.

Ioan.19.

*Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter cõscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.*

Matt.22.

Merito acquirunt sibi damnationem qui resistunt potestati, quia *principes non sunt,* his *timori* qui sunt *boni operis,* sed qui sunt praui.i.nõ bene operantibus, sed male agentibus. Princi- D pes dicit, qui ꝓpter corrigendam uitam & ꝓhibenda aduersa cõstituuntur, Dei habentes imaginem, ut sub uno sint cæteri hoĩes. Qui non sunt timori bene agentibus, sed male: quia non ad bonos, sed ad malos puniendos sunt instituti. Naturaliter.n.omnes norunt & ĩnocentiam ꝑmio, & malitiam supplicio dignam esse. Et princeps, si est bonus, bene opantem non punit, sed diligit. Si autẽ malus est, nõ nocet bono, sed purgat eum. Ideoq; non est quod timere debeat, qui bene agit. Qui uero mala opaƭ, debet timere: quia principes ad hoc sunt constituti, ut mala puniant. Ille timeat. Sed si *uis non timere potestatem,* do tibi consilium, *Bonum* opus *fac & habebis laudem ex illa.* Bonum fecere apostoli & martyres, tamen nõ eos laudauerunt, sed potius ĩterfecerunt potestates. Ideoq; uoluit apostolus dicere, Bonũ fac, laudabit te potestas: sed temperauit uerba, & ait: Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Si.n. iusta est potestas, habebit laudẽ ex illa in ipsa laudãte. Si autem iniqua est, mortuus ꝓ fide, pro iustitia, pro ueritate, habebit laudem ex illa in illum sæuiente. Ex illa.n.habebit, non ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasionẽ præbente. Hęc Augustinus. Gregorius uero sanctus sic ait: Paulus cum infirmum auditorem suum perpenderet, aut praua adhuc uelle agere, aut de actione recta humanæ laudis retributione gaudere, ait: Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Neq;.n. ideo bona ageda sunt, ut potestas huius mũdi nulla timeatur, aut per hæc gloria transitoriæ laudis quæratur. Sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, ut & prauitatem simul uitaret

taret

A taret et laudem, prędicator egregius etiam monendo aliquid obtulit, & aliquid tulit. Concedendo enim lenia, subtraxit acriora, ut quia ad deferenda cuncta simul nō assurgeret, dum in quodam suo animus familiariter relinquitur, à quodam suo sine dolore tolleretur. Laudē habebis ex potestate, quia ille potens, siue bonus, siue malus sit, *est Dei minister* proficiens *tibi in bonum*. Nam si bonus fueris, nutritor tuus est: si malus fueris, tentator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, & in tentatione ut aurum probare. Si bene feceris, non timebis principem. *Si male feceris* tunc *time* illum. Et timendus tibi est, quia *non sine causa gladium portat*, sed ut malos puniat. Gladium habet materialem, uel gladium, id est, iudiciariam potestatem, ut reos feriat. Nec mirum, quia *Dei minister est uindex in iram ei qui male agit*, ut loco Dei uindicet in malos. Est enim uindex ei, id est, ad damnum eius qui male agit. Est uindex in iram, id est, ꝓpter iram Dei uindicādam, uel uindex in iram Dei ostendendam. Quia hęc punitio indicat persistētes in malo grauius puniendos. Nam si homo iudex amore iustitiæ peccata subditorum punit, considerandum est, qua animaduersione Deus iudex, qui sine peccato est, & puram iustitiā habet, peccata peruersorū puniet. Ideo princeps seculi est minister Dei, ut uice eius interim ultionem faciat, & iudicium eius præfiguret, quoniam fortia quæque crimina, quæ uindicari uult Deus, non per antistites & rectores ecclesiarum, sed per mundanos iudices uoluit uindicare. Et hoc sciens Apostolus, recte eum ministrum Dei nominat, & uindicem in eum qui male agit. Dei minister est. Et *ideo subditi estote* illi *necessitate*: quia necesse est propter hanc uitam subditos illi uos esse, nec resistere, si qđ auferre uoluerit ex rebus huic tem- B pori necessarijs, in quas sibi data est potestas. Subditi estote *non solum propter iram*, ut effugiatis offensionem hominum, *sed etiam propter conscientiam*, ut nō simulate quasi ad oculum hominum ista faciatis, sed pura dilectionis conscientia propter Deum, qui omnes homines uult saluos fieri & in agnitionem ueritatis uenire. Non solum propter iram principum uitandam subijciamini illis, quod potest etiam simulate fieri, sed etiam propter conscientiā, ut in uestra conscientia certi sitis illorum dilectione uos id facere, qbus uos Deus subijci uoluit. Et debetis esse subditi, quia etiam *ideo* id est, propter obedientem subiectionē *tributa præstatis* illis, quasi reddituris, dum pugnant pro patria & agunt iudicia. Tributa pręstatis, & merito, quia *ministri Dei sunt* qui uobis eos cōstituit. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu reges constituuntur, apti his q eo tempore ab ipsis reguntur. Quidā enim illorum ad correptionem & utilitatem subiectorum & conseruationē iustitię dantur, quidam autem ad timorem & pœnam & increpationē, quidam uero ad illusionem & contumeliā & superbiam. Ministri Dei sunt, *in hoc ipsum seruientes ei*, quod tributa exigūt à uobis, & potestatem exercent ad utilitatem bonorum & detrimētum malorum. Vel uos præstatis illis tributa, in hoc ipsum Deo seruientes, quia ministri Dei sunt. Aut certe illi qui tributa à uobis exigunt, in hoc ipsum uobis sunt seruientes, quia propter illa quæ à uobis percipiūt, utilitati uestræ subseruiunt, dum patriam defendūt & res uestras custodiunt. Et quia ministri Dei sunt, qui uos illis subiecit, *ergo reddite omnibus* illis *debita* sicut & dominus pro se & Petro cēsum reddidit, significans ꝙ potestas spiritalis po-

C iestati seculari non aufert suum ius. Omnibus reddite debita, ut sic laudetur ecclesiastica doctrina. *Cui tributum* debetis, reddite *tributum: & cui uectigal,* reddite *uectigal*. Tributum est reditus uel pensio. Et dictum est tributum, eo quod olim per tribus singulas exigebatur, sicut post per singula territoria. Sic enim per tres partes diuisus erat Romanus populus, ut qui præerant in singulis partibus, tribuni dicerentur. Vnde etiam sumptus quos dabant populi, tributa nominarunt. Vectigal quoque redditus est uel pensio, siue tributum fiscale. Sed tamen uectigal à uehendo, id est, à portando dictum est. Tributum illi census dicuntur, qui dantur de terris, & quos homines de capitibus suis dant: uectigal uero, quod aduehitur de lōginquis regionibus. Tributum, quod à præsentibus datur: uectigal, quod ex remotis prouincijs mittitur. Tributum, quod regiones soluūt: uectigal, stipendiū quod datur dominis quando per patrias uehuntur. Tributū, quod domi soluitur statutis temporibus: uectigal, quod à transeuntibus & sua negotia uehentibus datur pro rebus suis conseruandis. *Cui timorem*, debetis, *timorem* reddite, ut reuereamini dominos atque timeatis, et *cui honorem*, ut honoretis regem, siue parentem aut senem, uel huiusmodi personam, *honorem* reddite. Per hæc præcepta ordinat Apostolus ecclesiam Dei, ut nihil aduersus principes seculi gerens, per quietem & tranquillitatem uitæ opus iustitiæ & pietatis exerceat. Si enim ponamus, uerbi gratia, credentes in Christo potestatibus seculi non esse subiectos, tributa non reddere, neque uectigalia soluere, nulli timorē, nulli honorem deferre, nonne per hęc regum & principū merito in semetipsos arma conuerterent, & persecutores quidem suos excusabiles, semetipsos uero culpabiles facerent? Non D enim fidei, sed contumaciæ causa impugnari uiderentur, & essent eis causa quidem mortis digna, meritum uero mortis indignum. Sic nanque Iudæi perire meruerunt gladio Romanorum.

*Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.* Matt. 22. Galat. 5. Iacob. 2.

Sic reddite omnibus debita, quāuis *nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis*. Cętera enim cum reddita fuerint, non debentur: dilectio autē tanto magis debetur, quanto amplius impenditur. Ipsa quippe exigit debitum, ut fraternæ charitati seruiētes, eū qui se adiuuari recte uelit, in quo possumus adiuuemus, semper existentes debitores charitatis. Ipsa est enim quæ semper redditur, & semper debetur. Debetur nāque, etiam si reddita fuerit: quia nullum tempus est, quando impendenda non sit. Nec cum redditur, amittitur: sed potius reddendo multiplicatur, quoniam habendo redditur, nō carendo. Quoniam pecunia cum recipitur, accedit ad eum cui datur, sed ab eo recedit à quo datur. Charitas uero nō solum apud eū crescit, qui hanc ab eo quē diligit, exigit, etiam si nō recipit, sed etiam ille à quo eam recipit, tūc incipit habere cum reddit. Et ideo cætera sic soluite, ut non debeatis: charitatem uero ita soluite, ut semper habeatis & debeatis. Et merito semper est habenda, quia *qui diligit proximum, legem impleuit*. Sola enim charitas iustitiam legis adimplet, quā timor implere non poterat. Hoc loco sola dilectio proximi ad perfectionem pręcipi uidetur, & taceri dilectio Dei

A cum in utroque præcepto lex pendeat & prophetæ. Sed qui proximum diligit, consequens est ut ipsam dilectionem præcipue diligat. Nam nec proximũ uere sine Deo, nec Deum uere sine proximo potest diligere. Sed cur Apostolus solam proximi dilectionem commemorare maluit, qua legem dixit impleri, nisi quia in dilectione Dei possunt homines mẽtiri, quia rariores tentationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere, dum scilicet inique omnib9 uel aliquibus agunt? Cum ergo alterum dilectionis præceptũ sine altero teneri non possit, etiam unum eorum cõmemorare plerunque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ, sed opportunius illud, de quo quisque facilius conuincitur. Itaque dilectione proximi lex impletur. Et hoc per partes probatur. *Nam omnia hæc præcepta complentur amore proximi. Non adulterabis.* Quis enim adulterat uxorem eius quem diligit? *Non occides.* Quis occidit eum quem diligit? *Non furaberis.* Quis furatur res eius, quem sicut seipsum diligit? *Non falsum testimonium dices.* Quis falsum profert testimonium contra eum, quem sicut se diligit? Omnia igitur hæc mandata, *& siquod est aliud mandatum* simile his in lege, *instauratur*, id est, adimpletur & perficitur *in hoc uerbo* quo dicitur, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, id est, recto amore quo te diligis. Qui enim se ut oportet diligit, ac deinde proximum tãquam se, necesse est ut cuncta præcepta hic custodiat. Nã hæc præcepta malum prohibent. *Dilectio proximi malum non operatur.* Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Sic enĩ & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut ut iustus sit. Sic enim diligit proximum tanquam seipsum sine ullo periculo. Qui enim aliter diligit se, iniuste se diligit: quoniam B ad hoc se diligit, ut sit iniustus, ad hoc ergo ut sit malus, ac ꝑ hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Tenenda est igitur uera dilectio, per quam omne malum opus uitatur, & omne bonum opus impletur. Et quandoquidem qui proximum diligit, singula quæque præcepta legis impleuit, quia nec malũ operatur, & bonum facit: *ergo dilectio est plenitudo legis*, id est, plenaria legis adimpletio: quia plene legem adimplet, dum & ab his abstinet quæ lex prohibet, & ea facit quæ lex iubet.

Matt. 22.

Leuit. 19.

Psal. 10.

*Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus.*

Dixi ut nemini quicquam debeatis nisi dilectionẽ, quia per eam potestis uniuersam legem implere, & nũc dico, ut sitis *scientes*, id est, cognoscentes & intelligentes *hoc tempus* gratiæ, in quo spiritus sanctus datur credentibus, per quẽ charitate repleantur, qua legem impleant, sicque uitam æternam merito percipiant. Sciatis hoc tempus, in quo per aduentũ Saluatoris grã Dei mundo illuxit, *quia hora est*, id est, opportunum, sed breue spatium temporis: *iam nos de somno surgere*. i. ut surgamus ad bene agendum à torpore negligentiæ uel ignorantiæ. Hora est, id est, breue spatiũ: quia qui hodie habemus horam, ne scimus si cras habuerimus uitam. Et ideo iam, id est, cũ celeritate quadam sine dilatione, surgendum est à somno desidiæ, ut mente uigilemus & bonis operibus occupemur. In uitijs nostris requiescebamus torpẽtes, & ueluti quodam sopore detẽti: sed nũc scire debemus quòd sit hoc tẽpus in quo sumus, quia hora est ut iam ab illo somno mentis surgamus, & amodo in bonis operibus laboremus. Vere amplius nõ est no

C bis iacendum in somno, sed potius surgendum est, quia *nunc est propior nostra salus* æterna *quàm* tunc erat *cum credidimus*, id est, cum credere cœpimus: qm̄ morti iam uiciniores sumus, in qua retributionem percipiemus. Et cū magis ac magis ad salutē nostrā propinquemus, & omnia ruant ad occasum, iam oīs torpor bene operandi à nobis excutiatur, & ad salutē quæ iam instat, cū alacritate festinemus, cū hæc uita ad præsens finiatur. Turpius est enim, si non surgimus qui iam saluti propinquamus quæ nostra erit, si surrexerim⁹: alioquin salute carebimus. Vel nunc, id est, qn̄ surgimus, propior est nostra salus, id est, nobis uicinior: hoc est, magis ad nos pertinēs, & magis nostri iuris, q̄ tunc erat cum primum credidimus. Si enim tunc moreremur, salus & uita propè nos esset: sed nunc ad nos magis attinet, quoniam tunc ex sola misericordia erat uenia, nunc uero ex gratia & meritorū nostrorū actione corona. Nam bene operans est uicinior æternæ uitę. Baptismus uero est ad ueniam, uita autem bona ad coronam.

Luc.4.8. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.*

Vere propinquior est nostra salus quàm antea. *Nox* enim infidelitatis & iniquitatis *præcessit*, sed dies fidei & iustitię *appropinquauit*. Noctis enim tenebris premimur, cum perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem uertitur, cum erroris nostri obscuritas ueritatis cognitione radiatur. Nox in lucem uertitur, cum corda nostra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc nunc diluculum discipulorum mentibus oriri uiderat Apostolus, cum dicebat: Nox præcessit, dies aūt appropinquauit. Qui enim post discessum noctis, non iam uenisse, sed appropinquāsse diem insinuat, esse proculdubio ante solem post tenebras adhuc aurorā demonstrat. Nondū enim in splendore suæ claritatis apparuit sol iustitiæ Christus, sed iam uicinus eius instat aduentus. Et ideo nondum perfectum diem, sed adhuc diluculū & aurorā habemus. Vita enim fidelium, quæ in hac carne & in hoc seculo ducitur, in comparatione uitæ infidelis & impiæ, nō irrationabiliter lux & dies appellatur, sed tamen in comparatione illius diei, quo æquales angelis facti, uidebimus Deū sicuti est, adhuc nox est. Nox et dies. Dies 1.Ioan.3. in comparatione infidelium, nox in comparatione angelorum. Habent enim diem angeli, quē nos nondum habemus: sed tamen iam habemus, quem non habent infideles. Recte igitur prætermisso, quem nunc habet uita fidelium, dicitur, quia nox infidelitatis præcessit, & dies æternitatis appropinquauit. Dies æternæ beatitudinis appropinquauit, quia iam remissa sunt peccata, iustificati iam credentes. Et quia nox præterijt, & dies appropinquauit *ergo abijciamus opera tenebrarum*, id est, illa facta quæ solebamus agere dum tenebris ignorantiæ premeremur, *& induamur arma lucis*, id est, uirtutes quas exigit lux diuinę cognitionis, per quas impugnemus *opera tenebrarum* & principes talium operū, id est, dæmones. Minus enim decorum est, sub tempore nouæ lucis opera ueterum tenebrarū gerere, id est, opa mala, quę in tenebris ignorantiæ uenerunt, uel tenebras amāt & ad tenebras ducūt. Opera uero lucis, nō tam opa q̄ arma uocanť: quia dum recte agimus, dum lucē fidei bonis operib⁹ sequimur, hostes nostros armis talibus debellamus. Induamur ut ornamentū opa lucis, i. opera q̄ fides exigit: & acceptis hmōi armis, *ambulemus honestè*

A *nesti ficut in die*, id est, pergamus in uia mandatorum Dei laudabiliter, sicut decet in diem fidei. Iam enim (sicut diximus) uita fidelium, in comparatione uitæ infidelium, dies est. Et ideo nos qui iam in die sumus, debemus sicut in die honeste ambulare, ut honestas uirtutum undiq; nos adornet in uia nostræ actionis, quos illustrat dies fidei & notitia ueritatis, in qua uidemus quid honestum sit, et quid inhonestum. Quæ sint autem opera tenebrarum, quæ abijcienda sunt, consequenter ostenditur, cum dicitur.

*Non in comesationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione.* Galat. 5. 1. Petri. 2.

Et de armis lucis quæ induenda sunt, subditur.

*Sed induimini dominum nostrum Iesum Xp̄m.*

Et post adiungitur.

*Et carnis curam ne feceritis in desiderijs.*

Ambulemus honeste sicut in die, nos dico existentes, *non in comesationibus*, id est, superfluis manducationibus, *et ebrietatibus*, id est, nimis uini in gurgitationibus, *non in cubilibus*, id est, pigritijs dormiendi, *& impudicitijs*, i. libidinibus quæ in nimijs epulationibus & potationibus atq; cubilibus nutriunt. Comesationes enim sunt inhonesta & luxuriosa conuiuia, quibus necessaria comes est turpissima temulentia. Et quid aliud subsequitur, nisi cubilia & impudicitiæ? A fœdis cubitationibus cubilia sunt appellata, quæ non tam rationalibus hominibus q̃ feris et belluis conueniunt. In cubilibus enim & impudicitijs agunt, qui cõmunes habẽt status, & more ferarum illicite commiscentur ibi. Notandum est, in his Romanos fuisse, & ideo non esse illis ius gloriandi. Et hæc quatuor uitia carnis sunt, duo autem quæ ad animum pertinent, subduntur, cum dicitur: *non in contentione & æmulatione*. Agebant uero Romani in contentione & æmulatione, quia contendebant B adinuicem, & se alij alijs præferebãt, in quo minoribus maiores inuidebant. Horum autem morborum, id est, cõtentionis & æmulationis, mater superbia est, & humanæ laudis auiditas, nec adhuc sanari potest, nisi qui superbiam calcauerit, & humanas laudes contempserit. In his non inueniamini, quia hæc sunt opera tenebrarum, *sed induimini dominum Iesum Christum*, quia hoc est arma lucis indui. Christus enim sapientia est & iustitia & sanctificatio & ueritas & omnes simul uirtutes. Quas qui assumpserit, Christum dicitur indutus esse. Christum induimini, id est, formam Christi sumite uestẽ, ut habitus et forma illi⁹ undiq; fulgeat, & repræsentetur in nobis. Cũ uestem induimur, ex omni parte circũdamur. Christum igitur est indutus, qui undiq; bono opere protegitur, ut nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquat. Nam qui in alijs actionibus iustus est, in alijs iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit. Nec iam bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus inquinantur. Qui ergo undiq; Christianus apparet in cunctis operibus suis, hic Christum dicendus est esse indutus. Christum induimini, *& carnis curam ne feceritis* non dico in necessarijs, sed *in desiderijs*. In necessarijs enim permittitur fieri, quia nemo unquam carnem suam odio habuit: sed in desiderijs prohibeẽ, quoniam carnalia desideria militant aduersus animam. Neq; enim mortali in carne adhuc uiuẽtibus funditus cura carnis abscindiẽ, sed ut discrete seruiat, temperatur. Discretione ergo magni moderaminis frẽnãda est, ut seruiat, & nõ principeẽ: nec quasi domina animũ uincat, sed subacta mentis dominio quasi ancilla famuletur: & ad necessitatem salutis fiat, 1. Cor. 1. Ephe. 5. 1. Pet. 2.

C non desideria uoluptatis. Quæ enim in desiderijs fieri prohibetur, procul dubio in necessitate cōceditur. Quia uidelicet mens nostra à carnali delectatione superanda est, sed à carnis cura necessaria separanda non est.

CAPVT XIIII.

*Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem infirmus est, holus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim Deus statuere illum.*

Iacob. 4.

Iterum, quia erat iter Roma. aliud genus cōtentionis, redarguit eos inde, & ad concordiam reuocat. Contendebant enim de differentijs ciborum, quia quidam illorum cum integra fide omnes cibos comedebant: alij uero à quibusdam abstinendum esse credebant, & inde ab inuicē dissentiebāt. Illi enim qui ex gentibus crediderant, extollebāt se in libertate fidei, quia nihil cōmune uel īmundum esse crederēt, aduersus eos qui ex circuncisione uenientes, obseruabāt adhuc traditione legis ciboꝝ differentiam. Et inde reprimit eos Apostolus, & monet ne insultent eis, quibus longa consuetudo in obseruandis cibis discretionem adhuc aliquā & cunctationem mouebat. Et unūquenqꝫ talem, uocat infirmum in fide, quia nō credit omnia licere manducari. Perfecta enim fides nullū cibum Iudaico sensu credit respuēdū, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiaꝝ actione percipitur. Sed qsquis ita non credit, adhuc infirmus est in fide, si iam fidem habet. Sed tamen hunc non abijci, sed assumi iubet Apostolus, nec quasi infidelem iudicari. Aliud est enim infidelem esse, aliud infirmari in fide: quia infidelis

D non habet, infirmus autem iam habet, sed adhuc ex parte dubitat. Et ideo non est repellendus, sed assumēdus. Et hoc est quod ait, *Infirmum autem &c.* Quod sic cōtinuatur. Ea quæ supius dixi, ita ut docui, facite in uobisipsis, id est, induite Christum, & his similia facite: sed hæc quæ nūc dico, facite erga proximos, scilicet infirmū in fide assumite ut sanetis eū, sicut Christus medicus peccatores, id est, male habentes suscepit sanandos. Assumite eum non in disceptationibus cogitationum eius, id est, non ut de occulto cognitionum iudicetis eum. Forte dubitat aliqd nouitas ipsius. Amate abūdantius dubitantē. Amore uestro curate de corde infirmi dubitationem. Et si incognitum nobis est quo animo id faciat, non inde disceptemus. Non nobis usurpemus diiudicare cogitationes alioꝝ, sed Deo probemus cogitationes nostras etiam pro illis, de qbus forte aliquid dubitamus. Vere infirmus est assumendus ab eo q firmus est. Nam *alius credit* licere *manducare omnia* genera ciborum, & est firmus iste, atqꝫ infirmum debet assumere: alius uero nō credit ita licere, & infirmus est, ac indiget assumi. Hoc uidetur debuisse dicere. Sed ponit consilium de illo, per quod satis intelligitur dicens: *Qui autē infirmus est,* id est, qui nō credit omnia esse manducāda, *holus manducet*, id est, relinquatur arbitrio suo, ne cum scrupulo edat, ut si uoluerit, non solū ab omni carne, sed etiam à cęteris cibis abstineat, & holera tantum comedat. Alius credit manducare omnia, id est, gentilis quisqꝫ ad fidem conuersus omnes cibos indifferenter posse comedi iudicat: sed q infirmus est. i. Hebræus quilibet adhuc in fide pusillanimis & titubans, qui alias carnes mundas, & alias arbitratur immundas, holus māducet, in quo nul

A la est suspicio immunditiæ, sed indifferēter comeditur ab omnibus. Melius est enim ut permittatur illa solū comedere, quæ ritus legis in qua nutritus est, non prohibuit, & cum pusillanimitate retineatur in fide, ut paulatim crescendo ad sublimiora ꝓficiat, q̃ ut de pusillanimitate eradicetur, et discedat penitus à fide. Et ideo *is qui manducat* omnia, id est, Gentilis qui nullum cibum credit īmundum, *non spernat*, id est, non uilem reputet *non manducantem*, id est, Hebræum, qui adhuc ꝓpter legis consuetudinē quosdam cibos respuit. *Et qui nō manducat*, id est, Iudæus qui se abstinet ab aliquibus, ne ritum legis uiolet: *non iudicet*. i. non damnet *manducantem*. i. Gētilem omnes cibos indifferenter sumentem. Gentiles. n. quos carnalis intellectus legis à fide non retrahebat, firmiter credebant nihil abijciendum, qđ cum gratiarū actione percipitur: & ideo spernebant Iudæos infirmiores in fide, quos adhuc uidebant propter antiquam legis obseruantiam cibos discernere. Et ecōtra Iudæi cum uiderent illos alimenta illa percipere, quæ ipsi putabant immunda esse, grauiter eos inde iudicabant. Ideoq; iubet illis Apostolus, ne istos quasi infirmos & hebetes spernant: & istis, ne illos quasi gulosos & īmundos iudicent. Erāt etiam nonnulli inter eos, qui non propter legem, sed propter sobrietatem se abstinebāt à carnibus & uino, & spernebanť à cæteris, quasi qui Dei creaturas reijcerent. Ipsi uero iudicabāt cæteros quasi uoraces & gulosos. Et idcirco præcipit Apostolus, ut is q māducat omnes cibos, nec ieiunat, non spernat non manducantem, id est, ieiunantem & à carnibus abstinentē, cū in uoluntate uniuscuiusq; sit edere uel nō edere: & rursus is q non manducat, sed abstinet & ieiunat, manducantē bis in die, & carnibus uescentem uel hmōi cibis nō iu B dicet. i. nō de illo male existimet, cū possint bono animo & simplici corde sine uitio concupiscentiæ qcunq; humani cibi indifferenter sumi. De talibus enim rebus, quæ bono animo possunt fieri, quamuis etiā possint non bono, uolebant illi cum homines essent, in occulto cordis ferre sñiam, de qbus solus Deus iudicat. De manifestis enim iudicare possūt homines, sed de his quæ īcertum est quo animo fiant, qa possunt & bono & malo animo fieri, iudicium relinquendum est Deo, ut non audeat quisq; de alterius cōscientia, quam non uidet iudicare. Non enim damnādus est, cuius cogitatio aperta nō est, & de quo nescitur qualis postea sit futurus. Ieiunans non iudicet mādücantem. i. nō credat peccare, cum nesciat quo animo māducet. Et qua re? Quia *Deus illum assumpsit* ut suus eēt. Et cum sit à Deo assumptus ut Dei sit & Deo seruiat, *tu quis es*, id est, cuius ualentiæ, *qui iudicas*, id est, damnādum affirmas, *alienum seruum*? Cum. n. nō tuus seruus sit, sed alterius, in eo qđ illum iudicas dominū illius præcipue offendis, quia seruum eius ip so ꝓhibēte iudicare præsumis. Nam qua cōsciētia edat uel nō edat qsq;, dominus est iudex. Et idcirco nō est ab homine iudicandus, quia nō homini, sed *suo domino stat aut cadit*, id est, ad honorem domini sui stat, si stat: & ad dominum suum pertinet & casus eius, si cadit, quia potest illū uel erigere, uel iudicare. Ideo dico, stat aut cadit, qa ambiguum est. fortasse enim stat qui putať cadere, uel cadit qui putať stare. *Stabit aūt*. Hic īnuitur q; ambigua debemus ī meliorē partem uertere, & plus salutem hoīs q̃ mortē optare: atq; in futuro de illo spem boni habere, etiā si aliter sit in præsenti. Stabit, qa *Deus est potens illum statuere*. i. stare facere illum. Non ipse,

A sed Deus est potens hoc facere. Voluntate.n.sua cadit qui cadit, sed uoluntate Dei stat qui stat, uel surgit q surgit. Nam per se potest cadere, sed per Deum resurgere. Quāuis de omnibus regeneratis & pie uiuentibus loqueretur Apostolus dicēs. Tu qs es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit, continuo tamen respexit ad prędestinatos et ait: Stabit aūt. Et ne hoc sibi arrogarēt, potest enim, inquit, Deus statuere illum. Ipse.n.ergo dat perseuerātiam, qui statuere potens est eos qui stāt, ut perseuerantissime stent, uel restituere illos qui ceciderint. Possūt hęc forsitan & de spiritali esu, uel ieiunio sic itelligi. Infirmum aūt in fide assumite, ut infirmitatem eius paulatim sanetis, non in disceptationibus cogitationum.i.non ut de cogitationibus eius disceptetis & disputetis, sed Deo iudicādas relinquite illas, qui potest emendare quicqd ibi uidetur sibi displicere. Alius enim.i. diuersus ab isto īfirmo et robustus, credit manducare oīa.i.credit se debere pro posse suo & intelligere, & operibus exercere omnia quę in scripturis dicuntur. Qui aūt infirmus est.i.quem adhuc cordis & operis infirmitas detinet, holus māducet.i. infirmitati suæ congruos scripturarum sermones comedat, per quos à uitijs carnis & ægritudine mētis satietur. Is qui manducat.i.qui intelligit arcana scripturarum, nō spernat non manducantem, id est, eum qui hæc non ualet intelligere. Et qui nō manducat.i.qui nō intelligit, nō iudicet manducantē.i.intelligentē. Solent.n.hi qui aliquantulū uidenī in scientia ꝓficere, spernere & nihil ducere eos qui altioris intelligentię minus capaces sunt, & ecōtra, imperiti & īdocti iudicare.i.incusare & cōdemnare eos, qui altiora & ꝓfundiora pergrunt, quæ ipsi capere uel asse

qui nequeunt. Et ideo Apl's resecare B uolens culpā ex utraq; parte nascentem, illis quidem pręcipit ne inferiores spernant atq; despiciāt: his uero, ne superiores iudicent, cum peritiā iudicandi non habeāt. Qui nō manducat, ore cordis, non præsumat iudicare manducantem.i.intelligentē: qa Deus eū q sic māducat, assumpsit sibi in seruum. Et tu imperite qs es qui alienū seruū iudicas, id est, qui Dei seruum dānabilem esse censes? Suo domino stat in bono opere, uel cadit in praua actione: qa si in bono steterit, domini sui erit: uel si in malū opus ceciderit, à domino suo peribit, uel per dominum suum resurget. Stat aut cadit. Sed stabit etiam si nunc iacet, qa potens est Deus illum erigere. Hoc cōtra indoctos dicitur, qui doctos reprehendunt, uel diiudicāt de quibusdam actionibus suis infirmis.

***Nam alius iudicat diem inter diem, alius autē iudicat omnē diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit. Et qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, domino non mãducat, & gratias agit Deo.***

Iure dixi qa stabit ille q comedit, siue qui abstinet: qa quod agit, ex iudicio agit. *Nam alius eorꝫ iudicat diem inter diem* abstinētiæ ducēdum.i.depurandū, *alius aūt iudicat omnem diem* in abstinētia ducēdum.i.alius certis diebus, alius omni die iudicat abstinendum. Quidā enim in animo suo iudicant & statuunt, ut diē inter diem in abstinētia ducāt, id est, ut alio die abstineant, & alio non abstineant, sicut qui quarta & sexta feria ieiunant, & cæteris diebus comedunt: alij uero quia considerant uitā hanc esse breuem, iudicāt ut omnē diem, id est, continuum uitæ suæ tempus transigant in abstinentia, *unusquisque*, id est, ille qui nonnullis diebus, & iste qui omni die iudicat absti-

A nendum, *abundet* opibus bonis *in suo sensu*.i.faciat quod sentit faciendum, quia utrūq; acceptū est apud Deū. In suo sensu abundet.i.suo cōsilio remittatur, ne scandalum passus, à charitate, quæ est mater omnium, recedat. Et debet permitti abundare, quia *qui sapit diem* uel omnem, uel aliquem esse dandum abstinentiæ, *domino sapit*, hoc est, ad honorē domini se placere putat. *Et qui manducat* i. qui nō abstinet, *domino manducat*.i.ad laudem domini, cuius oīa creata credit munda, & cui seruiturus sustentatur ex eis. Vere domino. *gratias enim agit Deo*, pro collatis sibi beneficijs. Effectus indicat, qa domino manducat, dum illi gratias agit. *Et qui non manducat*.i. q ieiunat & abstinet, *domino non manducat*.i.ad honorem domini ieiunat, *& gratias agit Deo*. qui sibi dedit tolerantiam abstinentiæ. Ad hoc quippe additum est, & grās agit Deo, ut ostenderetur quid esset, domino facit.i.in eius laudem facit. Tunc.n.recte, tūc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius fit laudē, cuius gratia donatur ut fiat. In quo affectu proficiēs. quicqd boni facit, domino facit: hoc est, in eius laudem, cuius gratia percepit ut faciat. Gratiæ igitur Deo ab utroq; referuntur, ab illo pro libertate uescēdi, ab hoc autem pro fructu abstinentiæ, & idcirco neuter reprehendendus est. Aliter: Dixi quia stabit ille qui manducat ore cordis cibum doctrinæ sanctę. Nec mirum si ad standum erigit. Nam alius ex his ita manducantibus iudicat diem inter diem, alius iudicat omnē diem, hoc est dicere: Alius quidem nōnulla intelligit, alius uero omnia ad intellectū possibilia, ita ut sunt uidendo, cognoscit. Si.n.ignorantię obscuritas, nox cordis est, intellectus non īmerito dies uocatur. Vel nō de duobus hominibus, sed de hoīe & Deo accipiatur hæc sententia. Nam alius est qui iudicat diem inter diē, alius B qui iudicat omnem diem. Homo.n. iudicat diē inter diem.i.præsens, qđ est inter pręteritum & futurū: Deus autem iudicat omnem diem.i.præteritum, præsens & futurū. Et ideo stabit qui nō stare uidebatur, qa Deus potens est statuere illū, qui omnem diē iudicat: et nouit si cras steterit, q hodie iacet. Qui iudicat diē, inter diē homo est, qa pōt hodie aliud, et cras aliud iudicare.i. ut quem hodie malum, conuictum, confessum'ue damnauerit, cras bonum īueniet cum se correxerit: & quem hodie iustū laudauerit, cras inueniet damnatū. Qui autem iudicat omnem diem, Deus est, quia non solum qualis qsq; modo sit, sed etiam qualis fuit, et qualis omni die futurus sit nouit. Et ideo scdm præscientiam, qua nouit quos ante mundi cōstitutionem prædestinauit, multi etiam q aperte mali uidentur, multis bonis meliores sunt. Quid.n. sint hodie uidem⁹, qd cras futuri sint ignoram⁹. Et Deo qdem apud quem sunt pręsentia quæ futura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt: nos autē scdm id quod in præsenti est, quenq; hominem iudicare possumus. unusquisq; igitur in suo sensu abundet.i.quantum humano intellectui, uel unicuiq; homini concessum est, tantum audeat iudicare: nec sublimiora sacramentorum arcana temere discutiat, sed in eo sensu quem habet, bonis operibus abundare curet: neq; Dei sensum usurpet ut de futuro iudicet, sed suo sensu contentus sit, quo de præsenti tantū iudicare potest. Qui sapit diem, domino sapit.i. qui contentus est tantum præsentia iudicare, nihil contra Deum usurpat: quia hoc ipsum qđ præsentem diem bene iudicat, domino sapit.i.ad honorem domini. Hoc est autem bene iudicare diem, ut no ueris de eius correctione non esse de

C sperandum in futurum, de cuius manifesta culpa iudicaueris in præsenti. Et qui manducat intelligendo cibos sapientiæ, domino (id est, ad honorem domini) manducat: quia gratias agit dicẽs, Benedicã dominum qui mihi tribuit intellectum. Et qui non mãducat. i. qui fortiores sensus scripturarum nõ capit, domino non manducat, quia humilior inde fit, Et hoc est gratias agere, nihil de se præsumere, sed in humilitate Deo se prosternere.

Psal. 15.

*Nemo enim nostrũ sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur.*

Dixi quia manducans ad honorẽ domini manducat, & nõ mãducans ad honorem domini nõ manducat. Quod iuste dixi. Nã omnes siue mãducantes siue non manducantes, domini sumus. *Nemo enim nostrum sibi uiuit,* sed domino, *& nemo nostrum sibi moritur,* sed domino. Nemo sibi uiuit, q̃a qui lege frẽnatur, nõ sibi, sed Deo qui legem dedit, uiuit. Si lex non esset, tũc sibi quisq; uiueret. Modo autem paret mandato cœlitus sibi dato, & uiuit ei qui dedit. Et nemo sibi morit̃, sed Deo, quo iudice uel coronat̃ uel damnatur. Nã *siue uiuimus, domino,* i. ad honorẽ domini *uiuimus,* cui seruimus: *siue morimur.* i. præsentem uitam dissolutione corporis & animæ terminamus, *domino morimur.* i. ad gloriam eius & sc̃dm uoluntatem eius, quia non nostram, sed eius gloriam & uiuendo & moriendo quærimus. Et quia utrunq; domino facimus, *ergo siue uiuimus, siue morimur, domini sumus,* ut possideamur ab eo & uiuẽtes & mortui. Et si semper ipsius sumus uel in uita uel in morte, semp̃ ad laudem ipsius fit, quicquid à nobis uel de nobis fit. Siue uiuimus, siue morimur domini sumus: q̃a Christus morte D sua & resurrectione dominium acq̃siuit super omnes fideles, siue dum uiuunt, siue dum mortui sunt. *In hoc enim mortuus est Christus & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur.* Domini sumus & post mortem, quia pretio sanguinis sui nos redemit & mortuus est. Qũo. n. perdit seruos mortuos cuius est mors pretium eorũ? Nõ. n. tenebit regnũ mortis eos, pro quib⁹ est mortuus liber in mortuis. Dominatur uiuorum & mortuorũ, ne putetur tantum iudicare de mortuis, quasi cõmissum sit super eos iudicium hominibus dum uiuunt, sed post mortem Christo. Nam & nunc & tunc dominatur ipse & iudicat, atq; sancti & nunc cum illo regnãt & tunc: q̃a & nunc conuersatio eorum in cœlis est, et ipsi postmodum in cœlis erunt. Neq; piorum animæ mortuorum separantur ab ecclesia, quę nunc etiam est regnum Christi, & cum eo nunc primũ regnat in uiuis & mortuis. Vel ita: Et manducans & non mãducans, ad gloriam domini hoc facit: quia nemo nostrũ sibi uiuit in uirtutibus. non enĩ suã, sed Christi gloriam quęrit, à quo sic uiuere habet. & nemo sibi moritur peccatis, q̃a non se per hoc, sed Christum glorificare quærit, qui sibi dedit ut semetipsum peccatis mortificare possit. Siue. n. uiuimus. i. in nouitate uitæ ambulamus, domino uiuimus. i. domino uita nostra deputatur, quia nõ à nobis, sed ab illo est et ad eius laudem fit: siue morimur, id est, mundo & peccato mortificamur, domino morimur. i. ad honorẽ domini utĩs morimur, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus. Siue ergo morimur peccato siue uiuimus iustitiæ, domini sum⁹, ut & extinctio mali, & uiuificatio boni fiat ĩ nobis ad eius gloriam. In hoc. n. Christus & mortuus est & resurrexit, ut & mor

A tuorum & uiuorum dominetur. Illorum. s. mortuorum, qui mortificant membra sua quę sunt super terram, & mortificationem Christi in corpore suo circunferunt: uiuorum quoque illorũ, qui resurrectionis eius exemplo nouam et cœlestem uitam in terris agunt. Istorum dominatur Christus, quia tales digni sunt dño eius.

Colos. 1.
2. Cor. 4.

*Tu autem quid iudicas fratrem tuũ? aut quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim. Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum.*

Iacob. 4.
2. Cor. 5.
Esa. 45.
Phili. 2.

Christus ita dominatur omnium. Sed *tu quid* i. cur *iudicas fratrem tuum* mãducantem, cum nescias qua necessitate mãducet, aut quo animo? *aut* tu manducãs *quare spernis fratrem tuum*, nõ manducantem, cum ignores quòd pia deuotione seruet abstinentiam? Non debes iudicare uel spernere, quia iudicandus es. *Omnes enim*, nos abstinentes & manducantes *stabimus*, iudicandi *ante tribunal* i. ante sedem iudicialẽ *Christi*. Iudicãtis. n. est sedere, iudicandorum uero ante iudicem stare. Oẽs stabimus ante tribunal Christi. Qui ergo fratrẽ iudicat, tãtum crimen elationis incurrit, ut Christi tribunal sibi uideatur assumere, et eius iudiciũ præuenire. Cuius iudicij species, ut notior fieret hominib⁹ iudicandi forma, ex his quæ inter homines geruntur assumpta est, quatenus agnosceremus, quia sicut iudex terrenus celsior est & quendã locũ qui tribunal appellatur ascẽdit, ut ex eo altior & eminentior sit cæteris qui iudicandi sunt, ne conspectum eius lateant uel supplicia reorũ, uel allegationes innocentium: ita & iudex oĩum Christus natura & maiestate cũctis eminentior, introspicit corda & cõscientias singulorum, ac manifestabit occulta, ut bonis laudẽ tribuat, & mali pœnam quam merentur, accipiãt. Oẽs astabimus Christo iudici. *Scriptum est enim* apud Esaiam de Christo in persona ipsius. *Viuo ego, dicit dominus*, Christus, *quoniam mihi flectetur omne genu*. i. ego qui fui mortuus, uiuo perpetualiter ut iam mori non possim: & quòd ego sic uiuo, causa est quoniam mihi flectetur omne genu. i. omnis rigor & fortitudo humiliabitur meæ potestati, ut per flexionem genuum ĩtelligatur subiectio omnium. *& omnis lingua*, id est, omnis cõscientia *confitebitur Deo* quicquid egit, siue bonum siue malum. Hoc fiet in iudicio. Et quandoquidem teste scriptura, omnis lingua cõfitebitur Deo, *itaque unusquisque nostrum reddet*, Deo iudici *rationem pro se*. i. respondebit Deo pro his quæ fecit, & cur ea fecerit. Hoc est. n. reddere rationem Deo, quod est confiteri Deo. Et quia unusquisque respondebit pro se Deo iudici, *ergo non amplius iudicemus inuicem*, ex opinione, sicut hactenus fecim⁹. Duo sunt. n. in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum ĩcertum est quo animo quicquã factum sit, uel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nũc uel bonus uel malus apparet. Si ergo quispiam (uerbi gratia) conquestus de stomacho, ieiunare noluit, & tu id non credens, edacitatis uitio id tribueris, temere iudicabis. Item si manifestam edacitatem, ebrietatemque cognoueris, & ita rep̃henderis quasi nunquam illa possit corrigi atque mutari, nihilominus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea, quæ nescimus quo animo fiãt: neque ita reprehendamus quæ manifesta sunt, ut desperemus sanitatem. Maxime autem hi temere iudicant de incertis et facile reprehẽdunt, qui magis amant uituperare & damnare, quàm emendare & corrigere. Quod uitium uel superbia est, uel inuidentia.

B
Esa. 45.

C Non amplius inuicem iudicemus.i. neq; abstinens manducantem, neq; manducans abstinentem: *sed hoc magis iudicate*.i. hoc potius decernite & præfinite in cordib⁹ uestris, *ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum*.i. ne faciatis p escam & ieiunationem uestram, unde frater offendatur uel scandalum incurrat. Hoc potius statuite, ne per obseruantiam ciborum offensiones fratribus uel scandalum generetis. Eos qui ex gentibus edebãt monet, ne scandalizent Hebræos cibo suo, qui adhuc in fide infirmiores erant, & cibos discernebant. Gentiles.n.q firmioris erãt fidei, omnes cibos indifferenter sumi posse credebant: sed Iudæi scandalizabantur inde, cũ uiderent eos coràm se uesci cõmunib⁹ escis. Erant & nõnulli ex eis qui sciẽtes nihil esse idôlum, et omnem creaturam Dei bonam esse, comedebant idolothyta. Quod aliĳ uidẽtes, & aliquid sanctificationis putãtes esse in illis carnibus, quia idolis erãt ĩmolatæ, ex eis comedebãt & peribant, cæteri uero irascebãtur inde. Et hoc est quod dicit, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum.i. ne faciatis coràm fratre unde pereat uestro exemplo idem faciens, uel contristetur. Offendiculum.n. esset, si tali exẽplo corrueret à fide christiana: scandalum uero, si ad tristitiam uel iram prouocaretur. Si.n. uideret à christiano idolothytum manducari, offenderetur.i. moueretur à fide, quia putaret, idôlum esse aliquid. Si autẽ uideret ab eo comedi cibum quem putaret ĩmundum, scandalizaretur, id est, ad indignationem & iram compelleretur.

*Scio et confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est.*

Non ideo dico offendiculum uel D scandalum, quo cibus sit ĩmundus, aut q ego more Iudaico suadeã obseruare ciborum differentiam, quia *scio & confido in domino Iesu* nihil esse cõmune.i. scio nihil esse cõmune p hoc quod mihi fiducia est in domino Iesu, qui postq̃ uenit, absoluit à lege. Populus Iudęorũ partem Dei se esse iactans, cõmunes cibos uocat, quibus omnes uescuntur homines, suillam carnẽ, ostreas, lepores & istiusmodi animantia, quæ ungulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscib⁹ sunt. Cõmune ergo qđ cæteris hominibus patet, & quasi non est ex parte Dei, pro ĩmundo appellatur, & sicut uasa in ministerĳs templi segregata, non cõmunia, sed sancta dicebãtur, ad quorum distinctionem reliqua uasa humanis usibus dedita, uocabãtur cõmunia: sic & ad distinctionem illorũ ciborum, quos quasi mundos & scđm legem edẽdos scriptura segregauit, reliqui omnes appellati sunt cõmunes. Sed apostolus iam à litera legis liberat⁹, dicit *quia nihil commune est per ipsum*.i. per se ipsum. Nihil enĩ in creaturis Dei immundum est natura sui. Omnia nanq; à bono Deo creata, bona esse cõstat & mũda. Nec tamen in his distinctionem legis accusat, ut absolute dicat nihil esse cõmune eorũ, quæ lex definiuit ĩmunda. Præmittit.n. causam, cur p seipsum.i. natura sui, nihil cõmune sit. Scio, inquit, & cõfido in domino Iesu. Manifestum est enĩ, saluatoris beneficio omnia munda esse, qui de subiugo legis eruens homines, reddidit eis statutum pristinum libertatis. Itaq; uel propter Dei creationem, uel propter Saluatoris aduentum, nihil in creaturis est naturaliter ĩmundum. Vnde & ipse dicit, quia non quod intrat in os, coinquinat hominem. Nihil est cõmunẽ, *nisi ei qui existimat aliquid commune esse*, *illi*

Leuiti. 11.
Matt. 7.
Matt. 15.

A illi enim *commune est* ꝓpter æstimationem, qua putat illud esse cōmune.i. imūdum. cogitatio.n. mentis cibū, qui natura sui non est cōmunis uel pollutus, facit pollutum, cum econtrario cibum uere pollutum (uere.n. pollutus, qui idolis imolatur) simplicitas mentis, quæ nullam cogitationis scrupulositatē habet, ab omni suspitione cōtaminationis absoluat. Et rursum etiā si mundus sit cibus, suspitionem tamen aliquis patiatᷣ, quasi ꝙ idolis imolatus sit, pollutus dicitur pro conscientię scrupulo. Dixi ne ponatis offendiculū fratri uel scandalum, ideo. s. qa *si propter cibum tuum* saltem *cōtristatur frater tuus, iam non secundum charitatem ambulas*, id est, iam huius operationis tuæ gressus non tenet uiam fraternitatis : & idcirco grauiter peccas, quia charitatem deseruisti, sine qua nihil placet Deo. *Noli cibo tuo illum perdere.* Non debes eū cibo tuo uel contristare. Plus autē caue, ne taliter eum ꝑdas. Noli pro cibo tuo, pro tam uili re, tam cito peritura, perdere rem tam magni pretij et tam dignam, pro qua Christus sustinuit mortem. Cum definisset apostolico dogmate, per dominū Iesum nihil cōmune uel imundum natura sui putandum, & dedisset erga usus ciborum fidelibus quibusq; absolutissimam libertatem, rursus ad ædificādam authoritatem fratrum amoris, licentiam reuocat libertatis, & dicit. Etiam si commune nihil est, & omnis usus ciborum licenter admittitur, tamen tu si propter cibū quem licitum putas, fratrem qui nondum scientiæ huius capax est, scādalizas, iam non scdm charitatem agis, nec affectum in te fraterni amoris ostendis. Et ideo ne lædas aut contristes eum, etiam à licitis, abstinere debes. tibi.n. abstinere à licitis, crimen nullum est: illi uero, in qbus discernit et putat nō licere, cōtaminabilis usus est. Qui.n. discernit, si mādūcauerit, B damnatus est. Quod si facias, tu utique fratrem tuum spernis & perdis, *pro quo Christus mortuus est*, & tu ei causam perditionis acquiris.

*Non ergo blasphematur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaq; quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.*

Qm̄ quidem frater noster contristatur cibo nostro aut perditur, *ergo* caueamus *ut bonum nostrum blasphemetur.* Blasphematur.n. bonum nostrum, si propter escas contentiones oriuntur: qm̄ bona in se comestio blasphemabilis est, dum alijs nocet. Et quia nocet, abstine. Et abstinendū est, qa *non est regnum Dei esca & potus*.i. regnum Dei propter quod laboramus et currimus, neq; per escā, neq; per potum constat: sed aliena sunt hæc à regno Dei, & ab illa sanctorum conuersatione futura. Non erunt ibi carnales epulæ, *sed iustitia & pax & gaudium*. Et quia solent homines multum gaudere corporeis cibis, addidit: *in spiritu sancto*. Ideóq; nos in his uirtutibus exerceamus, quæ nobiscum possint transire ad regnum cœlorum.i. in iustitia et pace et gaudio spiritali. Has eni tres uirtutes idcirco posuit, quoniā ad intentionem suam & ad Romanorum correctionem specialiter militare uidit, Iustitiā, ut unusquisq; non faciat alij, quod sibi nō uult fieri: & quod sibi exoptat recte fieri, faciat alij. Pacem, ut illis quies & concordia sit, nō gloriatio & discordia. Gaudium, ut unusquisq; de bonis fratris sui gaudeat, sicut de suis. Et istę uirtutes sunt regnum Dei, qm̄ uirtutibus hmōi consistit regnū supernæ beatitudinis. Vel regnum Dei sunt, quia etiam in præsenti uita regnat Deus in illis, in quibus sunt hę uirtutes. Vere istæ in spiritu sancto *al. constat.*

C sunt regnum Dei, nam *qui in hoc*, i. in spiritu sancto, *seruit Christo*, ut accepta spiritus sancti gratia, studeat obedire mandatis Christi, *placet Deo* patri qui de Christo dixit, ipsum audite, *& probatus est hominibus*, qui uidentes opera eius bona, glorificant patrē eius qui in cœlis est. Placet Deo secundum gaudium quod est in spiritu sancto, probatus apparet hominibus secundum iustitiam & pacē. Et quia pax & gaudium est regnū Dei, atque per hæc placere potest quisque tam Deo quàm hominibus, *Itaque sectemur* semper ea *quæ pacis sunt*, & concordiæ, non quæ belli & discordiæ: *& custodiamus ea quæ sunt ædificationis*. i. obseruemus ea quæ ad ædificationem pertinent, *inuicem* i. Iudæus ad Gentilē, & Gētilis ad Iudæum, ut semper alterutrum magis ac magis ædificemur, uel alij per nos.

Matt. 17. Luca. 9. 2. Petr. 1. Matt. 5. Tit. 1. 1. Corin. 3.

*Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes penes temetipsum? habe corā Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.*

E Quæ sunt ædificationis custodire debemus, & ideo *Noli propter escam tuam destruere*, in alijs *opus Dei*, id est, subuertere fidem et charitatem, quas in eas operatus est Deus. Soluit enim opus Dei & ędificium destruit charitatis, qui propter ciborum intemperantiam scandalum fratribus ponit. *Omnia quidem* genera ciborum *munda sunt*, sed tamen nonnulla sunt intermittēda, ne per hæc destruatur opus Dei, quia *malum est homini qui per offendiculum*, aliorum *manducat*, id est, qui ita manducat, ut alij per eius manducationem cadant & à fide deficiant. Quod ergo sui natura bonum est, ex offensione efficitur malum, ex eo quod offenditur frater te utente his D cibis, in quibus ille scandalum patitur. Omnia.n. naturaliter munda sunt, quamuis lex Moysi quædam munda & quædā imunda significauerit, ut populus qui sub lege censebatur, discerni per hmōi obseruantias à cæteris gentibus uideret. Et quandiu quidem populus ille sanctus & segregatus à cæteris nationibus habebatur, æqua discretio de mundis & imundis necessaria uidebat, quæ populum illum secerneret à nationibus, quas ignorantia Dei & cultus idolorum faciebat imundas. Nūc uero gentilibus cūctis ad fidem ingressis, non necesse est distantias huiusmodi obseruare, sed omnem creaturam Dei, sicut reuera est, bonam æstimare. Omnia itaque mūda sunt & bona, sed in malum conuertuntur eis, qui per offensionum fratrum comedūt ea. Et ideo ne frater offendatur, abstinendum est ab eis. Nā *bonum est non manducare carnem, nec bibere uinum*, per offensionem fratris, *neque* aliud *in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur*. Alioqui mādūcare carnem et nō mādūcare, uel bibere uinū & nō bibere, neque malū neque bonū est, sed mediū & indifferens. Pōt.n. nō manducare carnē & nō bibere uinum et malus homo & à fide alienus, ut sæpe etiam nōnullos idolorum causa hoc facere contigit. Sed ne frater offendatur uel offendat, ideo non manducare carnem & nō bibere uinum, non iam medium uel indifferēs, sed uerę bonum est. Bonum est.n. abstinere à carne et uino, si in eis frater offendit. Omnia.n. ob hoc fieri oportet, ne destruatur opus Dei. Ideo & manducandum est, si in eo frater ędificatur: & non est manducandum, si per hoc decrescit opus Dei. Et bibendū est, si per hoc proficiat frater ad fidem: & nō bibendū, si per hoc aut frater dānum fidei, aut tu detrimen-

C tum charitatis incurras. Sunt & aliç causæ, pp quas à talib9 cibis plerique religiosorum abstinent, sed nunc tacentur ab apostolo, quia iudibus loquitur. Ob hoc.n. solùmodo suadet nũc abstinendum, ne frater offendatur, aut scandalizetur, aut ĩfirmetur. Offenditur.n. si propter comestionẽ aut bibitionem offensus recedit à fide. Vel offendit perturbatus, nesciẽs quid teneat. Scandalizatur, si contristatur. Infirmatur in fide, si quamuis non recedat, dubitare incipit. Et ne frater ista propter cibum tuũ patiař, abstinere debes. Quod bene potes facere, quia de tuo bono nihil perdis. *Tu enim habes penes temetipsum*, id est, i corde tuo, unde nullus auferre põt, *fidem* quâ credis licitum manducare omnia, *habe* illam *coràm Deo*.i. serua illam intra conscientiam, nec facies illam coràm hominibus, ne magis in ostẽtatione fiat quod credis, q̃ in uirtute. Sufficit tibi habere coràm Deo huiusmodi fidem. Non tamen idcirco cogẽdus est & alius ut omnia manducet, qui nõdum habet talẽ fidem, ut credat omnia esse manducanda. Et ideo noli apud homines gloriari de hac fide tua, spernendo cæteros q nondum sic credunt, sed in oculis æterni arbitrĩ eã retine. Nam *beatus est qui non iudicat semetipsum*.i. qui non facit damnabilem seipsum nocendo aliĩs, *in eo quod probat*.i. in eo facto quod laudat et bonũ iudicat. Beatus qui non aliud facit, q̃ quod utile probat. Nã ille semetipsum iudicat.i. proprio iudicio se damnat, qui quod dicit non debere se facere, facit. Bona.n. est fides, qua credimus oïa esse munda, & hanc probamus apud nosmetipsos ueraciter esse bonã. Sed si hoc fidei bono male usi fuerimus, ut p offendiculum infirmorũ fratrum manducemus, nosmetipsos iudicamus: quia sciẽter hoc facimus, quod non esse faciendum mens nostra iudicat.

D Ille qdem beatus est, qui non ita se iudicat. Sed ille *qui discernit*.i. q discretionem habet in cibis, putans alios esse mũdos & alios ĩmundos, si tali cõscientia *manducauerit, damnatus est, quia non ex fide* manducat. Et ideo non debemus eum cogere ut mãducet, nec exemplo nostro ad manducandum prouocare, sed nos potius pꝑter eũ à talibus escis abstinere. Si mãducauerit, iam conscientia arguente damnatus est, quia nõ ex fide mãducat, dum cibum illum nequaquã credit esse mundum, & tamen comedit. Digne.n. subiacet damnationi, qm̃ aliter credit agendum, & aliter agit. Ille nõ ex fide comedit. Sed *omne opus quod non est ex fide, peccatum est*. Igitur quia comestio illius peccatũ est, rite damnatur. Omne quod non est ex fide, peccatum est, quia etiam illud quod est bonum, si putetur esse malum & tunc fiat, peccatum est. Velut si quis (uerbi gratia) castitatem crederet esse malum, & uiueret castus, profectò peccaret. Et propterea omnis infidelium uita peccatũ est, nihilq́; bonũ est sine summo bono. Vbi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis ueritatis, falsa uirtus est etiam in optimis moribus.

CAPVT XV.

*Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; nostrum proximo suo placeat in bono, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperãtium tibi ceciderunt super me.* Psal. 68.

Infirmus si edit, damnatus est, sed nos infirmiores debemus sustinere talium imbecillitates. Vel ita: Offendiculum uel scandalum fratri ponere non debemus, sed potius *nos qui firmiores* sumus, *debemus sustinere imbecillitates infirmorũ*, ut ea in qbus aliĩ pro infirmitate delinquunt, nos robustiores patienter feramus, & non continuo spernentes, abiĩciamus & abhorre-

C scamus illos, si forte in aliquo infirmitatis uitio uincũtur, neq; sub specie purioris uitæ, à conuentu fratrũ & ecclesię societate depellamus eos. Cum.n.non possint se ad nos erigere, debemus nos patienter eorũ imbecillitates sustinere.i.portare & erigere, nõ abijcere & despicere. Qm̃ si portetur infirmus, aut erubescit diutius portari, & corrigit consuetudinem delinquendi: aut si se corrigere noluerit, qui eum portat, præmium patiētię habebit: & ille deterius peribit. Debemus inquam, eorum imbecillitates sustinere, ne cadant qui titubāt, *& nõ nobis placere*, id est, priuato amore diligere, ut diligentes nos ipsos, de alijs nõ curemus: & propria cõmoda quęrentes, utilitatem aliorũ negligamus. Hoc nullus faciat. Sed *Vnusquisq; nostrum proximo suo*, non in cõsensu nequitię ipsius, uel in alio quolibet malo *placeat*, sed potius *in bono*, opere & sermone *ad ædificationẽ* illius. Non.n. propter humanum fauorem proximo placere debemus in bono quod agimus, sed propter illius ædificationem, ut uerbis & exẽplis ædificemus eum. Nõ nobis placeamus, sed proximo in bonis ad utilitatem

Philip.2. eius. *Etenim Christus*, qui est caput nostrum & dux noster sic fecit. *non sibi placuit*, quia cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sed uolens hominib⁹ placere, ut eis exemplũ bene agendi tribueret & ad salutem eos reduceret, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, *& sicut scriptum est*, impro

Psal.68. peria sustinuit. *Ceciderunt*, inquit, *super me improperia improperantium tibi*, ô pater. Dum.n.mihi improperarẽt, improperabant tibi: quia sicut qui me recipit, recipit eum qui me misit: & qui

Luc.10. me spernit, spernit eum qui me mi-

Ioan.13. sit: qui mihi improperat, ĩproperat ei qui me misit. Improperia ergo Iudæorũ, hoc modo tibi improperantium ceciderũt sup me.i.onere mor D tis oppresserunt me. Dixerunt.n.me blasphemare in te, & ob hoc occide- Matt 9. runt. Sicq; peccata peccantium in te Marc.2. ceciderunt super me, quia ĩnocens à Ioan.10. peccatorib⁹ occisus sum quasi blasphemus: & tu qui me mißtas, es exhonoratus.

*Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.*

Dixi qa Christus quem nos sequi debemus, sustinuit (sicut scriptum est) improperia pro salute hominũ, & non sibi placuit, sed alijs, ut salui fierent. Et uere nos per hanc psalmi scripturam docemur exemplo eius non nostra, sed aliorum cõmoda q̃rere. *Quæcunq; enim* in ueteri testamẽto *scripta sunt, ad nostram doctrinam*.i. ut nos per hæc doceamur, *scripta sunt*. Ostendit apostolus utilitatẽ lectionis ueterum scripturarum. Quas quia Iudæi nõ intellexerunt, nos autẽ Christo aperiente intelligimus, non ad illorum, sed ad nostram doctrinã scripta sunt quæ ibi leguntur. Quæ.n. scribunt, propter eos sine dubio scribuntur, qui intellecturi sunt & utilitatem ex eis capturi. Et ideo ꝑpter nos scripta sunt omnia quæ in lege & prophetis leguntur, ut nos qui intellecturi eramus, doceremur per ea quid credere & agere deberem⁹ uel sperare, ut.s. *per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus*, per patientiam habeamus spem, qm̃ patientia Roma.57. operatur probationem, probatio ue Iacob.1. ro spem. Et per consolationem scripturarum habeamus spem, qa dum scripturæ nos in aduersis consolantur, in spem supernæ beatitudinis mentem nostram erigũt. In ipsis scripturis docemur per patientiã, ut cõmunicemus passionibus Christi, & pro salute proximorum libenter sustineamus, sicut ille sustinuit pro nobis. Et ibi ꝑcipimus consolationẽ.i.

mœroris

A mœroris & afflictionis alleuationē, ne nimia absorbeamur tristitia. Consolatio enim non doloris ablationē significat, sed temperantiam & quandam mitigationem. Et hanc ex scripturis habemus, atq; per hanc, spē: quia dum præsentem tristitiam nostram deus per scripturarum suarū sententias leuigat & in hilaritatem uertit, dat spem perueniendi ad illud gaudium, cui tristitia non erit admista. Consolatio nobis datur in recitatione passionum Christi, quia dum legimus uel audimus quot & quanta ille sine culpa sustinuit, intelligimus nos peccatores omnia debere libenter sustinere: ac deinde sequitur spes, quia per has afflictiones speramus ad illam beatitudinē peruenire, ad quam Christus merito suæ passionis peruenit.

*Deus autem patientiæ & solatij det uobis id ipsum sapere in alterutrum secūdum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei.*

Scripturæ nos docēt, sed deus uobis tribuatq;, ut possitis agere quod scripturæ docent. Deus luce & uirtute suæ gratiæ uestram imbecillitatem corroboret, ut operari uelitis & possitis quod in scripturis auditis. deus dico patientiæ & solatij, id est, à quo est patiētia & solatium, sicut & cæteræ uirtutes. Cum dicit, deus patientiæ, hoc intimatur, quia deus cum his est, qui habent in se uirtutē patientiæ: sicut & cum dicitur, deus iustitiæ, ostenditur in illis esse deus, qui seruant iustitiam. Similiter & deus solatij, cum dicitur, ostenditur esse cum illis, qui ex scripturis diuinis per intelligentiam spiritalem capiunt solatium. *Deus patientiæ & solatij det uobis idipsum sapere in alterutrum.* More patriarcharum & prophetarum tribuit nunc Romanis Apostolus benedictionem. Grandis enim est ista B benedictio, qua precatur illis diuinitus dari, ut idipsum sapiant in alterutrum, hoc est, ne iam sit in eis ulla dissensio, sed unum idemq; sapiant omnes atq; sentiant: & sicut sibi, ita & proximo suo uelit unusquisque. Bene autem addidit, *secundū Iesum Christum*. Potest enim fieri, ut & in malitia aliqui unum uicissim sapiant & consentiant. Qui autem secundum Christum sapiunt, sine dubio omne quod sapiunt, bonū est. Det, inquit, uobis idipsum sapere inuicē, id est, det uobis tantam concordiam inuicem, ut quod unus sentit, sentiat alter, & sapientiæ sensus transeat in alterutrum, id est, de isto in illum, & de illo in istum. Et hoc secundum Christum, id est, in omni bono per quod regem nostrum sequimur, nō in malo per quod ei cōtraimus. Ita sapiatis, *ut unanimes*, id est unum omnes animum habentes, *uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi*. Vno ore dicitur, quando unus atq; idem sensus & sermo per diuersorum ora procedit. Idem sapiatis, ut unanimes uno ore deum honoretis, quoniam aliter eū honorare nō potestis. Non enim honoratur nisi ab illis qui idipsum in Christo sapiunt, & unanimi uoluntate atque eadem oris confessione laudāt eum. Qui secundum humanitatem Christi, est deus eius: & secundum diuinitatem eius, est pater ipsius. Vno sensu & concordi uita debetis eum honorare. Propter quod, id est, ut eum concorditer honoretis, *suscipite inuicem* alij alios, ne iam alter alterum abijciat, causa mundorum uel immundorum ciborum dissentiēs ab eo. Vbi pro eis orationem præmisit, ostendit quia non ex uiribus & meritis hominum, sed ex dei gratia salus est. Vbi uero admonitionē subiungit, ut se inuicem suscipiant, libe

A Et Iudæis arrogantiam tollit, dum & gentium salutem similiter docet esse prædictam. Quod dominus ait, Confitebor tibi, in gentibus, declarat quia ipse confitetur in eis, sicut & loquitur in eis, utpote in membris suis. Confessio autem non tantum peccatorum est, sed & laus dei. Et quod ait, cantabo, hoc est illud canticum nouū, de quo dicit alius psalmus: Cantate domino cāticum nouum, cantate domino omnis terra. Ipse quippe cantat in nobis, cuius gratia cantat in nobis. Intus est gaudium, ubi uox laudis & canitur & auditur: qua uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, & tota mente, amatoremq́ suū accendit in se gratia spiritus sancti. Hæc de gentium salute Dauid in psalmo. *Et iterū* Moyses in cantico Deuteronomij, ubi nos habemus, Laudate gētes populum eius, iuxta septuaginta interpretes *dicit*, *Lætamini gentes cum plebe eius*, id est, cum Iudæis unum ouile in Christo factæ gaudete. *Et iterum* Dauid: *Laudate omnes gentes dominum*, quia auxit plebis suæ numerum nobis omnibus associatis. *&* *magnificate eum*, id est, magnum & gloriosum uestris operibus ostēdite *omnes populi* Iudæorum, id est duodecim tribus & omnes familiæ Israel. *Et rursum Esaias ait*, quod ad idē pertinet: *Erit radix Iesse*, id est, principium regalis familiæ, et ex hac radice erit Christus, *qui exurget à mortuis regere gentes*, id est, ut regat gentes per fidem et bona opera: & ideo *gentes sperabunt in eum* uenturum ad iudicium, ut recipiant ab eo coronam gloriæ. Vel quia ipse Christus in Apocalypsi Ioannis dicit, Ego sum radix & genus Dauid, ipse potius est intelligendus radix Iesse, id est, originem carnis per Dauid & Mariam trahens ex Iesse. Radix, inquit, erit Iesse, id est, erit filius Iesse, erit ducens genus Iesse, & ipse erit qui de morte exurget regere gentes, & in eū (ut diximus) gentes sperabunt, ut cum redierit, percipiant ab eo regnum. B

Psal. 95. Psal. 17. Deut. 32. Psal. 116. Esai. 11. Apoc. 22. Math. 25.

*Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.*

Pulchre qui dixerat in Esaia scriptum esse, q in eū gentes sperabūt, subiungit: *deus autem spei*, uelut si scriptum fuisset, quod in eum gētes crederēt, et adiecisset, deus autem spei. Deum autem spei inuocat super eos qui spectāt in eum, à quo eis benedictionis munus pcatur augeri. quasi dicat: Ego scripturarum testimonijs ostendi uos tam gentiles q Iudæos per Christum ad fidē pertinere, sed deus qui potest omnia adimplere q dixi, deus spei, id est, qui dat spem uel in quo speramus, *repleat uos omni gaudio* spiritali, ut nullus uestrū iam cōtristetur, sicut solebatis in lite mutuo contristari, sed de pfectu uestro & spe gaudeatis, & repleat uos *pace*, id est, cōcordia *in credendo*, ne in uestra credulitate sit ulla discordia, sed pax adinuicem, *ut abundetis* bonis operibus *in spe* futuræ remunerationis *&* *uirtute spiritus sancti*, qua nunc confortamini. Vel abūdetis per opera bona, id est, certius speretis æternam beatitudinem, & abundetis in unitate & uirtute spiritus sancti, id est, abundantius repleamini eiusdem spiritus fortitudine, ut ad omnia sitis robusti. al. deest in lite.

*Certus sum autem fratres mei & ego ipse de uobis, quoniā & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrū monere.*

Ne uideretur omnes intelligere discordes, & ad corrigendum insipientes, remouet illud. Quod ideo incipit, ut admoneat pfectiores de correptione minorum, & inde proponit se exemplum qui laborabat de alijs. Et opus est ut hoc isti faciant, cū ipse alijs impeditus, ad eos uenire nondū possit. Moneo, inquit, uos

C inuicem suscipere & concorditer uiuere, non tamen omnes, sed *certus sum de uobis* maioribus *ô fratres mei & ego ipse*, qui ita loquor, *quoniam* nō ego solus, sed uos *ipsi pleni estis dilectione*, qua uelitis aliis pdesse, & *repleti omni scientia*, qua possitis implere quod uultis erga profectum aliorū. Repleti omni scientia ueteris & nouæ legis, etsi non plenarie, tamen ex parte, *ita ut possitis alterutrum monere*, id est, intātum didicistis oēm scripturæ scientiam, ut possitis per eam inuicem alterutrum monere ad bene agendum, nisi in uestra culpa remanseritis.

*Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte tanquam in memoriam uos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à deo, ut sim minister Iesu Christi in gentibus, sanctificans euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.*

Certus sum de uobis, & uos sciētia repletos esse noui, sed tamen *audacius* q̄ fortasse putaretis, *scripsi uobis ô fratres*, & scripsi *ex parte*. Cum nunc

1. Cor. 13. Apostolus, à quo scientiæ sermo nobis transfusus est, ex parte se dicat scripsisse, credendum est quod q̄uis ipse alibi dicat, Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus, plura tamen & multo plura sciret quā scripserit. Tanquam enim ipse multa sciret, nec tamen auderet multa proferre, audacius se fecisse dicit, ut saltem aliqua per scripturam eis dirigeret. Quod uero ait, *tanquam in memoriam uos reducens*, indicat fuisse quidē sibi iam sermonem de talibus, & se frequenter disseruisse de mysteriis, sed q̄a quæ solo sermone dicta sunt facile intercipere posset obliuio, per hæc pauca quæ scripsit, reuocat illos in memoriam eorum, quę latius sæpe disseruerat. Vel audacius scripsi uobis, reprehendendo audacius quosdam uestrum male se habentium. scripsi dico, non quasi putans uos insipientes, sed quasi in memoriam uos reducens, id est, quasi faciens uos memores quid agere debeatis. Per laudem eos reuocat ad meliora more exhortātis. Vnde nec dicit se docere eos, sed monere quasi quod sciatur, sed subterfugiat animo. Vbi tamen latenter eos arguit, quasi oblitos quod mente secula retinere debuissent. Scripsi, inquit, uobis, & hoc *propter gratiam* apostolatus *quæ data est mihi à Deo*. quasi dicat: Pro officio meo omittere non potui. Ob hoc data est mihi gratia, *ut sim minister Christi in gentibus*, id est, ut ministrē & seruiam Christo, prædicans illum gentibus. Non temere scribit, sed apostolus gentium constitutus, audet scribere omnibus gentibus. Sum minister Christi, quem ipse, nō alius instituit. ego dico *sanctificans euāgelium dei*, id est, exemplo meo sanctū ostendens, quod cum tanta reuerentia ministro, *ut fiat oblatio gentium accepta*, id est, ut omnes offerantur domino tanquam acceptabile sacrificium, cum in Christum credentes per euangelium sanctificantur. Vel fiat oblatio gentium accepta, id est, ut gentes quas offero, sint acceptæ deo fidei perfectione. *& sanctificata* bona operatione *in spiritu sancto*, id est, in spiritus sancti gratia.

*Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium uerbo & factis: in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti, ita ut ab Hierusalem per circuitum usq; ad Illyricum repleuerim euangelio Christi.*

Dixi quia sum minister Iesu Christi, sanctificans euangelium dei. *Igitur habeo gloriam in Christo Iesu*, cui ministro *ad Deum*, cuius euangelium sanctifico. In Christo gloriam istam habeo, quia nullus apud deum gloriā habere potest nisi in Christo. Christus. D

A stus enim ueritas & sapientia & iustitia, & sine his nemo gloriam habet apud deum. Habeo gloriam in Christo, & recte: quia *non audeo* ut pseudoapostoli *loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Christus*, id est, dedecus grande putarem, si aliquid loquerer quod per me Christus non operetur, *in obedientiam gentium*, id est, ut gentes et obediant *uerbo* meæ prædicationis *& factis* meæ operationis, *in uirtute signorum & prodigiorum*, id est, potentia mysticorum & simplicium miraculorum, factorum *in uirtute spiritus sancti*. Quæ loquor, inquit, non sunt alieni operis uerba: nec aliorum gestorum laudator efficior, sed quæ Christum per me fecisse noui, hæc scribo uobis, quæ per obedientiam gentium uerbo in me & opere expleuit, uerbo doctrinæ, opere autem signorum et prodigiorum. Signa appellantur, in quibus cum aliquid sit mirabile, indicatur etiam aliquid futurum. Prodigia uero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostēditur. Signa autem & prodigia, quasi quæ utrunque contineant, dixit. Scriptura uero diuina interdum tenet istas proprietates, interdum abusiue & prodigia pro signis, & signa pro prodigijs ponit. Hæc ideo per se facta dicit Apostolus, ut probet se nihil minus posse quàm priores apostolos, qui cum Christo fuerant. In uirtute autem spiritus sancti potest illa potestas intelligi, qua manus imponebat super credentes, & accipiant spiritum sanctum, uel super infirmos & sanabantur. Ita, inquit, operatur in me Christus, *ut ab Hierusalem usque ad Illyricum repleuerim euangelio Christi* omnes populos per circuitū: uel euangelium Christi repleuerim, id est, plene prædicauerim usque ad Illyricum, quæ est regio magna, incipiens à principio Europæ, & habens prouincias decem & nouem, ex quibus Dalmatia & utraque Pānonia, Epirus & Achaia, Macedonia & Thessalia. B

1 Cor. 1.

*Sic autem prædicaui euangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptum est: Quoniam quibus non est annunciatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent. Propter quod impediebar plurimum uenire ad uos. Nunc autem ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd prætereuns uideam uos, & à uobis deducar illuc, si uobis primum ex parte fruitus fuero.*

Repleui omnia euangelio p tam lōga terrarum spatia, nec post alios id feci, sed *sic prædicaui hoc euangelium*, ut omnes anticiparem, quia prædicaui illud *non ubi nominatus est Christus*, id est, nō in locis in quibus ab alijs prædicatus fuerat, *ne super alienum fundamentum ædificarem*, id est, ne super fundamētum fidei ab alio positum adderem meæ prædicationis ædificiū, & alieni operis gloriam subripere uiderer, *sed sicut* in Esaia *scriptum est* feci, ubi legitur: Quia *quibus non est annunciatum de eo*, Esa. 52. id est, de Christo, *uidebunt* eum oculis cordis: *& qui* antea *nō audierunt* prædicationem de eo, *intelligent* quæ de ipso dicuntur. Secundum hoc prophetiæ testimonium obseruauit diligenter Apostolus, ut illis Christum nunciaret, quibus à nullo fuerat nunciatus, & illi de eo intelligerent, qui à nullo ante didicissent. Nā quia sciebat pseudoapostolos sub nomine Christi falsa dicere, quod postea corrigere maximi erat laboris, ideo erat solicitus præuenire, & ueritatem integre tradere, ubi Christus nondum erat nunciatus: utcūq; uerus de eo esset intellectus, festinabat gentes ueritate imbuere, quatenus contra pseudoapostolorum commenta cautos omnes faceret. Tot, inquit, gentibus prædicaui Christum ignoran

C tibus. *Propter quod*, id est, quia detinebar occupatione fundādi ecclesias, & in illis locis fundandi, ubi nullū fidei fundamentū præcesserat, dum per circuitum irem, & pseudomagistros præuenirem, *impediebar plurimum uenire ad uos*, quos (sicut in principio epistolæ dixi) uidere desidero. Sed *nunc ulterius non habens locum*, id est, causam morandi *in his regionibus*, quia omnes notitia dei repleui, *sed cupiditatem diu habens ueniendi ad uos ex multis iam praecedentibus annis, cum cœpero proficisci in Hispaniam*, ad quam difficile itur à pseudoapostolis, & ideo tardare licuit: *spero quòd præteriens uideam uos*. Videtur hæc in Achaia positus dicere apud Corinthum. Quæ utique Achaia uicina & cohærens est Macedoniæ. In quibus locis degens, cum singula quæque peragrasset, euangelium prædicans in his duntaxat finibus, ubi Christus ante non fuerat prædicatus, & agnitione dei repleset omnia, dicit se ulterius locum non habere in his regionibus, id est, nullū sibi superesse Christi prædicatione uacuum, & tempus iam adesse, quo desiderium suum uidēdi Romanos debeat implere, quod cōceptum ex multis annis gerebat, sed propter alios assidue conuertendos, distulerat. Nec falsum loquitur, qui se in Hispaniam profecturum pollicetur. Profectus est enim, sicut Hieronymus & Beda cæteriq; doctores testantur. Vnde & Narbonam prætereiens, quendam discipulum suum nomine Paulum, fertur ibi reliquisse episcopum. Peruenit igitur usque ad Hispanias, & à mari rubeo usq; ad oceanum prædicando cucurrit, imitans solis cursum ab oriente usque ad occasum, ut ante ei terra deficeret quàm studium prædicandi. Quia ergo & apud Hispanias pseudoapostolos præuenire festinabat, cum in Hispaniam, inquit, profici-

D sci cœpero, spero quòd uideā uos. quasi dicat: Ex me nil possum, sed spero quòd deus dabit ut uos uideam, & hoc præteriens, quia non indigetis lōga mora, & alīj prorsus indigent aduentu meo. Spero quòd uideam uos, *& à uobis deducar illuc*, si interim uos præparatis, ne me à cæteris retarderis, uidelicet *si uobis primum fruitus fuero*, id est, si primū de uobis fructum habuero, si primum de uestro fructu lætatus fuero, & hoc ex parte uestrum, id est, ex illis qui nōdum talem fructum faciunt, qualē oportet. Quod ait, spero quia prætetiens uideam uos, non ita accipiendum est quasi tam paruo amore erga Romanos teneretur, ut eos in trāsitu solummodo & aliquò pergens iudicaret uisendos. Vnde subiungit, si uobis primum ex parte fruitus fuero. In quo utique in ipsorum potestate uidetur ponere, quandiu pro eis debeat relaxare propositum aliò pergendi: et hoc quodammodo amorem ipsorum erga se inuitat & nutrit, ut ipsi insatiabili erga Apostolum teneantur affectu, sciant etiam ipsum id habere propositi, ut non prius ab eis discedat, neque alio q̄ charitatis ipsorū gratia perfruatur: nō tamen ex integro, sed ex parte satis fiet eidem charitati. Præmonet.n. quòd præferenda sit eis necessitas euangelizandi pluribus. Et bene his quos nondum secundum carnem uiderat, & ad quos nondum in corpore uenerat, præsentiam sui & retardationē moderatius pollicetur. Desiderabilius.n. suscipimus bona, quæ cito metuimus auferenda: securius uero negligimus, quæ nos diutius contenturos credimus.

*Nunc ergo proficiscar Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt.n. Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorū, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum Nam si spiritalium eo-* 1. Cor. 9.

A *rum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructum hunc, proficiscar per uos in Hispaniam. Scio autem quo niam ueniens ad uos, in abundantia benedictio nis Christi ueniam.*

Quandoquidem hic amplius nō habeo locū & uos desidero, igitur nō indilatè *proficiscar Hierusalem*, ut inde ueniam ad uos. Proficiscar *ministrare sanctis*, qui rerum suarum uenditarū pretia posuerunt ad pedes apostolorum. Et habeo quod illis ministrē, quia *probauerunt*, id est, probum iudicauerūt, *Macedonia & Achaia*, id est, Macedones & Achaici, *collationem aliquam facere*. Non ego coegi, sed ipsi probauerunt facere aliquam collationem pecuniæ *in pauperes sanctorū*, id est, in illos sanctorū *qui sunt* pauperes *in Hierusalem*. Non enim omnes sunt pauperes, sed illi qui omnia uendiderunt, & ad pedes apostolorum (ut diximus) pretium posuerunt. Hic subtiliter & uerecunde, dū laudat Græcos, hortatur Romanos. facilius.n. deuotæ mentes, ad bene agendum exemplis quàm sermonibus inuitātur. Et qui per misericordiam dei uiuunt, misericordes debent esse confratribus. Probauerunt, inquam, facere rerum suarū collationē quam sanctis egentibus mittant, quia *placuit eis* hoc facere, & merito placuit, quia *debitores sunt eorum*. Similiter & Romani sunt debitores eorū. Adeo uult Apostolus esse misericordes, ut & hoc deberi dicat ab eo, qui misericordiā expectat. Debitores sunt. *Nam si gentiles facti sunt participes*, *spiritalium eorum*, id est, spiritalium bonorū quæ habent Hebræi, qui prędicatores eis miserunt, *debent* ipsi gentiles *ministrare eis in carnalibus* bonis. Isti se totos dederant diuinis obsequijs, nihil mundanum curantes, & exemplum bonæ conuersationis dabant credentibus, ideoq́ gentiles qui non poterant omnia quæ mundi sunt relinquere, constituit illis Apostolus tanquam stipēdiarios prouinciales, ut ex rebus suis uictum eis ministrarent. Et quia illis hoc placuit, *igitur cum ego consummauero* hoc ministerium, *& assignauero*, id est sub signo uniuscuiusque ecclesiæ uel regionis tradidero *eis fructum hunc* ex bona arbore natum, *proficiscar per uos in Hispaniam*, & ideo interim uos corrigite. per uos transibo, nec inutiliter, sed *scio*, id est, certus sum, *quoniam ueniens ad uos, ueniam in abundantia benedictionis Christi*, id est, multum uobis prodero. Hoc non nisi uer spiritum prophetiæ pollicetur. Supra hominem nanque est scire de futuris, quòd non solum in benedictione Christi, sed & in abundantia benedictionis uēturus sit ad eos, ubi & uenientis gratia, & suscipientium merita pariter designātur.

B

Act. ũ. 4.

*Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem spiritus sancti, ut adiuuetis me in orationibus uestris ad deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis ut ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei, & refrigerer uobiscum.*

Quandoquidem iturus sum Hierusalem, ac deinde ad uos migraturus, *igitur obsecro uos* fratres, ut si me uultis uidere, impetretis orando ut possim liberatus ad uos uenire. Obsecro uos *per dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem spiritus sancti*, id est, quam spiritus sanctus dat, ut si dominum Iesum diligitis, & si in uobis est charitas quam spiritus sanctus facit, *adiuuetis me in orationibus uestris ad deum*, ut quod ego solus obtinere nequeo, uestris adiutus orationibus obtineam. Multi enim in unum dum congregantur unanimes, fiunt magni, & multorum preces impossibile est ut non impetrēt. Adiuuetis me *ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa*, ne me diutius teneāt et sa

C lutem uestram aliorumq; retardent, nec uictum quem sanctis defero, tollant. Orate ut liberer ab his incredulis, ut *oblatio obsequij mei*, id est, mihi iuncti, *fiat accepta*, id est, sufficiens, non diminuta, *sanctis in Hierusalem*. Vel accepta, grata & placens eis, ut intelligētes charitatem meam erga se, mecum unanimes gratias agāt. Magnus enim mihi pfectus erit, si meo ministerio lætificati, deum laudauerint. Orate ut hæc ita compleam, sicq; uenire possim *ad uos in gaudio* futuri profectus uestri *per uoluntatem dei, & refrigerer uobiscum*, id est, requiescam in pace & concordia uestra. Non enim refrigerium habeo in uobis, si diffidentes fueritis. Licet per prophetiam dixisset superius, quia ueniens ad uos, in abundantia benedictionis Christi ueniam, nihilominus tamen sciebat etiam in his quæ manifeste futura cognouerat, orationem esse necessariam. Quæ utique nisi fuisset adhibita, sequeretur sine dubio non impleri quæ fuerant

Nota. prophetata. Quis ergo est qui hæc legens uel audiens quod Paulus deprecetur eos qui Romæ sunt orare pro se, contemnat orationes ecclesiæ postulare, etiam si inferiores meritis esse uideantur hi, à quibus oratio postulatur? Ecce enim Paulus apostolicis præditus meritis, discipulos humiliter hortatur ut orent pro se. Notandum etiam quia sunt nonnulli qui dicunt. Quare laboremus bonis operibus ad uitam peruenire? Nam si prædestinati sumus, sine dubio ad eam perueniemus. Quorum errorē destituit, dum Romanos hortatur ut orēt impleri ea, quæ ipse per spiritum prophætiæ futura prædixerat. Deus enim multa sic prædestinauit futura, ut sancti ea cum labore obtineant: & ideo qui laborare neglexerit, non apprehendet illa. Videamus quàm ualidis,

D quamq; religiosis sacramentis semper astringat. Obsecro, inquit, per dominum nostrum Iesum Christū, & per charitatem spiritus sancti, ut adiuuetis me in orationibus uestris ad deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Non tamen pati metuit ab incredulis ea pro Christo, quæ ad apostolatus eius gloriā pertinent, sed impediri ueretur, ne diutius obstaculis retentus uel minus gratum exhibeat sanctis ministerium, uel desiderium eius quod erga Romanos habet uisendos, diutius differatur. Si enim hæc ita gesserit, tunc pro bene gestis gaudens rebus, cito ueniet ad eos per uoluntatem dei, & refrigerabitur cum eis, id est, requiescet in charitate & bonis operibus eorum. Ibi enim refrigeriū habet Apostolus, ubi requiescit spiritus sanctus.

*Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen.*

Ego, inquit, cito uenire cupio. Sed siue cito, siue tarde uenero, *deus pacis sit cum omnibus uobis, Amen*: qui uos omnes in pace custodiat, id est, Christus qui se usq; in finem seculi cum suis futurum promisit. Pulchre autem in pace finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis, ostendens quia nōn nisi in pacificis deus pacis inhabitat. Ex hoc autem loco incipit multos proponere, quibus Romani debeant credere. Nam subdit:

CAPVT XVI.

*Commendo autem uobis sororem nostram Phœben, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchreis, ut eam suscipiatis digne in domino sanctis, & assistatis ei in quocunque negocio uestri indiguerit. Etenim ipsa quoque astitit multis & mihi ipsi.*

Cenchreæ dicitur locus Corintho uicinus. i. portus Corinthi. Phœbe aūt & nobilissima & ditissima mulier erat, quæ ecclesiam in loco Cen

A chreis sua substantia sustentabat. Et tunc tẽporis pro aliquo negocio Romam profecta est, & ideo eam Romanis cõmendat apostolus ut suscipiant eam digne sanctis, ut dignum est sanctos suscipi, & per eam fortasse misit hanc epistolam. Docet etiã fœminas locus iste apostolica authoritate in ministerio ecclesiæ cõstitui, in quo positam Phœben apostolus nunc magna laude cõmendat, enumerans etiam gesta eius præclara, et dicens quia in tãtum omnibus astitit & in necessitatibus præstò fuit, ut etiam mihi ipsi in necessitatibus meis apostolicis deuotione mentis astiterit. Ostendit etiam quia hi qui bono operi in ecclesiis dãt operam, uicem recipere debent à fratribus & honorem, ut in quibuscunq; necesse fuerit, siue spiritalibus, siue etiã carnalibus officijs, adiuuentur: & honorifice habeantur.

*Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, & cunctæ ecclesiæ gentium, & domesticam eorum ecclesiam.*

Prisca, quæ in actibus apostolorũ Priscilla nominatur, uxor erat Aquilæ. De his. n. dicit Lucas: Egressus ab Athenis Paulus uenit Corinthũ: Et inuenit quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, q nuper uenerat ab Italia, et Priscillã uxorem eius, eo q; præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma, ac cessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabat. Erat autem scenofactoriæ artis .i. artifices tabernaculorum, uidelicet sutores. Creditur autem q; quia illo tẽpore pulsis ex urbe Iudæis per præceptum Cæsaris Corinthum uenerant, rursum mitigata principis sæuitia, Romam regressi essent qñ Paulus hanc misit epistolã. Hi ergo *adiutores eius in Christo*. i. in Christi prædicatione, quia recte crediderant, & apostolici laboris se socios fecerãt, ut et ipsi hortarentur cæteros ad fidẽ rectam. deniq; Apollo quãuis exercitatus esset in scripturis, ab his tamẽ in uia domini diligentius est instructus. Quos et apparet Iudæorum in fidijs, Paulo periclitante, semetipsos subiecisse, ut ille liber abscederet. Et hanc eorum laudem ipse non silet, sed omnibus eam ecclesiis admirandam tradit. *Supposuerunt*, inquit *pro anima mea ceruices suas, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium*. Merito. n. gentiũ ecclesiæ his gratias agebant, qui seipsos morti obtulerant, ut doctor gentium liber euaderet, et ad opus prædicationis excurreret. Vnde Romani eis obedire debẽt, q̃a pro exhortatione ad confirmationẽ eorum Romam reuersi sunt. Hos, inquit salutate, *& domesticam eorum ecclesiam*, id est, familiam ipsorum, quia sanctitatem eorum imitatur. B

Act. 18.

*Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu.*

Iste primus omnium ex Asia credidisse intelligitur, & ad Romanorũ confirmationem uenisse Romã. Sic & alij quos salutat Apostolus, intelliguntur illuc uenisse pro fratrum ædificatione.

*Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis*

Et hæc pro utilitate ecclesiæ non exiguum, sed multum & magnum laborem instituit.

*Salutate Andronicum & Iuniam cognatos et concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu.*

Hi secundum carnem cognati fuerunt Pauli, & cum eo causa fidei captiuitatem pertulerunt. De quibus & hoc fortasse potest intelligi, quòd ex septuaginta duobus discipulis domini fuerint, qui & apostoli iure nominantur. Ideo *nobiles* dicuntur *in apostolis* .i. in illis septuaginta duobus,

A *qui & ante* Paulum *fuerunt in Christo* .i. in Christi fide. Vel ipsi duo fuerunt ante eum in Christo, quia secuti sunt priores apostolos, et ideo nobiles in apostolis dicuntur, id est, inter praedicatores, qui discipuli erant apostolorum.

*Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino.*

Quamuis nihil egregium prae caeteris huic uideatur ascribi, tamē hoc ipsum quod dilectissimus est Apostolo, manifestat eum laudabilem et salutatione dignum esse.

*Salutate Vrbanum adiutorem nostrū in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.*

Et istos salutatione dignos cęteris coniungit, sed Vrbanū in laude praefert. Illum .n. *adiutorem* apostolorum *in Christo*.i. participem apostolici operis: Stachyn uero *dilectum suum* i. amicum proprium, etsi nō adiutorē dicit.

*Salutate Apellen probum in Christo.*

Hic etsi non specialis amicus erat apostoli uel particeps apostolici operis, tamen per tentationes inuentus est fidelis in Christo. Intelligitur .n. per multas tribulationes patienter & fortiter sustentatus transisse, & ideo probus ab apostolo pronunciatur, iuxta quod superius ait, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.

Roma. 5. Iacob. 1.

*Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli domo.*

Aristobolus fuisse cōgregator fratrum in Christo intelligitur. Cuius factum sic probat apostolus, ut eos quos ille congregabat, dignos salutatione sua designaret.

*Salutate Herodionem cognatum meum.*

Hic tantum cognatus apostoli dicitur: nullum eius euidenter meritū ostenditur, nisi quod religiosus in Christo fuisse declaratur, cum ab apostolo salutatur.

*Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Christo.*

Narcissus dicitur fuisse presbiter, qui peregrinando confirmabat fratres exhortationibus. Et quia praesens B tunc nō erat, suos apostolus salutat. Quia uero non omnium illorum merita nouerat, discernit qui sunt in domino .i. eos, qui digni sunt salutatione mea propter meritum quod habent in domino.

*Salutate Tryphaenam & Tryphosam, quae laborant in domino.*

Labor istarum non pro hoc mundo fiebat, nec pro uita praesenti, sed pro spe quam habebant in domino. Intelligūtur autem in ministerio sanctorum laborasse.

*Salutate Persidem charissimam, quae multum laborauit in domino.*

Hęc longe praefertur istis duabus, quia & charissima dicitur, & nō solum laborasse, sed & multum laborasse in domino asseritur.

*Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam.*

Hunc (credo) sciebat apostolus esse de numero non multorum qui uocati sunt, sed paucorū quod electi sunt. Matth. 20 Vel electus .i. promotus erat ad ecclesiasticas res agendas, ut in aliquo gradu honoris pęlleret. Cuius & mater tantum meritum habuit, ut etiā apostolus suam hanc nominauerit matrem, unumque cū eo partitus sit matris affectum, sicut Ioannes cum Christo. Eadem .n. foemina & Rufi Ioan. 19. mater erat secundum carnē, et Pauli secundum charitatem ac beneficentiam. Vel fortasse carnalis mater apostoli erat tunc Romę degens cū ista.

*Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, et qui cum eis sunt fratres.*

Isti quos nominat, intelligūtur simul habitasse, & in christiana amicitia unanimes fuisse, atque famosi in religione, & secū alios fratres habuisse, qui non tanti meriti erant uel tantae famae. Puto autem quod Hermas iste scriptor sit libelli illius, qui pastoris appellatur.

A *Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem, et omnes qui cum eis sunt, sanctos.*

Et hi simul unanimes erant, et qui nominatim exprimuntur, maiores fuisse designantur. Omnes autem quos hucusq; salutauit, intelliguntur praeclari fuisse fide & meritis, ut eos iure deberent honorare Romani, et credere uerbis eorum.

*Salutate inuicem in osculo sancto.*

Vos ipsos *inuicem salutate in osculo*, nō ficto, non subdolo, non libidinoso, sed *sancto*, religioso et casto. In osculo sancto. i. in pace Christi uos salutate, ut non simulata uel carnalia, sed religiosa sint oscula uestra. Ex hoc pcepto & aliis similibus, mos ecclesiae traditus est, ut post orationē osculo se inuicem suscipiant fratres.

*Salutant uos omnes ecclesiae Christi.*

Per hoc dictum intelligitur ecclesias posse dici, quae nō sunt Christi. Psal. 25. Vnde Psalmista: Odiui ecclesiā malignātium. Omnium autem illorum locorum ecclesias dicit Romanos salutare, ut crescāt in fide & religione.

*Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, praeter doctrinā quā didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo* Philip. 3. *uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.*

Nunc monet apostolus ut sup omnia caueāt à pseudo apostolis. Quasi dicat: Eos quos praemisi, salutate & imitamini, sed hos notate & uitate. Iussi ut illos salutetis, sed rogo ut istos caueatis. *Rogo uos ò fratres* filii matris ecclesiae, *ut obseruetis*. i. discernatis & notetis *eos qui faciunt dissensiones*. i. mētium & sensuum discordias, *& offendicula*. i. fratrum inuicem offensiones, ut alius offendat alium. Vel offendicula. i. culparum praecipitia praeparant, ut incautos ruere in opera nequitiae faciant. Et haec agunt *praeter doctrinam quam* uos à bonis praedicatoribus *didicistis*, qm̄ talia opera transgressiones sunt sanctae doctrinae quā accepistis. Idcirco obseruate eos & *declinate ab illis*. Et quare? qa *huiusmodi*, B homines in subdola pdicatione quā faciunt, *non Christo, sed uentri suo seruiunt*: qm̄ non amore audiētium prędicāt, sed intētione accipiēdi ab eis cibos. *& per dulces sermones*, quibus uenenum nequitiae suę dulciter infundūt *& per benedictiones* fallaces *seducunt corda innocentium*. Hoc. n. est proprium haereticorum, & eorum qui decipiunt audientes, ut dulciter eis loquantur. Semp insidiosa, callida, blāda est adulatio: pulchreq; adulator apud philosophos definitur blādus inimicus. Pos sunt dulces eorum sermones ītelligi peccatorum allegationes, dū dicunt ea non esse grauia, & securitatē peccandi praebent stultis, promittentes eis impunitatē ex dei misericordia, crebroq; benedictiones illis dant, ut sancti eis appareant. Sicq; seducunt. i. seorsum à uia rectitudinis ducunt corda innocentium. i. simplicium carere nescientium. Non. n. Romanis tantum qui tunc in carne erant, sed magis omnibus ubique fidelibus usq; in finē seculi iubet apostolus, ut diligentius considerent & perspiciant, qui sint qui dissensiones & offendicula in ecclesiis generant. Dicit nanq; dissensiones et offendicula cōmouere, praeter Christi doctrinā esse quam didicimus. Et ideo alienus à nobis sit, nec omnino recipiatur īter nos, quisquis certamina cōmouet, quisquis seruit iurgiis, qsquis lites excitat & studia contentionis exercet. Qui. n. tales sunt Christo domino, qui est pax nostra, non seruiunt, sed uentri suo potius obsequuntur. Cur n. iurgia & lites in ecclesiis suscitētur, spiritus sanctus per apostolum nunc indicat. Ventris ingt, gratia. i. quęstus & cupiditatis. Vnde et nonnulli circumeunt domos, loquē

C tes ad gratiam cum omni deceptione adulationis, nõ ut uerbo Dei ædificent animas ad uirtutes, sed ut per adulationes dulcesq; sermones permant, ut etiam proficere hortentur in uitijs, laudantes & benedicentes ea quæ correctione sunt digna.

*Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo.* Matth. 10.

Ideo, inquit, uos moneo ut uitetis deceptores, quia nõ solum fides, sed *& obedientia uestra*, ubiq; audita est, q̃m estis in capite mundi: & sic exemplo uestro iam alij corrũpi possent, si essetis seducti. Vel rogo ut eos uitetis, quia leuiter obeditis, sicut ubique iam diuulgatum est. Subtiliter indiscretam & facilem eorũ obediẽtiam, nõ in omni re laudat, sed diuulgatam dicit. Et ne eos rursum inobedientes efficeret, sic hoc apertius corrigeret, addidit: *Gaudeo igitur in uobis.* quasi dicat: Facile obeditis, & hoc bonũ est, atq; hinc gaudeo, quia sic obeditis. *Sed tamẽ uolo uos sapientes esse in bono & simplices in malo*, id est, uolo ut sitis sapientes in bono discernendo & sine aliqua parte mali, ut sapienter discernatis quibus bonum obedientiæ præbere debeatis, ne si incautè peruersis obedientes fueritis, bono uestro se misceat malum duplicitatis. Non enim simplex, sed duplex erit quod egeritis, si & propter obedientiam bonum fuerit, & propter indiscretionem malum. Simplices sitis in malo, id est, sine aliqua plicatione hoc est, sine aliqua admistione uel associatione sitis, ne bono uestro se malum aliquod adiungat. Sapientes etiam in bono estote, ut bonum sapienter & cautè faciatis. Simplicitati enim adiungere prudentiam debetis, quatenus sic securitatem de simplicitate possideatis, ut circũspectionem prudentiæ non omittatis. Simplicitas.n. et ignorantiam quandam significat, ut sitis in malo simplices, id est, nescij, uidelicet malum nescientes per actionem. D

*Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus uestris uelociter.*

Volo ut sitis sapientes ad cauendum malum, sed *deus pacis* largitor & amator *conterat uelociter satanam*. i. oẽm q̃ uobis aduersatur in uia dei. Satanas .n. aduersarius interpretatur. Quo nomine hostis antiquus designatur, uel q̃libet peruersus, q̃ sanctis ad deũ tendentibus contraria molitur. Sed deus pacis eum cito conterat *sub pedibus* eorum, ut suggestio antiqui aduersarij, mox ut mentem ipsorũ pulsauerit, conculcetur & conteratur, atq; in nihilum redigatur, & omnis pseudoprædicator uel quilibet pacis dissipator, cito conteratur aut de mundo tollatur. Satanam sub pedibus ecclesiæ deus pacis contriuit, quia membra eius, in quibus ecclesiam persequebatur, ad fidem conuertens, ipsi ecclesiæ subiugauit.

*Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum Amen.*

Vt satanas cõteratur, gratia Christi sit uobiscum custodiens uos & adiuuans.

*Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi hanc epistolam in domino.*

Timotheus consors laborum apostoli fuit, qui multo tempore cum eo ad prædicandum perrexit, & tandẽ episcopus ab eo factus, magna solicitudine gubernabat ecclesiam. Sed de Lucio scriptum est, quia erant in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simeon qui uocabitur Niger, & Lucius Cyrenensis: Iason uero ille est Thessalonicensis, qui in Actibus apostolorũ legitur, & Sosipater Ber Actuũ 13.
rhœensis. Hi inquit, uos salutãt. Ac Actuũ 22.
si diceret: His estis curæ. Et ego qui Actuũ. 20
scripsi

A scripsi epistolam, saluto uos in domino, Tertius nomine, nō numero, ut Timotheus qui specialis adiutor designatur, primus intelligatur: deinde Lucius & Iason & Sosipater (quasi unus accipiatur) secundus, sicq; scriptor epistolæ tertius. Vel post Iasonem & Sosipatrem tertius, qui uidelicet scriptor uel ipse apostolus est intelligendus: uel ut alijs uisum est, notarius apostoli. Nam melius est, ut tertius intelligatur nomen proprium, quia Tertius interpretatur adiungens, id est, applicans se.

*Salutat uos Gaius hospes meus, & uniuersa ecclesia. Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater.*

1. Cor. 1. Ex his uerbis apparet epistolā de Corintho scriptam. De hoc. n. Gaio dicit Corinthijs: Gratias ago Deo
2. Timo. 4 meo, quia neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaiū. Et de Erasto scribit ad Timotheum: Erastus remansit Corinthi. Videtur autem iudicari de Gaio, qm̄ hospitalis fuerit, ut non solum Paulum ac singulos quosq; aduētantes Corinthū hospitio receperit, sed & ecclesię uniuersæ in domo sua conuentilū præbuerit. Hoc. n. patēter innuere uidetur apostolus, q cum dixisset, *Salutat uos Gaius hospes meus*, mox addidit *et uniuersa ecclesia*. Illa uidelicet Chorinthiorum ecclesia, quæ apud Gaiū conue
3. Ioan. c. niebat. Nam et Ioannes cuidā Gaio scribit, qui forsitan iste est, laudans eum quia fratribus ministrabat. Erastus autē ab arca dicitur arcarius, qa dispēsator ciuitatis erat quasi curator, quia dictāte iustitia ciuitatem gubernabat maxime in moderādis pretijs. Ad laudem ecclesiæ Corinthiorum scribitur de isto Romanis, q̄ is qui princeps erat ciuitatis, non erubesceret in Christum credere crucifixum, & credentibus in eum salutationem dirigere. Hos omnes Apostolus enumerat nominatim in salutatione Romanorum, ut scirent qua B les & quanti uiri congauderent bono incepto eorum.

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.*

Tot & tanti salutationem uobis mandant, sed gratia Christi uobiscū maneat. Hoc paulo ante dixerat, sed præ nimietate æstuantis amoris repetit quod ualde exoptat.

*Ei autem qui potens est uos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum præceptum æterni Dei ad obeditionem fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor est, & gloria in secula seculorum, Amen.*

Ego uos in hac epistola sic instruxi & monui, sed ei qui potēs est uos confirmare, soli sapienti Deo sit honor & gloria in secula seculorū. deo à quo sunt omnia, dat gloriā, ut coeptum Romanorum (quia potēs est) dignetur complere, confirmando in fide & charitate animos eorum, in quo epistolæ summa notatur. Ei sit gloria *qui potens est uos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi*. i. qui potest uos ad tantam perfectionem ducere, quantam ego euangelizo: & quantam Christus prædicauit & prædicando instituit. Quod euangelium & quæ prædicatio fit *secundum reuelationem mysterij*. i. sc'd'm quod reuelatum est de occulto Dei consilio ipsum mysterium incarnationis Christi. mysterij dico, *taciti æternis temporibus*. i. spatijs quæ fuerunt ante mūdi constitutionem, quia soli Deo notum erat quod unigenitus patris humanitatem pro hominū salute esset assumpturus. Sed & facto iam mundo tacitum est hoc mysterium Christi incarnationis & humanæ reparationis, qa licet aliquatenus esset antiquis patribus notum, nulli tamen eorum plenarie fuit cognitum. Quod

C *nunc patefactum est per scripturas prophetarum*, id est, aduētu Christi reuelatum est, scripturis prophetarum ab eo referatis, quæ testimonium dant huic prædicationi. Patefactum est *secundum præceptum æterni Dei*. i. secundum quod pręcepit deus, qui hoc ab æterno ordinauerat. Et est patefactum *ad obeditionem fidei in cunctis gentibus*. i. ad hoc manifestum est nunc in uniuersis nationibus, ut omnes obediant fidei bene operando. Mysterij dico olim taciti alijs, sed *cogniti soli sapienti Deo*: quia etsi sit hominibus modo reuelatum, tamen soli Deo cognitum est, qui solus nouit cur ita factum est. In quo reprimit apostolus inquisitores, qui quærunt cur distulit Deus tantum, cur tot gentes perire permisit. Solus autem sapiens Deus, pater & filius & spiritussanctus, quōniam trinitas unus Deus est. Quipropterea solus sapiens dicitur recte, quoniam solus secundum sapientiam suam & substantiam sapiens est, non secundum accidentem uel accedentem participationem sapientiæ, sicut sapiens est rationalis quæcunque creatura. Trinitas, inquam, est solus sapiēs deus, qui omnino nec potuit unquā esse insipiens, nec poterit, non per gratiā particeps sapientiæ, sed sapiens īmobilitate naturæ. Soli igitur sapienti Deo gloria sit *per Christum Iesum*, hoc

Matth. 28. est, clara cum laude notitia, qua innotuit gentibus Deus trinitas. Ideo per

Marc. 16. Iesum Christum, quia ut alia taceā, ipse præcipit baptizari omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti, ubi præcipue cōmendata est huius īdiuiduæ gloria trinitatis. Quod uero additum est, cui, ut diceretur, cui gloria, cum sufficeret, si dictum esset, ei autem gloria, inusitatā nostræ linguæ locutionem indicar, non sensum quem requiramus, uel de quo ambigamus, insinuat. Quid sensus deperit, si dicamus, & gloria cui per Iesum Christum gloria? hoc D nāque est, ei per Iesum Christum cui gloria, quod est, cui per Iesum Christum gloria. Sed alter horū inusitatus, alter usitatus ordo uerborū. Vel dictum est, ei gloria cui per Iesum Christum gloria, siue ei gloria per Iesum Christum, cui gloria, ut intelligeremus eum qui in seipso semp gloriosus est, per incarnationem & resurrectionē Christi apud homines glorificari. Vel ei qui potens est uos confirmare. i. trinitati, sit gloria per Iesum Christum *cui* Iesu Christo & secundum humanitatem *est honor & gloria*, sicut in psalmo canitur, Gloria Psal. 8. et honore coronasti eum. Quod subiunxit, *in secula seculorum*, moris est scripturæ diuinæ, īmensitatem per hoc temporū designare. Vel in secula seculorum, in æterna secula, quæ digniora erūt labētibus seculis, sicut sancta sanctorum & cantica canticorum præstātiora sunt cæteris sanctis & canticis: uel sicut rex regū & dominus dominorum cæteris regibus & dominis est præstātior. *Amen* autem, quod intepretatur uere uel fideliter, quasi ad confirmationē omnium quæ superius scripta sunt, in fine posuit, per quod uernaculo Hebræorum sermone uera & fidelia esse, quæ sunt scripta, signaret.

## PRIMA B AD CORINTHIOS

*Argumentum.*



Orinthus est ciuitas metropolis, caput Achaiæ, decus Græcię. Ad quam Paulus ueniēs, multos ciuium conuertit ad fidem. Vbi & dominus ei nocte per uisionem dixit. Noli timere, Actuū. 18. sed loquere, et ne taceas. Propter quod ego sum tecum, & nemo apponetur tibi, ut noceat te, quōniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit ergo

A annum & sex menses docens apud eos uerbum domini. Post cuius abscessum, subuersi sunt quidam eorũ à pseudoapostolis, quidam etiam à mcdanæ eloquentiæ sectatoribus, nonnulli uero Iudaicis traditionib⁹ deprauati. Quidam etiam eorum attendẽtes dignitatem personarum in baptismo, putabant quod plus gratiæ & remissionis peccatorum accepissent, si à dignioribus & sanctioribus uiris baptizati fuissent. Et per hoc se alijs præferre uolebant, qui tã dignos baptizatores non habuerãt. Multaq; alia in eis erant schismata & uitia. A quibus omnibus intẽdit apostolus eos corrigere, & modum illos christianæ cõuersationis docere, scribens ab Epheso. Hæc epistola post illam ad Romanos iure locata est, licet ante illam scripta sit, qa q̃squis in fide iã instructus est, de qua cum Romanis agitur, debet consequenter à subrepentibus uitijs corrigi, & in uirtutibus plenius informari, sicut nunc corriguntur & instruũtur Corinthij. Ob hoc etiam posita est hæc post illã, q̃m in materia quãdam habet affinitatem cum illa. Vt enim illi de meritis suorum antecessorum gloriabantur, & suam saluationem non gratiæ deputabant, sed quidam legis obseruationibus, quidam uero facultati ingenij & libertati arbitrij: sic & isti de sanctitate suorum baptizatorum gloriantes, et q̃cquid boni habebant illis adscribentes, alij alijs præferri uolebant. Sed ueniamus ad literam.

CAPVT I.

*Paulus uocatus apostolus Christi Iesu per uoluntatem Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro, gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Paulus interpretatur mirabilis. Et B uere mirabilis doctor, cui nullus cõparari pôt in scientia: mirabilis operarius, qui plus omnib⁹ laborauit. Hoc ergo nomine iam reddit attonitos auditores suos, & tãti nominis authoritate comprimit, ne uerbis sequentibus audeant cõtradicere, uel inobedientes existere. Qui & uocatum se dicit, ut maioris appareat authoritatis: quia non sicut cæteri ab hominibus est ad fidẽ uocatus, sed à Christo ipso de cœlo. Qui etiã *apostolus*, i. missus *Iesu Christi* à quo audiuit: Vade, ego longe ad gentes mittã te. Apostolus Iesu Christi est *per uoluntatem Dei*, i. à Christo missus ad gẽtes per uoluntatem patris. Per quod tãgit etiam illos, quos neq; Christus miserat, neq; per uoluntatem Dei p̃dicabant. Paulus talis et tantus scribit Corinthijs, *& Sosthenes frater*. Etiã istum adiungit ad confirmationem omnium quæ scribit, quia magnæ erat apud eos authoritatis, utpote q̃ princeps ibi synagogæ fuerat, & ad fidem conuersus, multas à Iudæis p̃secutiones ante tribunal Gallionis procõsulis uiriliter sustinuerat. Paulus & Sosthenes scribunt *ecclesiæ* non baptizantium, sed *Dei quæ est Corinthi*. Ideo scribit ecclesiæ, quia adhuc singulis ecclesijs rectores non erant cõstituti. Paulus ecclesiæ Dei, uidelicet *sanctificatis*, i. baptismo regeneratis *in Christo Iesu*, i. in figuratione mortis et resurrectionis Christi Iesu. Sanctificatis in Christo, nõ in Petro uel Paulo, uel alio quolibet baptizatore, q̃a Christus sanctificationem istã æqualiter operatur per omnes suos ministros, et ideo nulli gloriãdum est in meritis sui baptizatoris. Ecclesiæ se dixit scribere, et addidit sanctificatis in Christo, ut ostenderet omnem ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdam illorum post male cœpisse conuersari. Scribit etiam *uocatis*, prædicatione euangelica, & *san-*

Actuũ. 9.

Actuũ. 22.

Actuũ. 18

C ctis bona conuerſatione ſua. Vel uocatis ſanctis.i.uocatis ad hoc ut ſint ſancti,hoc eſt,ut nõ recedant à regula ſanctitatis, declinãtes in aliquem errorem uel in malam actionem:uel etiam uocatis ab æterno diuinitus, id eſt,prædeſtinatis ante mundi conſtitutionem,& ſanctis in tẽpore conuerſationis ſuæ. His ſcribit Paulus *cum omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti,in omni loco ipſorum & noſtro* .i. conuerſis ad fidem Iudæis iungit et Ioan.4. gẽtes:quia ſalus ex Iudæis eſt, ut in omni loco,ubi gentes quę inuocant nomen domini, & ubi tales Iudæi ſunt,ſimiliter ſint omnes unum.Vel ita potius Corinthijs ſcribit, cũ omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti,in omni loco ipſorum Corinthiorũ .i. ſubiecto eis, hoc eſt,cum oĩbus ſuffraganeis Corinthi,cum omnibus qui ſunt ſubiecti Corintho ut metropolitanæ ciuitati.Cum omnibus qui Deum inuocant in omni loco ipſorũ Corinthiorum.i.famulante illis,et noſtro i.ad nos ſimiliter pertinẽte,ſicut ad eos. De noſtro nanq; apoſtolatu ſunt illi qui ſunt in locis Corintho ſubiectis,& ideo ſcribimus eis ſicut Corinthijs.Deum aũt inuocat,qui ſuis precibus nihil aliud ab eo ꝗ̃ ipſum Deum quærit. Qui.n. inuocat Deũ ut diues fiat,Deum non inuocat,ſed illud qđ uult ad ſe uenire. Quid.n. eſt inuocare,niſi in ſe uocare? Nã cũ dicis Deo,da mihi diuitias,non uis ut Deus ipſe in te ueniat, ſed uis ut diuitiæ ueniant ad te. Quod uis ut ad te ueniat, hoc inuocas. Si autem Deum inuocares, ipſe ad te ueniret, ipſum haberes diuitias. Ergo illi ꝗ propter ſecularia cõmoda,qui propter terrenam felicitatem inuocant Deum,non inuocant deum. Sed illi inuocant Deum,illi inuocant nomẽ domini,qui nihil ab eo quęrunt niſi ipſum,qui hoc ab eo piè poſtulant, ut ipſe dignetur in eos uenire, & in D eis habitare,eosq; templum ſuæ gloriæ facere. Meritoq; tales ubicunq; maneant,ſocientur illis quibus ſcribit Apoſtolus. Quos ſimul omnes ſalutat,dicens: *Gratia uobis* ſit,qua uobis peccata remittantur & uirtutes conſeruentur. Gratia lapſis ut reſurgant,ſtantibus ut maneant. *Et pax* ſit uobis,qua reconcilientur Deo, qui per peccata eius facti ſunt inimici:et qua ſtabiliter ei inhæreant, qui non receſſerunt ab eius amore. Quæ .ſ. gratia & pax ſit uobis,non à baptizatoribus ueſtris,uel ab alijs hominibus,ſed *à Deo patre noſtro*, qui nos in filios adoptare dignatus eſt. *& à domino Ieſu Chriſto*.i. ſaluatore, rege, domino noſtro.i.qui de poteſtate ſatanæ nos eripuit,& ſuo dominio nos mãcipauit.Serui nãq; eius ſumus, licet pater eius nos in filios adoptauerit: quia ipſe eſt filius per naturam,nos per gratiam:ille creator,nos creatura:ille ſine pc̃tõ,nos liberati à pc̃tõ.

*Gratias ago deo meo ſemper pro uobis in gratia Dei,quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni uerbo et in omni ſcientia,ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis,ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia,expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmabit uos uſque in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti, Fidelis Deus, per quem uocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri.*

Hęc epiſtola cum ad unius ſcribatur populum ciuitatis pro uarietate habitantium.i. ſanctorum & peccatorum,nunc laudat eos,nunc corri- 1.Theſ. 5. pit,nunc docet,nunc reprehendit,ut unuſquiſq; in ea intelligat,quid pro ſe,quid aduerſum ſe dicatur:ut cum laudat eos, ſciant boni ad ſe uerba dirigi: & cum reprehendit, ſciant ꝗ male egerunt,ad ſe hæc dici. Ecce.n. à perfectis inchoat,quos multa laudeꝓſequitur,ut poſtmodũ ad infirmos

A mos ueniat, quos reprehēsurus est. Alloquitur primo profectos, ostendendo eos commendatione dignos, ut qui hactenus boni permanserūt, meliores fieri studeant: & cæteri qui in aliquo errore deciderunt, erubescant & conent ut his similes fiant. *Gratias*, inquit, *ago Deo meo semper pro uobis*. Deo qui omnium est, sed tamen speciali priuilegio sanctitatis, quam mihi contulit, meus est, ago pro uobis semper gratias: quia quicquid boni habetis, ab illo uobis datum esse scio, nō ab hominibus. Gratias ago *in gratia Dei quæ data est uobis*. i. pp gratiā quam deus contulit uobis *in Christo Iesu*, non in Petro uel Paulo. Gratia enim data est in Christo, qa hoc constitutum est à Deo, ut qui credit in Christo, saluus fit sine opere, sola fide, & gratis accipiat remissionem peccatorum. Nec hoc solum isti perceperant, sed & charismata spiritualia fuerant illis multa diuinitus concessa. Vere magna gratia uobis data est in Christo, *quia diuites in illo facti estis in omnibus* donis spiritualibus, ut abūdetis oībus diuitijs spiritualibus. Et suppono partes aliquas diuitiarum, scilicet *in omni uerbo*, id est, in omni genere linguarum, ut Græca & Latina & Hebraica lingua, cæterisq; linguis omnibus loqui possitis. Vel in omni uerbo. i. in omni modo prædicandi paruulis tenuiter, & mediocribus mediocriter, ac perfectis perfecte, *& in omni scientia*, id est, scripturarū intelligētia, quæ est secundum historialem & mysticū & moralem sensum. Ditati estis in omni uerbo prædicandi & scientia intelligendi, *sicut testimonium Christi*, id est, qd' Christus de semetipso moriendo & resurgendo testatus est, *confirmatum est in uobis* id est in uestra uita, in uestris morib⁹ Ita estis donis omnibus ditati, *ut nihil desit uobis in ulla gratia* spiritus sancti, quia pphetiam habetis genera linguarum, uirtutem curationū & cætera charismatum dona. Nihil deest uobis, quod necesse sit habere, quia si non habetis oīa quæ habent apostoli, omnia tamen habetis quæ necesse est ut habeatis. Ita repleti estis, ut nihil uobis desit, uobis dico *expectantibus*, id est cum desiderio præstolantibus & digne paratis excipere *reuelationem domini nostri Iesu Christi*, quando reuelabitur in flāma ignis ad iudicium ueniens, & apparebit omnibus. Hanc reuelationē impij timent & uenire nolunt: pij uero, qui ppter meritum bonæ conuersationis suæ sperant se cum Christo regnaturos, totis desiderijs cupiūt ut reueletur, quia sperant in eius reuelatione ad uisionem gloriæ eius pertingere. Et ideo infatigabiles in bonis operibus perdurantes expectant eam: & cauta circunspectione inuigilant, ne cū uenerit, reprehensibiles in aliquo inueniantur. Sic expectatis reuelationē domini, in qua ipse bonis & malis se in iudicio manifestabit. *Qui &* per auxilium gratiæ suę faciet ut ab hac expectatione non deficiatis, qa *confirmabit uos* in uirtutibus & bonis operibus *usq; in finem*. i. usq; ad obitū uniuscuiusq; uestrum. Confirmabit inquam uos in bonis, *sine crimine*, idest, sine ullo criminali peccato uel animi uel carnis. Nonnulli enim expectant reuelationem domini, quasi de iustitia securi, & tamen in criminibus manēt, id est, in inuidia, derractione, odio, dissensione, & his similibus. Sed uos ab his et talibus īmunes Dei gratia conseruabimini *in die aduentus domini nostri Iesu Christi*. i. ut in illo die sine ullius criminis reatu īueniamini. Qualis. n. quisq; moritur, talis in illo die īuenitur. Et etiā mortis dies est unicuiq; dies aduentus dñi, sicut ipse declarat, dicens: Vigilate qa nescitis qua hora dñs uester uenturus sit. Alacri aīo confisus de

Matth. 24

A spe istorum Apostolus, securus est quod inuiolati usque in diem nouissimum erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum mutari non potuerunt, procul dubio se in sua bonitate permansuros ostendunt. Quos dum laudat Apostolus, cæteros qui errore pseudoapostolorum deprauati fuerant, inuitat. Dum enim istorum fidem & sanctitatem prædicat, illos ad pœnitentiam uocat. Dixi quia uos confirmabit usque in finem. Et uere confirmabit, quia *fidelis*, id est, uerax est in promissis suis *Deus*, quia fideliter reddet quicquid promisit. Promisit salutem æternam & beatam uitã cum angelis sine fine, & hæreditatem immarcessibilem, gloriam sempiternã, dulcedinem uultus sui, domum sanctificationis suæ in cœlis, resurrectionẽ à mortuis, ubi nullus deinceps moriendi metus erit. Talia promisit, & in horum redditione fidelis erit, quia sine mendacio reddet ea illis quibus promisit. Fidelis Deus *per quem uocati estis*, quia qui auersos uocauit, iam facilius confirmabit. Vocati estis *in societatem* non modo apostolorum uel angelorum, sed et *filij eius Iesu Christi domini nostri*. ut sitis participes hæreditatis & gloriæ quã possidet filius eius. Hoc enim dedit uobis esse, quod credidistis, ut quia credidistis Christum esse filium Dei, uos quoque efficeremini filij Dei, mansuri in eadem dignitate in qua manet Christus. Societas enim fraternitatis est Et uos fratres eius & socij facti estis, quẽ Dei filium firmiter credidistis.

1. Petri. 1.

Hucusque præfatio cum laude. Hinc iam dissensionis causam exequitur, subdendo.

*Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Significatum est enim mihi de uobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia cõtentiones sunt inter uos. Hoc autem dico, quod unusquisque uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Χρs?*

B

Si qualiter quid dicatur, & quibus dicatur, nõ uigilanter aspicitur, ualde periculosum est. Verecũdæ etenim mẽtes, si quas fortasse culpas admiserint, leniter arguendæ sunt, quia si asperius increpentur, franguntur potius quam erudiuntur. Quod nũc bene demonstrat Apostolus, qui cum Corinthios cognosceret pro amore personarum in schismate diuisos, eorũ uerecundiæ consulens, locutionem suã eis à gratiarum actione & laudibus incepit. Et quos in omni uerbo et in omni sciẽtia laudauerat, quibus nihil deesse in ulla gratia dixerat, paulisper loquens, & ad increpandum leniter ueniẽs, diuisos erga seipsos reprehẽdit. Et quorum prius salutem narrauerat, postmodum uulnera patefecit. Peritus enim medicus uulnus secandum uidens, sed ægrum timidũ esse conspiciens, diu palpauit, & subito percussit. Prius blandam manũ laudis posuit, & postmodũ ferrum increpationis fixit. Nisi enim uerecundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita ut ex alijs rebus audiant quod in consolationem sumant, per increpationem protinus ad desperationem cadunt. Non autem mẽtitus est Apostolus, ut prius eis nihil deesse ĩ omni gratia diceret, quibus postmodum dicturus erat unitatem deesse. Sed quia erãt inter eos quidam omni gratia repleti, et erant quidam in personarum fauoribus scissi, cœpit (ut dictũ est) à laudibus perfectorũ, ut modesta inuectione ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinam cordis, à medicina corporis usum traxit. Nã cum feriẽdum uulnus medicus aspicit, prius ea membra quæ circa uulnus sana sunt, palpat, ut post ad ea

A quæ uulnerata sunt, leniter palpando pueniat. Cum ergo Paulus perfectos i Corinthijs laudauit, sana mēbra iuxta uulnus tetigit: cū uero infirmos de diuisione reprehendit, uulnus in corpore pcussit. sed iam uerba eius tractemus. Videtur. n. dicere: Pro pfectis qui in bono pmanserunt, gratias ago: sed *uos fratres* qui se ducti estis & meritis hominum gloriamini, *obsecro per nomen domini nostri Iesu Christi*, qui uos solus redemit, & in cuius nomine baptizati estis, *ut idipsum dicatis omnes*. Idipsum, uidelicet qđ dicunt illi quos laudaui, dicatis omnes uos uno ore, *& non sint in uobis* id est, inter uos uel i cordibus uestris, *schismata*, id est, diuisiones. Hæc schismata intelliguntur aliquorum in fide diuisiones, dum diuersa sentirēt: quia cum deberent omnes dicere se esse Christi, dicebat alius, Ego sum Pauli: alius, Ego sum Petri. Non sint in uobis schismata, sed *sitis perfecti in eodem sensu*, id est, in eadem uoluntate, in qua sunt illi quorum laudem pręmisi: *& in eadem scientia*, id est, in eadem scripturarū intelligētia, in qua sunt illi. Vel idipsum dicatis, id est, unam fidem catholicam omnes pariter loquamini: & non sint in uobis schismata, id est, mētium aut uerborū discissiones, sed sitis perfecti in eodem sensu, quem uobis tradidi de Christo ut omnes perfecte sentiatis in eo solo gloriandum, nō in hominibus: & in eadem scientia, quam uobis de Christo tradidi, ut pfecte sciatis uos eius sanguine redemptos, & in eius nomine per baptismum sanctificatos. Potest sensus ad Christi diuinitatem referri, scientia uero ad humanitatem, ut uos oēs eundem sensum atq; intellectum de eius diuinitate, & eandem scientiam de humanitate firmiter teneatis, quatenus omnes simul idem de diuinitate & humanitate illi⁹ credatis. Hæc ideo dico, q̄a *significatum est mihi de uobis* per lrās ô *fratres mei; ab his qui sunt Chloes*, id est, in illo loco qui sic uocatur, *quia contentiones sunt inter uos*. Quamuis auersi fuissent, fratres tñ uocat eos Apl's, ut per id non dissentirent ab eo, cui cōuentus fratrum qui habitabant Chloes, intimauit quia contentiones essent inter eos, per quas manifestabatur diuersitas mentis eorū de disciplina dominica. Fratres illi significauerunt mihi uestras contentiones. Nec solū illas scio, sed etiam uerba quæ dicitis. Sed *hoc dico quod unusquisq; uestrū dicit*, id est, nullus ex uobis est, qui nō dicat unum hoīm quæ subijcio. Nam alius quidem dicit, *Ego sum Pauli*: alius autem, *Ego sum Apollo*, id est filius peritissimi doctoris: ali⁹ uero, *Ego sum Cephæ*, id est, Petri alius autem qui solus sapit, dicit, *Ego sum Christi*. Sicq; diuisi estis in partes, ac si alij ex uobis essent Pauliani, alij Apollani, alij Petriani, & Alij Christiani. Et ita secundum uos *diuisus est Christus*. Quasi dicatur: Multos facitis Christos, id est, datores gratiarū. Vel q operatur idem in omnibus, diuisus est, dum creditur in isto plus gratiæ operari, in illo minus. Vel diuisus est, id est, abscissus & separatus est à uobis, q caput uestrum erat: quia ab illo uos subtraxistis, quando meritis hominum causam uestræ salutis ascribere cœpistis. Errorem quidem ostendit Apostolus, sed authorū nomina non prodidit. Necq; enim in loco stabant, sed circuībāt ad euersionē simplicium. Nam hi quos noīauit, sine dubio boni erant doctores, sed horū specie falsos apl'os tāgit. Si. n. in his gloriandum uetat, quanto magis in malis doctoribus, quorū doctrinam prauā i subiectis significat? Inter eos tñ hos perseuerātes designat, qui dicebant se Christi esse, non hominis, quos superius laudauit, & ad horū similitudinem alios īuitat. Diuisum

B

Nota.

C autem Christum dixit, quia gloriã eius homines sibi partiti sunt, sicut hæretici, qui se aut Photinianos aut Arrianos uel Manichæos uocari nõ horruerũt. Nam & Corinthij diuersis hæreticorum nominibus subijci cœperant, ut uiderẽtur loco Christi homines uenerari. Qui diuersa de Christo accipiunt, Christum diuidunt. Vnus enim hominem tantum accipit Christum, alter Deum purũ sine corpore profitetur. Alius per ꝓphetas prædictum Christum dicit, alius negat prophetas de Christo locutos. Cum ergo Christus unus sit Deus & homo, isti sibi dum alius aliud, & alius aliud de eo uendicat, diuidunt Christum.

*Nunquid Paulus crucifixus est pro nobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo quòd neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium, nequis dicat quòd in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Cæterum nescio, siquem aliũ baptizauerim.*

Non debetis dicere: ego sum Pauli, quia *nunquid Paulus crucifixus est pro nobis*, ut uos sanguine suo redimeret, & author salutis esset, *aut in nomine Pauli baptizati estis*, ut inuocatio nõis Pauli mundaret uos à peccatis in baptismo? Nequaquam Paulus, sed Christus pro uobis crucẽ iustus pro iniustis pertulit: & nõ in Pauli, sed in Christi nomine baptismum suscepistis. Modeste & humiliter sanctus Apostolus zelans ecclesiã, sed sponso, nõ sibi, & horrens eos qui uoluerũt dicere, ego sum Pauli, ego Apollô, ego Cephæ, suam personam potius assumpsit quam calcaret & cõtemneret, ut Christum glorificaret. Repulit à se, sed ut mittat ad Christum. Non uult à sponsa amari pro spõso. Id circo enim seipsum maluit contẽnere ad cõmendandum Christũ, ne forte si alios nominatim contemneret, ideo putaretur eorum re- D futare personas, ut suam cõmendaret, Si, inqt, pro uobis Christus mortuus est, & in nomine eius sanctificationem baptismi percepistis, quo modo ad eius iniuriam nunc gratiã & beneficium ipsius imputatis ulli hominum? Nam quia de baptizatoribus gloriamini, *gratias ago Deo meo* ex hoc *quòd neminem uestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium*, q nõ sunt de contentione uestra, non ꝙ malum sit baptizare, sed *nequis dicat quòd in nomine meo baptizati estis*, de quo magis gloriaremini. Non solum non estis in nomine meo baptizati, sed nec in meo ministerio, & inde gratias ago Deo meo, qui me noluit huius occasionẽ esse erroris. Non baptizaui nisi Crispũ archisynagogum & Gaium, qui nobiles erant, & in primis crediderũt: nec gratiã baptismi deputabant ulli hominum, sed soli Christo, & intelliguntur ex illis esse, qui superius sunt laudati. Nec solum hos, sed *baptizaui & domum Stephanæ*, id est, familiam illius nobilis matronæ, de qui bus in postremis epistolæ huius dicitur, quoniã sunt primitiæ Achaię, & in ministerium sanctorũ ordinauerũt seipsos. De his, inquit, certus sum ꝙ eos baptizaui, sed pręter hos *nescio siquem aliũ* ex uobis *baptizauerim*. Per qđ ostendit se nõ esse saluatorẽ. Nam si aliquos saluaret, à se iustificatos non ignoraret. Baptizasse se quosdam dicit, nõ tamẽ eo mõ, quo ille consueuit baptizare, de quo dictũ est, Hic est q baptizat in spiritu sancto. Ioan.1. Baptizauit. n. Paulus tanꝙ minister, non tanꝙ ipsa ptãs. Baptizauit aũt Christus tãꝙ ptãs. Et potuit hanc potestatem seruo dare, sed noluit. Si enim daret hãc ptãtem seruis, id est, ut ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismi quot serui, ut quomodo dictũ est, baptismus Ioannis, sic diceretur, baptismus Petri, baptismus Pauli, baptismus

A mus Iacobi, & cæterorum. Ergo ne tot baptismi dicerentur, quot essent serui qui baptizabant accepta potestate à domino, sibi tenuit baptizandi dominus potestatem, serui ministerium dedit, ut in illo spes esset baptizatorum, à quo se baptizatos cognoscerent. Noluit ergo seruũ spem ponere in seruo. Et ideo sibi soli retinuit hanc potestatem. Quam si uellet, potuit uel alicui uel unicuique seruorum suorum dare, ut tanta uis esset in baptismo serui, quãtam uim habet baptismus à domino datus, sed noluit, Ideoq́; nõ differt siue bonus siue malus, cui contingit ministerium ut baptizet: quia quisquis sit minister, Christus est dominus qui baptizat: propter quod tantum ualet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per apostolum datus.

*Non enim misit me Christus baptizare, sed euangeliZare non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, id est, nobis, uirtus Dei est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Esaiæ. 29. *Vbi sapiens* Abdiæ. 1. *ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? Nonne* Esaiæ. 33. *stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nã quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes.*

Ideo tam paucos baptizaui, quia nõ ad hoc missus sum. *Non enim Christus*, cuius ego minister sum, *misit me baptizare, sed euangelizare*, id est, prædicare. Quoniam maius est euangelizare quàm baptizare: quia non omnis qui baptizat, idoneus est euangelizare. Quia igitur & minores possunt baptizare, qui sapientiam & uirtutem prædicandi non habẽt, ideo non baptizare missus sum, ne retardarer à prædicatione, sed euangelij semina spargerem. Quo dicto illi humiliantur, quibus Corinthij

B multum dabant eo quòd ab illis baptizati fuerant, dum innotescit non magnũ esse baptizare. Missus sum euangelizare, & hoc *non in sapientia uerbi* quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis. Ideoq́; piscatores homines imperiti electi sunt, qui euangelizarent, ut doctrinæ ueritas ipsa se commendaret teste uirtute, ne hominum uersutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis uideretur, non ueritate, sicut disciplinæ ab hominibus inuẽtæ, in quibus non ratio, non uirtus, sed uerborum compositio quęritur. Ac per hoc gloriam suam quærit, qui fidem Christi uerbis exornare studet: quia obscurat illam splendore uerborum, ut non illa, sed ille laudetur. Sicut & pseudoapostoli ne stulti uiderentur prudentibus mundi, in sapientia hominum prædicabant Christum, deuitantes ea quæ mundus in nobis stulta iudicat, ut neque incarnatum Dei filium & de uirgine natum docerent, neque morte eius homines saluari prædicarẽt, neque carnis nostræ futuram resurrectionem, quia mundanæ sapientię ratio iudicat hæc stulta. Hoc enim habet physicalis sapientia, qđ Deus non fiat homo, quòd inuisibilis nõ fiat uisibilis, quòd immortalis non fiat mortalis, quòd uirgo concipere & parere non possit, quod mori nõ possit autor uitæ, quod mors unius non possit multos uiuificare, quod mortuus aperto sepulchro resurgere nequeat, quod uerum corpus humanum clausis ianuis intrare non possit in domum. Nos autẽ hæc omnia de Christo prædicamus. Ideo Apostolus non in sapientia hominum euangelizat, quæ sapientia est uerbi, id est, locutionis ornatæ secundum dialecticam & rhetoricã. Non sum missus, inquit, euangelizare in sapientia uerbi, id est, ut secundum

C humanam calliditatem uerbis compositis auditores ad fidem argumẽtando cogerem, sed simpliciter ueritatem omnibus annunciarem. Ideo non in sapientia uerbi hominum, *ne euacuetur crux Christi*, id est, ne uacua, ne ociosa puteť passio Christi, sed plena hominum redemptione & salute. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium sufficit sibi, quẽadmodum seculi sapientes dicũt, & ad cognoscendum quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendum, ergo Christus gratis mortuus est, & crux eius ab omni utilitate uacua est. Sed impossibile est crucem eius uacuam ac superfluam esse, quia salus humana non nisi per crucem illam poterat euenire. Ergo stulta est sapientia uerbi secularis, quæ hoc ignorauit. Vere euacuaretur crux in sapiẽtia uerbi, *quia uerbum crucis*, id est, prædicatio crucifixi Christi *est*, id est, uidetur esse *stultitia pereuntibus*, id est, sapientibus mundi, quorum sapientia perit ac falsa ostenditur, & ipsi damnandi inde sunt, quia spem suæ salutis in cruce Christi non constituunt. Stultitia enim uidetur illis, Dei filium dicere crucifixũ, & ideo sunt in perditione, quia infernæ morti non fuiť erepti. Incredulis & pereuntibus est stultitia, sed *his qui salui fiunt, idest, nobis* credentibus, *est uirtus Dei* ipsa crux. Credimus enim non infirmitatem esse crucẽ Christi, sed uirtutem, intelligẽtes mortem uictam in cruce: cuius signum qui habẽt, sunt fortes & salui fiunt, qa teneri à morte non possunt. Non enim in uerbo crucis Christi dicitur aliquid, ubi uirtus & fortitudo Christi nõ appareat, quia moriendo mortem uicit et diabolum atque infernum & peccatum, hominemq́ liberauit, et ignem portæ paradisi sanguine suo extinxit credentibus, omniaq́ mundi regna superauit, & regnũ cœlorũ aperuit. Nulla ergo est tãta uirtus, quã- D ta est in omnib⁹ quæ de Christo crucifixo dicuntur. Non prædico in sapientia uerbi, ne taliter crux euacuetur: quæ euacuareť, si aliquo modo præter illius sacramẽtum ad iustitiã uitamq́ æternã peruenire homines posse dicerentur, quia *scriptum est* in Esaia, ꝙ Deus perditurus esset sapiẽtiam mundi. Ideo enim nõ misit me dñs euangelizare in mundana sapiẽtia, quoniã ipse (sicut scriptura testatur) prædixerat quòd eã non reciperet in prædicatione euangelica, sed perderet & reprobaret de collegio prędicatorũ suorum. Vnde ait: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo*. Nõ suã sapientiã Deus in eis perdit & reprobat, quam ipse donauit: sed quã sibi arrogant, qui non habent ipsius. Notãdum enim, sapientiam talẽ esse in subtili excogitatione rerũ, prudentiam uero in expolita ipsarũ rerum explanatione. Vel sapientiam, qua de Deo humanis rationibus disputant, & incarnationem mortemq́ eius uelut stultã contemnunt: prudentiam uero, quã habent in moribus, uel qua excogitant aliquid probandũ. Et Deus perdidit, i. irritam fecit & destruxit sapientiam sapientium atq; reprobauit prudentiam prudentiũ, quando fecit illa quæ illi negant posse fieri, & piscatores ad prædicandũ misit. Vbi enim fecit ut dei filius incarnaretur de uirgine & crucifigeretur ꝑ humana salute, obuiauit sapientiæ sapientium & destruxit eam Et ubi illiteratos & idiotas fecit prædicatores, ut ꝑ eos simplicibus uerbis ad fidẽ cõuerteret dialecticos & rhetores, reprobauit à sua prædicatione prudentiam prudentiũ, & astutiam moresq́ eorũ reiecit. Sciendum uero ꝙ hęc sententia iuxta Hebraicũ sic dicitur in Esaia de populo Iudæorũ: Esaia. 29. Peribit sapientia à sapientibus eius,

A & intellectus prudentiũ abscondet. Quod completũ est post aduentum domini, qñ uno eodemq; tpe succẽsa est Hierusalẽ, templumq; destructum, & omnis maiorũ sciẽtia ablata. Nam quia sapientes illius populi Christũ qui est dei sapientia, non receperũt, perijt ab eis omnis sapientia eorum. Et quia prudentes astutis machinationibus studuerũt cõtraire eidem sapientiæ Dei, inter homines corporaliter conuersanti, abscõditus est ab oculis cordis eorũ omnis intellectus, quem habebant in scripturis, ne scilicet Christum reperirent, qui in litera cõtinetur. Quod & huic loco epistolæ multum congruit, quia ex illis infatuatis doctoribus Iudæorum erant pseudoapostoli, contra quos nũc Paulus agit, qui se per mundũ sparserant, loquẽtes in sapientia mundi ad subuersionem eorũ qui nuper ad fidem uenerãt. Post propheticum uero testimonium subdit Apostolus: Vbi sapiẽs &c. Ac si dicat: Ita olim ꝓphetatũ ẽ, & nostro tpe uidemus illud cõpletum. Nam *ubi est sapiens?* id est, in qua ecclesia de Iudæis aut gentilibus aliquis rhetorũ uel dialecticus est prædicator euangelij constitutus? Si. n. prædicator in ecclesia esse uoluit, sapientiam seculi abijcere oportuit. Et *ubi* est electus ad prædicãdum *scriba?* id est, q de moribus uel artibus præcepta dat aut libros cõponit. Et *ubi* est electus ad docendum in ecclesia *inquisitor huius seculi?* id est, qui secreta naturæ rimatur. Scribæ sunt, naturaliũ & moralium librorum authores, & artium secularium scriptores, id est, de ipsis artibus præcepta dantes. Inquisitores aũt seculi, qui cõstellationibus agi mundũ credunt, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernunt, nihil omnino sine horũ motu putantes fieri posse: qui sapientia sua inquirunt & discutiunt atq; inuestigant de occultis rebus ac naturis singulorũ. Sapiens generale uocabulum utriusq; est. Hos reprobatos & adnihilatos esse perhibet Apostolus, non q doctrinam eorũ ex toto improbet, in multis. n. concordãt sacris literis, sed quia quædã senserũt & scripserunt contraria Christianæ religioni, & maxime de cultura pluralitatis deorum. Tales non recipit Deus sed stultos fecit. Insultat ergo Apostolus sapientiæ & astutiæ, probatæ falsæ & reprobæ, cũ dicit: Vbi sapiẽs, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? quasi dicat. Nihil ualet taliũ astutia, & est inuectio in Iudæos & gentiles. Nam Iudæorũ scribæ & legis doctores, Deum filiũ habere, stultum putant credi. Simili modo quotidie & gentes istud risui deputant. Sed Iudæi, quia hoc non tam aperte i lege significatũ est, diffidũt. Gentiles uero, qa mundi ratio istud non recipit, nihil. n. dicit posse gigni sine cõmistione duorum, stultũ iudicãt. Sed ubi sunt, inquit, tales dogmatizatores? q. d. cõfusi sunt & retrorsum pulsi, uel in nihilum redacti. *Non'ne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi,* i. quæ est secundũ rationes huius *mundi,* utiq; stultã fecit eam faciẽs ea quæ illa dicebat nõ posse fieri. Et ita quæ se sapere putabat, inuẽta est insipiens. Quod. n. illa impossibile iudicabat, possibile declaratũ est. Stultam fecit Deus talẽ sapientiam, quia per stultitiã dedit salutẽ credẽtibus. *Nam quia in Dei sapientia,* hoc est, in luce diuinitatis filij Dei *mundus,* i. quilibet mundi amator uel mundanę sapientiæ sectator per superbiã seculi sapiẽtiam *non cognouit Deum,* qm creatorem inuenire nõ potuit multiplicibus disputationibus & solertissima inquisitione, qua peruenit ad inuestigationem creaturæ, propterea *placuit Deo saluos facere credentes per stultitiam prædicationis,* id est, per rem prædicatã quæ stulta B

C uidetur, hoc est per incarnationẽ & humilitatem filij sui. Verbũ quippe Dei, sapientia est. Sed stultitia huius sapientiæ, dicta est caro uerbi. Vt quia carnales quique per carnis suę prudẽtiam pertingere non ualebant ad sapientiam, per stultitiã prædicationis, id est, per carnẽ uerbi prædicatam sanarentur. Et hoc est, quia in dei sapientia non cognouit mundus &c. Ac si dicatur: Cum deũ qui est sapientia, nequaquã per sapientiam suam mũdus inueniret, placuit ut Deũ hominem factum per humanitatis stulta cognosceret, quatenus eius sapiẽtia ad nostra stulta descenderet, & lucem supernæ prudentiæ luto carnis suæ illuminata, nostra cæcitas uideret: sicut ille cæcus, qui luto super oculos accepto illuminatus est. *Ioan. 9.*

*Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærũt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei uirtutem & dei sapientiam. Quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei fortius est hominibus.*

Ideo mundus nõ cognouit per sapientiam deũ, quia Iudæi signa potẽtiæ quærunt, consueti ab antiquo: et Græci sapientiã, utrum quod prædicatur, natura patiatur: & nos contra prædicamus Christũ crucifixũ, quod nõ est Iudæis signũ potentiæ, sed scandalum, quia irascuntur contra præcones rubore sceleris sui, & gentilibus est stultitia, quoniam secundũ mundanam rationem nõ congruit ut deus pro hominibus moreretur. Et hoc est: *Iudæi signa petunt*, id est, non physicas uel argumentosas rõnes, sed miracula postulant: & non diffidunt posse fieri contra naturam, sed an factũ sit quærunt, scientes uirgã Aaron aridam germinasse & fructũ attulisse, scientes Ionã post tres dies de uẽtre piscis uiuum exijsse, & alia multa diuinitus facta esse, & ideo signa cõsueuerunt petere. *Græci uero sapientiam quærunt* quia nolunt audire ea quæ mundi ratione non possibilia sunt, quoniam contra naturã nihil posse fieri putant, & ideo secundum physicas rationes diligenter inquirunt, si possit fieri quod audiũt: eam quæ ingenio hominis sapientia uidetur inuenire cupiunt. Iudæi & gentiles sic agunt, sed *nos* contra *prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scadalum, gentibus autem stultitiam*. Iudæi enim turbantur et indignantur atque irascũtur, dum audiunt Dei filiũ prędicari eum, quem ipsi crucifixerũt. Gentiles uero stultitiam putant, immortalẽ potuisse mori, & eũ qui in potestate habebat persecutores una uoce prosternere, pertulisse ab illis se flagellari, cõspui, teneri, spinis coronari, crucifigi. Stultũ quippe gentibus uidetur, ut pro hominibus author uitæ moreretur, quia hoc mundanę sapientiæ non congruit. Christũ crucifixũ pro mundi redemptione prædicamus, quod (ut diximus) scandalum Iudæis incredulis est, & stultitia Græcis. Sed *ipsis Iudæis atque Græcis*, qui hoc prius putabant scandalũ et stultitiam, *uocatis*, id est, postquam sunt ad fidẽ uocati uel cõuersi, uel uocatis ad uitã non cõmuni uocatione, sed qua soli prædestinati sunt ante mundi principiũ uocati, prædicamus *Christum Dei uirtutem*, quia mortuus uicit, *& dei sapientiam*, qua prudenter fefellit diabolum. Virtutẽ nunc ad signa retulit Apostolus propter Iudęos, sapientiam autẽ ad doctrinã propter Græcos .i. gentiles. Hæc enim uirtus sufficit Iudæis signa quærentibus, si crediderint: & hæc sapientia sufficit Græcis sapientiam petentibus. Credentes enim intelligẽt hæc signa uirtutis in Christo, quod mors eius mortem nostram destruxit, & mortuus ipse uitã nobis dedit æternã. Græci D

*Nume. 17*
*Ionæ. 2.*
*Matt. 12.*

A quoq;, si crediderint, in eo uidebunt magna sapientiæ documenta, & suã secularem sapientiam intelligẽt esse stultitiam. Videbunt.n. q̃ prouido & sapienti consilio nos, q per superbiam cecideramus, Ipse per humilitatem suam erexit. Ob hoc etiam uocatur Christus Dei uirtus, quia per ipsum omnia fecit Deus: & Dei sapientia, quia per ipsum cognitus est Deus. Vnde & apparet idẽ filius coæternus & coæqualis patri. Cũ. n. ipse filius sit Dei uirtus & Dei sapiẽtia, si aliqñ fuit Deus sine filio fuit sine uirtute & sapientia. i. fuit ĩfirmus & insipiens. Item siquis dicat quod Dei uirtus sit minor illo, aut eius sapientia minor illo, magnam Deo cõtumeliam ingerit, cum nec quilibet homo potens id sibi dici æquaminiter ferret. Nec mirum si Christus crucifixus, est credẽtibus Dei uirtus & Dei sapiẽtia, *quia quod stultum est Dei. i.* humilitas & passio, *sapientius est hominibus. i.* q̃ homines possint uidere & cẽ. *& quod infirmum est Dei. i.* incarnatio *fortius est hominibus*, qa uict⁹ uicit mortem, quam nullus gigas euasit. Quia nos cum ad diuinam sapientiam uenimus, sapienter facimus: ipsa cum ad nos uenit, ab hominibus superbis quasi stulte fecisse reputata est. Et nos cum ad illam uenimus, conualescimus: ipsa cum ad nos uenit, quasi infirma existimata est. Serpentis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Sed sicut illi uocaẽ sapientia, erat autem stultitia contẽnẽtibus Deum, sic ista quæ uocatur stultitia, sapientia est uincẽtibus diabolum. Non n. uere stultitia est, sed ab hominibus dum rationi mundanæ non conuenit, putatur stultitia, cum sit ratio spiritalis. Nã hæc stultitia superat omnes sapientes, quia salutem humano generi sapiẽter reddit, quam nullus sapientium inueniret sciebat. Hæc, inquam, stultitia omnem hominum sapientiam supergreditur: quia qui sapientia sua liberari non poterant, per crucis mysterium saluantur. Sed & infirmum Dei non est infirmum, quia infirmitas Christi magna uictoria est. Vicit. n. fortẽ armatum qui uicerat omnes, & ideo fortior est hæc infirmitas Dei cũctis hominibus: quia superauit illum q cunctos superauerat, & mortem quam nec gigantes euadere potuerunt, crucifixi infirmitas uicit.

Gene. 3. (margin, beside "quasi infirma existimata est. Serpentis") — Luca. 11 (margin, beside "Vicit. n. fortẽ")

*Videte enim uocationẽ uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ sunt stulta mũdi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi et cõtemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur.* Ierem. 9. 2. Cor. 10.

Vere stultum & infirmũ Dei, est sapientius & fortius hominibus: qa in uobis potestis hæc experiri, insipientes. n. & infirmos uos uocauerunt. Nam *uidete uocationem uestram fratres*. i. uidete p quos uocati estis, *quia non multi* ex illis sunt *sapientes secundum carnem*. i. scd̃m humanam sapiẽtiam, *non multi potentes* scd̃m seculi potentiã, *non multi nobiles* scd̃m canis nobilitatẽ. Et primo nulli ex uocationibus fuerunt tales. Non multi forsitan propter se dicit, qui solus inter apostolos secularium literarũ peritus, terrenarum opum diues, Romanæ dignitatis parentela conspicuus fuit, q tamen hęc nihili pendit, nec usus est eis. Erant iam & aliqui alĳ prædicatores facti ex illis, qui fuerant sapientes scd̃m carnem, & potentes & nobiles, sicut Dionysius Areopagita et alĳ. Vel ita: Videte uocationem uestram. i. in uobis ipsis probate quod dico, quia non multi ex uobis sapiẽ

A tes ſcdm carnẽ uocati ſunt ad fidẽ, ſed potius pauci ſapientes crediderunt. Per ſuperbiam.n. ſapientiæ ſecularis, multi ſapientiæ Dei contemnperunt eſſe ſubiecti. Vix.n.iſtiuſmodi homines ad fidem poſſunt adduci. Nec multi potentes in hoc ſeculo uel nobiles inter uos, ad Chriſtum ſunt uocati. Difficile.n. potentes & nobiles ac diuites, & multo his difficilius eloquẽtes, credunt Deo. Obcæcatur enim mens eorũ diuitijs & opibus, atque luxuria uel ſuperbia: & circundati uitijs, non poſſunt uidere uirtutes: ſimplicitatemq́ſ ſcripturæ ſanctæ non ex maieſtate ſenſuum, ſed ex utilitate uerborum iudicant. Nõ multi tales uocati ſunt, *ſed quæ ſtulta ſunt mundi*.i. ignaros homines mundanæ ſapientiæ *elegit Deus*, ut per eorum doctrinã *confundat*.i. erubeſcere faciat, & ad inſipientiã redigat *ſapientes* ſeculi. Confunduntur.n. ſapiẽtes, dum ea quæ ipſi negant, uident multos confiteri.i. partum uirginis & crucem filij Dei & reſurrectionẽ à mortuis, cæteraq́; ſimilia. Stulta mũdi elegit Deus.i. ineruditos liberalibus diſciplinis & omnino (quãtum ad ſeculi doctrinas ptinet) impolitos, non peritos grãmaticæ, non armatos dialectica, piſcatores fecit ſuos prædicatores, ut uidelicet cunctis in eis oſtẽderet, ꝙ ad uitam credentes populos, non ſermo, ſed cauſa ſuaderet. *Et infirma mũdi*.i. pauperes & impotentes *elegit deus*, ut per eorũ uirtutem *confundat fortia*.i. ſuperet & erubeſcere faciat potentes. Nam dũ elati diuites nouas uirtutes in humilibus peccatoribus aſpicerent, eorũ quorum prius contemnebant uitã, poſtmodum obſtupuere miraculis. unde mox pauidi ad ſua corda redeuntes, extimuerũt ſanctitatem in miraculis, quam deſpexerant in præceptis. Per infirma ergo cõfuſa ſunt fortia, quia dum in ueneratione uita ſurgit humilium, elatio cecidit ſuperborum. B *Et ignobilia mundi & contemptibilia*.i. homines in hoc mundo plebeios & abiectos *elegit Deus, & ea quæ non ſunt*.i. non computãtur.ſ. illos homines qui nihil eſſe uidebantur, *ut ea quæ ſunt*.i. magna putabãtur, *deſtrueret*.i. uincendo humiliaret. Elegit ergo indoctos, infirmos, ignobiles & pauperes: non quia reliquit ſapientes, firmos, nobiles & diuites, ſed ſi ipſos primos elegiſſet, merito ſapiẽtiæ ſuæ uel potentiæ, ſeu nataliũ aut diuitiarum ſuarum ſibi eligi uiderẽtur: atq; inflatẽ his rebus, ſalutem humilitatis non reciperent. Si.n. primo ſapientes elegiſſet, doctrinæ eorũ merito elegiſſe illos putaretur, & ita illorũ ſcientia laudaretur & laus Chriſti gratiæ minueretur. Si potentes elegiſſet, uideretur eos merito dignitatis eorum elegiſſe, & ſimiliter diuites merito diuitiarum. Et ideo iſtos qui de ſemetipſis in ſemetipſis poterant gloriari, non quidem omiſit nec contempſit, ſed aliquantulũ diſtulit: et illos primo eligere maluit qui nihil in ſe ipſis habebant unde gloriari poſſent. Quia nimirum ad prædicãdum tales uenire debuerũt, qui de laude propria nihil habetẽt, ut tanto ſolius ueritatis cognoſceretur eſſe quod agerent, quãto & aperte cerneretur, quia ad hoc agendum per ſe idonei non fuiſſent. Tales ergo primitus elegit, ut per eos humiliaret cæteros, & ad fidem adduceret, *ut non glorietur omnis caro*.i. omnis homo *in conſpectu eius*.i. corãm ipſo. uel non glorietur omnis caro in conſpectu eius.i. in ſe nullus glorietur eum cõſpiciens. Non glorietur utiq; de meritis ſuis. Non.n. gloriantur iniuſti, qui non habent unde gloriẽtur: nec iuſti, quia ex ipſo habent unde gloriari debeant, nec habent gloriã ſuã, niſi ipſum cui dicunt, Gloria mea et exaltans caput meum. Ac ꝑ hoc ad *Pſal.3.*

A omnem hominem ptinet, siue iustū, siue iniustum, quod nunc dictū est, ut non glorieť oīs caro in conspectu eius.s.neq; de meritis, neq; de sapiā, neq; de potentia, neq; de nobilitate, nec de diuitijs aut alia re ppria qsq; glorietur. Nullus ex se pōt gloriari, sed uos in Deo gloriamini, quia *ex ipso* Deo.i.ex ipsius dono *uos estis in Christo Iesu*, non ex uobis. Ex eius gratia processit ut sitis in Christo, non ex uestris meritis, quia eius propositū fuit ut essetis membra Christi. Si ergo ex ipso estis, nolite illos admirari quos ipse non elegit. In Christo estis, *qui factus est* uobis *sapientia*, ut eius participatione sapiētes efficeremur percipientes ab eo sensum prudētię, & factus est *nobis iustitia*, ut nos eius participatione iustificaremur p opera uirtutum. *& sanctificatio*, ut nos sanctificaret in baptismo, faciens īmunes à peccato. *& redemptio*, ut nos redimeret pro nobis seipsum dando. Sapientia ergo nobis factus est.i.illuminans nos ad ueritatē & Dei cognitionem. & qa prius iustificat bona operatione, per hoc iustitia, quia prius emūdat in baptismate: & hoc quia prius redemit sua passione. Ipse qui in seipso est æterna & incōmutabilis sapientis, etiam nobis fit sapientia, cum nos eius participatione efficimur utcunq; sapientes ad recte sapiendum. Ita ipse cum in se sit ipsa iustitia, quæ uiuit in seipsa & incōmutabiliter uiuit, etiam nobis fit iustitia, cum nos ei cohęrentes iūste uiuimus: & tanto magis minus'ue iusti sumus, quāto illi mai⁹ minus'ue cohęremus. Similiter cum ipse sit in seipso æterna sanctitas, etiam nobis fit sanctificatio, cum nos sanctificat sui participatione. Factus ē ergo nobis à Deo sapientia & iustitia & sanctificatio, quia nos ad illum conuertimur temporaliter.i.ex aliquo tempore, ut cum illo maneamus in ęternum, & ipse ex quodam tēpore uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Hęc omnia nobis à deo fact⁹ est, *ut qui gloriatur*, non in se, sed *in domino glorietur*, sicut *scriptum est*, in Hieremia: Non glorietur sapiens in sapiētia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Videte quemadmodum nobis abstulit gloriam, ut daret gloriā: abstulit nostram, ut daret suam, abstulit inanem, ut daret plenam: abstulit nutantem, ut daret solidā. Quanto enim gloria nostra fortior et firmior quæ in Deo est, q̄ quæ in nobis? Nō ergo glorietur quisq; in sapiētia sua, uel in fortitudine, uel in diuitijs aut huiusmodi rebus: sed si gloriari uoluerit, glorietur in domino qui facit misericordiam & iudicium & iustitiā. Ille.n.in solo domino gloriatur, qui cognoscit nō suum, sed illius esse, non solum ut sit, sed etiam ut non nisi ab illo bene sit sibi, à quo habet ut sit: & qui in omnibus quæ facit, non suam, sed domini gloriam quærit. Et ideo gloriandum est in domino, quia non poterit confundi qui gloriatur in eo: confundetur autem, qui gloriať ī hoc seculo uel ī seipso.

Ioan. 1.

Ierem. 9.

CAPVT II.

*Et ego cum uenissem ad uos fratres, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annūcians uobis testimonium Christi: non enim iudicaui scire me aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos, & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei.*

Dixi superius, qa īfirmos & stultos prædicatores elegit Deus. *Et ego* quoq; talis apparui uobis, quia ue-

C niens ad uos *ueni non in sublimitate sermonis*.i.non in rhetoricis & dialecticis disputationibus,ut artificiose & cōposite prædicarem uobis ſcd̃m logicam,nec in sublimitate *sapientiæ*.i.humanarum rationum ſcd̃m physicā, quod laudatis in pseudoapostolis,q per eloquentiā suā cōmendant prauam doctrinam suam, & per sapientiam mundi euacuant crucem Christi.Non in sublimitate sermonis aut sapientiæ ueni,sed potius in humilitate:quia q minus capacibus sublimiora loquitur,non illorum utilitatem,sed sui ostentationem facit.Veni *annuncians uobis testimonium Christi* .i. quod de eius incarnatione, passione & resurrectione testati sunt prophetæ,uel qđ ipse de semetipso moriendo & resurgēdo testatus est, aut quod nos apostoli testamur de illo. Veni,inquam,non in sublimitate secularis eloquentiæ uel sapientiæ,qa nec in sublimitate illius quæ de Deo est.Et hoc feci ex iudicio.*non enim iudicaui me aliquid scire inter uos*, q minus capaces uos uidebam,*nisi Iesum Christum & hunc crucifixum* .i.nisi saluatorem regem,et hoc per crucifixionem.quod est dicere:Quia uos capere diuinitatis eius misteria non posse pensaui, sola uobis infirma humanitatis ei⁹ locutus sum:hoc.n. inter illos apostolus nesciebat,quod ipsi per illum scire non poterant : & hoc solum se scire dicebat,quod eos per illum scire oportebat.Eo autem genere locutionis nescire quisq̧ dicitur quod occultat,qūo dicitur fossa cęca quæ occulta est.In Christo autem crucifixo non parua sciētia est,sed multa in eo discūtur:& maxime q̧ uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, & ultra non Roma. 6. seruiamus peccato.Nam ad eius crucem pertinet, quod etiā nos in eius corpore crucifigimur mūdo,ubi intelligitur omnis coercitio malarum concupiscentiarum.Ac per hoc fieri D non potest, ut eis qui cruce Christi informantur,professa adulteria, uel alia crimina permittātur.Omnia.n. uitia carnis ac spūs mortificat crux Christi,ut uiuere faciat in uirtutib⁹: quia et ipse pro peccatis nostris crucifixus ē, ut nos redimeret ab omni iniquitate,& cruciatibus æternis saluaret. Hæc & alia multa discuntur in Christo crucifixo. Ita humilia & infirma uobis prædicaui. *Et ego humilis & infirmus fui*,quia *apud uos fui in infirmitate*.i.quasi nullius essem uirtutis aut potentiæ uel in infirmitate .i.in tribulatione *& timore*.i.anxietate animi.*& tremore* corporis propter afflictiones pœnarum. Christum.n. in stultitia humanæ sapientiæ prædicās,odium mihi Iudæorum atq̧ gētilium & persecutiones prouocabā, quasi rem uanam annūcians,& deū mortuum prædicans:& dum ita cōuersarer uobiscum,*sermo meus* de moribus *& prædicatio mea* de Christo, uel sermo priuatim coràm paucis,& p̄dicatio publice coràm omnibus,*non fuit in persuasibilibus uerbis humanæ sapientiæ*, id est, in uerbis quæ per humanam sapientiam suaderent credere quod dicebam, *sed* fuit *in ostensione spiritus & uirtutis*.i.in eo quod ostendebam me habere spiritum sanctū religiose uiuendo & prophetādo,et per manuū impositionem ipsum aliis impetrando,& ostendebam me habere uirtutem miracula faciendo.Ideo sic feci, *ut fides uestra* non sit fundata *in sapientia hominum, sed in uirtute Dei*.i. ſcd̃m humanam sapiētiam non quærat rationes eorum quæ debet credere,sed omnia imputet uirtuti diuinæ possibilia, sciens Deo nihil esse impossibile.

*Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam uero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam*

riam

A riam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptũ est. Esa. 64. Q. oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ pparauit deus his qui diligũt eũ. Nobis aũt reuelauit Deus per spiritũ suũ.

Quia supra dixerat, ueni nõ ĩ sub limitate sermonis aut sapientię, ne cui stultus uideretur, & ĩ pdicatiõe sua nihil sapientiæ continere, ostendit quod ipse q simpliciter istis est locutus, alijs eructat profunda sapiẽtiæ. Inter uos, inquit, simpliciter locuti sumus, sed, *inter perfectos*, non cognitores, quibus opus non est ut loquamur, sed auditores iam capaces, *loquimur sapientiam*. i. de secretis Dei. ac si diceret: Et nos habemus sapiẽtiã, sed uos eam capere non potestis, qa & adhuc lacte nutrimini atque parui in sensu cõprobamini. Sed inter perfectos eã loquimur, id est, inter eos qui crucẽ Christi uirtutis testimonio sapientiam fatentur. Omnes. n. perfecti uiri intelligunt esse summã sapientiam, quod uos putatis abiectionem, uidelicet, quod Deus homo factus est, quod esurijt, quod fatigatus, quod crucifixus est. Hæc. n. omnia inter excæcatos prædicata, uidentur esse stultitia: sed inter perfectos lumen cordis habentes, est summa sapientia. Loquimur sapientiam, sed *sapientiam non huius seculi*. i. non humanis rationib9 cõstantem, nõ huius seculi, sed futuri: *neque principum huius seculi*. i. regum & philosophorum, qui in hoc seculo primatum sapientiæ tenere uidebãtur. *Qui* principes *destruuntur*. i. sapientia eorum dissipatur, quia christianitas errores quos illi inseruerũt, excĩdit. i. idololatriam, auaritiam & cętera uitia. Non illorum sapientiam loquimur, *sed* potius *Dei sapientiam*, de redẽptione hominis per ĩcarnationem et passionẽ unigeniti eius. *loquimur eam in mysterio*. i. in occulto sensu propheticorum dictorum uel operum reseramus, ut in ĩmolatione Isaac, uel in B uictoria Dauid de Philistęo. Gene. 22. 1. Reg. 17. *Quæ* sapientia *abscondita est* à sapientibus & prudentibus seculi, & ideo stultitia putatur ab eis, quia nesciunt illam. Abscondita est, dum non in uerbis, sed in uirtute est: non humana ratione possibilis, sed spirituali efficacia credibilis. Vel loquimur eam in mysterio. i. in occulto sacramentorum, quod nequit ĩtueri oculus rationis nostræ sine labore inuestigationis et illuminatione spiritus sancti, quę abscondita est in corde patris, quia uerbum erat apud deum. *quam* sapientiã Ioan. 1. quæ est uerbũ patris, *prædestinauit deus* scdm futuram eius humanitatẽ, hoc est, præordinauit *ante secula*. i. antequã mundus esset, ut unigenitus suus in plenitudine tẽporis homo fieret, & crucifigeretur ac resurgeret, *in gloriam nostram*, qui credimus, sicut & in cõfusionem illorum qui non credunt & crucẽ eius stultitiã putant. Galat. 4. *Quam* sapientiam diuinitatis eius *nemo principum huius seculi cognouit*, à Deo absconditam esse. i. nemo superborum philosophorum aut legis doctorũ aut seculi potentum eam cognouerat quã hæc loquebaẽ apostolus. Vel sapientiam dominicæ ĩcarnationis & passionis prædestinauit Deus in gloriã nostram, ut. s. humanitas & mors eius fieret nobis gloria sempiterna, quam sapientiam huius seculi. i. nullus malignorum spirituũ cognouit, quia nunque aliqs illorum intellexit, quod per passionem eius redimendum esset genus humanum. Inde apparet quod non cognouerunt, quia *si cognouissent* dæmones illam passionis eius sapientiam ualere ad redemptionẽ humani generis, *nunquam crucifixissent*. i. nunque crucifigi fecissent *dominum gloriæ*. i nunque suggessisset diabolus illum crucifigi, per quem ius suum perderet. Sed nec homines eum crucifixissent, si Deũ glo

C riæ illum esse cognouissent, q in forma serui crucifixus, tamē dominus gloriæ crucifixus est. Talis.n.erat illa susceptio, quę Deum hominem faceret, & hominem Deum. Quod tñ propter quid & secūdum quid dicatur, adiuuante domino prudens & diligens & pius lector intelligit. Quia recte dicitur et Deus crucifixus, nō ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis: una est. n. persona Deus & homo. Quem qui crucifixerunt, ignorauerunt: fideles autem cognouerunt eum. Non nouerūt eum, sed contingit ex hoc fieri, *sicut in Esaia scriptum est, quòd oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus* diligentibus se, sed *nobis reuelauit ea per spiritum suum*. Sicut. n. illa carnales homines iuxta ꝓphetiam latent, sed tamen nobis spiritualibus reuelata sunt per spiritum Dei: sic sapiētia diuinæ incarnationis, & nostræ per eius mortem redemptionis, latuit infideles, sed manifestata est fidelibus. Ea quæ Deus in regno cœlorum præparauit his qui puro corde diligunt eum, tanta sunt & tam præclara atq; tam spiritualia, q; oculus nō uidit, quanta uel qualia sunt: nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Oculus non uidit, quia nō est color: auris non audiuit, quia nō est sonus: in cor hominis non ascendit, quia non est terrena cogitatio. Quod.n.in cor hominis ascendit, infra cor hominis erat. Ideo ī cor ascēdit, quia supra illud est cor quo ascēdit. Pręmium uero quod in cœlo seruatur electis, non ascendit in cor hominis, sed ascendit ad illud cor hominis. Oculus non uidit illud corporeo uisu, nec auris audiuit corporeo auditu, nec in cor hominis ascendit.i.nec cognosci potuit ratione eius qui carnalis est, non spiritualis. Nā in eo quod dicitur, in cor hominis non ascendit, intelligi potest qđ nō sit homo, sed supra hominem, in cor D cuius ascendit. Res nanq; dicit ascēdere in cor, quādo intrat ut prudenter intelligatur, & bene īntellecta placeat. Notandum uero quod hæc sententia non eisdem uerbis, sed eadem sensuum ueritate legitur in propheta. Sic nanq; ibi scriptum est: A seculo non audierunt, neq; auribus perceperūt: oculus nō uidit Deus absq; te, quæ pręparasti expectantibus te. Tamen propheta & apostolus dicit similiter, oculus nō uidit. Sed quod apostolus ait, nec auris audiuit: hoc propheta, nec auribus perceperunt. Et quod apostolus, nec in cor hominis ascendit: hoc propheta, non audierunt.i.non intellexerūt. Quodq; posuit apostolus, his qui diligūt eū, hoc propheta dixerat, expectātibus te. Sed sicut præmisimus, idem sensus est in apostolo, qui & in propheta. Homines.n.à seculo non audierūt, hoc est, non intellexerunt ꝓmia iustorum, quia in cor hominis non ascendit quanta sint.i.cogitatio humana non comprehēdit ea. Neq; auribus perceperunt, quia auris humana non audiuit ea loquente aliquo, & oculus non uidit ea: qm̄ quæ promittuntur in futuro, non cernuntur in præsenti. Spes.n.quæ uidetur, nō est spes, sed iam certa promissio. Sic fuerunt illa à seculo hoībus ignota, sed nobis, q supra homines sumus, reuelauit ea Deus non per industriā ingenij nostri, sed per spiritū suum, in quo mētem nostram illuminauit, ut intelligeremus illa ineffabilia bona, quę ipse suis amatoribus præparauit. Quæ illi tunc habebunt, quando erit Deus omnia in oībus. Deus ergo est omnia illa bona, quæ ipse præparauit diligentibus uel expectantibus se.

*Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita &*

Esaia. 64
Esaia. 64
Roma. 8.
1. Cor. 15.

A *quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei.*

Hæc nobis per spiritum sunt reuelata, nec mirum, quia *Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda Dei*, id est, quæ in Deo latent longe remota à creaturarum cognitione. Scrutatur nõ utiq; ut quod nescit inueniat, sed quia nihil relinquit omnino quod nesciat: profunda Dei scrutatur, quia eius secreta & arcana nouit, ac p hoc deus esse manifestatur, qui omnia Dei occulta scire ostẽditur. Scrutari omnia perhibetur, quia in nobis manens, facit ut nos ea scrutemur. Et qđ nos dono ipsius facimus, ipse dicitur facere, quia sine illo nos nõ possumus facere. Vere ipse Dei spiritus occulta Dei scrutatur, sicut & spiritus hominis occulta hominis. Nam *quis hominum scit ea quæ sunt occulta hominis, nisi spiritus*, ipsius *hominis qui est in ipso?* Vnusquisque.n. homo habet in se proprium spiritum. Animus.n. cuiusq; pprius eius est spiritus. Et ea quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus eius. Non.n. noui quid cogites, aut tu qd cogitem. Ipsa.n. sunt ppria nostra, quæ in animo cogitamus. Et cogitationũ uniuscuiusq; hominis, ipsius spiritus testis est. Alius nescit qd in illo agat, sed spiritus eius nouit. *Ita & quæ Dei sunt* occulta, *nemo cognouit nisi spiritus Dei* Non tamen sapientia Dei excluditur quæ filius est, ab hac secretorum notitia, qm̃ spiritus accipit à filio omnia, sicut ipse discipulis ait: Omnia quęcũq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi qa de meo accipiet, et annũciabit uobis. Et nos accepto spiritu Dei discimus & qd agatur in Deo, quia cũ per eius spiritum scimus, etiam sic nemo scit nisi spiritus Dei. Sic autem scit ipse in nobis: sicut loquitur in eis quibus dicitur: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri q loquitur in uobis.

Ioan.16.

Matth.10.

*Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.* B Esaiæ.40

Solus spiritus Dei nouit ea q̃ Dei sunt. Sed nos non spiritum mundi, sed spiritum Dei accepimus, quo doceremur, non quæ mundi sed q̃ Dei sunt. Quia spiritus mundi non potest scire, quæ ab hoc nobis insinuata sunt. Spiritus.n. mundi est, quem phytonem appellant, per quem arripiũtur phanatici, qui sine Deo sunt, qui solet cõiecturis quę mundi sunt diuinare, qui per uerisimilia fallitur et fallit. Qui & per Sibyllam locut⁹ est sensum nostrorum secutus, locũ uolens inter cœlestes habere, ipse & ī pseudoapostolis erat, atq; eos mũdanam sapientiam sectari faciebat. Sed *Nos non spiritum huius mundi accepimus* quo doceamur sapientiam mundi, *sed spiritum qui ex Deo est*, per quẽ doceamur ea quæ ex Deo sunt. Spiritum qui ex Deo est accepimus .i. diuinũ quendam radium illuminantẽ nos, *ut* per eum *sciamus* beneficia *quæ sunt nobis a Deo donata*. Spiritus.n. Dei mentẽ, quam replet, illuminat: spiritus aũt mundi excæcat. Quem qui habent, non intelligunt Dei dona quæ perceperunt, neq; à quo perceperunt. Sed nos per spiritũ eius nouimus & dona eius nos habere, & ab eo accepisse. Ab ipso.n. quicquid boni est, donatur. Et ipse nobis dedit Christum suum, atq; in eo redemptionẽ & peccatorum remissionem, uirtutumq; multiplicationem & æternæ beatitudinis spem, & quicqd habemus uel sumus. Intelligimus hæc nos habe- Roma.11.

C re,& ab eo pcepisse, *Quæ & loquimur*, ut hinc appareat scire nos hæc,quia & loquimur ea ut & alij discant ipsa. Loquimur *non in uerbis humanæ sapientiæ doctis*, ratione uel ornatu,sed *in doctrina spiritus*, quia mētes audientiū, loquentibus nobis, docentur à sancto spiritu. Verba.n.humanæ sapiētiæ hunc sensum non capiunt, nec literatura studij apprehendit, sed p fi dē spirituali ratione cōcipit. Ideoq; spiritus Dei per euangeliū spirituali ter docet corda hominum, excitans ea ad cognitionem sui creatoris. Dico quia loquimur, & hoc facimus, *comparantes spiritualia* uerba *spiritualibus* uiris.i.ita moderantes ea quæ dicimus,ut cōueniant capacitati singulorum,quia pro uarietate sensus auditorum distinguimus ea quę loquimur,et cōparamus intellectui uniuscuiusq;, attendentes quid cui dicamus.Hoc facimus spiritualibus, q uos non estis: & ideo culpa uestra est,non nostra,q maiora nō diximus uobis.Nos scimus quæ Dei sunt, et loquimur ea spiritualibus.Sed *animalis homo*, quales sunt pseudoapostoli, *non percipit ea quæ sunt spiritus Dei* ut partū uirginis,ut resurrectionem mortuorū.Animalis homo dicitur, qui animalium more uersatur,qui putat nihil esse post mortem. Animalis iure uocatur,quia fertur dissoluta lasciuia animę suæ,quam non regit spiritus,neq; coercet intra metas naturalis ordinis,quia & ipse se nō subdit regendum Deo.Animalis.n.ab anima dicit, sicut à carne carnalis. Iste talis non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.i.quid gratiæ credētibus cōferat crux Christi, & sic audit quæcunq; audit de Dei natura, ut aliud quā corpus cogitare non possit,quālibet amplum, summū uel imēsum, quamlibet lucidū ac speciosum,corpus tamē. Ob hoc etiam dicitur nō percipere.i.non intelligere ea q̄ sunt spiritus Dei,quia sola præsentis uitæ bona carnalia cogitat & appetit, spiritualia uero & æterna non intelligit. *Stultitia enim est illi*,quicquid de talibus audit,*& non potest intelligere*. Pecoribus.n.similis sensum suum in terra deprimit,& ideo nō assequitur nisi quę uidet,nec putat aliud posse fieri q̄ quod ipse scit: ppterea qcquid aliter audit q̄ nouit, stultū iudicat. Ideo non potest hæc intelligere,quia *spiritualiter examinatur*. i. inuisibiliter à Deo iudicatur, ut iusto Dei iudicio spiritualia intelligerē nō sinatur. Vel spiritualiter examinatur.i. per spiritualia tātum probatur quòd animalis est,quia audita hæc improbat,& nō ob aliud ei proponunt. Siue ideo nō potest intelligere, qa res illa quā ipse stultitiam reputat, spiritualiter examinatur.i.per spiritum sanctum dijudicatur et intelligitur. Animalis non potest intelligere, sed *spiritualis*.i. ille cuius mens illuminatur luce spiritus sancti,et spiritualiter uiuere docetur, *iudicat*. i. dijudicat & discernit, *omnia*. Iudicat.n. & approbat quod recte,improbat autem quod perperam inuenerit in opibus moribusq; fidelium iudicat omnia, sed *ipse à nemine iudicatur*.i.à nullo homine,sed sola ipsa lege, scdm quam iudicat omnia,qm̄ uerissime dictum est, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Omnia ergo iudicat,qm̄ super omnia est,qn̄ cum Deo est. Et à nemine iudicatur,qm̄ ipse supra cęteros est,& inferiores nō possunt iudicare superiorem. Et uere à nullo iudicatur,utrum bene an male intelligat uel operetur. Quia *quis* animalis *cognouit sensum domini* quē uir spiritalis habet? Nullus. Et ideo non potest in de iudicare, quia de icognitis nemo recte iudicat. Et quis est q *instruxit eum*? id est,docuit dominū quid agere debuerit. Nemo,homines.n. spiritum Dei nō habentes, dominum instruere uolunt, 2.Corin.5.

D

A re uolunt, dum secum dicunt: Deus nunquam mori debuisset ut creaturam suam à potestate diaboli liberaret, sed solo præcepto ut omnipotēs, suos saluare debuisset. Et quia eum sic instruere uolunt, inde contingit quia sensum eius non cognoscunt. Nesciunt enim quia Deus iustus nō debuit in hac re uti uirtute potētiæ, sed ratione iustitiæ. Vel taliter litera secundum alios codices potest legi. *Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum?* Sensus nanq; domini est, quo hæc fecit, per quæ sapientia mūdi probatur stulta, negans posse fieri quæ facta sunt. Quem sensum nullus est q cognouerit, ut si displiceat illi, emendare uelit consilium Dei. Quia quicunq; cognouit, laudat sapientiam & potentiam Dei. Quis cognouit sensum dn̄i nostri Iesu Christi? Sed nos spirituales *sensum Christi habemus*, id est, participes facti sumus scientiæ Christi per acceptionē spiritus sancti. Et ideo animales homines uel pseudoapostoli, non iudicare non possunt, qui sensum domini habemus, quem illi ignorant.

CAPVT III.

*Et ego fratres non potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tāquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, nō escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim estis carnales. Cum enim sit inter uos Zelus & contentio, non'ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat. Ego quidē sum Pauli, alius autem, ego Apollò, non'ne homines estis? Quid igitur est Apollò? Quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollò rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid,*
Gene. 4. *neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.*
Psal. 61. *Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt.*
Gala. 6. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secun-*
Matt. 20. *dum suum laborem.*

Nos spiritualibus spiritualia comparamus, quia sensum Christi habemus. Et tamē *fratres uobis non potui* ego B *loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus:* quia uidi uos non posse capere spiritualia propter imbecillitatem sensus uestri. Et ideo sic locutus sum uobis, quomodo audire poteratis: nec propter ignorantiam uestram, sed propter infirmitatē uestram, arcana Dei uobis reticui. Non enim audientium animi sunt ultra uires tradendi, sed alta quæque & eminentia debent multis auditoribus contegi, & uix paucis aperiri. Et ichoantibus quidem uel infirmis non alta & mystica, sed quædam quæ capere possint prædicanda sunt, perfectis uero profunda, & mystica sunt dicenda. Sed timendum & cauendum est, ne sub hac occasione dicta pseudoapostolorum uel quorumlibet hæreticorum, uelut ea quæ carnales capere non possunt, non solum excusatione dealbanda, sed etiam laudanda uideantur. Vnde sciendum est, quia ipse Christus crucifixus, quo uelut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus, id est, ipsa uera caro, in qua facta est uera mors eius, & uulnera uera confixi, sanguisq; percussi, non eo modo à carnalibus, quo à spiritualibus cogitantur. Et illis est lac, istis cibus. Quia etsi non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim æqualiter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab utrisque recipitur. Hoc igitur primitus cognito, quòd ea ipsa quæ simul audiunt spirituales atque carnales, pro suo quique modo capiūt, illi ut paruuli, isti ut maiores, illi ut lactis alimentum, isti ut cibi solidamentum, nulla uidetur esse necessitas, ut aliqua secreta doctrinæ taceātur & abscondantur fidelibus paruulis, dicenda seorsum maioribus, id est, intelligentioribus, nisi quòd solidus cibus, qui perfectis cōgruit, paruulis non proficit, dum non ca-

C non capitur ab eis, & ea quæ fortes subleuant, infirmos grauant. hoc. n. ipsum quod Apostolus se non iudicauit scire in eis nisi Christū Iesum & hunc crucifixum, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quia id sicut spirituales capere non poterant. Quicunque autē spirituales inter eos erant, idem quod illi qui tanquam carnales erant, audiebant, spirituali intellectu ipsi capiebant, ut sic intelligatur quod ait, Non potui loqui quasi spūalibus, sed quasi carnalibus, ac si diceret: Nō potuistis quasi spirituales, sed quasi carnales capere quod loquebar. Quasi carnalibus, inquit, locutus sum uobis. Et hoc tam diligenter feci, quod *tanquam paruulis* cognitione *in Christo dedi uobis potum lac*, id est, facilem doctrinā, dulcem & nutrientem, *non escam*, id est, non robustam spiritualium rerum doctrinā. fieri tamen *sicut premisimus* potest, ut id quod dicitur, & paruulis lac, & grādibus esca sit: sicut in principio erat
Psal. 81. uerbum, & uerbum erat apud Deū,
Ioan. 10. & Deus erat uerbum, & paruuli bibunt, & grandes mandunt. Lac tamen præcipue per carnem saluatoris est expressum paruulis. Quomodo enim mater cibum comedit, ut per carnem traijciat ad infantem lac factum: sic cibus angelorum dominus uerbum caro factum est, & factus est lac. Lac qppe nostrū Christus humilis est: cibus noster, idem ipse Christus æqualis patri. Lacte nutrit ut pane pascat. Qui paruulus est, fugat ab uberibus ecclesiæ lac omnium sacramentorum temporaliter pro æterna nostra salute gestorum, ut nutritus atq; roboratus perueniat ad manducandum cibū æternæ diuinitatis. Talibus nunc dicit: Lac uobis potum dedi, non escam. Et quare? Quia *nondum* poteratis escā percipere, quandiu uobiscum eram,

*sed nec nunc quidem potestis*, quia *adhuc estis* D *carnales*. i. potius sensum carnis q̄ spiritus sectamini. Isti propterea q̄ seculi adhuc uoluptatibus seruiebant, carnales erant, quāuis iam baptizati essent, & spiritum sanctum accepissent. Nam quia post baptismum ad ueterē uitam relapsi fuerant, ideo carnales appellantur. Vbi uero dicitur nondum uel non adhuc profecto non desperatur, si eo tenditur, ut sit aliquando quod nondum est. Adhuc enim, inquit, estis carnales. & ostendēs unde sint carnales, *cum enim, inquit, sit inter uos Zelus*, id est, inuidia *&* *contētio*, id est, litigatio uerborū, *nõ'ne carnales estis*, qui in carne, id est, in homine confiditis, & *&* *secundum hominem ambulatis*? id est, in peius pficitis. Ac si dicat; Qui discordes mētes ducitis, non'ne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo enim hoc loco per culpam nominatur. Cum autem dixisset eos carnales, non ait, secundum carnem ambulatis, sed secundum hominem: quia & hoc uoluit intelligi, secundum carnem. Nā utique si culpabiter quidem secundum carnem, laudabiliter autem secundum hominem ambularetur, id est uiueretur, non exprobrans diceret, secundum hominem ambulatis. Nam secundum hominem ambulare, hoc est carnalem esse. Qui autem non ambulat secūdum hominē, sed secundum Deum, profecto non ambulat & secūdum seipsum, quia & ipse est homo. Qui uero non secundum se, sed secundum Deum ambulant, non homines, sed dij uocantur. Et uere, inquit, zelus & cōtentio est in uobis, & secundum carnem ambulatis. Quia *cum quis uestrum dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem* dicat, *ego sum Apollō, non'ne homines estis*? Sicut enim gloriantes in Deo & omnem gratiā ab ipso sperantes, dij uocantur à Deo adoptati, ita & qui in hoīe gloriant,

A homines dicuntur. Deos. n. uel angelos esse cupit Apostolus, quos arguit quia homines sunt. i. in his contentionibus non quæ Dei sunt, sed quæ hominis sapiũt. A sua uero p̃sona incipit, ne forte putaretur per inuidiam magis p̃sonas aliorũ destruere, ostendẽs magnum errorem esse, & ad Dei contumeliam ita pertinere, quando Deo prędicatio, gloria datur hominibus: & spes quæ in Deo ponenda est, ponitur in hominibus: dicente scriptura, Maledictus homo qui spem ponit in homine. (Hiere. 17.) Quid. n. minus est à gentilitate, dum gloria quæ danda est creatori, datur creaturæ. i. homini? Et quando quidẽ alius uestrum dicit, ego sum Pauli, alius autem, ego Apollô, atq; in his doctoribus uano errore gloriamini, igitur respondete mihi, *Quid est Apollo, quid uero Paulus*, q̃ adhuc maior est? Et si uos respõdere nescitis, ego respõdeo qd̃ nõ sunt Deus qui det, sed per quos Deus det: quia *ministri sunt eius cui credidistis*. Et quia ministri sunt, spes ĩ his ponenda non est, sed in Deo cuius ministri sunt. Illi enim gratiarũ actio deferenda est, cuius donum est, non seruis quos & inuitos oportet dispẽsare. Ministri sunt, & hoc nõ in uno modo, sed *sicut dominus dedit unicuiquè*, id est, sicut uoluit & sicut diuisit singulis officia ministerij. Nã *ego* ipso dante *plantaui*, id est, euangelizando uos ad finem conuerti, & *Apollo rigauit*, id est utpote episcop⁹ uester imbre sui eloquij, postq̃ in fide fundati estis, corda uestra rigauit. Non tamẽ nos, *sed Deus incrementum dedit* proficiendi uobis. Non enim qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij adhibentes culturam forinsecus ad arborem, sed incrementum dare nõ possumus, nec fructus formare. Ille autem qui uos creauit, & redemit & uocauit per fidem & spiritũ sanctum, habitans in uobis, B nisi loquatur uobis intus, sine causa nos p̃strepimus. Interior ergo magister est, qui docet. Christus docet, inspiratio ipsius docet. ubi illius inspiratio & illius unctio non est, forinsecus inaniter perstrepunt uerba. nam & agricola arborẽ potest plantare, aquam foris adhibere & diligẽtiam culturæ, sed nõ potest folia pomaq; formare. Excedit enim hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublimitatem, nec omnino pertinet nisi ad creatorem. et quia solus Deus dat incrementum, *itaq; neq; qui plantat*, id est, qui in fide fundat, *est aliquid* dando quicquam ex se, *neque qui rigat*. i. q uel baptizat, uel postea mores instruit, *sed Deus qui dat incrementum*, ipse ualet ad salutem. i. illius unctio quæ uos docet intrinsecus. Frustra quippe operarius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latẽter operaretur. Neq; plantator, neq; rigator est aliquid ad salutem eorũ quæ rigantur siue plantantur, quia & plantata solent mori, & rigata ad effectum fœcunditatis nõ peruenire, nisi det Deus uegetãtem gratiam. Quantum ergo ad honorificẽtiã p̃tinet Dei, nihil est homo. Quantum uero ad ministerium pertinet, necessarius est ut honorificetur quasi seruus, non ut aliquid de illo speretur ad iniuriã Dei, Deus solus est, in quo gloriandum est, quia dat incrementum. *Sed qui plantat, & qui rigat, unum sunt*, id est, ambo ministri sunt, quãuis diuersa sint illorum officia. unum sunt. i. ambo sunt homines, & idẽ concorditer de Deo sentiunt. Vnum sunt. i. indifferẽtes. Posset. n. uideri q̃ etsi nihil ex se dant, tamen magis Deus per hunc q̃ per illũ daret. ideo dicitur q̃a unum sunt. i. nõ plus grã confert unus q̃ alter, q̃a solus Deus dat p̃ eos. In dando nõ differunt, sed in labore & mercede, q̃a *unusquisque eorũ accipiet propriam mercedem*

C à domino *secundum suum laborem*, id est, qui magis laborauit, maius præmium habebit: & qui minorem pertulit laborem, minorem percipiet remunerationem. Deus enim reddet unicuique secundum opus eius. Vnde patet neutrũ illorum esse authorem salutis, & ideo non esse gloriandum in eis.

*Dei n. sumus adiutores, dei agricultura estis. Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. Alius autem superædificat. Vnusquisque autem uideat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamẽtum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.*

Mercedem percipiemus, quia *Dei adiutores sumus* in colendo agro illius. Nam ei quem ipse per internam gratiam infundit, nos exhortationis uoce concurrimus, hoc quod ille per spiritum agit intrinsecus, nos exterius ministerio uocis adiuuamus: et tunc solum nostra exhortatio ad pfectionem ducitur, si in corde fuerit Deus qui adiuuetur. Nos sumus adiutores Dei, & uos *estis cultura agri Dei et ædificatio* templi *Dei*. Et nos eum adiuuamus, dum agrũ cordis uestri, quem ipse per internam gratiam excolit, nos aratro prædicationis excolimus, ac nostræ mentis ædificium, quod ipse ad inhabitandum sibi cõstruit, et nos construere laboramus. Ager enim Dei colitur, dum uitia de populo extirpantur fidelium, & uirtutes inseruntur, ut crescant & fructificent. Ædificatio eius instruitur, quando ecclesia extruitur his, qui fundamento fidei superponuntur, ut in altum surgant alijs alios portantibus, uel quando mens fidelium construitur impositione uirtutum, ut dignum Deo fiat habitaculum. Dixi quia Dei ædificatio estis, & huius ædificationis *fundamentum ego posui*, & hoc non à me feci, sed *secundum gratiam Dei quæ data est mihi* ut dignus essem prædicare euangelium Dei, & in humanis cordibus ponere fidei fundamentum. Vnde apparet hoc Dei esse, quod feci, non hominis. Secundum gratiam Dei, id est, secundum apostolatum à Deo gratis mihi datum. Posui in ædificio uestræ mentis fundamentum, id est, fidem Christi, & hoc utens discretione, *ut sapiens architectus*, id est, princeps ędificij, qui fundamentum domus ædificandæ ponit in loco firmo ex fortibus & quadratis lapidibus. Sapiens architectus est, qui iuxta disciplinam authoris collocat fundamentum, id est, qui iuxta traditionem saluatoris euangelizat fidem. *Alius autem superædificat*. Superædificat, quisquis prædicationem apostolorum superueniens aut bonus aut malus doctor prædicat. Sed *unusquisque uideat quomodo superædificet*, id est, ut superpositum ædificium congruat fundamento, ne si obliquum fuerit & friuolum, ruinam faciat manente incolumi fundamento. Quia si etiam male ille docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum, doctrina autem mala peribit. Videat inquam, quomodo superædificet, non quomodo fundamentum ponat. nam *fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod à me positum est quod est Christus Iesus*, id est, fides Christi Iesu. Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia nec hæretici docere ualent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta errorum suorum commendare

dare

A dare non ualent, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, ut res cõtrarias & absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Fundamentum permanet, sed quod superædificatur, si inutile fuerit, non stabit, sed tantum illud quod utile est, si super addetur, permanebit. Quia *si quis super ædificat super hoc* Christi nominis *fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos*, per quę tria designatur præclara doctrina: uel *ligna, fœnum, stipulam*, per quæ significatur uaria & friuola & corrupta doctrina, *uniuscuiusq; opus* in nouissimo die *manifestum erit*, id est, uniuscuiusq; doctrina in iudicio erit omnibus manifesta, utrũ bona an mala fuerit. *Dies.n. domini hoc declarabit.* Dies iudicij uocatur dies domini, non quod omnes dies non sint eius: sed per excellentiam hoc dicitur, & ad differẽtiam humani diei. Dies enim pręsentis tpis, est dies hominis, qa in isto agit homo qđ uult: sed ille dies erit domini, quia in illo faciet dominus quod iustum erit, reddens unicuiq;

Matth. 16 secundum opus eius. & ideo declarabit ille dies qualitatem uniuscuiusq; operis, *quia in igne reuelabitur*. i. manifestabitur idem dies, qui nũc omnes latet, & tunc omnibus erit notus. Cum. n. uiderint omnes ignem illum ante faciem iudicis per totũ diffundi orbem, sciẽt adesse diem iudicij. Vel dominus in igne illo reuelabitur, id est, apparebit oĩbus bonis & malis. Vnde & Thessalonicẽ

2. Theß. 1. sibus dicitur: In reuelatione domini Iesu de cœlo cũ angelis uirtutis eius in flãma ignis. *Et ignis ille probabit quale sit opus uniuscuiusq;*, id est, an sit firmũ, an solubile. Ignis probabit opus, id est doctrinam uniuscuiusq;. Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenerit qđ exurat, manifestabit illum bonum fuisse doctorem. Mala uero & adultera doctrina idcirco per ligna, & fœnum, & stipulam significata est, ut ostenderetẽ fore ignis escam. Vere ignis opera singulorum probabit. Nam *si cuius opus quod ipse superædificauit, mãserit, mercedem accipiet.* Quia sicut aurum & argentum & lapides quos ignis non consumpserit, ita et bonus magister incorruptibilis permanebit. Cumq; nihil in illo sordis inuentum fuerit & prauæ doctrinæ, accipiet cum gloria mercedem remunerationis perpetuæ. *si uero cuius opus arserit*, id est, alicuius doctrina praua in igne defecerit, talis operarius *detrimentum patietur*, id est, deorsum attereтur supplicijs. *Ipse autem saluus erit*, quia non interibit substantia qua constat: sicut & doctrina eius mala peribit, quę est accidens. Quod tamen non de hæretico doctore debet intelligi, sed de catholico qui nõ recte docuit. Nam & in libris sanctorum doctorũ quos autentice legit ecclesia, nonnunquam inueniuntur quædam praua uel hæretica nõ tamen pro his uel libri uel authores damnantur. Perlegat eorũ libros prudẽs lector, & inueniet esse uerum quod dico. Et ipse saluus erit, *sic tamen quasi per ignem*, ut salus hæc nõ sine pœna fit. Saluus quidem erit, sed tamen pœnam ignis patietur, ut per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perditi, æterno igne in perpetuũ torqueatur, ut ex parte prosit illi in perpetuum credidisse. Potest & aliter intelligi uerius: Ego fundamentum, inquit, posui, alius autem superædificat. Ac si dicat: Posito fundamẽto, id est, fide fundata in uobis, nihil ulterius ad me pertinet ut superædificem, sed alterius est superædificare, id est, eius qui fidem habet est ut bona opera superædificet. Credẽtis est superędificare. Sed unusquisq; uideat quomodo superædificet, id est, cuiusmodi opera superaddat, scilicet utrum maluerit contemplatiuę uitę adhærere, & continenter absq; iugo B

A enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorũ amissione crucieť. Exuritur aũt huius, qm̃ sine dolore non pereunt, quæ cum amore posses sa sunt. Et hoc est quod dicitur, si cu ius opus manserit. Manet opus, qñ quisq; cogitat quę sunt domini, quo modo placeat Deo. Quod superædi ficauit mercedem accipiet. i. unde co gitauit, hoc sumet. Nec solum post mortem, sed et in hac uita habet suã requiem anima cõtemnẽtis omnia. Si cuius opus arserit. i. igne tribulationis cõsumptum fuerit, detrimentum patietur: quia quod dilexit, nõ habebit. Ipse autẽ saluus erit, qa nulla eum tribulatio ab illius fundamẽti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignem, quia quod sine illicien te amore nõ habuit, sine urente dolore non perdet. Qui. n. ædificat amorem terrenorũ super fundamentum regni cœlorum . i. super Christum, ardebit amore tẽporalium rerũ, & ipse salus erit, si in fundamento firmus permanserit, id est, si Christum ante oĩa sic dilexerit, ut ab eius amore separari non possit. In rerum temporalium amissione patietur detrimentum, & per ignem quendam doloris pueniet ad salutem. A quo dolore atq; detrimento, tanto est qsq; securior, quãto tẽporalia uel minus amauerit, uel tanq̃ nõ hñs habuerit. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, nonnullos. s. fideles per ignẽ quendam purgatoriũ, quãto magis minus ue bona temporalia dilexerunt, tanto citius saluari. Nam de quibusdam leuibus culpis esse ante corporũ resurrectionem purgatorius ignis credẽdus est, p eo quod ueritas dicit, quia siquis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neq; in hoc seculo remittet ei, neq; in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdã autem in

Nota

Matth. 12.

B futuro posse laxari. Quod. n. de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen hoc de paruis minimisq; peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, uel peccatum curę rei familiaris, quæ uix sine culpa uel ab ipsis agitur, q qualiter culpa declinari debeat, sciunt, caueri pñt, aut in non grauibus rebus error ignorãtiæ. Quæ cuncta ẽt post mortem grauant, si adhuc in hac uita positis nõ fuerint relaxata. Nam pensandũ solicite est, qa & Apostolus illum dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs uel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tũc insolubilia, sed ligna, fœnum, stipulam, idest, peccata minima atq; leuiora, quę ignis facile cõsumat. Hoc tamen sciendum est, qa illic saltẽ de minimis nihil qsq; purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus ĩ hac uita adhuc positus ut illic obtineat, promereatur. Sciẽdum est etiam, qa grauior est ille ignis, q̃ qcquid potest homo pati in hac uita. Omnia enim tormẽta quæ hîc sunt, multo faciliora sunt. Et tamen homines ne ea patiantur, quicquid ab homine fuerit iussum, faciunt. Quanto melius est, ut faciant quæ iubet Deus, ne illa grauiora patiantur?

*Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Si quis autem templũ Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos.*

Dixi uos esse ædificationem Dei, & me posuisse fundamẽtum huius ædificationis, unde patet uos esse tẽplum Dei. Et hoc nescitis? *Nescitis quia templum Dei estis?* Templum Dei estis secundum fidem, templum Dei eritis aliquando secundum spiritum. Templũ Dei estis, ut ipse in uobis per fidem maneat, & perfectionem

C sapientiæ ac cognitionis secretorum suorum in uobis ponat. Templum Dei estis, *& spiritus Dei habitat in uobis.* Nõ ait, & spiritus Dei sanctificat & purgat uos, ut Deus habitet in uobis: sed ait, et spiritus Dei habitat in uobis. Vtiq; in templo suo Deus habitat. Nam quid templum Dei est, nisi habitaculũ Dei? Deus ergo est spiritus sanctus, cuius sumus templum & habitaculum. Neq;.n. templum haberet, nisi Deus esset. Nescitis, inquit, quia templum Dei estis & spiritus Dei habitat in uobis? De his supradixerat, quia animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Non ergo percipiebant cognitionem Dei spiritus, qui habitabat in eis: & habitante in se spiritu sancto adhuc animales, nondum spirituales erant, quia nondũ poterant habitatorem suum spiritum cognitione percipere. Habitare autẽ ideo & in talibus dicitur, quia in eis occulte agit ut sint templum eius. Idq; in proficientibus & proficiẽdo perseuerãtibus perficit. Nec mirum uideri debet quòd quisq; aliqd habeat quódq; habet ignoret. ut.n. taceam de omnipotentis diuinitate, quis facile scientia percipit qd sit anima? et quis non habet animam? Postremo, ut certissime nouerimus quòd paruuli in Christo non percipientes quæ sunt spiritus Dei, id est, non intelligentes, habent tamen spiritum Dei, eos ipsos quos supradixerat animales (ut præmisimus) & paruulos increpat nunc, dicens: Nescitis quia templum Dei estis, & spũs Dei habitat in uobis? Non.n. hoc ignorare debuissent. Tẽplum.n. Dei estis. Sed cauete ne templum eius uioletis, qa *si quis templum Dei uiolauerit*. i. siue suum, siue alterius corpus corrũpendo, siue ppřm ecclesiæ scindendo, *disperdet illũ Deus*. i. diuersis supplicijs illũ perdet et corpore et aĩa. Ideo cauete corporalia peccata, ne offendatis eũ cuius estis templũ, ne recedat à uobis, & in ruinã uertamini: cauete & prauam doctrinam pseudoapostolorũ, ne per eam uioletur mens uestra. Et merito Deus uiolatorem sui templi disperdet, qa *templum Dei est sanctum*, ex quo Dei templum esse cœpit. i. à tẽpore baptismi *quod* templum *estis uos*. Hoc reperijt ut illos compungeret, qui turpiter uiuentes corpora sua uiolando corruperant.

Sap. 1.

*Nemo se seducat. Si quis inter uos uidetur esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiẽs. Sapientia enim huius mũdi stultitia est apud Deũ. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. et iterum dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam uana sunt.* Colo. 2. Roma. 1. Iob. 5. Psal. 93.

Itaq; nemo glorietur in hoĩbus. Tẽplum Dei estis, & ideo *nemo se seducat*, id est, nemo sibi blandiatur propria uanitate deceptus, ut de uiolatione templi Dei impunitatem sibi in futuro promittat, quasi Deus peccata carnis negligat. Vel nemo se seducat, id est, nemo seipsum ducat seorsum à ueritate catholica in uanos errores, declinando post pseudoapostolos, quasi sapientiam eorum diligens. Hoc nemo faciat. Sed *si quis uidetur inter uos esse sapiens in hoc seculo*, id est, si qs ex uobis stulta sapientia seculi, quæ est cõmentum hominum, putatur esse sapiens, *stultus* apud se *fiat*, id est, uanam sapiẽtiã abijciat, & nihil sibi scire uideatur, *ut sit* in Deo ueraciter *sapiens*. Ad ueram enim sapientiam uenire non potest, qui falsæ suæ sapientiæ fiducia decipitur, sicut pseudoapostoli, qui uolentes uideri in mundo sapientes, neque Deum habere filium, neque incarnationem uerã esse, neque carnem posse resurgere prædicabant. Vnde nunc bene doctor egregius illos Corinthiorum, quos carnaliter sapientes inuenerat, ut sapientiam ueram possint comprehendere, prius

A fieri stultos admonet. Et subdit, quare? Quia. s. *sapientia huius mundi stultitia est apud deum*. i. quod mundus sapientiã, hoc deus stultitiam iudicat. Et dum facit deus quod fieri posse negat mũdus, sapiẽtiã illius mõstrat esse stultitiã et uere stultitiã. Nã *scriptum est*, in libro Iob: *Cõprehendam*. i. undiq; coarctabo, & quasi iuxta rete districtionũ mearũ concludam, *sapientes*, mũdi *in astutia eorum*, ut nihil eis astutia ualeat ad effugiendam manum meam, uel ad faciẽdum quod cõtra me machinantur, siue ad impediendum qđ ego contra sapientiam eorum facere disposui. Hanc sententiam Eliphaz

Iob. 5. sic protulit: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. Diuina tamen sapientia reprehendit amicos Iob de

Iob. 42. locutione, dicens: Nõ estis locuti coram me rectũ, sicut seruus meus Iob. Cur ergo Paulus illorum sententijs tãta authoritate utitur, si hæ ipsorũ sententiæ dominica reprehensione quassantur? Vel quõ dicta eorũ quasi praua respuimus, quæ Paulus ex authoritate astruit? Aut quõ attestatione Pauli recta putabimus, quæ per semetipsum dominus nõ recta definiuit? Sed utraq; hæc citius, quod non sint diuersa cognoscimus, si eiusdẽ dominicæ sententiæ subtilius uerba pẽsamus, qui cum diceret. Nõ estis locuti corãm me rectum, illico adiũxit, sicut seru⁹ meus Iob. Liquet ergo quia quædam in dictis eorum recta sunt, sed melioris comparatione superantur. Nam inter aliqua quę irrationabiliter dicunt ad beatũ Iob, fortes multas sententias proferunt: sed cõparatę dictis fortioribus, uim fortitudinis amittunt. *Et iterum* de eadem re scriptum est in psalmo: *Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam*

Psal. 93. *uanæ sunt*. s. hominum, quia & ipsi sapiẽtes iudicabãt se solos esse homines, cęteros autẽ quasi bruta animalia. Sapiẽtes seculi non nouerunt cogitationes Dei, qm̃ iustæ sunt: dominus B autem nouit cogitationes sapientiũ, qm̃ uanæ sunt. Nihil ualet eis astutia eorũ cõtra deũ, quia ipse nouit cogitationes eorũ. Quę uanę suut. i. inanes et falsæ, quia putãt esse uera quę falsa sunt, & falsa quæ uera sunt. Vanæ sunt cogitationes sapientium, quia hîc beati esse & à seipsis beati fieri mira uanitate uoluerunt. Et qñquidem humanæ cogitationes sunt uanæ, atq; consilia sapientium improuida sunt & infirma, qui se sibi uel alijs prodesse sine Deo putant, itaq; nemo glorietur in hominibus, quasi melius ab uno quàm ab alio possit accipere. Nihil. n. recte sapiunt, nihil possunt homines per seipsos: et ideo nõ in ipsis gloriandum est, sed in illo per quem sapiunt & possunt.

*Nemo glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem Dei.*

*Nemo glorietur in hominibus*, doctorib⁹ uel baptizatoribus. Non in quibusdã doctoribus gloriari debetis, nec singulos uos defendere, cum omnibus utamini. Nam non solũ isti, sed *& omnia sunt uestra*. i. ad seruiẽdum uobis data, & non est, gloriandum nisi in rebus excellentioribus. Et ideo in solo Christo, qui super uos est, uobisq; subdidit omnia, gloriandũ uobis est, non in his quæ subiecta sunt uobis. Omnia enim uestra sunt, ut uestræ utilitati seruiant, quia etiã illa quæ inter homines sunt digniora: quoniam *siue Paulus*, eligatur, *siue Apollo*, uestri sunt, ut uobis ministrẽt, *siue* etiã *Cephas*. i. Petrus qui primus est omnium apostolorum. Et ita patet omnes apostolos esse uestros, cũ prim⁹ sit uester. Ad hoc. n. missi sunt omnes apostoli & prædicatores, ut uobis uel fratribus uestris qui sunt per orbem, uerbũ salutis ministrẽt.

C Et quod fratribus uestris faciũt,uobis facere credendi sunt, quia & uobis prosunt. Omnia sunt uestra, siue prædicatores, *siue etiam mundus*, si de illo scdm dei uoluntatem sentitis, et decretos cursus in Dei uoluntate ponitis, *siue uita*, p̃sens est uestra, si modeste illam & cum Dei gloria transigitis, *siue mors*, uestra est .i. dissolutio corporis & animæ nobis seruit, qm̃ uobis trãsitus est de hac miseria ad æternam beatitudinem, *siue præsentia*, si sic eis utimini, ne offendatis. *siue futura*, si ea credentes magis optatis, ut pote meliora & æterna. Vel mũdus est uester .i. quatuor elementa mundi seruiunt uobis, qm̃ ad hoc sunt cõdita, & uita uobis p̃sens seruit, si in ea emendamini, & ęternã salutẽ p meremini. & mors, si p Christo mori libenter parati estis spe futuræ promissionis. Et præsentia bona, qbus sustentati Deo seruire possitis. & futura, quorum spe seruiatis. Hęc sunt uestra, *omnia enim*, quæcunq; *sunt uestra* sunt ad possidendum. Sed *uos estis, Christi* possessio, non hominis, ut quo omnia iudicio uestro concessa sunt & uobis subiecta, sic & uos Christo subijciamini, quia per ipsum esse cœpistis & in prima origine, & in regeneratione. Cur ergo ad iniuriã Christi de hominibus speratis, cum ipse uobis & homines & omnia subiecerit, ut illi subijciamini, & in illo spẽ omnem ponatis. *Christus autem Dei*, est, ut proprius filius faciens uoluntatẽ eius, ut & uos Christi uoluntatem faciatis. Vos estis Christi, Christus uero Dei, & ita mediante Christo, uos estis Dei. Subditur autem Christus Deo, non tanquã dissimilis aut alterius naturæ, sed (ut dictum est) tanquam patri filius. Hactenus de gloria pseudoapostolorum locutus est apostolus, hîc de suo contemptu incipit loqui, quoniam minus de illo sentiebant aliqui Corinthiorum.

Ideoq; monet ut hoc de illo sentiat homo, quod & deus qui illum elegerat, & dicit. D

CAPVT IIII. 1.Cor.6.

*Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.*

Ita, inquit, diuinitus est ordinatũ, ut omnia sint uestra, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, uos autem sitis Christi. Et cũ hoc ita sit, nec magis nec minus æstimet homo de nobis, quã q deus cõstituit: sed *sic nos existimet ut ministros Christi*, i. nec nos tanquam uiles contemnat, nec tanquã per nos aliquid possimus, in nobis glorietur: sed eum in eum in nobis honoret, cuius ministri sumus ĩ euãgelio quod uobis offerimus. Et ęstimet nos nõ dominos, sed *dispensatores ministeriorum Dei*, qm̃ ministeria eius uobis distribuimus scdm cuiusq; modum. Qm̃ nec uerborum strepitui, nec humanæ sapientiæ innitebatur Apostolus, intelligi debuit ministeria Christi dispensare, in quibus nõ uerba, sed uirtus fulgebat: & p quæ nõ homo, sed deus uideretur gloriosus. Collega.n. piscatorum, non aliter q̃ illi Christum prædicabat. Cũ ergo se ministrum Christi & dispensatorem ministeriorum Dei probat, pseudoapostolos notat, & negat esse Christi quod tradunt, per id qđ a traditione apostolica dissentiũt. Ego inquit, & conserui mei sumus dispẽsatores ministeriorũ æternæ salutis, docendo & cętera sacramenta distribuendo. Et multi quidem sunt dispẽsatores, per quorum ministerium peruenitur ad ęternam salutem. Sed *iam quæritur inter dispensatores*, baptizando, manus imponendo, eucharistiã dando, *ut quis inueniatur fidelis*, ut possit credi quod bene dispenset. Neq;.n. omnes fideliter hoc agunt, sed plerique fraudem faciunt, dum quæ sua sunt

A quærunt, nō quæ Iesu Christi, & cœleste ministerium in usum terreni lucri conuertunt, nec salutem subiectorum, sed propria commoda quærunt. Nonnulli qui non ita sola terrena quærere uidentur, aut uerecundia, aut timore, aut cōmendationis suæ causa constanter arguere delinquentes trepidant. Et ideo quæritur quis inter eos inueniatur officiū suę dispensationis fideliter agens, ut solius dñi sui lucra sine fraude quęrat. Vel ex hoc reprehendūtur subiecti, quod hîc iam quæritur ab eis, quod in futuro seculo quærēdum est à domino .s. quęritur & discutiē ab eis, ut inter dispensatores inueniatur aliquis fidelis. i. idoneus & dignus ad sacra Dei ministeria dispensanda cęteris. Vñ tales inquisitores iure sunt reprehendendi, quia qđ deus in alia uita faciet, ipsi tam hîc facere uolūt: & præpositorum suorum uitam, à quibus ipsi debent iudicari, iudicare præsumunt: & à dignioribus digniora sibi sacramenta dispēsari credunt, cum non iuxta sanctitatem dispensantis, sed iuxta deuotionem pcipientis sit magis aut minus utile sacramentum sanctorum.

Philip. 2.

*Mihi autem pro minimo est ut à uobis iudicer aut ab humano die, sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum Qui aūt iudicat me, dominus est.*

Vos, inquit, ita iudicatis, alios dispensatorum esse fideles, alios nō fideles: sed *Mihi pro minimo est ut à uobis iudicer* fidelis aut nō fidelis. Non. n. iusti humana iudicia, sed æterni iudicis examen aspiciunt, atq; ideo derogantium uerba despiciūt. Vnde nūc derogātibus Corinthijs Apostolus dicit. Quia mihi pro minimo est ut à uobis iudicer. Quos. n. in tātis uitijs reprehendit, minimum ducit ab his se iudicari: qa sicut iusti nō erāt, sic iuste iudicare non poterant, *aut ab humano die*. i. ab humana luce & ratione: hoc est, à legibus humanis iudicari pro minimo deputabat. Supergressus. n. humanam iustitiam, cœlesti iustitiæ studebat. Vel ab humano die. i. ab humano intellectu, qui non uidet occulta & potest falli. Siue ab humano die. i ab hominibus, dum sunt in suo die, & non est dies domini. Humanus. n. dies dicitur, in quo iudicant homines, quia erit & dies domini, in quo iudicabit et domin9. Exiguum mihi est à uobis iudicari, uel ab humano die. *sed neq; ego meipsum iudico*, qui melius noui me q̄ uos. Et ita periculosum est uobis iudicare de ignotis. Qūo. n. potestis dījudicare conscientiam meam? aut qūo examinare potestis quo animo faciam, quicquid facio? Quantū possunt homines de alio iudicare, plus homo utiq; de se: sed deus plus de homine, q̄ homo de se. Tāta. n. est profunditas in homine, ut lateat ipsum hominem in quo est, sed dominum latere nō potest. Iure itaq; doctor egregius humanas laudes aut uituperationes paruipendens, ait: Mihi pro minimo est ut à uobis iudicer aut ab humano die Qui nec i corde suo, unde se reprehendere posset, iuenitē, adiungit. Sed neq; meipsum iudico. *Nihil enim mihi conscius sum.* Nullius utique peccati sibi cōscius erat. Sed qa legerat, Delicta quis intelligit, sentētiam temperauit, ne forte per ignorātiam deliquisset, & addidit: *Sed non in hoc iustificatus sum*. Videns. n. quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suū iudicium sufficeret, ait non se in hoc iustificatum. Cur uero non sibimet ipsi, de se credidit, causam reddidit, cum subiunxit: *Qui autem iudicat me dominus est.* Ac si apte diceret: Nec meo de me iudicio credendū existimo, qa ille iudicat me cuius ego iudicium non comprehendo. Ab eo. n. qui me iudicat, examinari me subtiliter scio. Recte enim me egisse recolo, sed ta-

Psal. 18.

C men de meritis non præsumo: quia ad eius examen uita nostra ducitur, sub quo & uirtutes nostrę trepidāt. Nec ego, nec uos me iudicatis: sed q me iudicat, dominus est, qui sine hæsitatione nouit omnis.

Basil. 64

*Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuiq; à Deo.*

Qñquidē ego nec meipsum iudico, sed domino me iudicandum reseruo, itaq; uosipsos exemplo mei à iudicando compescentes, *Nolite iudicare ante tempus*, quia nondum est tēps iudicandi. Neq;.n. uera de actis hominum sentire nunc potestis, quia homines estis, sed aliter quàm sunt de his suspicamini. Et si suspicationes non potestis cōtinere quia homines estis, iudicia tamen .i. diffinitas firmasq; sententias continere, ne iudicetis quicquam ante tempus .i. ante diem, quia adhuc nox est, nec potest uideri quod in die uidebitur. Ante illud tēpus nolite iudicare, sed *quoad usq; ueniat dominus* ad iudiciū, & die suo cuncta illustret. *Qui & illuminabit* .i. apta faciet *abscondita tenebrarum*, id est latētia peccata quæ mentem obscurant, *& manifestabit consilia cordium* .i. bonas cogitationes, quæ maturiore cōsilio et ptractatione rationis in corde uersabantur. Tunc enim omnibus in luce cōstitutis, nihil latebit proximū in proximo, sed omnia omnibus patebunt. Nihil .n. occultari poterit eorum, quæ gesta & cognita sunt. Ibi & simplicitas & hypocrisis apparebit, ut & qui despectus habebatur, forte appareat dignus: & q aliquid esse putabatur, inueniatur reprob⁹. Tunc ergo tēpus erit sine errore iudicandi. Nunc autem quisquis in cogitatione à rectitudine exorbitat, in tenebris peccat. Vnde nos tanto minus debemus aliena corda audacter reprehendere, quāto scimus quia uisu nostro non possumus alienæ cogitationis tenebras illustrare. Sed tunc patebunt omnia. *Et nunc laus erit unicuiq; à Deo*, bene agenti uel cogitanti. Nūc .n. ignoratur ab hominibus, quis sit laude dignus. Tunc à Deo, quia id laudabitur & diligetur à pximo in proximo, quod ne lateat, in ipso illuminabitur à Deo. Quod de solis electis dictum est, quos deus laudabit, & laude dignos monstrabit. Ac contra unicuiq; reproborū erit tunc improperium.

al. peccatorum.

D

Matt. 25.

*Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos, ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est, unus aduersus alterum infletur pro alio.*

Dixi nō gloriādum in nobis. Sed *Hæc ò fratres transfiguraui in me et Apollo*, ut in nobis non gloriemini, *propter uos* .i. propter utilitatem uestram, *ut in nobis*, qui maiores sumus, *discatis*, *ne agēdo supra quàm scriptum est*, ubi legimus. Qui gloriatur, in dño glorietur, uel, maledictus homo qui cōfidit in homine. *unus infletur aduersus alterum pro alio*, id est, pro doctore uel baptizatore, uel pro se. Me, inquit, & Apollo pro posui figuram pro omnibus, ut ab omnibus abhorreatis sicut à nobis. Transfigurauit enim hęc in se & in Apollo, dum pseudoapostolorū glorias & traditiones peruersas sub sua & Apollo persona euacuaret, summatim illos designans, non sigillatim, ne forte maior discordia in populo nasceretur. Nemo .n. audiens suum nomen notari uel eius cui fauet, contentus est tacere. Tacito autem nomine, siquis aliquid audierit, etsi intelligat, de se tamen dictum dissimulat. Sub hac ergo propositione euacuauit personas illorum, cū diceret, Ego plantaui, Apollo rigauit &c. ut in his discerent nihil dandum hominibus.

Ierem. 9.

Sup. 1.

Ieremi. 17.

*Quis .n. te discernit? Quid aūt habes qd non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi*

A *non acceperis? iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis. Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus.*

Non debet alter aduersus alterũ inflari pro alio doctore uel baptizatore. *Quis enim* doctor uel baptizator *te discernit?* Id est, uerbi gratia, si baptizatus es à Petro, quõ discerneris ab eo qui baptizatus est à Paulo? Nihil discretionis est, à quocunq; bonam doctrinam uel baptismum perceperis. Sed tu per traditionẽ pseudoapostolorum putas te quasi sanctiorem discerni à cæteris. Sed *quid habes* ab illis *quod non* à me *accepisti?* Quicqd.n. ab apostolica traditione non descendit, prauum est. Sed *si* à me *accepisti* qc quid boni habes, *quid* in te uel in illis *gloriaris* contra me *quasi non* hoc idem à me *acceperis?* Hoc dicitur cõtra illos qui eadem quæ ab Apostolo acceperant, audientes à pseudoapostolis, gloriabantur de magisterio eorum, qm̃ ipsi pseudoapostoli per eloquentiam se cõmendantes, gloriam in se uertebant, cum Apostolus se contẽptibilem uideri fecisset, ut gloriam Deo faceret. Vel ita: Iubet Apostol' ut nemo in homine, sed in domino glorietur. Pseudo autem apostoli & qui ab illis fuerant seducti, seipsos à seipsis iustos fieri putãtes, q̃si hoc eis nõ deus dederit, sed ipsi sibi, nõ utiq; in domino, sed in semetipsis gloriabantur. Vnde nunc unicuiq; talium dicit apostolus: Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius pditionis, q̃ facta est ex Adã, nõ discernit hominem ut eum faciat uas in honorem. s. in contumeliam, nisi deus. Sed qm̃ homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset, quis .n. te discernit. posset respondere uel uoce uel cogitatione & dicere, Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit iustitia mea, mox Apostolus occurrit cogitationibus eius et dixit: Quid.n. habes quod non ac

*Roma .9.*

cepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic.n. gloriantur quasi non acceperint, qui à seipsis iustificari putant, ac per hoc in seipsis, non in domino gloriãtur. Nihil.n. huic sententię tam cõtrariũ est, q̃ de suis meritis sic quenquam gloriari, tãquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei. Vel sicut diximus, non debes inflari pro aliquo doctorum, cuius te specialiter profiteris discipulum: quis.n. eorum te discernit à pereuntibus? Nullus, sed solius Dei gratia, & tu te putas discerni p merita tua. Sed qd boni habes quod non accepisti à Deo? Fecit deus ut esses, et tu fecisti ut bonus esses? Absit. Si.n deus dedit ut esses, & alius tibi dare potuit ut bonus esses, melior est ille qui dedit ut bonus esses, quã ille q dedit ut esses. Sed nullus Deo melior. Igitur à Deo accepisti & esse & bonum esse. Sed si ab illo accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? i. quasi à teipso habeas. *Iam saturati estis.* Ironice legendum, nõ affirmatiue. Iam .i. anteq̃ sitis apti ad pcipiẽdã escã, *saturati estis* spiritualis cibo doctrinę.i. uidemini uobis ipsis sufficienter ualidis sapiẽtiæ escis repleti: & anteq̃ paupertate exuti sitis, *iam* (ut putatis) spiritualiter *diuites facti estis*.i. abundãter animæ diuitijs, quæ sunt uirtutes, repleti, & *sine nobis*.i. sine auxilio nostro *regnatis*.i. uitæ uestræ moderamina iuste disponitis, ut uos ęstimatis, gloriãtes de his quæ à pseudoprædicatoribus accepistis. Secundum uestram æstimationẽ regnatis. *Et utinam regnetis, ut & nos regnemus uobiscum* .i. sequamur uos, cum uos dedignemini seq nos. Ac si dicatur: Vtinam nõ essetis falsa gloriatione decepti. forsan.n. simul regnaremus. Regnare nunc sanctorum, est de spe & promissis Christi securos esse & in aduersis quæ propter nomen Christi accidunt, gaudere.

B

A uideatur: et ita uultis esse christiani, ut non prudentiam amittatis seculi. Quod est quasi duob⁹ dominis uelle seruire more ueterum Samaritanorum, qui & deum colebant & idola. *Nos infirmi* sumus, qui uicē lædētibus nō reddimus, nec resistimus: *uos autem fortes* estis, qui potenter aduersantibus resistitis, & eos fortitudine seculari reprimitis. Vos estis *nobiles*. id est, reuerendi & gloriosi, *nos autem ignobiles*. i. despecti & uiles. Hæc omnia quæ negare uidetur, affirmat: & quæ quasi cōfirmare uidetur, negat. Irascentis. n. uerba sunt, qui negando confitetur, & confitendo negat. Deinde confirmando loquitur, ostēdens per partes infirmitatem suam, ut regni sui uirtus amplior eniteat. *Vsque in hanc horam*. i. à prima die conuersionis uel prædicationis nr̄æ usq; nunc, penuriam cibi & potus & uestimentorum passi sumus, & etiam cæsionem colaphorum: quia libere & iuxta ueram fidem Christum sine aliqua adulatione prædicātes, & gesta prauorum arguētes, & gratiā apud homines non habuimus, sed colaphos ab eis ptulimus. *& instabiles sumus*, quia semper fugant nos & persequūtur, ne in uno loco diu manētes, plures doceamus, *& laboramus operantes manibus nostris*, ut habeamus unde uiuamus, cum nemo det: quia non solum gratiam apud homines (ut dictum est) nō habemus, sed etiā ab his accipere indignum est, qui errori studēt: Quod idcirco facere maluimus, quoniā libertatem arguēdi amittit & peccat, qui ab eo accipit, q ideo dat ne corripiatur. *Maledicimur* à prauis hominibus, & nos econtrario *benedicimus* illos hortando ad bonū. *persecutionem patimur* ab illis, & licet ipsa persecutio sit grauis, tamen *sustinemus* illam, & non refugimus nec resistimus. *Blasphemamur* ab illis quia dicunt nos seductores & maleficos, *& obsecramus* deum pro illis, uel illos obsecramus ne blasphement, sed pmittant sibi reddi rationem. *Et tanquam purgamenta huius mundi facti sumus*. i. de quibus mundus inquinetur, & q̄bus abiectis purgetur, sicut domus purgatur à sordibus, quæ de illa pj̄ciuntur, hoc est, usqueadeo blasphemamur ab ipsis & uiles iudicamur, q; facti sumus illorum reputatione tales, tanquam essemus in tantū peccatores & sordidi, ut totus mundus nobis sublatis oīmoda sorde purgetur: & etiam reputati sumus *omnium peripsema*. i. adeo superflui & immūdi atq; inutiles usibus hominum, sicuti purgamentum ferri uel corium pomi, quod undiq; aufertur, ut ipsum pomum sit aptius ac dulcius ad comedendum. Peripsema n. dicitur rasura aut limatura cuiuscunq; rei siue purgamenta pomorū. & nos ita nullius pretij nulliusq; utilitatis eē iudicamur, ut rasura ligni uel ferri seu stanni uel corium pomi. Et hæc sustinuimus à principio prædicationis nostræ *usque adhuc*. i. usq; ī præsens. Per hæc omnia probatur apostolus cum similibus prudēs in Christo et fortis & nobilis, per quæ uidebatur stultus et infirmus ac ignobilis. Cōtēptibilis n. & despectus fiebat etiā apud Corinthios, pro quibus hæc quæ hucusq; memorauit, mala passus est. Et qm̄ humilitatem suam nihil proficere ī his uidebat, quæritur dolore cōmotus tantam subiectionem & iniurias nullum fructum habere potuisse, sed quod deterius est, in peius profecisse. Qui & subiūgit.

*Nō ut confundam uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Rogo ergo uos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino, qui uos cōmonefaciat uias meas,*

Matth. 6. Luca. 6. 4. Reg. 17 Ephe. 5. Philip. 3.

C *quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubiq; & in omni ecclesia doceo.*

Aspera blandis mitigat ut salutaris medicus. Nam quia grauiter eos in his omnibus quasi latenter momorderat, ne ipsi ad iram prouocati admonitiones eius spernerent, ostẽdit se in omnibus quæ dixit, paternã charitatis affectionem erga illos habuisse, ut libentius ei obedirent. Duri nanque fuissent Corinthij, si hac admonitione (qua ut filij dilecti à patre tam humane obsecrantur) emolliti non fuissent. *Non* ideo tamen, inquit, *hæc scribo, ut uos confundam* .i. ut tantam uerecundiam uobis faciam, *sed* potius ut corrigamini *moneo uos*.i. ad meliora exhortor per hæc *ut filios meos charissimos*, spirituales .s. pro quibus tot labores et tot flagella passus sũ, & quibus chariores nullos habeo. Vere filij mei estis, quia ego pater uester. *nam si habeatis in Christo decem millia pædagogorum*.i. tot instructores perfectos, quot uobis essent necessarij: qd' per mille intelligitur, qui numerus perfectus est in scientia & in obseruantia decem præceptorum legis, q̃ per denarium numerum figurãtur. Vel si decem millia pædagogorum, id est, quantuncunque erudientium multitudinem inobseruantia præceptorum quæ nõ fit in Iudaismo, sed in Christo: si inquam pædagogos.i. eruditores habeatis, *sed* .i. tamen, *non multos patres* habetis, imo unum, quia

Actuũ. 13. *ego* solus *uos genui*, quia solus ego uo

Actuũ. 22. bis prædicaui. ad hoc.n. selectus sũ, ut annunciem gentilibus salutem per Iesum Christum. *per euangelium* .i. per euangelicæ doctrinæ prædicationem, non in me, sed *in Christo Iesu*.i. in fide Christi Iesu & in nouitate christiana, quia in nouam uitam me primum prædicãte uenistis. His dictis, ostendit nullum posse eo affectu diligere illos, quo ipse diligebat. Quis .n. alienos filios sic diligat ut suos?

ac per hoc monita eius, qui tanta p D illis passus est, non debent spernere. Vnus uero pater deus est, nõ ut hoc nomen cæteris tollatur, sed ne gratia Dei, qua in æternam uitam generamur, naturæ uel potestati uel etiam sanctitati cuiusquam tribuat. Quia, inquit, uos genui, *ergo* ex debito *rogo uos* ut filios, *estote imitatores mei*, in his quæ facio & sustineo, *sicut & ego* sum imitator *Christi* in his quæ fecit & sustinuit, quia filiorum est imitari patrem. Vult.n. illos imitatores sui esse, ut sicut ipse multa exitia pro illorum salute annunciãdo Iesum Christum, ab incredulis & cæteris infidelibus passus est, & non cessit aut à fide desciuit, sed constanter prædicauit, dũmodo per dies & noctes euãgelizaret illis donum gratiæ Dei. ita & illi manentes in fide eius & doctrina, non recipient pseudoapostolorum.i. apostolorum falsorum praua dogmata uel commenta, sed resistant, contemnẽtes opprobria & detractiones, ut patri suo spirituali inuiolatum atq; imaculatum reseruẽt affectum. *Ideo*, inquit, ut me imitemini tanquam boni discipuli fidelesq; patri obedientes filij, *misi ad uos Timotheum*. per hunc creditur missa epistola. *qui est filius meus* in fide, *charissimus* bene agendo, *& fidelis* in euangelij prædicatione, quã fideliter omnibus palàm ministrat. *in domino*, non in lucro terreno. Vel i domino est filius me9, id est quem genui non in carne, *qui uos commonefaciat*.i. cõmoneat faciendo aut qui uos cõmonefaciat.i. admonendo uos instruat *uias meas*, institutiones, præcepta et documenta mea, *quæ sunt in Christo Iesu*.i. secundum uolũtatem & doctrinam ipsius. in nullo enim discordo, & ideo sunt tenendæ, *sicut ubiq;* terrarum, & id est, *in omni ecclesia doceo*. Ideoq; sunt authẽticæ. Per istum reuerti illos uoluit ad regulã à se traditæ ueritatis, ut commoniti

uerbis

A uerbis & exemplis operum eius re sipiscerent, cognoscentes non perperam se fuisse ab apostolo Paulo edoctos, quando eadem quæ sibi præcepta erant, tenere omnes ecclesias discerent.

*Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad uos, si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?*

Opus erat Timotheum mitti, quia *tanquam non sim* ultra *ad uos uenturus, sic* de philosophorum doctrina & oratorum eloquentia tam imperterrite *sunt quidam inflati inter uos.* Ideo erant inflati & unus aduersus alterum gloriantes, quoniam putabant apostolum Paulum nō amplius ad se uenturum, solent enim sæpissime discipuli à malis retrahi timore aduentus magistri. Ob hoc etiam indignabantur quidam Corinthiorum, quia non ueniebat ad eos, nō desiderio, sed superbia, quòd quasi indignos uisitatione sua illos haberet, cum magis Apostolo studium hoc fuerit, ut de indignis faceret dignos. Habebat ergo uotum eundi, sed maiora erant quæ agebat. Vos, inquit, putatis me non esse uenturum, uel indignamini quia non uenio, sed *ueniam ad uos cito, si dominus uoluerit*, cuius uoluntas semper supponenda est, iuxta illud

Iacob. 4. Iacobi: Dicatis, si dominus uoluerit, et si uixerimus, faciemus hoc uel illud. Vel si dominus uoluerit, id est nisi culpa mea īpedierit, ut sciamus non ex nobis, sed ex Dei cuncta pendere iudicio. Veniam, inquit, ad uos cito, si dominus uoluerit. Qui enim dixit, ueniam ad uos, ostēdit se uelle, monstrat se cupere, breuem promittit aduētum. Sed ut cautius hoc loquatur, infert, si dominus uoluerit; ut si non ueniret, dominus cum iusta causa retinere monstraretur, B causa utique indignitatis & infidelitatis eorum. Veniam, inquit, *& cognoscam*, id est, probabo *nō sermonem* terrenæ sapientiæ aut humanæ sapientiæ *eorum qui* de huius mundi sapientia *sunt inflati, sed* ipsorum *uirtutem* in bona operatione uel miraculorum perpetratione: quia & dominus non dixit de pharisęis aut hominibus sub Matth. 7. dolis. Ex uerbis eorum, ex uestimētis ouium quibus persæpe induuntur, cognoscetis eos: sed, Ex fructibus, id est, ex operibus. Ideo non sermonem humanæ facundiæ, ut diximus, sed uirtutem bonæ uitę cognoscam & approbabo: quia *regnum Dei non est in sermone, sed in uirtute*, id est, nemo per eloquentiam aut facūdiam secularem acquirit regnum Dei aut meretur, sed per uirtutem bonorū operum: nec splendore sermonis cō mendatur regnum Dei, sed uirtute signorum, sicut nec bonum uinum hedera commendat. Veniam quidem quàm citissime potero, sed *quid* horum *uultis*? Scilicet uultis ut ueniam ad uos in uirga, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Superius dixerat eos indigere pædagogo, ac per hoc pueros significabat: dein eos amari à se ut filios charissimos: nūc ut prudens pater eis uirgam, non mortem proponit: spiritum mansuetudinis & charitatis, nō furoris aut odij. Virga enim austeritatem et correptionem significat. Et nunc uerba terroris Apostolus infert, ut pudorem passi qui inflati erant, humiliarentur & se corrigerent: quia si incorreptos inueniret, in illos necesse haberet uirgam exerere, alios excōmunicando, id est, fidelium communione & consortio priuando, alios dure increpando, alios corporaliter (ut decet patrem) flagellando. Si uere se dignos præpararent ad excipiendum eum, ut immunes à crimi-

C ne inuenirentur, tunc ad illos ueniens lætitiam haberet quasi pater cũ filijs suis charissimis. Et hoc est qđ dicit: Vultis ut *ueniam ad uos in uirga*, id est, rigore iustitiæ & correptionis, ubi etsi sit charitas, non tamen uidetur esse: *an in charitate*, id est, non occulto charitatis affectu, sed in manifesta & aperta dilectione, ut bona suppleam. *& spiritu mansuetudinis*? optabilius esset primum expetere, quàm carere boni patris diligentis aduentu, quamuis rigoroso, meliora nempe sunt uulnera diligentis, teste Salomone, quàm oscula blãdientis. Spiritu mãsuetudinis, idest animo mansueto & indulgenti, ut parcam peccatis uestris, & per hilarem uultum ac dulcia uerba mansuetudinem animi mei uobis ostendam.

Prouer. 17

CAPVT. V.

*Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit.*

Opus est ut ueniã ad uos in uirga, non in charitate aut spiritu mãsuetudinis, nisi uos ipsos correxeritis: quia *omnino*, id est, ab omnibus uel omnibus modis *auditur*, scitur, narratur atque percipitur à me & ab alijs, quòd sit *inter uos* notissima *fornicatio*, quæ nemini est licita, *& talis fornicatio, qualis nec inter gentes*, id est, tam infamis & nefaria fornicatio auditur, quòd nec talis est inter gentes, *ita ut uxorem patris sui aliquis habeat*, id est, quidam ex uobis & cum nouerca fornicetur. Nec testibus res indiget, quoniam publice perpetrata est. Vt'que hoc crimen nimis exaggeraret, dicit nec ab illis tale committi qui Deum nesciũt, ut hinc ostendat qua pœna mulctandus sit iste, qui sub terribili et diuina iustitia cõstitutus, tanti sceleris crimen admiserat, & adhærentes ei non immunes ab eodem crimine demonstret. D Talis fornicatio apud uos auditur. *Et uos*, cum tantum scelus inter uos sit, *inflati estis* superbia, *& non magis* hoc fecistis quod faciendum esset, id est, non *habuistis luctum*, non luxistis super pecato fratris, nec compassi estis illi *ut tollatur*, id est, ejiciatur *de medio uestri qui hoc opus fecit*, ut omnes uno consilio abjiciatis eum de cõmunitate uestra ut confusus agat pœnitentiam, & non inficiantur cæteri, id est, nec perpetrent alij simile aut illud idem facinus propter indulgentiam: quia omnes uidemini sceleris participes, quandiu patimini reum tanti criminis uobiscum in correptum conuenire. Cum enim omnes crimen eius sciatis, nec tergiuersatione aliqua possit celari, pellendus est de cœtu fraternitatis.

*Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.* Colos. 2.

Vos, inter quos ipse corporaliter est, non eum corripuistis, nec expulistis: sed *ego quidem absens corpore*, *præsens autem spiritu*, id est, absens quidem facie, præsens autem authoritate spiritus, qui replet orbem terrarũ uirtute, non mole, & nusquam abest, *iam iudicaui eum qui sic operatus est*, ut per eundem spiritum *præsens*, ne ex solo auditu me puteris proferre sententiam. Iam sine mora iudicaui eum *in nomine*, id est, in uice *domini nostri Iesu Christi*, cuius legatione fungor, *congregatis uobis*, id est, ut omnes in unum sine dissensione conueniatis, & eum de communione fidelium ejiciatis. Congregatis uobis in unum *& meo spiritu*, id est, authoritate mea, quam habeo per spiritum sanctum, qui mihi datus est *cum uirtute*, id est, pote Sapien. 1.

A state *domini Iesu*, qui est saluator hominum, iudicaui *tradere satanæ huiusmodi*, uirum, id est, ut tradatis eum satanæ pellendo de ecclesia, quontã mea authoritas & Christi uirtus in hoc uobis cooperabitur. Iudicaui huius modi reum tradere satanæ *in interitum carnis*, ut corporaliter eum uexet, & sic ille resipiscat. Magna quippe arte magisterij traditus est ipsi in pœnam, cui sponte est substratus in culpa: ut qui author fuerat ad uitium nequitię, ipse flagellum fieret disciplinæ. Hanc enim potestatem dicitur Apostolus habuisse, ut siquem ex communicasset, statim ille corriperetur à diabolo & uexaretur, quãtum & quandiu uellet Apostolus. Nam cum dicit, tradere satanæ in interitum carnis, interitus carnis significat ualidam corporis afflictionem per diabolum factam. Vel in interitum carnis, id est, ut carnalis uoluptas in eum interiret, traditus est satanæ. Et hoc *ut spiritus eius saluus sit in die domini nostri Iesu Christi*, id est, anima eius salua sit in die iudicij. Quoniam in spiritum eius satanas non accepit potestatem dum corporaliter afflixit, & ideo saluus ad domini etremum iudicium reseruatur. Vel saluus sit spiritus, id est anima eius salua fiat in die domini, id est, siquando cor illius uisitet dominus, siquando illi dominus in corde luceat.

Galat. 5. *Non est bona gloriatio uestra. Ne scitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?*

*Non est bona gloriatio uestra*, Superbitis, cum potius lugere debueritis pro fratre tam grauiter peccante, & eum à uobis remouere, ne illi consentientes, pollueremini eius contagione. An *nescitis quia modicum fermentum*, id est, modicum ueteris pastæ, uidelicet fermentatæ. *totam massam corrumpit*, id est, totam dulcedinem nouitatis mittat in acredinẽ uetustatis: ita & peccatum unius, quod cognitum B non arguitur, multos contaminat, immo oẽs qui norunt & non deuitant, aut cum possint arguere, dissimulant. Non enim sibi uidetur peccare, quando à nullo corripitur aut uitatur. Siquis uero potestatem nõ habet, ut eum quem scit reum, abijcere uel probare non ualeat, immunis est. Modicum fermẽtum totam massam corrumpit, quia nonnunquam unum uitium uel quodlibet nequitiæ fomentum uenen o suo inficit multitudinem uirtutum. ✱Aduerte diligens lector: Dicendum est, teste Hieronymo, modicum fermentum totam conspersionem fermentat, in epistola ad Galatas, eodẽ capite ubi carpit ueterem interpretem, dicens sensum potius suum quàm uerba Pauli transtulisse, & mauult dici conspersionem quàm massam: d[illegible] iunctę conspersionem esse farinam aqua conspersam. *Hæc subdititia uidentur.* Galat. 5.

*Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi.*

*Expurgate* de uobis *uetus fermentum*, id est, eiicite de uobis & de medio uestrum ueteris nequitiæ fomentum, quod est in fornicatore, qui est menbrum ueteris hoĩs, & totam populi multitudinem sibi consentientẽ corrumpit. Expurgate igitur hoc fermẽtum, id est, extra uos eiicite, purgantes uos ab eo, ne corrũpat in uobis dulcedinem uirtutum, per iniquitatis suæ cõsensum. Ideo uos purificate ab hoc fermento *ut sitis noua conspersio*, id est, noua in unitate cõglutinatio, *sicut estis azymi*, id est, sicut per baptismũ facti estis à corruptione synceri. Conspersio quippe est farina per aquam cõglutinata, quæ uulgo dicitur pasta. Sed noua conspersio est, in quam fermentũ adhuc missum non est. Ideo uocat azyma. i. sine fermento. Zyma enim Græce fermẽtum dicitur. Sitis ergo, inquit, noua cõsper

C ſto ſicut eſtis azymi.i. ſitis oẽs unũ quid per dilectionem, puri à corruptione peccati, nouũ hoĩem induti, ſicut in baptiſmo facti eſtis azymi.

*Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur, non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis.*

Noua cõſperſio debetis eſſe, quia *paſcha noſtrum*, id eſt, paſchale ſacrificiũ noſtrũ *immolatus eſt Chriſtus*. Agnus quippe, quem Iudæi in Paſcha ĩmolabãt, uocabatur paſcha, ſicut et Lucas aperte declarat, dicens: Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. et ſecundum hũc loquẽdi morem, Chriſtus noſter dicitur paſcha noſtrum. Paſcha enim Iudæorũ ĩmolatus eſt agnus, paſcha noſtrum ĩmolatus eſt Chriſtus. Nã ſicut Iudæi ꝑ immolationem agni liberati ſunt à poteſtate Pharaonis & ſatellitum eius, ac mare tranſeuntes uenerũt in deſertum, atq; interiecto temporis ſpatio terram ꝓmiſſionis intrauerũt: ſic nos per ĩmolationem Chriſti liberati ſumus à poteſtate diaboli ac malignorum ſpirituum, ac per baptiſmum traiecti uenimus ad hanc conuerſionem, in qua nunc uelut in deſerto ſumus, atq; ingreſſum ſupernæ hæreditatis expectamus. Iudæi agno ĩmolato liberati à ſeruitute Ægyptia, ſeptẽ diebus comederũt azyma: & nos Chriſto immolato liberati à ſeruitute dæmoniaca, ꝑ omne ſpatium uitę præſentis, quod ſeptẽ diebus uoluitur, azyma comedamus, id eſt ſatiemur bonis operibus ſine admiſtione corruptionis uitiorũ. Azyma q́ppe (id eſt, panes ſine fermento) comedimus, ſi recta opera ſine corruptione uanæ glorię exercemus, ſi pręcepta Dei ſine admiſtione peccati adimplemus. Paſcha etiam interpretatur trãſitus. et Chriſtus pro noſtra redemptione ĩmolatus, paſcha noſtrum eſt, id eſt, tranſitus noſter, quia per eum à diabolo tranſimus ad ipſum, & ab iſto iſtabili ſeculo ad eius fundatiſſimũ regnũ. Ideo quippe ad Deũ ꝑmanẽtem tranſimus, ne cũ mundo trãſeamus: & Chriſtus eſt nobis trãſitus à uitijs ad uirtutes, & à præſenti exilio ad ſupernam patriam: quia ideo pro nobis eſt ĩmolatus, ut nos liberans faceret ita tranſire. Noua itaq; cõſperſio debemus eſſe. i. omnes innouati & infuſione ſpũs ſancti unũ per charitatem effecti, ut paſcha mãducare ſimus idonei, q̃a paſcha noſtrum ĩmolatus eſt Chriſtus, ad cuius eſum inuitamur. Ob hoc ẽt talis conſperſio debemus eſſe, quia ipſe Chriſtus eſt tranſitus noſter, ut nos ſi dignos inuenerit, trans ferat ad patriam uitæ. Et q̃a ipſe eſt paſcha noſtrum. i. paſchale nobis ſacrificium, *itaq; epulemur*. i. comedam⁹ hoc paſcha ſi uolumus eſſe liberi à domino Pharaonis, id eſt, principis huius mundi, qui eſt diabolus. Vel quia Chriſtus eſt paſcha noſtrum, id eſt, tranſitus noſter, itaq; epulemur. i. comedamus ĩmolatum pro nobis corpus eius, ut per hoc ad uitam tranſire ualeamus, quoniã aliter ad Deũ tranſire non poſſumus. Nõ enim ad uitam & gloriam nobis tranſire uolentibus, ſufficit, nouam nos cõſperſionem & azymos eſſe, niſi cibo ſpirituali & uiatico ſingulari ſpiritus noſter adiuuetur, & infirmitas noſtra corroboretur. Epulemur ergo. i. epulis corporis & ſanguinis eius reficiamur, ita ut *non ſimus in fermento ueteri*. i. incorruptione ueteris conuerſationis, quia q paſcha uult legitime comedere, debet fermentũ uetuſtatis abijcere. Neq;. n. cognouit q̃ ſit ſolẽnitas nouę ĩcorruptionis, q adhuc ꝑ ĩcõtinentiã uetuſtę corruptioni ſubiacet: & ideo epulemur, non in fermento ueteri, ut ſacrũ reſurrectionis & incorruptionis ꝑcipiẽtes, cor

Marginal notes: Luc. 22. — Exo. 12. — Ioan. 12. 14. & 16.

A ruptioni iam per uitia nulla subiaceamus. Epulemur inquam, non in fermento ueteri, id est, non in cõsueto nobis quondam carnalium desideriorum feruore, *neque in fermento malitiæ*, qua feruеamus ad aliorum læsionem, *& nequitiæ*, qua deficiamus à bono in nobisipsis. *sed potius epulemur in azymis synceritatis et ueritatis*. hoc est, ut synceritas mundam faciat uitam, & ueritas omnem fraudem excludat. In azymis synceritatis, ut simus sine carie, id est, sine fermento uitiorum corrumpente nos: & ueritatis, ut ueritas bonorũ operum sit in nobis.

*Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi uobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt, uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex uobisipsis.*

Nunc cõmoneo uos ab hoc purgare. Sed & sine hac admonitione debueratis facere, quia *in alia iam epistola scripsi uobis ne commisceamini fornicarijs*. Epistolam quandam quæ modo nõ habetur, miserat illis, in qua præceperat, ne cõiungerent se fornicatoribus, & cæteris de quibus nunc dicitur. Sed quia non distinxerat de quibus fornicarijs & criminosis diceret, Christianis scilicet an Gentilibus, putauerunt Corinthij de fornicarijs Gẽtilibus eum dixisse. Quam eorum erroneam intelligentiam ipse modo corrigit, & quæ dixerat, interpretatur, dicens: *Non utique fornicarijs huius mundi*, id est, Gentilibus, sed à fratribus talibus scripsi recedendum. Quod uos non recte intellexistis, et ideo illum qui uxorem patris habebat, inter uos esse nõ ægre ferebatis.

B Sed utique, id est, in ueritate dico quia præcepi uobis, ut non commisceamini fornicarijs huius mũdi, id est, qui ex toto pertinent ad hunc mundum, qui nihil cum cœlesti mundo habent, sed propter infidelitatem suam & desideria terrena filij huius seculi existunt. Fidelis enim, etsi fornicetur aut auarus sit, non est tamen ex toto huius mundi, quia credit & sperat. Istud nõ præcepi, sed potius in illa epistola scripsi uobis, quod et nunc seruare debetis, ut non commisceamini fornicarijs fidelibus, *aut auaris* fidelibus, *aut rapacibus*, id est, rapinas exercentibus, *aut etiam idolis* post baptismũ *seruientibus*, qui timore suppliciorũ uel qualibet alia causa post quam ad fidem uenerant, idolis seruiebant & sacrificabant. Talibus apostatis fratribus ne commiscemini. *Alioquin*, id est, si his commisceamini, *debueratis de hoc mundo exisse*. i. melius esset uobis mori. Cõpendiũ est male agentibus si citius moriantur, quàm diutius ĩ peccatis uersentur. Vel, non scripsi ut non cõmisceamini fornicarijs infidelibus & cæteris, qui necdum fidem habent & sunt criminosi: alioquin, id est, si præcepissem Gentilibus non misceri, debueratis de hoc mũdo exisse, id est, necesse esset de mundana conuersatione uos exisse, cũ ubique sint tales. Non enim possunt homines in hoc mũdo uiuentes nisi cum talibus uiuere, nec eos lucrari possunt Christo, si eorum colloquium conuiuiumque uitauerint. Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus comedens, aiebat: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. & Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Tunc quidem scripseram ut fornicarios & cæteros uitaretis, quod uos non recte intellexistis, quia nõ determinaui de qbus dicerem. Sed *nunc* in præsenti epistola determinate Matth. 9. Luc. 5.

C *scripsi uobis non cōmisceri* illis qui post baptismum talia faciunt. Ecce sine ambiguitate uobis hoc dico. *Si is qui frater nominatur inter uos*, id est, q Christianitatis uocabulum portat, *est fornicator*, id est, probatus in scelere fornicationis, *aut auarus*, id est, immoderatæ pecuniæ coaceruator, confidēs in ea magis quàm in dei largitione, *aut idolis seruiens*, id est, ad idola quæ deseruerat recurrēs, uel idolothyta comedens, *aut maledicus*, id est, in usu habens maledicere alios, et male loqui de eis, *aut ebriosus*, id est, qui nō semel, sed per consuetudinem se inebriat: *aut rapax*, id est, qui in aliorum res uiolenter auferre consueuit, *cum eiusmodi criminoso fideli*, id est non solum cum isto, qui in aliquo horum criminū fuerit inuentus, sed etiam cum alijs qui similibus uitijs detinentur, præcipio uobis *nec cibum sumere*. Cum infidelibus non prohibet Apostolus cibum sumere, sed in sequentibus istius epistolæ dicit: Si quis infidelium ad cœnam uos uocat, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate. Plerunq; enim per conuiuiorum participationem & confabulationem fidelis uiri, infidelis dum fidelem diligit, ad fidem conuertitur. Cum fideli autem, in quo prænotata crimina uel similia reperiuntur, non solum sacramenta, sed nec communem cibum sumere permittit, ut dum à cunctis uitatur, erubescat & se corrigat. Non tamen sic uitandus est talis, nisi aut sponte confessus crimē suum aut omnibus notus esset talis, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominat⁹ atq; conuictus. Pleriq; autem boni Christiani propterea tacent & sufferunt aliorum peccata quæ nouerūt, quia documentis sæpe deseruntur: & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim uera sunt quædam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi D certis indicijs demōstrentur. Et ideo non temere & quomodolibet, sed per iudicium auferēdi sunt mali ab ecclesiæ communione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerētur potius. ne per se malos euitando q̄s quam ab ecclesia ipse discedens, eos quos fugere uidetur, mittat ad gehennam. Ideo, inquit, determinate scripsi, si frater talis fuerit comprobatus, cum illo nec cibum sumere, nedum orare: quia *quid mihi attinet iudicare de his*, id est infidelibus *qui sunt foris*, id est, extra ecclesiam, ut eos uobis cauendos iudicarem sicut putastis? His enim blandiendum est, ut per amorem & dulcedinem possint Christo lucrari, sed *non'ne de his qui intus sunt*, id est, de fidelibus *uos iudicatis*, & ecclesiastica censura putredinem uitiorum ab eis resecatis, ut in hac uita pro culpis suis puniātur, & ad Dei iudicium purgati postmodum ueniant? Iudicat etiam de his qui intus sunt, qui discernit cui fratri adhæreat, quem arguat, quem deuitet. Illos tantum qui sunt intus, iudicatis, ne damnentur in futuro iudicio. *nam eos qui foris sunt*, non commisit uobis *Deus* iudicandos, sed ipse *iudicabit* eos in futuro secūdum districtionē iustitiæ suæ, reddens eis digna supplicia. Superius de incognitis et ambiguis rebus ac maxime de præposito dictum est, Nolite ante tempus iudicare: hìc autem ostēditur, quòd ecclesiastici uiri de manifestis & certis culpis debent iudicare fratres suos. Et quia meum & uestrum est de his tantum qui intus sunt, iudicare, ideo *auferte malum* hominem *ex uobisipsis*, id est, de cœtu uestro ejicite fornicatorem, cuius societate coinquinamini. Quod enim dicitur, auferte malum ex uobisipsis, non sic esse intelligendum, ut ex ipso quisque auferat malum, sed sic potius, ut ho-

Infra 10.

Sap. 4.

A mo malus auferatur ex hominibus bonis quod fit per ecclesiasticam disciplinam, satis indicat Græca lingua, ubi sine ambiguitate scriptum est, ut intelligatur, hunc malum, nō hoc malum

CAPVT VI.

*Audet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in nobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?*

Occasione huius iudicij īcipit agere de iudicijs. In quibus multimodè peccabant, quod contemptis fidelibus, īfideles iudices adibāt, uel stultos iudices instituebant, et litigabāt atq; fraudabant, & alia huiusmodi faciebant. Nō solum, inquit, ex hoc reprehensibiles estis, quod fratrem iudicandum non iudicatis, cum de his qui intus sunt, iudicare debeatis, sed etiam ex eo quod ad paganos iudices causas uestras ad iudicandum transfertis. Nam *aliquis uestrum*, id est, aliquis ex uobis *habens negotium*, id est, causam contendendi *aduersus alterum* ex uobis fidelem, *audet*, id est, tam audacter reuerentiā Christianitatis conculcat, ut quærat *iudicari apud iniquos, & non apud sanctos*, id est, apud infideles iudices, qui nō sunt æquitatis amatores, & non apud Christianos, qui sancte & iuste uos iudicarent. Quasi dicat: In hoc nimis audacter religionem sacram cō temnitis, quod uestra negotia q̄ inter uos debetis iudicare, ad iniquos iudices defertis. Infideles uocat iniquos, quia leges à Deo hominibus concessas sæpe spernebant, uel falsa interpretatione authoritatem illorū idolis deputabant. Ideo potius suadet apud dei ministros agere causam, quia illi facilius de timore Dei sentētiam legis ueram pronunciāt. In hoc peccatis, quod ad sanctos negotia uestra iudicanda non defertis. Debent enim ipsi & de talibus iudicare, quia & de mundo iudicabunt. Et utiq; qui ipsum mundum iudicaturi sunt, non indigni sunt ea iudicare quæ mundi sunt. Et hoc est: *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?* De hoc scilicet mundo, qui in erroribus & neqīțs est, quia est alius superior. De hoc mundo, id est, de hominibus qui ad hunc mundum infimum pertinent, sancti iudicabunt: quia cum Christo uenient ad iudicium, & eius æquitati omnino concordabunt, quando mūdanam prauitatem damnabit. *Et si in uobis* tunc *iudicabitur mundus*, id est, actio praua mundi, *indigni estis qui de minimis*, id est, de his terrenis rebus *iudicetis?* In uobis iudicabitur mundus, si in uobis tunc non inuentum fuerit opus eorum, qui solum mundum diligunt, si in actione similes mundanis hominibus & perfidis non apparueritis. Et si hoc fuerit, īdigni estis nunc iudicare de minimis. Ideo cauete ne infidelium & prauorū opera faciatis, adeundo paganos iudices, sicut cæteri qui ignorant dominum. Adhuc probo quod sancti de terrenis iudicare possunt. Nam *nescitis quoniam angelos* apostatas *iudicabimus? Quanto magis secularia* iudicare possumus, quæ sunt inferiora? Nos qui supra naturam nostram Dei auxilio seruauimus obediētiam, iudicabimus illos angelos, qui peccauerūt cōtra suam naturam, quia concordabimus iustitiæ Dei condemnantis illos, & ex comparatione nostra damnabiliores apparebunt. Cum enim ipsi qui

Matth, 19

C sublimioris et dignioris naturę erāt & quos nulla fragilitas ab illo summo & incommutabili bono retrahebat, per superbiam sponte sint lapsi: nos uero imbecilles, quos carnis infirmitas ad peccatū trahebat, & ad inferiora deprimebat, per humilitatem & iustitiam omni nisu tetēderimus ad superna, merito damnabuntur atrocius respectu nostri, & consolatio nostra cruciabit illos dur⁹. Et quia satis rationabiliter ostēsum est, nos posse iudicare de istis secularibus. *igitur si habueritis secularia iudicia*, id est de reb⁹ seculi, *contēptibiles illos qui sunt in ecclesia, constituite ad iudicandum*. Hoc est dicere: Qui minoris meriti sunt in ecclesia, & nullis magnorum donorū uirtutibus pollent, ipsi de terrenis negotijs iudicēt, quatenus per quos magna nequeunt bona minora suppleantur, & qui penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur, ut ipsi uidelicet dispēsationibus terrenis inseruiāt, quos dona spiritualia non exornant. Tales ex uobis ad iudicandum debetis constituere, non ad infideles iudicia uestra deferre. Et *ad uerecundiam uestram dico*, id est, uerecundiam habere potestis ex hoc quod dico, scilicet: *non est inter uos huiusquam sic sapiens, qui possit iudicare inter fratrem* & fratrem *suum sed* potius *frater cum fratre iudicio contendit*, quod est malum, *& hoc apud infideles*, quod est peius. Sapientem ex fidelibus uult Apostolus iudicem eligi, quia nouerat Corinthios tam incōsideratos, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerent. Sciebat. n. quam tepidi & improuidi in reliqs causis fuerant deprehensi. & licet cōtemptibiles nominauerit eos, quos ad iudicandum institui præcepit, sapientes tamē ipsos nunc uocat. Qua ex re quid colligitur, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorꝝ rerum sapientiam perceperunt? qui

Sapien 5.

aut spiritualibus donis ditati sunt, D profecto terrenis non debent negotijs implicari, ut dum non cogūtur inferiora bona disponere, exercitius ualeant bonis superiori bus deseruire. Qui tamen proximorum infirmantium negotia nō debent funditus deserere, sed hæc alijs quibus dignum est, tractanda committree. Vnde Moyses quoqꝫ uros ad populum pro se septuaginta cōstituit, ut quanto se ab exterioribus causis abscōderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicqꝫ fit ut & summi uiri magis ad spiritualia dona ꝓficiant, dum eorum mentem res infimæ nō conculcant: & rursum in ecclesia ultimi sine bono opere non uiuant, dū in rebus exterioribus inueniunt recta quæ agant. Nume. 11.

*Iam quidem omnino delictum est in uobis, quòd iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.*

Propter supradicta posset putari, iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tantūmodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nisi nunc secutus adiungeret, iam quidē oīno delictum est in uobis qđ iudicia habetis īter uos. Nam & dñs dixerat. Siqs uoluerit tunicam tuā tollere, & in iudicio tecū cōtendere, dimitte ei et pallium. Prohibuit ergo suos de secularibus rebus cū alijs habere iudicium. Propter qđ & Apl's nunc dicit hoc esse delictū. Tñ cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri īter fratres fratribus iudicantibus, extra ecclesiam uero terribiliter uetat, manifestum est ꝙ scd̄m ueniam conceda tur īfirmis. Quanqꝫ.n. Christianus litigare nō debeat, tñ si graue fuerit, & qđ contemni non possit, causam ad ecclesiam deferat, ne & damnum ad pręsens & offensionē forte incurrat. *Iam quidem*, inquit, id est, tam ci- Matth 5.

A to post baptismi sanctificationē *omnino delictum est in uobis*, ex hoc solo, *quòd iudicia habetis inter uos*, de rebus caducis, cum deberetis exteriora cuncta despicere, ut interna mentium bona possetis seruare. & ne quisquam ita hoc excusaret, ut diceret iustum se habere negocium, sed iniquitatem se pati, quam uellet à se iudicῆ sententia, remoueri, continuo talibus cogitationibus uel excusationib⁹ occurrit, & ait: *Quare non magis*. i. non potius *iniuriam*. i. apertam uiolētiam iniuste uobis illatam, *accipitis*. i. acceptabilē & gratam habetis, q̃ ut pacem cum fratre litigādo dissipetis? & *quare non* potius *fraudem* occultam de uestris rebus factam *patimini*, q̃ ut tranquillitatem cordis amittatis iudicio contendentes inuicem? Per iniuriam designatur hîc iniusta molestia uiolenter illata, sicut est rapina, percussio, uulnus, turpe conuicium, & his similia: fraus uero per astutiam simulatorie & dolose agitur contra eum, quem quis decipere molitur. Et quare uos utranque patienter non sustinetis? *Sed uos iniuriam facitis*, qui factum sustinere debuistis: *& fraudatis*, non fraudem patimini: *& hoc fratribus*. facere non timetis, cum nec inimicis tale quid facere debuissetis. Iniuriam facitis, dum per iniustitiam uestram iurgiū generatur corām iudicibus: & fraudatis, dum ipsos iudices donis corrumpitis: & hoc fratribus facitis, quos uos iuuare deberetis. & qui nec suis parcit, quid faciet aliῆs?

*An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? nolite errare. Neque fornicariῆ, neque idololatræ,*

Galat. 6. *id est serinenies, neque adulteri, neque molles, ne-*
Ephe. 5. *que masculorum concubitores, neque fures, neque*
1. Timo. 1. *auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.*

Vos iniuriam et fraudem fratrib⁹ irrogatis, & de nomine christiano uobis blandimini, quasi per hoc saluandi sitis qui talia facitis. Sed *An nescitis quia iniqui*. i. illi qui æquitatē trāsgrediuntur, faciēdo iniurias et fraudes & his similia, *regnum Dei non possidebunt*, quod iustis & sanctis Deus promisit? Cauete ergo esse iniqui, ne regnum Dei pdatis: quia nullus iniquus illud possidebit, etiam si sacramenta christianitatis habuerit: & p̄ter illud regnum salus nulla est, qa aut erit quisq; in illo regno, aut in īferno. Et ideo *nolite errare*, putantes esse extra regnum salutis locum, uel q Deus per misericordiam suā uos in illud propter solam fidē christianā introducturus sit, si iniquos uos inuenerit. Nam *neque fornicariῆ*, qui cū mulieribus non desponsatis cōcumbunt: *neque idolis seruientes regnum Dei possidebunt*, sed in regno diaboli peribūt. *neque adulteri*, qui uxores aliorum uiolant: *neque molles*, qui seipsos per se inquināt: *neque masculorum concubitores*, more Sodomitarum: *neque fures*, qui occulte res alienas auferunt. *neque auari*, qui timentes q Deus eis necessaria præbere desistat, congregant ultra modum superflua: *neque ebriosi*, qui uitium ebrietatis sectantur: *neque maledici*. i. detractores, qui student mala dicere de fratribus, uel qui eos maledicere non uerentur: *neque rapaces*, qui aliorum res aperte consueuerunt diripere. Nullus eorū qui tales sunt, possidebit regnum Dei, quia unum quodlibet horum criminū tollit illud regnum. *Et uos quidem hæc fuistis*. i. tales, q̄m hæc omnia mala fuerunt in uobis: *sed* tamen ne desperetis de pceptione regni, q̄m *abluti estis* in baptismo ab istis, & ideo turpius est si ad ea reditis. Nec solum abluti estis in remissionem peccatorum, *sed* etiā *sanctificati* in baptismo per spiritū sanctum. Nec tantum sanctificati, *sed iustificati* per fidem. Et hæc tanta gratia

C dona consecuti estis *in nomine domini nostri*, Iesu Christi, cuius nomen in baptismo super uos est inuocatum, *& in spiritu Dei nostri*, qui repleuit aquam baptismi. Vtrunque.n. inuocatio nominis Christi & infusio spiritussancti uobis ista concessit: & ideo nolite rursus ad priora mala redire, ne bona hæc omnia perdatis. Vel abluti estis lachrymis, & sanctificati meliloratione uitæ: quia nimirum illos emendatior uita sanctificat, quos per pœnitentiam abluēs afflictio fletuū mūdat. Et iustificati estis iustis operibus insistentes. Et idcirco cauete rursus criminia committere, ne contingat regnum amittere.

Infra.10. Eccle.37. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri, et uenter escis: Deus autem & hunc & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori, Deus uero & dominum suscitauit, et nos suscitabit per uirtutem suam.*

Quoniam supra dixerat potius se rēdum esse damnum quàm causas male agere, nequis putaret sua nullo modo esse repetenda, supponit: *Omnia mihi licent .i.* omnia mea mihi sunt ad repetendū licita, sed tamen non repetā ea iudicio: quia *non expediunt*, ad cursum meum, sed īpediunt. *Omnia mihi licent*, ad repetendū iure per iudicium, *sed ego* cū sim liber, *sub nullius redigar potestate*. i. nolo redigi sub potestate illius iudicis uel testium, supplicando eis ut mihi magis faueāt.

Locus obscurior. Ideo non sunt repetenda, tamen *Esca* debetur *uentri*, pro quo creata est: *& uenter escis*, quia aliter sustentari non potest: sed *Deus & hūc & has destruet*, ut neque uenter indigeat escis, neque sustētationem ullam uentri præbeāt. Dū dicitur, Esca uentri & uenter escis ostenduntur hęc quę ad escas pertinēt, esse naturæ necessaria, & ideo licet ea repeti. Sed non multū pro his laborandum est, quia destruentur,

et ideo licet de his fieri iudicium uel D prætermitti. Esca debetur uentri, sed corpus non debetur fornicationi: & ita iudicium ptermitti de hoc nō potest, ut uos soletis, qui fornicationē nō iudicastis. Sed quod dictum est, omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt, repetamus. Soli.n. in illicitis non cadunt, qui se aliquando & à licitis restringūt. Qua uidelicet cōstrictione religatum bene se nūc apostolus insinuat, dicens: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. At ut sua religatione ostenderet in quāta se mentis libertate dilataret, adiūxit: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Cum. n. mens cōcepta desideria sequitur, seruire rebus cōuincitur, quarum amore superatur. Sed Paulus cui cuncta licent, sub nullius potestate se redigit, quia semetipsum etiam à licitis restringendo, ea quæ delectata præmerent, despecta transcēdit. Omnia inquit, mihi licent, sed nō omnia expediunt. Vt ostendit ea licita esse, quę nullo pręcepto domini prohibētur, sic expedit potius esse tractanda nō pręscripto legis, sed consilio charitatis. Hæc sunt quæ amplius erogantē saucio qui curandus ad stabulū Samaritani illius miseratione pductus est. & ideo dicuntur non à domino præcipi, quamuis domino moneanē offerri, ut tāto intelligātur esse gratiora, quanto ostenduntur indebita. Luca.10. Potest ergo licere, & nō expedire: expedire autem, quod non licet, nō potest. Ac per hoc non omnia quæ licita sunt, expediunt: omnia uero illicita non expediunt. Ea itaque uidētur mihi licere & non expedire, quæ per iustitiam quidem, quę corā Deo est, permittuntur: sed per offensionē hominum, ne ob hoc impediantur à salute, uitanda sunt: ea uero nō licere & ideo non expedire, quæ sic ipsa iustitia uetantur, ut facienda non sint,

A etiam si ab eis quibus in notitiã fuerint perlata, laudentur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibetur à domino, ut ea q̃ licita sunt & non expediunt, non legis uinculo, sed libera dilectionis beneficentia caueãtur. Notandum etiam ꝙ Apostolus ista eis prædicens, nihil ab eis accepit, sed labore manuum suarum uixit. Vnde & nonnulli eorum putabant illum ideo noluisse stipẽdium accipere, quia sciret se apostolũ non esse. Contra quos nũc dicit: Omnia mihi licent, omnia seculi quæ cæteris apostolis licẽt mihi quoq; licẽt. quia licet mihi, sicut illis, accipere sumptus à discipulis. Sed non expediunt omnia quæ licent, quia si sumptus licitos acciperem, occasionem accipiendi pseudoapostolis darem. Omnia hæc mihi licent, sed ego propter ista stipendia nõ redigar sub potestate alicuius, ut authoritatẽ meã propter sua dona humiliet. Si.n. ab his apostolus quos in tãtis uitijs arguebat, acciperet authoritatem magisterij concessam sibi à domino inclinaret. Non.n. potest cõstanter argui à quo accipitur, maxime cũ ideo promptus ad dandũ sit maleuolus, ut sibi humiliet & prædicatorem. & idcirco dicit, sed ego sub nullius redigar potestate. Pseudo autem apostoli, qui causa quæstus prędicabãt, nolebãt esse amari peccãtibus. Om nia, inquit, mihi licent, sicut & cęteris, ut accipiam stipendia sicut illi, quia esca uentri debetur, & uenter escis. Sed tamen non multum curandum de his, quia trãsitoria sunt, q̃m deus & uentrem & escas destruet. Neq;.n. in futuro mãducabimus & bibemus, sed illo uescemur pane, q de cœlo descendit, ut perfecte compleatur quod scriptum est. Panẽ angelorum manducauit homo. Escas ergo & uentrem destruet, cum occiderit indigentiam satietate mirifica,

Ioan.6.
Psal.77.
Infra.15.

& corruptibile hoc induerit incorruptionem sempiternam, ut sit salus perfecta in isto corpore nulla remanente corruptione, nulla succedente defectione, ut nullo cibo corporali fulciatur. Dixi quia uenter escis debetur, quibus temporaliter sustentatur. *Corpus autem non fornicationi* debetur, *sed domino*. Sanctus apostolus contra superfluitatem escarum disputans, consequenter uenit ad fornicationẽ Etenim superfluitas escarum mater libidinis est uentremq́; distẽtum cibo & uini potationibus irrigatum uoluptas genitalium sequitur: atq; pro membrorum ordine, ordo uitiorum est. Corpus non debetur fornicationi, sicut uẽter modificatis escis: q̃a corpus sine fornicatione potest semper subsistere, uenter autem sin cibis nõ ualet subsistere. Et ideo fornicatio est superflua, ciborum autẽ refectio necessaria. Vnde quãuis ad tempus uenter escis moderatis debeatur, corpus tamen fornicationi nũquam debetur, sed semper domino Chr̃o, ut ei seruiat: *& dominus* Christus debetur *corpori*, ut ipse sit ei præmium, dans ei participationẽ ĩmortalitatis suæ Corpus.n. Christo dicatum, dono spirituali remunerabĩt merito ducis.i. animæ. Et gloria corporis Christi dabitur corpori, quod nunc assidue seruit eius præceptis: & ita dominus Christus præmium debetur corpori nostro, si corpus nostrum ei subditũ in omnibus fuerit. Sed *deus pater & dominum* Christũ *suscitauit, & nos* similiter *suscitabit*. Hoc est dicere: Sicut deus pater eum qui dominus est, suscitauit, quia in omnibus obediẽtem reperit: ita corpus nostrum, si eidẽ domino fuit usquequaq; subiectum, suscitabit, & gloriç ipsius domini particeps faciet illud: & hoc *per uirtutem suam*, quæ Christus est, cui nihil est impossibile. Nã & dominus Christum suscitauit B

Nota.

C uirtutem, quæ est ipse Christus.i.p potētiam diuinitatis ipsius Christi, & nos per eandem uirtutem suscitabit, ut sequamur caput nostrum ad incorruptionē & gloriam, si digna membra sumus. Propter quod recedendum est ab omni fornicatione et immunditia, & insistendum studijs sanctitatis, ut ad tantam gloriam digni simus pertingere.

Gene.2. Ephe.5. Matt.19. Marc.10. *Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhæret domino, unus spiritus est.*

Vere corpus non fornicationi debet mancipari, sed domino. Quia an *nescitis quoniam corpora uestra sunt membra Christi*, qui est caput uestrum, eo ꝙ homo factus est propter nos? Qui si tm̄modo humanam animam suscepisset, mēbra eius non essent nisi animæ nr̄æ. Quia uero & corpus suscepit, per quod etiam caput est nobis, qui ex anima & corpore cōstamus, profecto illius membra sunt & corpora nostra. Illius, inquā, membra sunt corpora nostra, propter corpꝰ quod ipse ex genere corporis nostri suscepit, & quoniā ita est, *ergo tollens membra Christi, faciam ea membra meretricis* per fornicationē? *Absit*. ut hoc faciā. Neq;.n.tollere Christo membra sua debeo, & dare meretrici. Non.n.possunt simul esse & mēbra Christi & membra meretricis: sed desinūt esse membra Christi, ubi adhærent meretrici. Nam corpus nostrum quandiu perseuerat in sanctimoniæ munditia, membrum est Christi. Si uero complectitur meretricem, separatur à Christo, & fit membrum meretricis. Si ergo unusquisq; cupiens fornicari uilescat sibi, & in seipso contemnat seipsum, non in se cōtemnat Christum, sed propter Christi reuerentiam, cuius membrū est corpus eius cōtineat se ab hac turpitudine. Magnam.n.iniuriam, magnūq; cōtemptum Christo faciet, si ei meretricem prætulerit, separans se ab eo & adhęrens scorto. Vere fiunt membra meretricis, qui illi adhærent. Nā an *nescitis quoniam qui adhæret*.i.cōmiscet *meretrici, unum* cum ea *corpus efficitur*? Fornicatio.n.ambos unum facit, ut quo in natura, sic in macula unum sint, dū p illā nequissimę uoluptatis adhæsionem duo unum corpus efficiūtur.i.in eodem scelere uniuntur. Vere unum corpus, q a una caro. *Erunt* enim, *inquit*, liber Genesis, *duo in carne una*. Hoc etiam de legitime coniunctis dictum est. Et sicut in legitima copula duo per adhæsionem unum corpus efficiuntur & una caro, ita ut membra istius per consensum & delectationem carnalem fiāt illius, sic est etiā in illicita adhæsione. Qui meretrici adhęret, unum cum ea corpus est, sed *qui adhæret domino, unus spiritus est* cum eo. Diuersus quidem natura spiritus hominis est et spiritus Dei, sed inhærendo fit unus spiritus ex diuersis duobus, ita ut sine humano spiritu beatus sit atq; perfectus Dei spiritus, hominis autē spiritus non nisi cum Dei spiritu possit esse beatus. Tam potēs uero est hæc humana mens, quę est imago Dei, ut ei cuius imago est, ualeat inhęrere, qm̄ sic ordinata est naturarū ordine, nō locorum, ut supra illam non sit nisi ille. Cui cum penitus adhæserit, unꝰ spiritus erit, accedente quidem ipsa ad participationem naturę, ueritatis & beatitudinis illius, nō tamen crescente illo in natura, ueritate & beatitudine sua. In illa uiq; cum ei feliciter adhæserit, immutabile uidebit omne quod uiderit, & tunc satiabitur in bonis desiderium eius. Gene.2. Psal.102.

*Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.*

Ne fiatis

A Ne fiatis unum cũ meretrice corpus, sed unus cũ domino spiritus, *Fugite fornicationem.* Non dico, pugnate aduersus eam: sed, fugite illam: quia cum alijs uitijs potest expectari conflictus, hęc autem fugienda est, quia non aliter melius uinci potest. Ideo uiri longe debent esse à fœminis remoti, nec etiam mēte huic uitio propinquare, si cupiũt uictores fieri, & iure debetis hoc malum fugere, qa nullum pecatum ita corpus lædit & deturpat, ut fornicatio. Quia *omne peccatum quodcunque fecerit homo.* i. ille qui ad peccãdum ex sua fragilitate pronus ẽ, qm̃ de humo factus est, illud peccatum *est extra corpus.* i. extra maculationem corporis, uidelicet ex omnib9 alijs peccatis nulla deformitas uel inhonestas infertur corpori. Sed *qui fornicatur, peccat in corpus suum.* i. contra honorem corporis sui: hoc est, fornicatio intantũ polluit corpus ipsum intantum libidinis æstus accendit, inquantum uenenum delectationis illicitæ sese p totũ corpus diffundit. In alijs etiam peccatis omnia membra non sic idem appetunt, sicut in fornicatiõe. Et ideo hoc peccato magis homo deformatur, qm̃ istud magis, q̃ aliud in corde uagaẽ, & cũcta membra huic operi mancipantur, Vel omne peccatum quodcũq; fecerit homo, extra corpus est. i. in omni appetitu peccati anima est extra naturam corporis, quia in suo sensu remanet, intelligẽs mala esse quę agit. Sed qui fornicatur, in corpus suum peccat: qm̃ in appetitu et operatione fornicationis sic peccat anima, ut redigatur in naturam sui corporis, qa nihil tunc cogitat, nihil sapit, nihil intendit nisi quæ carnis sunt. Sic n. totus homo absorbetur ab ipso & in ipso corpore, ut iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul
Psal. 77. totus homo dici possit caro esse & spiritus uadens & non rediens. & ideo uidetur apostolus exaggerare B fornicationis malum sup cętera omnia peccata, quæ etsi per corpus cõmituntur, non tamen animum humanum concupiscentiæ carnali ita efficiunt obstrictum & obnoxium, sicut in solo opere fornicationis corporalis cõmiscetur animus & conglutinatur, deuictus intantum, ut nihil aliud ipso momento & experimento huius tam magni flagitij cogitare liceat homini uel intendere, nisi quod sibimet addicit. Vnde merito in corpus suum peccare dicitur, quia nusquam sic totus homo corporis ipsius uoluptati affigiẽ, ut in cõparatione huius tanti mali cętera pctã extra corpus esse uideanẽ, etiã si p corpus exerceantur: qm̃ solius fornicationis uis tanta est, ut fornicans imperiosæ libidinis conditioni se subdat, ppriumq́ ipsius corporis mancipium pessimum faciat in tpe ipsius ĩmundissimæ operationis, ut (sicut dictum est) nõ sit liberum humanæ menti cogitare uel intendere aliud, nisi quod agit ĩ ipso corpore. & ita ĩ corpus suum peccat. i. totus in corporis sui uoluptatem miserabiliter demergitur in ipsa perpetratione peccati. Hæc dicta sunt de speciali fornicatione huius corporis. Est autem et generalis fornicatio humanæ animę, qua nõ adhærens usq; Deo, adhęret mundo. Cęterum Iacobus tales sic increpat: Adulteri, ne- Iacob. 4. scitis quia amicitia huius mũdi inimica est Deo? Quicunq; ergo uoluerit amicus eẽ seculi huius, inimicus Dei constituitur. Et de hac generali fornicatione mentis, quæ omnia in se mala continet, qua non hęreẽ Deo dum hæretur mundo, recte ualet intelligi, quod nunc dicitur: quia omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suũ peccat. Quia si non fornicatur anima humana ad

C hærens mundo, sed casta permanet adhærens Deo, quæcunque alia pecca ta uel ignorando, uel negligēdo, uel obliuiscendo, uel nō ītelligēdo fragi litate mortalitatis potuerit īcurrere, extra corpus erunt. i. extra corpalis & tpalis concupiscentiæ malū. Qd' si adhærens mundo longe faciat se à Deo, peccat in corpus suum: qa cor porali concupiscentia ad quæque tem poralia & carnalia carnali sensu & prudentia humanus animus trahi-
Roma.I. tur atque distenditur, seruiens creatu ræ potius quàm creatori.
1.Corin.6 *An nescitis quoniam membra uestra templū*
Sup.3. *sunt spiritus sancti, qui in uobis est, quem habe*
*tis à Deo, & non estis uestri. Empti enim estis*
Infra.7. *pretio magno. Glorificate & portate Deum in*
1.Petri.1. *corpore uestro.*

Item ideo fugienda est fornicatio qm̄ membra uestra corporea sunt tē plum spiritus sancti. & hoc *nescitis*, q fornicari uolebatis. Nolite ergo pu tare quod Deus peccata carnis non cu ret. Grauiter eum offenditis, si tem plum eius .i. mēbra corporis uestri corrumpitis. Qūo non uultis macu lari domus uestras, sic nec Deus do mum suam. i. corpus uestrum. Si uo bis non parcitis propter uosipsos, parcite uobis propter Deum. qui fe cit uos templum suum. Grauiter. n. peccatis, si templum eius quod est in uobis, corrumpitis. *Membra uestra templum sunt spiritus sancti*. Verum idem spiritus apertissime declaratur esse Deus, quia nisi Deus esset, templum utique nō haberet. Nec minor est xp̄o cuius templū sunt corpora uestra, quæ sunt membra Christi. Membra corporis uestri templum sunt spiri tus sancti, *qui in uobis est*. tanquam Deus in templo suo, *quem habetis à Deo*, pa tre: & ita cauete ne offendatis spiri tum sanctum qui in uobis habitat, & deum qui dedit uobis hunc spiri tum. Quia templū estis spiritus san cti, ut ipse in uobis manens, omnia

membra uestra gubernet et moueat D ad bene agendum: *& non estis uestri*, ut facere uobis liceat quod uultis: sed estis eius, q sanguine suo uos emit, ut uolūtatē eius faciatis. Manifestū est. n. quia qui emptus est, nō est sui arbitrij, sed eius à quo emptus est, ut non suam, sed illius faciat uolun tatem. Ideo propensius seruite domi no, qui uos emit de manu inimici, ne offensus à uobis, reddat uos eidē uastatori. Vere non estis uestri ad fa ciendum quicquid placuerit, quia *em pti estis* ad Dei seruitium *pretio magno*. i. sanguine ipsius domini. Qui san guis est pretium, non corporea quā titate, sed spirituali uirtute & sancti tate magnum: quia nullum fuit i eo peccatū, sed omnis iustitia: & ideo membra uestra quæ sunt templum spiritus sancti, & sunt redempta pre tio sanguinis domini, cauete mere trici adiungere ad co[illegible] dem ptoris & spiritus sancti: sed po tius *glorificate & p[illegible] in corpore ue stro* [illegible] templo suo.
Glorificate Deum, est [illegible] eius le- Matth. 12.
gem uiuere. Portare Deum, imaginē eius in rebus bene gestis ostendere. Glorificate Deum bene operando, & portate Deum iugum eius super uos tollendo. & hoc facite in corpo re uestro, id est in moderamine cor poris uestri, ut nihil in uestro corpo re notari possit quod ad Dei contu meliam spectet, quod non eius glo riam commendet.

CAPVT. VII.

*De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornica tionem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum uirum habeat. Vxori uir debi tum reddat, similiter autem & uxor uiro. Mu lier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis ora tioni & iterum reuertimini in idipsum, ne ten-*

*tet uos satanas propter incontinentiam uestram.* A *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Sed unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis & uiduis Bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. Quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quàm uri.*

Corinthij prauis sensibus pseudo apostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisim (ut puriores cæteris uiderentur) spernendas dicebāt, epistolam de his apostolo miserunt, ut quid ipse sentiret agnoscerent. Quia enim non oblectabantur hac sententia, ideo prætermissis cęteris, quæ sic sunt solūmodo de nuptijs, & de his quæ ad has pertinere uidebātur. Inter cætera. n. per literas quæsierunt, utrū post fidem Christi cœlibes esse deberēt, & continentiæ causa quas habebant uxores dimitterent, an si uirgines credidissent, inirent matrimonia. Et cū è duobus ethnicis unus credidisset in Christū, utrū credens relinqueret nō credentē. Etsi essent ducēdę uxores, christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hæc apostolus rescripserit. Sed ita continuatur litera: Moneo uos glorificare & portare Deum in corpore uestro mundo & sancto. Sed de his *de quibus scripsistis mihi*, uolo uos scire, quia *bonum est homini mulierem non tangere.* Vnde patet quia malum est tāgere. Nihil. n. bono cō trarium nisi malum. Si autem malū est et ignoscitur, ideo conceditur, ne malo qd deterius fiat. Simulq; animaduertenda est apostoli prudētia. Non dixit, bonum est uxorem non habere: sed, Bonum est mulierē non tangere: quasi & in tactu periculum sit, quasi qui illam tetigerit, non euadat. Quemadmodum. n. qui ignem tetigerit, statim aduritur, ita uiri tactus & fœminæ sentit naturam suā & diuersitatem sexus intelligit. Bonum est non tangere. Sed *propter fornicationem* uitādam *unusquisq; suam uxorem* legitimam *habeat*, non concubinam, *& unaquæq; uirum suum habeat.* Solus fornicationis metus facit hæc concedi. B Velut siquis definiat, Bonum est triticeo pane uesci, & edere purissimā similam, tamen nequis fame cōpulsus comedat stercus bouinum, concedo ei ut uescat & hordeo. nō ideo frumentum non habebit suam puritatē si fimo hordeum pręferatur, sicut nunc fornicationi nuptiæ præferūtur. Nec dixit, propter fornicationem unusquisq; ducat uxorē. Alioquin hac excusatione libidini frēna laxaret, ut quotiescūq; uxor morit, totiesducēda sit alia ne fornicemur: Nota. et qui cōtinentiam promiserant, uel diuinis authoritatibus uxorem habere nō possunt, uiderentur ad hāc ducendam relaxari Sed ait, Vnusquisque uxorem suam habeat, suā. s. quā habebat antequā crederet. Quā bonum erat uxorē non tangere, et post fidem Christi sororem tātum nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactū excusabilem faceret *Vxori uir debitum reddat, similiter autem & uxor uiro.* Postq̃ semel sociati sunt cōiuges, nō licet uni ut se contineat sine uoluntate alterius, sed debitum compari reddere cogitur, ne qui incontinens est cadat in adulterij damnabile flagitiū. Acceptabilis autem est Deo sola cō tinendi uoluntas eius, qui continentiam seruare uellet, sed propterea debitum reddit ne coniux pereat. *Mulier sui corporis potestatem non habet*, ut tradat illud alij uiro, uel cōtineat, se sed in uiri eius potestate est corpus eius. Sed *& uir similiter potestatem non habet sui corporis*, ad aliam mulierem, uel ad cōtinentiam, *sed mulier* habet illud in potestate. Hic non dominiū tollitur uiro, sed uitium. In hac. n. re sunt ambo pares, ut neuter possit agere de

C corpore suo quod uoluerit.i.de parte corporis qua sexus utriusq; carnali forte discernitur, sed in alijs rebus præest uir. & quia neuter habet potestatem proprij corporis, ergo *nolite fraudare inuicem*.i. subtrahere alter alteri coniugale debitum, ne dissensio generet adulterium. Quod côiuges coeunt præter intentionem generationis, nô est nuptiarum malû, sed ueniale propter nuptiarum bonum, quod tripartitû, fides, proles, sacramentum: Fides, ne cum alio uel cum alia coeatur. Proles, ut religiose educetur. Sacramentum, ne côiugium separetur. Nolite fraudare i uicem, *nisi forte ex consensu*.i.ex côdicto *ad tempus*.i.aliquo sacratioris temporis spatio, *ut uacetis orationi*. Non enim ualet infirmitas uestra côplere (qd' alibi præcipitur) ut sine intermissio ne oretis, quia quotiescunq; debitû
1.Thes.5. adinuicem redditis, orare non potestis. Cum ergo semper orandum sit, nunquam esset coniugio seruiendû. Sed quia non ad hoc sufficitis, saltê interpositis temporibus uos côtine te, ut orationi possitis insistere, qm̄ orationis suffragio indigetis. Ne.n. damnetur talis coniugum uita, deprecatio simplex ad Deum est fundenda: & quâuis munda sint coniugia, tamen etiam à licitis abstinêdû est, ut facilius ad effectum deducat oratio. Nam & i lege sanctificari uolentes, ab opere coniugali se côtinebant ut fierent sanctiores. Cum.n. quis etiam concessa non contingit, ostendit se uelle quod precatur accipere. Dixi ut propter orationem ad tempus consentiatis inuicem serua re côtinentiam, & expleto illius orationis tempore, *iterum reuertimini in idipsum*, opus coniugale: quia, etsi culpa est, tamê uenialis est ppter nuptias,
Psal.50. & per hanc fornicatio uitatur. Concedêda est enim minima culpa, si aliter non potest declinari maxima. Reuertimini i ipsum naturalem usum, *ne satanas*.i.diabolus uestræ salutis aduersarius, *tentet uos* de fornicatione *propter incontinentiam uestram*.i. propter hoc quia uos continere non potestis. Si enim continentiã ambo seruare possetis, tentatio satanæ timenda non esset, qm̄ aduersus neutrum ex uobis præualeret. Dico ut in idipsum reuertamini, sed *hoc secundum indulgentiam, non secundum imperium*. quia hoc uobis indulgetur, non præcipitur: & ideo nô peccat q aliter agit, immo peccat q sic agit, sed leuius. Non.n. sine uitio est quod ignoscitur, & non præcipitur. Sed cum i dubijs côstringimur, utiliter in minimis subdimur, ne in magnis peccemus. Culpa quippe est se inuitur, quod indulgeri perhibet: sed quæ tanto citius relaxetur, quãto non per hanc illicitum qd agitur, si hoc quod est licitum, sub moderamine nô tenetur. Tunc.n. solum côiuges sine culpa sunt in admistione, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscêtur. Sed tamen & alia cômistio, quæ fit pro sola uoluptate, ueniam accepit propter nuptias. Hoc inquit, uobis secundum indulgentiam infirmis per mitto: sed tamen *uolo* (si possibile sit) *omnes homines esse sicut meipsum*.i.abstinentes ab omni concubitu, sicut ego abstineo. *Sed unusquisque* fidelium *habet proprium donum ex Deo, alius quidem sic*.i.ut sit omnino côtinês: *alius uero sic*.i. ut uxori copulatus nulli alij misceat. Vbi satis apparet, non tantum continentiam donum Dei esse, sed coniugatorum etiam castitatem. Cum autem dona Dei esse monstrantur, à quo petenda sint, discitur, si non habentur: & cui sint agendæ gratiæ, si habent. Coniuncti quidem debitû reddant, *sed non nuptis*.i.uirginib9, *dico & uiduis*, quia *bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego*.i.castę. Postquam nuptis concesserat usum côiugij, & ostenderat quid

A quid ipse uellet, qui due concederet, transit ad innuptas et ad uiduas, & se ponit exemplum, & felices uocat si sic permanserint. Quomodo diceret, Bonum est innuptis si sic permāserint sicut & ego, nisi esset integer corpore? aut quomodo diceret, uolo omnes homines eē sicut meipsum? Si enim uxorem habuit qui hoc dixit, ergo omnes homines uxoratos esse uoluit, nullamq́ uirginem esse. Sed absit ut suspicemur illū habuisse coniugem. Sic.n. à pueritia feruebat spiritu, ut huius rei curam non haberet, & iuuenculus à gratia Dei eēt anticipatus. Ideoq́ uult omnes homines esse uirgines sicut ipse est, & inuptas perseuerare tales qualis ipse est. *Quod*, id est, sed, *si nō se continēt*, idest, si uiderint se non posse incentiua carnis comprimere, *nubant*. Ideo aūt non se continere ualent, quia nō toto corde id apetunt, et propterea non merentur adiuuari diuinitus. Illum enim Deus adiuuat, quē uidet tota uirtute contēdere, nec sinit illū tentari supra uires proprias. Quę ergo propter mentis imbecillitatē nō possunt continere carnis impulsionem, nubāt, ne in barathrum diaboli per fornicationem corruant. Nam *melius est nubere quàm uri* ardore desideriorum carnalium. Sine culpa scilicet ad coniugium ueniunt, si tamen necdum meliora deuouerunt. Ideo autem melius est nubere, q̄a peius est uri. Melius enim ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni, uelut si dicatur, Melius est unū oculum habere quàm nullum. Vri autem est desiderijs carnis æstuare. Cum enim mens calori carnis consentit, uritur. Pati uero desideria & non uinci, illustris uiri est & pfecti.

Nota.

*His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat.*

Infra .10.

Matth 5. & .19.

B

Matt. 10. Luc. 16.

Innuptis & uiduis suadeo ut sic permaneant, sed *his qui sunt iuncti matrimonio*, id est, uiris & fœminis, qui iā copulati sunt in coniugio, *non ego præcipio*, *sed dominus* ipse per euangelium præcipit, *uxorem à uiro non discedere. Quod* id est, sed *si* ab eo *discesseris* ea causa q̄ dominus permisit. i. propter fornicationem uiri, præcepit eam dominus *manere innuptam*, dum uir eius uixerit: *aut* si se non continet, *reconciliari* potius *uiro suo* uel correpto, uel tolerādo, q̄ alteri nubere, sed tñ particeps delicti mariti incorrepti fiet. *Et uir uxorem non dimittat*, q̄a si fornicata fuerit, non est uxor legitima, ideoq́ potest dimitti. & subintelligendum est idem de uiro, qđ de uxore pręmissum est, ut si uir uxorem dimiserit ob fornicationem eius, maneat incōiunctus aut si se non potest continere, reconcilietur uxori suæ, uel corruptæ uel tolerandæ. Tamen si correpta non fuerit, particeps fiet peccati eius uir qui eam tenuerit. Quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. et ut Salomō ait, Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. Hæc de his dicta sunt, qui post acceptionē christianitatis sociati sunt in coniugio. De illis autem quos fides in coniugio inuenerat, subditur.

Sup. 6.

Prouer. 18.

*Nam cæteris ego dico, non dominus. Siquis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et siqua mulier fidelis habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, nō dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per uirū fidelem. Alioquin filij uestri immundi essent, nūc autem sancti sunt.*

Vbi uterq; fidelis est, præcipit dominus ne dissocientur. *Nam cæteris*, id est, illis non qui ambo sunt fideles, sed unus credidit, alter in infidelitate permansit, *ego dico, nō dominus*. Siquis

C frater & cætera. Quoniam ab infideli discedere nec prohibet, nec iubet dominus, ideo ut non discedat, Apostolus dicit, non dominus, habens utiq; spiritum sanctum, in quo dare posset utile & fidele consiliũ. Quod utique monẽdum, nõ iubendũ fuit: quia non tanto pondere prohibendi sunt homines facere licita quę nõ expediant quanto prohibentur illicita. Cum ergo ait, ego dico, non dominus, satis ostendit dominum nõ prohibere qđ ipse prohibebat. Itaq; licitum erat per iustitiam, sed etiam licitum non erat faciẽdum propter liberam beneuolentiam, scilicet ut credens relinqueret non credentem: quia fortasse conuersurus eum erat ad fidem. Prohibuisset autem dominus, si esset illicitum. *Siquis frater*, id est, Christianus *habet uxorem infidelem* cui sociatus sit antequã uenisset ad fidem, *& hæc consentit habitare cum illo*, id est, nõ abhorret eum propter fidem Christi, nec execratur quod christianus est, *nõ dimittat illam*: qa et ipsa postmodum fortasse fiet Christiana, si cum eo fuerit assidua. Iam enim aliquantulum facta est domestica qđ uirum patiĕ Christianum. *Et eo modo siqua* Christiana *mulier habet infidelẽ*, cui sociata sit antequam crederet, *& hic consentit habitare cum illa*, quam scit Christianam, nec ideo abhorret illã *non dimittat uirum*, quia iam in aliquo domitus est. Hoc non præceptũ, sed consilium est Apostoli & admonitio. Siquis uero aliter fecerit, nõ erit præcepti transgressor, sed Apostoli consilium non tenebit. Cum autem propter infidelitatem coniux dimitti possit, & iuxta domini sententiã dimitti nequeat nisi causa fornicationis, manifestum est & infidelitatem esse fornicationem. Quia scilicet idololatria, quam sequũtur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem

Matt. 5. & 19.

permisit causa fornicationis coniu- D gem dimitti. Sed quia permisit, non iussit, dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit, non dimittat infidelem, quia sic forsan fiet fidelis. Potest enim esse multorum occasio lucrandorum, si fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa licentia non utãtur. *Sanctificatus est enim*, id est, sanctus effectus est, *uir qui erat infidelis, per mulierem fidelem: sanctificata est mulier* quæ prius erat infidelis, *per uirum fidelem*. Credendum est, quia iam prouenerat ut nõnulli uiri per uxores fideles, & fœminæ per uiros fideles in fidem uenirẽt. Et quamuis nõ dicens nomina, exemplis tamẽ hortatus est ad confirmandum consiliũ suum. Deinde subiecit: *Alioquin*, id est si dissociaretur coniugum uestrum, *filij uestri essent immundi*, id est spurij, nõ legali copula nati. *Nũc autem sancti sunt*, id est, mundi, quia uos in uestro cõiugio manetis. iam enim erant paruuli Christiani, q siue authore uno ex parentibus, siue utroq; cõsentiente, sanctificati erant baptismate. Qđ non fieret, si uno credente dissociaretur coniugium, & non toleraretĕ infidelitas coniugis usq; ad opportunitatem credendi. Vel in eo quod dictum est, sanctificatus est uir infidelis &c. potuit Apostolus per pphetiæ spiritum uerbo præteriti temporis uti pro futuro: quoniam postea sæpe cõtigit ut alter per alterum ad fidem conuerteretur Alioquin si alter alteri non consentiret, filij uestri essent imundi. Sed nunc sancti sunt, quia de licito coniugio procreati, & sub creatoris ueneratione nati sunt ex maiore parte, dũ unus ex uobis esset Christianus, & alter ei cõsentiret. Nã sicut omne qđ per dedicationem fit idolorũ, imundum est: ita & quicquid sub Dei creatoris professione fit, sanctum est. Sed quod nũc magis uerba Apostoli uidenĕ sona-

A re, & quodammodo cogere, aliqua hic intelligēda est sanctificatio, qua sanctificabatur uir uel mulier infidelis in cōiuge fideli, & qua sancti nascebantur filij fidelium: siue quia in menstruo sanguine mulieris à cōcubitu cōtinebat, quicunq; uir uel fœmina id in lege didicerat (nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figurata accipienda sunt) siue propter aliā quamlibet, quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitate coniugiorum atq; filiorum sanctitatis asperginem. Illud tamen sine dubitatione tenendum est, quæcunq; illa sanctificatio sit non ualere ad Christianos faciendos atq; ad dimittenda peccata, nisi Christiana & ecclesiastica institutione sacramētis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quālibet sanctis & iustis cōiugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei separatos in damnationem uenire cōpellit: nec paruuli de qbuslibet sanctis iustisq; pcreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati.

*Quòd si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. In pace autem uocauit nos Deus. Vnde enim scis mulier si uirum saluum facies? aut unde scis uir si mulierem saluam facies, nisi unicuique sicut diuisit dominus?*

Fidelis nō discedat ab infideli. Sed *si infidelis* uir aut mulier *discedit* odio fidei, discedat, permittatur discedere. Ideo dico, ut detur ei libertas abeūdi, quia *non est subiectus seruituti frater aut soror*, id est, Christianus aut Christiana, *in huiusmodi* coniuge ut cogatur fidem dimittere, ne cōiugem amittat infidelē. Sed qnandiu possunt simul esse in pace, non separentur. qa *Deus nos* auersos à se *uocauit in pace*, id est dū essemus inuicem concordes, & ideo causa uocationis eius nō debemus pacem rumpere, in qua nos eius uocatio reperit: sed in ea, si fieri potest, B manere. & uere manendū est in coniugali pace, nec expedit discedere, quāuis liceat. Quia *unde scis ô mulier si uirum* tuum *saluum facies*, conuertens illum ad fidem, sicut iam sæpe sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem? *aut unde scis ô uir si* tuam *mulierem saluam facies*, conuertens illam ad Christum per cohabitationē & collocutionem & amicitiam tuam, sicut frequenter sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem? Qđ enim in alijs iam factum est forte & in uobis fiet. fortasse enim sunt credituri, qui non abhorrēt nomē Christi. Vñ inquā, scis si saluū facies cōparem tuum, *nisi* ita te habeas ad eū *sicut dominus diuisit unicuiq;*. i. uiro pręesse, uxori subesse. Vel, unde scis si eum saluabis, nisi quemadmodum dominus diuisit unicuiq; quando saluet, id est, præordinauit quando credat, & sustinet illum donec præfinita hora credulitatis eius ueniat? Sic & tu longanimiter expecta, ut credat.

*Vnumquemq; sicut uocauit Deus, ita ambulet & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Circumcisus aliquis uocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis uocatus est? non circumcidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ. sed & si potes fieri liber magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi Pretio empti estis. Nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; ergo in quo uocatus est frater, in hoc permaneat apud Deum.* Gal.5.et 6 Ephe.4. Sup.6. 1. Petri.1.

Nolite, inquā, ab īuicem separari. Sed *sicut Deus uocauit unumquenq;, ita ambulet* qui uocatus est, id est, si quando credidit, erat coniugatus, uel circuncisus, aut præputiatus, talis permaneat & post baptismum *sicut ego* non solūmodo apud uos, sed etiam *in omnibus ecclesijs doceo.* & ideo tenēdum uo-

C bis est quod omnes ecclesiæ tenent, nisi alium ritum quàm omnes ecclesię, tenere malueritis. Vere unusquisque debet ambulare ut uocatus est. Nã *circuncisus aliquis uocatus est*, id est si iam circuncisus erat quãdo ad fidem uocatus est, hic *non adducat preputium*, id est, nõ ita uiuat quasi pręputium adduxerit: hoc est, quasi in eam partẽ quã nudauit, rursus tegimẽ carnis attraxerit, & quasi Iudæus esse desti terit, ut scilicet factus Christianus nõ putet se dignum quia non habet præputium dans gloriã pputio, qua si ualeat aliquid. Sed si & *in preputio aliquis uocatus est* ad fidem, & hic *non circumcidatur*, putans circuncisionem aliquid prodesse. Nam *circuncisio nihil est* id est, nec prodest, nec obest ad salutem: *& preputium nihil est*, nec impedit, nec expedit: *sed obseruatio mandatorum Dei* ualet ad salutem. Nam siue circuncisus, siue pręputiatus sit quisque, si mãdata Dei custodierit, saluabitur: alioquin saluus esse nõ poterit. Nusquã Apostolus consuetudinẽ aufert, quę seruata non impedit: monet tamen ne in talibus spes salutis ponatur. Vnde & dicit ea nihil esse, & post subiungit repetendo pręmissam sententiam: *Vnusquisque in qua uocatione uocatus est*, id est, in qua cõditione uocationi non repugnet, *in ea permaneat*. Quod ad eas cõsuetudines uel uocationes usitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisque moribus. Non enim sicut et latro erat quisque cũ uocatus est, debet in latrocinio pmanere. Dico ut in eadem conditione maneat. Nam *si seruus uocatus es*, mane in eadem seruitute. *Non sit tibi cura* quod seruus es, nõ inde doleas, nõ inde solicitus sis, cupiẽs inde solui. *Sed & si potes liber fieri, magis utere* seruitute quasi re bona & utili. Seruitus .n. ualet ad humilitatem seruandam et ad patientiam exercendam. & qui in his terrenis bene seruit intentione seruandi iustitiam & humilitatem. grãde sibi meritum collocat apud Deum non respicientem conditiones hominum, sed mentes & actiones. Ideo quasi bonam rem amplectere seruitutem, nec putes non posse te placere Deo, si seruis homini: quia *qui in domino uocatus est seruus, libertus est domini*, id est, dominus Iesus liberauit eum à seruitute peccati, quæ est deterior. Nam si peccata seruos faciunt, cui peccata remittũtur, liber efficitur. *Similiter & qui* iuxta seculi conditionem *liber uocatus est* ad fidem, *seruus est Christi*, ut ei seruiat operando iustitiam, & ita uterque est seruus. Superbiam abscindit Apostolus & unitatem facit, ut neque seruus pudore cõditionis despectum se putet, neque liber inflatione mẽtis elatus seruo se superponat. Vere seruus est Christi quisquis ad fidem uenit, etiam si liber apud homines iudicatur. nam *pretio empti estis* omnes, id est, sanguine Christi, quem pro uobis in cruce fudit, ut uos sibi seruos emeret, qui eratis male liberi. Maximum nanque crimen est, esse liberum à Deo: maximusque profectus, ex libero fieri seruum Dei. & quia uos sibi seruos emit, ideo seruite illi soli, & *nolite fieri serui hominum*, ut ppter homines postponatis Dei seruitiũ, uel faciatis cõtra eius pceptũ. Hi sunt.n. serui hominum, qui humanis supstitionib⁹ se subiiciunt: qui tãtum hoĩbus placere cupiũt, & deo seruire negligũt. Sicut antea fideles coniuges monuerat ne recederẽt ab infidelib⁹, ita seruos quos in seruitute fides inuenit, hortatus est ne seruitutẽ relinquere curarent. Nunc aũt eos qui iam fidẽ perceperunt et semper liberi fuerũt, monet ut hoĩum serui amplius non fiãt, ne forte retardẽt à Dei seruitio, si se humano subdiderũt obsequio. Vnde & supradictã reiterat sniam, dicẽs: *Vnusquisque ergo frater in quo* subauditur

A dicit. *statu uocatus est in hoc* statu *pmaneat apud Deum*, id est, in domo Dei, q̄ est ecclesia. Id est, si liber erat quando uocatus est, liber maneat: aut si seru⁹, maneat. Non.n. uocatio diuina conditionem mutat, sed mores. Beatus autem Hieronymus aliter hæc interpretatur, & dicit quod ad superiorē disputationē, in qua docuerat Apostolus fidelem ab infidelibus nō debere discedere, sed permanere in matrimonio sicut eos inuenisset fides, & unūquenq; uel cœlibem uel maritum ita durare ut esset Christi baptismate deprehensus, infert parabolas circuncisi & ethnici, serui & liberi, & sub metaphora eorū de nuptis disputat & innuptis. Circuncisus aliquis uocatus est: nō adducat prę putium. Eo, inquit, tempore quo uocatus es & credidisti in Christo, si circuncisus ab uxore uocatus es & cœlebs eras, noli ducere uxorē, hoc est, noli adducere præputium, ne circuncisionis & pudicitiæ libertatem oneres sarcina nuptiarum. Rursum in præputio qs uocatus est, nō circuncidatur. Habebas, inqt uxorē cū credidisti: noli fidē Christi causam putare dissidij, qa in pace uocauit nos Deus. Circūcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mādatorum Dei, Nihil.n. prodest absq; operibus cœlibatus et nuptiæ, cum et fides quæ christianorum est, si opera nō habuerit, mortua esse dicatur, et hac lege uirgines quoq; Vestæ in sanctarum queant ordine numerari. Vnusqsq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Quādo credidit, inquit, siue hēbat, siue non habebat uxorē, ī eo pmaneat quo uocatus est. Ac p hoc non tam uirgines cogit nubere, q̄ repudia prohibet: & sicut habentibus uxores tollit licentiam dimittendi eas, sic uirginibus nubēdi amputat facultatē. Seruus uocatus es? nō sit tibi curæ. Sed & si potes liber

*Iacob. 2.*

B fieri, magis utere. Etiam si habes (inquit) uxorem, & illi alligatus es, & solius debitū, et nō habes tui corporis ptātē, atq; (ut manifesti⁹ loquar) seruus uxoris es, noli pp hoc habere tristitiam, nec ad amissa uirginitate suspires. Sed etiā si potes causas aliquas iouenire dissidij, ut libertate pudicitiæ perfruaris, noli salutē tuā cum alterius interitu quærere. Habeto paulisper uxorem, nec præcurras morantem, sed expecta dū sequitur. Si egeris patienter, coniux mutabitur in sororem. Qui enim in domino uocatus est seruus, libert⁹ est domini. Similiter q liber uocatus est, seru⁹ est Christi. Reddit causas cur nolit uxores deseri. Idcirco, ait præcipio ut in Christum de gentilitate credentes inita ante fidem matrimonia non relinquat, qa si uxorem habens credidit, nō tanto Dei seruitio detinetur, quanto uirgines & innupræ, sed quodāmodo est liberior, & seruitutis illi fręna laxātur, & dum uxoris est, ut ita dicam, libertus est domini. pro quo, qui uxorem nō habens credidit, & liber à seruitute cō iugij uocatus ā domino est, iste uere seruus est Christi, non carne, sed spiritu sancto. Qui enim adhęret domino, unus spiritus est. Ac ne forsitan in eo quod supradixerat, seruus uocatus es, nō sit tibi curæ, sed etsi potes liber fieri, magis utere, sugillasse cōtinentiā uideretur, infert sententiam quæ omnem amputet cauillationem: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Redempti sumus pretiosissimo Christi sanguine, immolatus est p nobis agnus, & asperssi caldissimo rore hyssopi omnē impetū noxiæ uoluptatis excoximus. Quibus in baptismate mortuus est Pharao et uniuersus ei⁹ suffocatus exercitus, cur rursum Ægyptū qrimus, & post māna angelorum cibos: allia et cepe et pepones et carnes ua

C rias suspiramus? Hæc Hieronymus. Maritorum uero & continentium disputatione præmissa, tandem Apostolus ad uirgines uenit, & ait.

*De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.*

De coniugatis dedi præceptũ domini, quod acceperam ex euãgelio, & subieci consilium meũ. Sed *de uirginibus non habeo præceptum domini*, quod uobis ꝓferam, quia dominus nulla præcepti necessitate uirgines coegit sic permanere, sed in arbitrio uolũtatis eorum posuit, ut si uellent, nuberẽt, uel uirgines permanerent. Nam maioris est mercedis quod nõ cogitur, sed offertur. Quia si fuisset uirginitas imperata, nuptiæ uidebantur ablatæ: & durissimum erat cõtra naturam cogere, angelorumq́ uitam ab hominibus extorquere, & quodam modo damnare quod condidit. Si enim uirginitatem dñs imperasset, uidebatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminariũ, unde & ipsa uirginitas nascitur. Quæ si fuisset imperata, quisquis eam non seruaret, damnaretur. Præceptũ domini de uirgibus non habeo, *sed consilium do*. Quia ubi præceptum, ibi necessitas est seruitutis: ubi uero consilium datur, ibi est arbitriam offerentis: ibi aliud facere non licet, hîc autem licet: et ideo plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum. Maioris autem gratiæ est offerre quod nõ debes, q̃ reddere quod exigeris. Consilium do *tanquam* de præteritis meis erratibus *misericordiam à domino consecutus, ut* deinceps *sim fidelis*. Vel hanc misericordiam consecutus sum, ut sim fidelis, quia per Dei misericordiã mihi datum est, ut ab infidelitate exẽptus sim fidelis: & ideo fidele est consiliũ quod do, & à dño est, per cuius misericordiam fidelis sum. Vere do cõsilium, quia istud, qđ *existimo bonum esse hoc*. i. uirginitatem seruare. Vel quia fidele possum dare cõsilium, ergo existimo bonum esse hoc, ut quicunq; poterit uirgo permaneat: hoc inquã existimo bonum esse *propter instantem necessitatem*, quæ instat coniugia ineũtibus, quia deinceps semper necesse est illis cogitare de tẽporalibus, & tunc intumescunt uteri fœminarum, atq; cũ maximo dolore parturiunt, & cum grandi labore nutriunt filios: ac deinde accidit frequẽter, ut & filijs orbentur & maritis, atq; reliquum in egestate & calamitate ducãt. Sed uirginitatis obseruatio bona est, nõ solum ꝓpter supernam mercedem, sed etiam ꝓpter hmõi instantem necessitatem. Vel propter instantem necessitatem, quia necessitas instat omnibus, ut se præparent ad aduẽtum iudicis, qđ cõiuges minus facere põt, dum curis mundanis occupantur. Propter hmõi necessitatem existimo bonũ esse in uirginitate manere, *quoniã bonum est homini sic esse*. i. in uirginitate: quia nõ solũ in futuro seculo gloriam, sed & in præsenti requiem & libertatem habet uirginitas.

*Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.*

Dixi quia bonum est homini sic eẽ, & tamen si *alligatus es uxori, noli quærere solutionem*, ut continenter uiuas, quia non licet uxorem dimitti nisi causa fornicationis. Sed si *solutus es ab uxore*, tunc accipe meum cõsilium ut non quæras uxorem. Habet unusquisq; nostrũ terminos suos. Redde mihi meum, & tu tene tuum. & si alligatus es uxori, ne des illi repudiũ: si solutus es, ne quæras uinculũ. Vt ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt, ita tu nõ liges, quod solutũ est.

*Si autem acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem ta*

D

Matth. 5. & 19.

*men carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco.*

Dixi ne quęras uxorem. Sed tamē *si acceperis uxorem, nō peccasti.* Aliud est nō peccare, aliud bene facere. Nō enim male agit qui uxorem ducit, sed cōtra malam fornicationis actionem se munit. *Et si nupserit uirgo, non peccauit.* Non illa uirgo, quę se semel Dei cultui dedicauit. Hęc.n. si qua nupserit, habebit damnationem, qa primā fidem irritam fecit. Virgines.n. quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt q̃ iniustæ. Ne autem uideretur Apostolus in eo qđ dixit, & si nupserit uirgo, non peccauit, rursum cœlibes ad nuptias reuocare, statim se refręnauit, & aliud inferendo infirmauit, qđ concesserat, ac deterruit à nuptijs, dicens. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi*, id est, licet non peccent q coniugia sortiuntur, tamen leuius sine coniugio possunt uiuere, qa tribulationē carnis habebunt qui sunt huiusmodi, & nos ignari rerum putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiam. Si autem nubentibus & in carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere delitias, quid erit reliquum propter quod nubant, cum & in spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Nam & maiores tribulationes hi frequenter ex carne suscipiunt, qui carnis uoluptatibus delectantur. Tribulationem habebunt. Sed *ergo* dum consulo uitare hāc, *parco uobis*. i. nolo uos illam sentire, sed īmunes ab ea esse. Vel parco uobis, id est, ostendo sic carnis tribulationem, quasi non maiora sint propter quæ nubere non debeatis.

*Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est. Reliquum est ut qui habent uxores, tanquam nō habentes sint & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: et qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc modo, tanquam non utantur. Praterit enim figura huius mundi.*

Quandoquidē parco uobis à tribulatione, ut non eam per nuptiarū implicamenta sustinere cogamini, *itaq; fratres hoc dico uobis*, quia *tempus* uitę præsentis *breue est*: nec adhuc populus Dei propagandus est generatione carnali, sed iam recolligendus regeneratione spirituali, quoniam oīa in breui finientur. *Reliquum est*, id est, hoc solum restat agendum, *ut & qui habent uxores &c.* Vxorem nāq; habet, sed quasi non habens est, qui scit sic debita carnis exoluere, ut tamē per ea mundo tota mente non cogatur inhærere. Nam cum Apostolus iste rursum dicat, Qui habet uxorem, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat uxori: ille uxorem habet, quasi non hñs, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat conditori. Flet quoq;, sed quasi non fleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de æternis lucris animum semper consoletur. Gaudet uero, sed quasi non gaudeat, qui sic de temporalibus hilarescit, ut tñ semp perpetua tormenta consideret: & in hoc quod mētem gaudio subleuat, hanc continuo pondere prouidi timoris premat. Vxorem inquam, habet quasi nō habendo, qui sic per illam carnali consolatione utitur, ut tamen nunq̃ ad praua opera melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Vxorē quasi non habendo habet, qui hæc transitoria esse cōspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat, sed æterna gaudia ex desiderio spūs expectat. Nō flendo autē flere, est sic exteriora aduersa plangere, ut tñ nouerit internæ spei cōsolatione gaudere: & rursum, non gaudendo gaudere, est sic de infimis animum attollere, ut tñ nunq̃ desinat summa formidare Emit aūt, sed q̄si non possidet, q ad usum terrena præparat, & iñ cogitatione alta præui-

1.Timo. 5.

C det, quod citius hæc relinquat. Mũdo quoq; utitur, sed quasi non utar, qui & necessaria cuncta exterius ad uitæ suæ ministerium redigit, & tñ hæc non sinit suæ menti dominari, ut subiecta foris seruiant, & nunq̃ intentionem animi ad alia tẽdentis frangant. Quicũq; igitur tales sunt, eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt: q̃a rebus quidem necessarijs utuntur, sed nihil habere cũ peccato cupiũt. De ipsis quoq; rebus habitis quoti die mercedes quærunt, & plus gaudent bono opere q̃ bona possessione. Taliter, inquit, agere debetis. *Præterit enim figura huius mundi*. Ac si aperte diceret: Nolite constanter mundũ diligere, qñ et ipse non potest quem diligitis, stare. Incassum cor quasi manẽtes figitis, dum fugit ipse quẽ amatis: & si mũdus transit quo uniuersa clauduntur, imo figura & cõ-
1. Ioan. 2. uersatio hęc mundi quasi nubes prę terit, inter cætera mũdi opera & nu
Matt. 2 ptiæ præteribunt. Neq; .n. post resur
Mar. 12. rectionem erunt coniugia. Si autem
Luc. 20. mors finis est nuptiarũ, cur necessita tem in uoluntatem nõ uertimus: & quod inuitis extorquendum est, cũ
Esaia. 25. spe præmiorũ offerimus Deo? Præte
& 66. rit figura mundi, non natura, ut in
2. Petri. 3. aliam speciem mundus uertatur, &
Apoc. 21. de hoc ueteri cœlo ac terra fiat cœlũ nouum & terra noua. Tunc enim figura mũdi quotidie senescentis per fecte præteribit, quando conflagratione mũdana elementorũ corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebãt ardendo penitus interibunt, atque ipsa mundi substantia qualitates habere incipiet, quæ corporibus ĩmortalibus mirabili mutatione conueniant, ut. s. mundus in melius innouatus, apte accomodetur hominibus etiã carne in melius innouatis.

*Volo autem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis inijciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.* D

Mundi forma præterit, & hæc oĩa temporalia. Sed ego *uolo uos esse sine solicitudine* temporalium, quã habent cõiugati, ut possitis libera mente diuinis intendere. Nam *qui sine uxore est, solicitus est* eorum *quæ sunt domini*, id est, studet ieiunijs & orationibus, humilitati ac misericordiæ cæterisq; uirtutibus, cogitans *quomodo placeat Deo*, faciens ea quæ sunt illi grata. Sed *qui cum uxore est, solicitus est* eorum *quæ sunt mundi*, ut habeat unde pascat uxorem & filios, id est, studet multiplicare diuitias, & uineas agrosq; fertiles & amplos habere, uariamq; supellectilem possidere, intendens *quomodo* per hæc *placeat uxori, & diuisus est*, id est, in multas partes solicitudinum miseriarumq; distractus. Vel diuisus est, quia singulariter domino nõ seruit, sed partim domino, partim seculo. Ex coniugijs quippe terrenæ solicitudines prodeunt, & idcirco uitam cœlibem quisque magis debet eligere, ne propter coniugium cogatur solicitudinibus mundanis intentus esse. Bonum est enim coniugiũ, sed mala sunt quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt: & ideo nunc Apostolus cum ad cœlibatus gratiam instrueret, non coniugium spreuit, sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit. Et quemadmodum de uiro dictum est, simili modo & de fœmina constat, quia *mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt*. Non omnis innupta, & uirgo est;

A quæ autem uirgo, utiq; & innupta est. Hinc post mulierem posuit nũc apostolus uirginem, ut mulierem significaret non esse uirginem. Quanquam ob elegantiam dictionis potuerit idipsum in altero uerbo repetere mulier innupta & uirgo: uel certe definire uoluisse, quid esset innupta & uirgo, ne & meretrices putaremus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas. Innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt. Non iam cogitat temporalia, nec cogitat quemadmodum non puniatur à Deo, sed quemadmodum placeat Deo pulchritudine interiore, decore mentis, formositate interioris hominis. Vt si nihil aliud esset, & nulla merces amplior uirginem sequeretur, sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ domini sunt, & ornare se sponso cœlesti. Cogitat *ut sit sancta corpore & spiritu*, id est, carne & mente. Nonnullæ enim sunt uirgines carne non spiritu, quarum corpus integrum est et anima corrupta. Sed illa uirginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauerit. Est enim sancta corpore & spiritu. Non q; nupta fidelis & casta et secũdũ scripturam subdita uiro, non sit sancta corpore, sed tantũmodo spiritu. Fieri. n. non potest ut sanctificato spiritu, non sit sanctum etiã corpus, quo sanctificatus utitur spiritus. Sed ampliorem innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem Apostolus his uerbis intelligi uoluit, nõ corpus nuptarum omni sanctificatione priuauit. Minor est. n. diuina sanctitas ex ea parte curarum, qua mundana cogitatur uoluptas. *Innupta*. i, uidua, & uirgo cogitat quę dei sunt. Sed *quæ nupta est*, cogitat econtrario ea *quæ mundi sunt*, studens *quomodo placeat uiro*. Lege. n. materiali cõtristata, solicita est quõ impleat ius maritalis officij, subdita mundanis necessitatibus. B Quicquid itaq; intentionis animi etiam in his rebus impenderetur quibus placendum esset uiro, colligere quodãmodo & redigere debet innupta in eam intentionẽ, qua placendum est Deo. Sed uidemus uirgines de seculo cogitare, & matrimonio iunctas dominicis operibus studere. His uirginibus non imputabitur sanctimonia à Deo, et his nuptis erit merces apud deũ. Similiter & de uiris sentiendum est. Apostolus autem his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant cœlestibus præceptis, ostendens quo cõpendio citius curritur ad deum. s. si cœlibem uitam quis ducat, & solis diuinis studeat. Qui ne forsitan putaretur onus grauissimũ castitatis imponere nolentibus, statim subiũgit causas suadendi, et ait: *Porrò hoc dico*, continentiam suadeo, *ad utilitatem uestram*. i. ut maiorem apud deũ mercedem adquiratis, & leuius in hoc seculo uiuatis, *non ut iniiciam uobis laqueum*. i. non ut inuitos uos ad hoc constringam, & laqueus iste sit uobis occasio fornicationis, si incontinentes fueritis *sed* suaden *ad id quod honestum*, & decorum *est*. i. sanctum & mundum, ut. s. homo sit corpore castus & animo: non quia coniugium sit in honestum aut turpe, sed quia honestius sit, & suadeo ad *id quod præbeat facultatem obsecrandi dominum sine impedimento*, quod nõ est in coniugio, uel obsecrandi dominum sine impedimento coniugalis operis.

*Siquis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habẽs necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit, & qui nõ iungit, melius facit.*

C Sicut de uirginib⁹ determinauit, sic et de patribus uirginum determinat. Ego, inquit, ad cœlibatum prouoco, qa hoc ẽ honestius et expeditius. Sed *siquis* habens filiam uirginẽ *existimat* .i. timet *se* quandoq; *uideri turpem*, id est infamẽ, *super*.i. de *uirgine sua, eo quòd sit superadulta* .i. ultra pubertatẽ & ad nubendum tandiu matura, *et ita oportet fieri*.i. oportet eam tradi nuptijs, quia non uult se cõtinere, atq; in uerbis eius & actibus lasciuia notatur, propter uitandum fornicationis opprobrium, *faciat* pater *quod* illa *uult*, id est, tradat eam marito. qa *non peccat* ipse, *si* illa *nubat*, cum sit iam superadulta & in desiderio nuptiarũ. Ideo dico, si ita oportet fieri, nõ peccat, si eam tradat uiro: quia qui non dat, sed in sanctimonia cõseruat, bene facit. Aliud est autem non peccare aliud bene facere. Declina, inquit, à malo & fac bonum. Illud declinamus, hoc sequimur: in altero uitiũ. in altero perfectio. Et hoc est, ille prędictus non peccat.i. nõ facit malũ: *nam* iste de quo subiungo, facit bonum. *Qui firmus*.i. constans & imutabilis, *statuit in corde suo* .i. proposuit in consilio suę rationis seruare uirginẽ suam in perseuerantia uirginitatis, *non habens necessitatem* tradendi eam uiro, cum illa non id optaret, sed *habens potestatem suæ uoluntatis* implendæ, cum uirgo non aduersaretur, sed assentiretur huic paternæ uoluntati ut integra perseueraret, *et hoc ille iudicauit in corde suo* .i. ex iudicio mentis bonũ esse decreuit, & ex deliberatione rationis instituit *seruare* intactam *uirginem suam*, non tantum non peccar in hoc, sed etiam *bene facit*, quia qđ Deo gratum est facit. Vel nomine uirginis intelligatur caro. Siquis, inquit, cõsiderat uirginem suam .i. carnem lasciuire & ebullire in libidinẽ, neq; refrenare se potest, duplexq; ei incumbit necessitas aut accipiendę cõiugis, aut ruendi, quod uult, faciat: D non peccat, si ducat uxorem. Faciat quod uult, non quod debet. Nõ peccat, si duxerit uxorem: non tamẽ bene facit, si duxerit. Nam qui statuit ĩ corde suo firmus seruare uirginem suam .i. carnem in uirginitate, ille bene facit. Deinde ab utroq; ĩfert Apostolus: Quandoquidem non peccat qui eam tradit uiro quam oportet tradi, & bene facit qui eã seruat quam potest seruare, *igitur et qui uirginem suam iungit matrimonio bene facit*, quia licitum est quod facit: *et qui non iungit*, cum habeat potestatem uoluntatis suæ, *melius facit*. quia apud deum illi meritum collocat, & à seculi solicitudine illam liberat. Nisi illaturus fuisset, melius facit, nunquam pmisisset, bene facit. Vbi autem bonum melius est, ibi boni & melioris non unum est pręmium. Et ubi non unũ pręmium, ibi utiq; dona diuersa. Tãtum ergo est inter nuptias & uirginitatem, quantum inter non peccare & benefacere: imo ut leuius dicã, quantum inter bonum et melius. Finita disputatione coniugiorũ & uirginitatis, & inter utrunq; cauto moderamine præceptorũ, ur nec ad dexteram nec ad sinistram diuerteret, sed uia regia graderetur, & illud impleret, Ne sis multum iustus, rursus monogamiam digamiæ comparat: & quomodo nuptias subdiderat uirginitati, ita digamiam primis nuptijs subijcit, & ait.

P al.36. (beside "re aliud bene facere. Declina, inquit,")

1.Reg.6. 2.Reg.14. 4.Reg.22. Eccle.7.

*Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit. Quòd si dormierit uir eius, liberata est à lege. Cui autẽ uult nubat, tantum in domino.* Roma. 7. *Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quòd et ego spiritum Dei habeam.*

Non est peccatum si uirgo nupserit. Sed quæ uult nubere, audiat legẽ cui uult se subdere. *Mulier* enim *alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit*, nec potest à lege uiri solui ut alteri nu-

A bat dum illã uixerit. Hæc neq; alligatio non soluitur, etiam si per repudium adultera coniux à casto coniuge separetur: nec habet licentiam ut alteri nubat, quandiu siue castus siue mœchus uir eius uiuit. *Quòd*, id est, sed *si dormierit*. i. si mortis somnũ gustauerit *uir eius*, qui in resurrectione est euigilaturus, *liberata est à lege eius*, ut possit aliĵ nubere, si se non possit continere. Si dormierit, libera ta est. Non dixit primus aut secundus, nec tertius aut quotuslibet, nec nobis definiendum est, quod nõ diffiniuit apostolus. Vnde nec illas nuptias debemus damnare, nec eis uerecũdiam numerositatis afferre. Nã nec dominus in euangelio ulla suæ sententię significatione damnauit mulierem quę septem uiros habuisse dicebatur, nec dixit ĩ resurrectione electorum tales esse nõ posse. Quapropter nec contra humanę uerecundię sensum audeo (inquit Augustinus) dicer̃, ut quoties uoluerit, uiris mortuis, nubat fœmina, nec ex meo corde præter sanctæ scripturę authoritatem, quotaslibet nuptias audeo condemnare. *Cui uult nubat, tantum in domino* Id est, ut & sine suspicione turpitudinis nubat, & religionis suæ uiro nubat. Neq; n. uel uirgo uel uidua permittitur gẽtili uiro nubere. Dico nubat. Sed tamen *beatior erit si sic* innupta *permãserit* post uiri mortẽ *secundum consilium meum*. Beatior erit, si uidua pmãserit: quia etiam si iterum nupserit, beata esse poterit seruãdo iustitiam. Beatior (inquit) erit, si sic permanserit. Continuo subiungit apostolicã authoritatem, scdm meum cõsiliũ. Porrò ne authoritas Apostoli quasi hominis leuior uideretur, addidit: *Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam.* Vbi ad continentiam prouocat, ibi non hominis, sed spiritus Dei consilium est: ubi autem nubẽdi ueniam dat spiritum Dei non nominat, sed

Nota.

Matth. 22.

B prudentiæ librat consilium, ita singulis relaxatis, ut unusquisq; ferre potest. Do consiliũ. Sed nolite hoc uelut humanum contemnere, quia puto quod ego sicut aliĵ apostoli spiritum Dei habeam. Id est nolite putare quia ex me hoc ipsum sit. Quod dico, spiritus Dei in me loquitur, quem contemni non expedit. Quod Apostolus dixit, puto, dubitare uidetur: sed ille increpat, non dubitat. Increpat contemptores suos, qui nõ putabant eum ista loqui per spiritũ Dei. Nam & homines de his rebus quas certas habent, aliquãdo increpatiue dubitant. i. uerbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, uelut si quis indignetur et dicat seruo suo, Contemnis me? Considera, forsitan dominus tuus sum. Sic & saluator non dubitat, sed ĩcrepat, cũ dicit Iudæis. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Nõ dubitatiue, sed ĩcrepatiue dixit, forsitã. Ioan 5.

CAPVT VIII.

*De his autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas uero ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo.*

Ingreditur illos corrigere, qui carnes idolis ĩmolatas edebant, dicentes: Omnis creatura Dei bona est, idolum uero nihil est, & hac imagine magis q̃ ueritate rationis errabant. Nam cæteri qui simplices erãt & idiotæ, dum uiderent istos idolothyta comedere, putabãt in illis carnibus aliquid sanctitatis esse, sicq; infirmabantur in fide. De nuptiĵs, inquit, & cæteris quæ sunt hactenus tractata, quæsistis & docui: sed *De his quæ sacrificantur idolis*, non fuit opus quęrere, quia de his scitis ut ego, qm̃ *omnes scientiam* istam *habemus*. Perfectioribus loquitur, qui in sua sciẽtia aliĵs erant scãdalum. i. idiotis, quia bene 1. Timo. 6.

C sciebāt idolum nihil esse,& nullum deum præter Christum esse: ideoq́ licebat eis quantum ad se, creaturā Dei comedere: sed tamē abstinere debebant, ne fierent infirmis causa offensionis: Quod.n.illi per hmōi sciētiam comedebant, alij ignari sub ueneratione idoli manducabant. Scientiam habemus tam ego q̃ uos, quid fieri possit de carnib⁹ imolatis. Sed non ualet hæc *scientia*, quoniam *inflat*, id est, facit uos superbire cōtra ignaros. Sed *charitas, ædificat* infirmos, quæ quod eis obesse potest, dimittit: & ideo charitatem habere melius est, non uentosam scientiam. Nam scientia inflat, charitas autē ædificat: qa cum charitas ędificando non erigit, scientia inflando peruertit. Per se.n. inutilis est scientia, quando sola sine charitate est, sed per charitatē utilis, quando ei charitas adiuncta est. Temperatur.n.à charitate, ut non fatis mera sit, & inebriet scientem, ut non se extollat. Sicut.n. uinum non temperatum ex mistione aquæ mentem alienat, sic & superbū facit sciētia, nisi charitate fuerit tēperata. Tali sciētia hi erant inflati, qui qm̄ sciebant nihil esse idolum, contra salutē frātrum imperitorū, carnes sacrificiorū edebant, charitatem præ oculis nō habentes: quia debuissent carnes contemnere, ne scandalum infirmis facerent. Scientia nanq; eorū destruebat animos imperitorum fratrum putantium illic apud idolum aliquam gratiam, quādo peritiores fratres interesse ibi & nō horrere uidebant. & ob hoc ait: Charitas ædificat, ut saluti fratrum studētes, sciētię legibus illic nō uterentur, nec scādalum illis facerent. Scientia.n. sine charitate inflat. quòd uero charitas ædificando impleuerit, nihil ibi inane inueniet scientia quod inflet. Sciētia, inquit, uos inflat, ut despiciatis cæteros, & ideo non est utilis nec p̃fecta scientia. Nam *si quis uestrum existimat se in hac re aliquid scire, nondum cognouit*, quō debeat *scire*, & ita non sufficienter scit quāuis de scientia glorietur: et si scit quod liceat sibi carnibus uesci, non nouit quod ipse debet illa sciētia sic uti, ne noceat alijs. D

Ita.n. quisq; debet scire, ut scientia sua sibi & alijs prosit, nō ut noceat. Nam qui per huiusmodi scientiam idolothyta comedit, scientia & comestio eius ad subuersionem infirmorum fratrum, & ad confirmationem infidelium proficit: & ideo nō ita scit ut oportet. Sed *si quis diligit deū*, ad cuius dilectionem non potest p̃uenire nisi dilexerit proximum, *hic est cognitus*.i. probatus et electus *ab eo*. Dei.n. dilectio in proximi dilectione probatur: quia qui studet fratri prodesse, pro quo Christus mortuus est, ostendit se Christum diligere: & Roma.14. ideo dignus est ut deus illum dignetur cognoscere, qui reprobis dicit, Matth.7. & 25. Nescio uos.

*De escis autem quæ idolis imolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est deus nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur dij siue in cœlo, siue in terra, siquidē sunt dij multi, et domini multi, nobis tamē unus est deus pater, ex quo omnia, et nos illum, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Exodi.20. Psal.81. Ioan.10.

Quoniam propter interpositionē non potuit exponere quid scirent de escis īmolatis, facta interpositione, & ostenso quòd scientia sine charitate non sufficit, nec est utilis, sed noxia, redit ad rem, & exponit quid ipsi sciant de carnibus immolatitijs, p̃pter quod licere sibi iudicabant eas comedere. Qui de scientia gloriatur, non nouit quomodo oporteat eum scire. Sed *de escis quæ immolantur idolis*, scit ipse & nos q; licitæ sunt ad comedēdū intelligentibus. Vel de escis quæ immolantur idolis *scimus*.i. scientiam istam habemus, quod.s. nihil est idolum: & ideo licet escas manducare,

quia

A quia non sunt ab idolis contamina tæ, cum idolum sit nihil. idolum est simulachrū humana effigie uel belluina seu uolucrina factum & cõsecratum, iuxta uocabuli sui interpretationem. εἶδος enim Græce, Latinę forma seu species interpretatur. & inde p diminutionē dicitur εἴδωλον, id est, formula: & quia idolum (ut Apostolus nunc dicit) nihil est, idolum facit, qui illud facit qđ non est. Quid est autem quod non est? Species quam non uidet oculus, sed ipse sibi animus fingit. uerbi gratia, ut siquis humanis membris caput canis uel arietis formet, aut rursum in uno hominis habitu facies duas fingat uel humano pectori postremas partes equi seu piscis adiungat. Hęc & his similia qui facit, non similitudinem, sed idolum facit. Facit. n. qđ non est, nec habet aliquid simile. & idcirco Apostolus dicit, *quia nihil est idolum in mundo*. i. inter creaturas mundi. Si. n. consideremus omnes creaturas, quas deus fecit, nunquam inueniemus idolum à Deo sic creatum. Materiam quidem ipse creauit, sed stultitia hominum hanc ei formam dedit. & ideo scđm hoc quod à deo nō est factum, nihil est, cum oīa deus fecerit. Nam & malum simili ratione nihil est, qa deus illud non fecit. Vel ad salutem nihil est idolū, sicut stulti putant: qui ideo colūt illud, ut salutem aliquam illis conferat. Sed & quantum ad diuinitatē, nihil est idolum. i. nihil diuinitatis in se habet ut

Ioan. 10. coli debeat. Hoc scimus, *& quòd nullus est deus nisi unus*, qui est incõmutabilis trinitas & uere unus tantum. *Nam et si sunt qui dicantur dij*. i. qui nuncapatiue non essentialiter dij uocantur, quia deus eis participationē sui per gratiam dedit: *siue in cælo*, sicut beati angeli: *siue in terra*, sicut prophetæ et apostoli. *siquidem sunt dij multi*, tales, sicut angelici spiritus & sacerdotes: *& domini multi*, sunt illi spiritus, qui uocan B tur dominationes: & prædicatores, Exod. 7. qui nonnunquam in scripturis ap- Psal. 44 pellantur domini: aut etiā seculares Ioan. 12. principes, qui dominium exercēt super cæteros: quāuis, inquam, sint tales dij et domini, nobis tamen quantum ad cultum pertinet, unus solū modo deus & dominus est. Non. n. angelos uel homines sanctos, quãuis dij uocētur, colimus ut deos aut dominos. *Nobis tamen* ad colendū *est unus deus pater, ex quo* sunt *omnia*. i. ex cuius bonitate & cõsilio processerunt omnia, *& nos* fideles *in illum* respicimus. Bruta nanque animalia & īfideles homines in terram curuantur & terrena quęrunt: nos uero per fidē & desiderium tēdimus in eum, à quo descendimus. Et est nobis ad colendū *unus dominus Iesus Christus, per quem* sunt *omnia*, qm̄ sicut & Iannes asserit, Omnia per ipsum facta sunt, *& nos per ipsum* Ioan. 1. sumus non solū homines, sicut & cæteri, sed etiā boni ac sapientes. Vbi & spiritus patri & filij similiter colendus nobis intelligitur. Sed qa de dijs & dominus loquebatur apostolus, dixit nobis esse unum deum patrem & unum dominum filium, quanquam & filius sit deus, atque pater sit dominus. Ad illa n. duo, id est, ad Deos & dominos, subiecit ista duo, & idcirco tertium non addidit, id est spiritum sanctum.

*Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur.*

Nos quidē scimus quia nihil est idolum, & quod nullus deus nisi una trinitas creatrix omnium quam colimus: *sed non in omnibus est*, ista *scientia*. id est, non omnes hoc sciunt, sed nō nulli putant aliquid numinis esse ī idolis. Nō omnes hoc sciunt, sed potius *quidam* sunt inter uos, *qui usque nunc cum conscientia idoli*. i. etiam nūc sicut an

C te cōuersionem, putantes idolum esse aliquid manducant cibum idolo sacrificatum, quasi idolothytū. i. quasi per consecrationem idolo sanctificatum, & in spiritualem potentiam mutatum. Idolothytum. n. dicitur, quasi idolo datum. Conscientia illorū est idoli. i. ab idolo possessa, usq; nunc. i. etiam postquam ad fidē accesserunt: quia necdū ab errore idoli mētem suam penitus abstraxerūt, & *quasi idolothytum*, id est, quasi idolo consecratum, manducant cibum illum cum reuerētia idoli: *& sic conscientia ipsorum polluitur*, cōtaminatione idoli, nō propter cibum, sed propter infirmitatem suam: quia infirma est in fide, dum periclitantur ignari in uestra scientia, dum cibos quos à uobis comedi uident, comedunt exemplo uestro uel authoritate. Mystice uero Corinthij, qm̄ studiosi literatū græcarum erant & amatores philosophię, dogmata philosophorū quasi idolis īmolata comedebant. Quæ tamen fortasse lædere non poterant eos qui plenam scientiam ueritatis acceperant. Qui autē in Christo minus eruditi fuerāt, si imitarētur eos legentes talia, & illis adhuc studijs operam dantes, uulnerari poterant, & diuersorum dogmatum uarijs erroribus implicari. Sic ergo fieri poterat, ut inde læderentur indocti, unde qui perfectam sciētiam habebāt lædi nequibant. Sed quoniam charitas nō quærit quod sibi utile est, sed quod multis, ut salui fiant, abstinendum nobis est à tali cibo doctrinæ, Infra. 10. qui nos solos ædificat & delectat, sed proximos offendit & lædit. Sicut enim sermo qui pietatem & iustitiam & ueritatem docet, Deo īmolatus est, id est, deo cōsecratus: ita & sermo qui ad impietatem & iniustitiam & errorem respicit, idolis īmolatus est. Et qui eum recipit, quasi idolis immolata comedit. Sed iuxta priorē sensum, uideamus sequentia. D

*Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus, neq; si non manducauerimus, deficiemus.*

Infirmi lęduntur nostra comestione. Sed *nos non commendat Deo esca* illa, qa non ideo placemus Deo, quod escā idolis immolatam comedimus, ꝑ eo quod nobis hanc esse licitam nouimus, & idcirco respuenda est talis esca. Hac enim contempta, nō utiq; deerit quod edatur. Si autē sumpta fuerit non abundabit ita ut nihil ultra requiratur. Ac per hoc (ut diximus) abijcienda est, cū sit fratribus scādalum, & nos sine illa possimus uiuere. Vel non cōmendat nos Deo, ut per hanc simus acceptabiliores ei: quia *si manducauerimus eam*, non idcirco *abundabimus*, in bono, ut sufficiat nobis ad salutem, neq; *si non manducauerimus*, ideo *deficiemus*. i. non minuetur nostrum meritum apud Deum.

*Videte autem ne forte hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eū qui habet scientiam, in idolio recūbentem, nōne conscientia eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta, et peribit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternū, ne fratrem meum scandalizem.* Roma. 14.

Vobis quidem licet edere de carnibus immolatis, qa scitis eas esse creaturam Dei, idolum autem nihil esse. *Sed uidete ne forte hæc licentia uestra fiat offendiculum infirmis*, in fide. i. ne generet offensionem fratribus, qui adhuc nesciunt idolum nihil esse. Per hoc qd dicit, ne forte, ostendit quod ex licentia eorum potest infirmis fratribus offendiculum contingere & non cōtingere. Et per hoc innuit, quia ubi nullum est offendiculum alicui, possunt uti licitis: ubi uero est offendiculum, ostendit omnino abstinen-

A dum. Cum enim praua æstimatio, inquantum sine peccato ualet, ab intuentium mente non tergitur, cunctis mala credentibus per exemplũ culpa propinatur. Vnde & plerũq; cõtingit, ut qui negligenter de se mala opinari permittunt, per semetipsos quidem nulla iniqua faciãt, sed tamẽ per eos qui se imitati fuerint, multiplicius delinquant: & ideo recte nunc isti qui cibos ĩmundos sine sui pollutione comedere poterãt, admonentur ne sua hac comestione scandalũ tentationis fratribus infirmis moueant. Nam possunt ĩde fratribus scandalum facere. *Si enim quis* infirmus, nondum sciens idôlum nihil esse uiderit eum qui habet rectã scientiam, qua nouit idôlũ nihil esse, *recumbentem in idolio* .i. comedentem cum infidelibus carnes ĩmolatas in præsentia idoli, *non'ne* exemplo periti *conscientia* ignari *cum sit infirma*, ædificabitur, id est, erigetur, *ad manducandum idolothyta*.i. quasi ab idolo sanctificata, putans illic aliquid gratiæ esse quia peritum fratrem uidit ea comedere nec horrere? Quomodo.n. putatis simulachris decipi posse homines, quæ à christianis honorari putant? Nam pagani dicũt in cordibus suis, Quare nos relinquamus deos, quos christiani ibi nobiscũ colunt? & infirmi fratres prouocantur, ut non solum ibi manducare, sed & sacrificare desiderent. Idolium est locus in quo idolis ĩmolatur. & infirmus si quemlibet doctũ uiderit ibi cum infidelibus edere, putabit eum intelligere cibos illos aliquam sanctificationem ab idolo sumpsisse, & tali mente incipiet illos comedere, *& ita peribit infirmus frater in tua scientia*, quem uiderit taliter recumbentem, peribit infirmus, si contra unius dei fidem comederit de sacrificatis. peribit in tua sciẽtia, id est, tua peritia si um occ͡ dēt, dum à te fieri uiderit quod ipse aliter intelligit: & tu eris occasio mortis eius, *propter quem Christus*, ut redimeret *mortuus est*. In tua sciẽtia, quam te dicis habere ut scias quia nihil est idolum, & animo cogitas deum, & sic recũbis in idolio, in hac scientia perit infirmus: & ne cõtemnas infirmum propter uitiũ in quo infirmus est, audi quia frater est si firmus es, cura fratris infirmitatem. et ne etiam fratrem contemnas, adiungo, propter quẽ Christus mortuus est. Quem si uis contemnere, pretiũ ipsius attende. Considera qui mortuus est propter ipsum, & non negligas Christum ꝓpter infirmum, cũ infirmum debeas diligere propter Christum. Vos, inquit, exemplo uestro ducitis in errorem infirmos, quod non est leue peccatum. Quia *sic peccantes in fratres & exemplo uestri operis percutientes*, id est, lædentes *conscientiam eorum infirmam. peccatis in Christum* qui pro illis mortuus est, & cuius membra illi sunt: & ideo nolite hoc peccatũ contemnere, si nõ uultis deleri de libro uitæ. Nolite putare quod in homines peccetis tantum, & ideo leue sit, quia taliter in deum peccatis, cuius membra destruitis. Vel secundũ alios codices, in Christo peccatis. Per hoc enim quod charitatis æmuli nõ estis, quia Christus uos liberauit, peccatis in Christo, non in Christum. Quia iuxta hunc sensum, in Christum peccare, est Christum negare: in Christo autẽ peccare, est in his quæ Christi sunt peccare. Nam sicut qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita & qui sub Christo sunt, in Christo dicũtur peccare. Et quia per prædictam comestionem peccãdo in fratres peccatis in Christũ uel in Christo, propter hoc *si esca mea scandalizat fratrem meum*, id est offendit, & à bono proposito disturbat, *non manducabo carnem in æternum* i. nunquã manducabo carnem ullam, sed semp ab Roma x.

C esu carnis abstinebo: non quod esca sit mala, sed *ne fratrem meum scandalizem tali comestione*. Sic & uos debetis agere. Nam sicut uxorem licet habere, sed si fornicata fuerit, abijcienda est: ita & carnē licet edere, sed si idolis oblata fuerit, respuenda est. Intātū enim charitati studendum est, ut & licita pro illicitis sint abijciēda, ne obsint fratri. Typice autem in eo quod dictum est, uidete ne forte hęc licentia uestra &c. usque, propter quem Christus mortuus est, uidetur Apostol⁹ sub alijs uerbis dicere: Ne legas philosophos, poetas, oratores, nec i eorū lectione requiescas, ne tali mō fratrem infirmum perdas. Nec nobis blandiamur, si in his quę sunt scripta, non credimus, cum aliorum cōscientia taliter uulneretur, & putemur probare, quę dum legimus, nō reprobamus. Alioqui quale erit ut æstimemus Apostolum eius, qui uescebatur in idolio, conscientiam cōprobasse, & eum dixisse perfectum, quem sciret de idolothytis manducare? Absit, ut ore christiano sonet Iupiter omnipotens, & mi Hercule, & mi Castor, & cætera magis portenta quàm numina.

CAPVT IX.

*Non sum liber? non sum apostolus? Non'ne Christum Iesum dominum nostrū uidi? Non'ne opus meum estis uos in domino? et si alijs non sum apostolus, sed tamen uobis sum. Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino.*

Incipit se proponere in exemplū, ut sicut ipse abstinet à licitis pro scandalo fratrum, ita & illi faciant, quasi dicat: Abstinete ab hoc licito propter fratrum utilitatem, quia ego habeo libertatem accipiendi stipēdia, & tamen non accipio propter aliorum salutem. Et hoc est quod increpatiue dicit per interrogationē: *Non sum liber?* id est, non'ne libertas est mihi data sicut cæteris apostolis, accipere stipendium ex bonis uestris? et *non sum*, id est, non'ne sum *apostolus*, ut D & mihi liceat quod apostolis? Vere sum apostolus. Quia *non'ne Christum Iesum dominum nostrum uidi* in uia uel in tēplo? Ac si dicat: Liber sum accipere, quia sum apostolus. Apostol⁹ sum, quia Christum uidi. Apostolum se comprobat, quia occasione pseudo prædicatorum minus de eo sentiebant, & ad hoc comprobandum dicit se Christum uidisse, quia quidā dicebant illum non esse apostolum, quia nunquam uiderat Christum. Siue liberum se dicit, quia nullius aliquid concupiuit, nec in adulatione docuit. Apostolus autē est, id est, minus à Christo dicēte sibi: Ego ad gentes mittam te. Vidit enim illum non adhuc mortalem, sed iam clarificatum, quando constitutus est ab ipso apostolus, ut per hoc patesceret dignitas apostolatus eius. Vere, inquit, sum apostolus, quia uos estis opus mei apostolatus. *Non'ne enim uos opus meum estis in domino?* id est, nō'ne ego apostolus hoc operatus sum, ut uos sitis in domino? *Et si alijs*, id est, Iudæis *non sum apostolus*, *uobis tamen sum* qui per me credidistis. Qui de Iudæis crediderant, & legem adhuc carnaliter obseruabant, hunc esse negabant apostolū, quia ipse libera uoce prædicabat legē amplius carnaliter nō oportere seruari. Cæteris enim apostolis propter scandalum ab hac re dissimulantibus, hic aliter docere uidebatur, & ideo ab illis Iudæis non recipiebatur. Vobis, inquit, sum apostolus. *Nam signaculum*, id est, signum & iudicium *apostolatus mei uos estis* per me credentes *in domino*. Hoc est, forma apostolatus mei quasi similitudo sigilli expressa in uobis apparet, dum habetis ea, quæ alij fideles per alios apostolos habent. Act. 26.

*Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est.*

Hęc scilicet *defensio*, quā dixi, *est mea apud*

A *apud eos qui se interrogant* utrũ sim apostolus, id est, ostendo illis fidem & religiosam uestram cõuersationem, quã me docente cõsecuti estis, sicq; per opera defendor esse Apostolus contra eos, qui hoc negabãt de me: & ita per uos apostolus esse comprobor apud illos qui inde dubitabant, ideoq; non conuenit ut & uos inde dubitetis.

*Nunquid non habemus potestatem manducãdi & bibendi? Nunquid non habemus potestatẽ sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli & fratres domini & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?*

Ideo supra dixi me esse liberũ, q̃a *nunquid* ego & mei *non habemus potestatem manducandi & bibendi* quę nr̃a sunt? Habemus utiq; hanc potestatem, sicut cęteri apostoli. Potestatem habemus à Christo, nõ iussionem huius rei, q̃a dominus permisit, non iussit

Matth. 10. prędicatorib⁹, ut acciperẽt sumpt⁹,
Luc. 9. & 10. ut siquis eos non acciperet, maiorẽ inde mercedem acquireret: sicut &
Matth. 19. uirginitatem laudauit, nõ præcepit, ad cumulum gloriæ eorũ qui eã seruauerint. Et *nunquid non habemus potestatem circunducendi* nobis *sororem mulierem* in prædicatione? i. Christianam & sanctam mulierem, ut ministret nobis de facultatibus suis? Nunqd nõ possumus hoc facere si uolumus, *quemadmodum cæteri apostoli & fratres domini & Cephas*? id est, Iacobus Alphæi & Tadeus, qui fuerunt cognati Saluato-
Matth. 13. ris, hoc est, ex sorore uirginis Marię
Mar. 6. & Petrus qui est princeps apostolorum? Nam nec ipse Petrus refutabat sumptus oblatos à fœminis, sicut nec dominus refutauerat. Mulieres enim desiderio doctrinæ cœlestis mi-
Luc. 8. nistrabanr eis & sumptus & seruitia, ut nõ indigerẽt his quę ad necessitatẽ uitæ huius ptinent. Ideo plus erat mulieres circunducere q̃ ab auditoribus alimenta pcipere, q̃a mu-

B lieres indumenta & quæq; necessaria præbebant. Nec oĩno reprehensibile iudicabatur hoc, maxime apud Iudæos. Et hæc, inq̃t, ptãs non ne et nobis est concessa sicut cæteris apostolis? *Aut solus ego et Barnabas*, q̃a placet nobis ex labore manuum nostrarũ uiuere, *non habemus potestatem hoc operandi*? id est hoc faciendi. s. stipendia sumendi, & mulieres circunducendi? Nos duo soli nõ possumus hoc agere, cum omnes hoc agant? Nõ reprehendit alios, sed eorũ more sibi pbat licere quod eis erat licitũ. Putabant enim nõnulli Corinthiorũ, quòd nõ liceret ei sumptus accipere sicut cæteris, qm̃ de labore suo uiuebat, & inde minoris eum dignitatis æstimabant, nec apl̃m esse credebant, dicentes apud se: Quia si esset apl̃s stipendia sumeret ut omnes apostoli. Cõtra quos ipse nunc loquitur, ostendens se esse apl̃m & potestatem habere sumendi stipendia, sed nolle sumere, & ne coapostolos reprehendere uideatur, quia abstinet, subiũgit.

*Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plãtat uineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?*

Per has similitudines humanę cõsuetudinis ostendit rationabilr̃, q̃a sibi & alijs prædicatoribus licet accipere sumptus. Nam & ipsi spũaliter Christo regi militabant, & ideo à Christianis plebibus tanq̃ à puincialibus stipendia sumebant. Ipsi ecclesiam quasi uineam plantabãt, & idcirco de fructu eius merito comedebant. Ipsi gregem ouium Christi doctrina ueritatis pascebant, et ideo iure de gregis lacte. i. de cibis eius tẽporeis accipiebãt. Paulus tamẽ qui hæc loquitur, suis stipendijs militabat, & de fructu uineæ à se plantatę non edebat, nec de lacte potabat gregis quem pascebat. Nullã. n. in præsenti uita retributionem sumere uolebat, ut in futuro seculo plenam de

C omnibus mercedem reciperet. Qui præmissis similitudinibus, subdit.

*Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc nõ dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utiq; hæc dicit? Nam propter nos utiq; scripta sunt. Quoniã debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

Deu. 25. 1. Thimo. 5 Roma. 15.

Dico quia miles debet à rege stipẽdia cõsequi, & agricola de fructu uineæ carpere, & licet humanis similitudinibus utar, *nunquid* tamen *hæc dico secundum hominem?* id est, nunqd sequor in his humanam similitudinem? *An & lex* Dei *hæc* quæ dico *non dicit?* Vtiq; dicit hæc eadem. *Scriptum est enim* in lege Moysi: *Non alligabis os bovi trituranti,* id est, nõ phibebis prædicatorem uiuere de prædicatione. Concordare monstrat supradictas rationes diuinæ sententiæ, ut intelligamus qa nõ sine causa respuit accipe sumptus, qñ tot documentis ostendit & dandum & accipiendum esse. Sed ne ad literam accipiatur hæc snïa, subiungit: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Quod non sic intelligitur, tanq̃ nõ ipse pascat animalia bruta, et uolatilia: quę non serunt, neq; metunt, neq; cõgregant in horreum: sed qa ei cura non est pręcepto monere hominem, qũo boui suo consulat. Nunqd ergo de bobus cura est Deo, ut de his in lege præciperet? *An propter nos* q sumus boues eius, *hæc dicit?* Nos enim trituramus, id est, in area mũdi ferris nostræ prædicationis cõminuimus paleas infidelitatis & uitiorum, et separamus ab eis grana fidei cæterarumq; uirtutum, uel credentes ab infidelibus tanquã à paleis grana discernimus. Et ideo iustum est ut non prohibeamur ex area, quã trituramus, cibos sumere. *Nam propter nos utiq; sunt* hæc *scripta* in lege. Et uere pter nos spirituales boues. *Quoniã* ille *qui arat,* id est, qui corda subiectorum uomere prædicationis ad fidem aperit *debet arare in spe,* id est sperans fructũ sui laboris consequi. Non quod hæc sit eius intentio: ut propter eius expectationem, id est, tẽporalis cibi prædicet, sed quod certus sit non defore sibi uictum, si in prędicatione laborauerit. Similiter *& qui triturat,* id est, grana discernit à paleis, hoc est, uirtutes a uitiis, debet hoc agere *in spe percipiendi fructus* stipendiorum. Historialiter quidem fit trituratio, qñ boues aut equi super segetes collectas et in area collocatas, missi fuerint ad eas conterendas & grana excutienda, sicut moris est in quibusdam regionibus. Prędicatores autem quãdo infideliũ corda scindunt ac uomere prędicationis excolunt, & ad suscipiendum fidei semen arant, tũc demum terram ad semen gratiæ excipiendũ præparant: & ab inculta solitudine id est, ab incredulorum multitudine separant: & qui prius arant in cõuersione, postea triturant in instructione, quia per assiduam correctionem & instructionem, non localiter, sed moraliter bonos à malis sequestrãt. Tamen & ante fidem trituratio fit, cum ab infidelibus quis per susceptionem fidei separatur: atq; post fidem, cum in ipsa ecclesia fit inter bonos & malos quædã moralis discretio per prædicantium instructionẽ. & de hac ecclesia loquitur nũc Apostolus, quæ fit qñ alii respuunt, alii corriguntur, alii in peius proficiũt. Roma. 15.

D

Deute. 25.

*Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est si nos carnalia uestra metamus? Si alii potestatis uestræ participes sũt, quare nõ potius nos? Sed non usi sumus hac ptãte, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euãgelio Dei.*

Adhuc pbat per rõnes, qa licet stipendia sumere. *Si nos,* inquit, *seminauimus uobis* i. ichoauimus primi uestris mentibus spargere *spiritualia.* i. quæ à spiritu sancto data sunt, & uestrum spiritum uiuificant, ut fructificẽt in

uobis sicut in bona terra, *magnum est si metamus* ad sustentationẽ nostri cor poris *uestra carnalia* stipẽdia? Quasi di cat: Non est magnum, sed minimũ, si tradẽtes uobis æterna ꝑcipiamus à uobis tẽpalia. Item à minori ꝓbat hoc ipsum. *Si alij, inquit, sunt participes uestræ potestatis*.i. tam potenter utuntur uestris reb⁹ ut uosipsi, *quare non potius nos* id agimus, qui uestræ salutis cau sa fuimus? Quæ sunt autem spũalia quæ seminauit, nisi uerbum & mini sterium sacramenti regni cœlorum? Quæ uero carnalia, quæ sibi licere mereri dicit, nisi hæc tẽpalia, quæ uitæ atq; indigẽtiæ carnis ĩdulta sunt? Quæ potenter ab eis sumebant etiã alij, qui non eis primo euangeliũ an nunciauerant, sed ad eorꝝ ecclesiam idipsum prædicãtes postea uenerãt. Vnde subiecit: Si alij potestatis uestræ participes sunt.i. potestatis quæ prædicatoribus concessa est in uos, ut utantur bonis uestris, cur non po tius nos? Vel istos alios intelliga mus pseudoapostolos, q bona eorꝝ deuorabant, cũ nihil utile eis contu lissent. Ecce, inquit, probatum est, quia potestatem habemus sumendi stipẽ dia. *Sed tamen non usi sumus hac potestate*.i. non accepimus sumptus ut potera mus. Tunc.n. quis utitur sua pote state, quando quicquid pertinet ad il lam, accipit, & à nullo suæ potesta tis uult abstinere debito. Nos uero non ita fecimus, *sed omnia sustinemus*.i. famem & sitim & nuditatem liben tissime toleramus, *ne demus aliquod offen diculum euangelio Christi*.i. ne per nos euã gelium impediatur currere. Minus enim curreret ad cor uestrũ, si suspi caremini nos illud prædicare ꝓp cõ modũ terrenum. Vel si dedissetis no bis aliqd, putaretis forsitã uos emis se licentiã prædicandi, & nobis mi nueretur libertas arguẽdi. Vel si de bitos sumptus accipemus, iam pseu doapostoli nostro exẽplo libere acci perent, & sic in ꝑdicatione durarẽt. Aut si mulierem circunduceremus, inde posset oriri non bona suspicio. Talibusq; modis impediretur cur sus euangelicæ prædicationis.

*Nescitis quoniã qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt, edũt? et qui altario deseruiũt, cũ altario participãt? Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciãt, de euangelio uiuere.* Matth. 10 Luc. 9. & 10.

Iterꝝ redit ad ꝓbationem, modisq; oibus etiam atq; ẽt cõmendat, quid sibi liceat, & tñ non faciat. Licitum est, inquit, mihi sumptus ex prædica tione sumere, sicut ministrantibus apud Iudæos in sanctuario licet de rebus sanctuarij uiuere: quia & natu ralis ratio hoc habet, ut unusquisq; inde uiuat, ubi laborat. Nam *nescitis quoniam hi qui in sacrario*.i. in tabernacu lo uel templo *operantur* sicut ministri & artifices, edunt ea *quæ sunt de sacrario*.i. quasdã oblationes quæ offerunt in eo ꝑtinentes ad ipsos? & nescitis quia *qui altario deseruiunt*, sicut sacerdotes & leuitæ, *participant cũ altario*? id est, par tem accipiũt de his quæ offerunt in altari, & sicut antiquo more apud Hebræos antiquos hæc fiebant, *ita et dominus Iesus ordinauit* in nouo testamẽ to.i. rõnabilr disposuit, *his qui euangelium annunciant*.i. prædicant, *de euangelio uiuere*.i. uictum habere, ut expeditio res sint, cum de corpali cibo soliciti nõ fuerint. Hoc ordinauit.i. tali ordi ne disposuit dñs, ut dãtes spiritalia, sumerent carnalia, qñ dixit: In eadẽ Luca. 10. domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. dignus est.n. operarius mercede sua. Nõ qđ ideo quisq; debeat euangelizare ut man ducet, sed ideo manducare ut euãge lizet. Nam qui propterea euangeli zat ut manducet, uilius habet euan gelium quàm cibum. Postq; uero mul tis similitudinibus et exemplis atq; rationibus & authoritatibus osten dit Apostolum sibi licere necessaria sumere, subiungit, dicens.

C *Ego autem nullo horum usus sum. Nō autem scripsi hæc, ut ita fiant in me. Bonum est. n. mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet. Nam etsi euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incūbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim uolens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? ut euangeliū prædicans, sine sumptu ponā euangeliū, ut non abutar potestate mea in euāgelio.*

Tot, inquit, exemplis & authoritatibus cōstat me licenter posse stipendia sumere. Sed tñ *ego* non sum usus aliquo horum exemplorum uel authoritatum siue rōnum, ut facerem quod facere his posse demonstror. i. ut ex prædicatione sumptus & alimēta perciperem. *Nullo horum usus sum.* Sed nec uti uolo, qa *non* ideo *scripsi hæc* licet mihi, *ut ita nūc fiant in me.* i. ut amodo mihi necessaria quæque dentur à subditis: etsi ego pp aliorum salutem à debitis sumptibus & necessarijs omnibus abstinui & abstineo saltē tanto exēplo uos ab īmolatitijs carnibus abstinete, ne multos fratrum præcipitetis in interitum. Ob hoc ēt noluit Apostolus accipe sumptus, ne esset forma mercenarijs & pseudoapostolis. Erant enim iam multi, qui occasionē habere cupiebant ac-

al. stipēdia quirendi terrena & uendendi euāgelium: qbus eam uolēs amputare, uictum manibus suis quæsiuit. Sed et propterea noluit à discipulis stipendium uel aliud quid sumere, ne per hoc acciperent fiduciam delinquendi, & uigor euangelicæ authoritatis in illo torpesceret. Parcebat etiā in hoc illis, ut non esset eis onerosus, si de bonis eorum uiueret. Nolo, inquit, ut hæc ita fiant in me. Nam *magis bonum est mihi mori.* i. magis opto mori *quàm* sustinere *ut quis* dando *euacuet gloriam meam,* quam pro hac abstinentia habere uolo in Xpo apud Deū, compatiens infirmis dum nihil ab eis sumo. Vere taliter euacuaret & inanis fieret. Nam si ideo *euangelizauero* D ut hęc ita fiāt ī me. i. si ppea euangelizauero ut ad illa pueniā, & finē euāgelij in cibo & potu & uestitu collocauero, *non est mihi gloria* apud Deum, sed ex eorum numero sum, de quibus dictum est, qa receperunt mercedē Matth. 6. suam. Et quare non est mihi gloria? Qnia *necessitas* sustentandæ huius uitæ *incumbit mihi,* ut ideo euangelizem, quia unde uiuam non habeo, ut acquiram tēporalem fructum de prædicatione æternorum. Sic enim iam necessitas in euangelio erit, non uoluntas. Et uere necessitas incumbit, quia *uæ mihi est si non euangelizauero,* id est, malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & unde uiuam non habebo. Vere non est gloria euangelizare pro corporis necessitate. Nam *si hoc ago uolens,* hoc est, sine ulla uitæ huius fulciendæ necessitate, apud Deum *habeō mercedem* gloriæ sempiternæ. *Sed si inuitus.* i. cogente necessitate id facio, *dispensatio est mihi credita,* ut alijs dispensem euāgelium ad profectum eorum, ego autem mercedem illam apud Deum gloriosam non habeam. Hoc enim loco talis dispensator intelligitur, qui alienum dispenset, unde ipse nihil accipiat. Dispensatio est mihi credita tanquā inuicto seruo, ut tanquam alienum erogem, & nihil inde capiam præter cibaria, quæ non de participatione regni, sed ad sustentaculum miseræ seruitutis danrur extrinsecus. Et quia si uolens euangelizo, mercedem apud Deum habeo, *ergo quæ est merces mea,* quam de prędicatione habere cupio, cum nullam inde mercedem terrenam recipere uelim? Hæc scilicet est merces mea, ut ego *euangelium prædicans sine sumptu, ponam,* in cordibus hominum. *euangelium.* i. ut non sit credentibus sumptuosum euangelium, ne putent ad hoc sibi euangelizari, ut id euāgelistę, quasi

uendere

A uendere uideantur. Hanc mihi eligo mercedem, ut gratis ponam in auditorum mentibus euāgelium, *ut non abutar in euangelio potestate mea*, quam dominus concessit accipiendo stipendia, ne qđ impedimentum generē euangelio. Si enim stipendia sumerē, unde euangelium impediretur & tardius iret, iam meæ potestatis abusio fieret: quoniam sumendo illa, cōtra hoc ad quod potestas ipsa fuit mihi concessa, facerem. Hactenus multifarie demonstrauit licere sibi sumptus accipere, quos tamen non accipiebat. Iam uero quia infirmitati hominum compatiens à debitis sumptibus abstinebat, ostendūt sequentia, cum dicit.

*Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tāquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem: his qui sine lege erant, tanquam si sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege Christi essem, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Omnia autē facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.*

Hanc, inquit, solam mercedem in hac uita quæro, ut gratis ministrem cunctis euangelium. *Nam cum essem liber ex omnibus*, id est, cum sic ab omnibus essem separatus, ut nihil illis deberem, nec ullius merita me possent ad hoc deducere, ut illis uerbum uitæ ministrarem, sponte me inclinaui ut à domino exaltarer, & *me seruū omnium feci*, sicut ipse dominus dixerat: Quicunque uoluerit in uobis primus esse, erit omniū seruus. Liber eram ex omnibus, id est, nulli quicquam debens, cum nihil ab aliquo suscepissem, unde sibi obnoxius essem ad exhibendam seruitutem: & tamen pro Christo me feci seruū oīum, ut cōmodis oīum deseruirem: & hoc

Matth. 20.
Marc. 9.

ideo, *ut plures* ad fidem conuertendo B *lucrifacerem*, id est, lucrum eos prædicationis meæ facerē, & idcirco me modificaui omnibus. Quia *factus sum Iudæis tanquam Iudæus*, id est, ita compassus sum eorum cæcitati & miseriæ, ac si Iudæus essem, & in eadem cæcitate & miseria cum eis detinerer. Hoc est dicere: Quantum dolorem ac solicitudinem haberem de infidelitate & ignorantia & morte mea, si rem ipsam sicut esset animaduertere possem, tantum habui de Iudæis, ut Iudæos lucrarer, id est, ut sic ad fidem eos adducerem, subueniēs eis sicut mihi subueniri uellem. & *his qui sub lege sunt*, id est, Samaritanis uel prædictis Iudæis factus sum, quasi *sub lege essem*, id est, misericorditer eis condolui, & eos à iugo seruitutis eripere laboraui, sicut mihi recte uellē cōdoleri & me eripi, si unus ex illis essem. Ita per cōpassionem misericordiæ factus sum eis quasi sub lege essem, *cum ipse non essem sub lege* seruiliter, id est, cum eam non seruarem carnaliter, *ut* tam pia condescensione *lucrifacerem*, id est, lucrum Christo adquirerem *eos qui sub lege erāt*. Nequaquam doctor egregius ut quasi Iudæus fieret ad pfidiam erupit: nec quasi sub lege esset, ad carnale sacrificium rediit: sed condescendendo appropinquauit infidelibus, non cadendo, ut uidelicet singulos in se suscipiens, et se in singulos trāsfigurans cōpatiendo colligeret, & impēderet illis ea q̄ impendi sibi ab aliis recte uoluisset: & tanto unicuique errāti cōcurreret, quanto salutis eius modū ex ppria cōsideratione didicisset. Non rediit ad carnale sacrificium, ut illud exhibēdo putaret se aliquid iustificationis aut salutis inde conseq. Alioqui pp uitandum scādalum, Hierosolymis ueterem sacrificiorum morem seruauit. Neque simulando fecit hoc, ut nōnulli putauerūt, sed scdm libertā

Act. 21.

C sniam suam qua dicit, Circuncisus quis uocatus est, non adducat præputium.i.non sic uiuat quasi præputiũ adduxerit, sicut alio loco dicit: Circuncisio tua præputiũ facta est. Secundum hanc sniam fecit illa, quę non intelligentibus & parum attendẽtibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat, & circũcisus uocatus, noluit adducere præputiũ.i. noluit ita uiuere ac si circũcisus nõ esset. Hoc .n.iam in potestate habebat. & sub lege qdem non erat, sicut illi qui eã seruiliter custodiebant, sed tñ in lege Christi, quæ est & ipsa quam Iudæi tenebant, erat, ut libere adimpleret eam. Qui uetera eius sacramenta inter Iudęos celebrans, hoc modo illa usq; ad certi tpis dispensationem à Deo iussa esse cõmendauit, & à sacrilegis sacris gentiũ distinxit. Nam & in hoc factus est Iudæis tanq̃ Iudæus, & sub lege positis tanq̃ sub lege esset: qa hoc Hierosolymis fecit & alibi Timotheum circuncidit, & à cibis quos lex prohibet abstinuit inter Iudæos, ac semper apud eos de lege & pphetis disputauit asserens eorũ testimonijs aduentum Christi. Qui uniuersa hæc & his similia idcirco faciebat, ut eos q de lege erãt, Christo adquireret, non ut aliqd iustificationis iam in illis ceremonijs æstimaret. Qui & subiungit: *his qui sine lege erant*.i. Gentilibus, factus sum *tanquam sine lege essem*, cum *non essem sine lege Dei, sed essem in lege Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant*. In eo qppe factus est Gentilibus tanq̃ Gentilis, quod præputium recepit, quod indifferenter permisit uesci cibis quos dãnant Iudęi, quod eis assensus est secundũ physicas rationes mũdũ esse factũ à Deo, & huiusmodi cõdescensionibus. Notandum qđ Iudæos sub lege dicit esse, se autẽ in lege, Paganos uero sine lege. Aliud est aũt esse sub lege, aliud in lege. Qui enim sub lege est, secũdum legem agitur: qui uero in lege est, secundum legem agit, & ille seruus est, hic autẽ liber. Qui uero sine lege est, ab omni seruitute diuina alienus est, ut sicut onager in solitudine præsentis seculi male liber uiuat. Vtrisq; autem.i. et eis qui sub lege, & illis qui sine lege erant, se testatur Apostolus congruisse per misericordiam scilicet & compassionem, non per uersipellem simulationem, id est, ut eo modo subueniret carnali Iudæo uel Pagano, quomodo sibi ipsi si hoc esset, subueniri recte uoluisset, portans utiq; eorũ infirmitatem in compassionis similitudinem, non fallens in mendacij fictione, sicut continuo sequitur & dicit: *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem*. Hinc.n.loquebatur, ut etiam omnia illa superiora diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sic & cętera quæ pręmisit. Quam.n.dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse, nisi compatiendi eis intantum, ut ne uideretur uenditor euangelij, & uerbi Dei cursum apud imperitos in malam suspicionẽ decidens impediret, nollet accipe qđ ei iure dominico debebat? Eo .n. ipso factus est infirmus, quo potestate sua uti noluit. Tam misericordi scilicet indutus effectu, ut cogitaret quemadmodum secũ agi uellet, si & ipse ita infirmaretur, ut posset de illis p quos sibi euangelium prædicaretur, si eos uideret sumptus accipere, quasi mercimoniorũ nũdinas suspicari. Sic ergo illis qui corde infirmabantur, factus est infirmus compassione misericordiæ, non simulatione fallaciæ. Nã & qui ministrat ęgroto, fit tanq̃ ægrotus, non cũ se febres habere mẽtitur, sed cum aio condolentis cogitat, queadmodũ sibi seruiri uellet si ipse ægrotaret. Iuxta quem sensum uniuersali subiũgit: *Omnibus omnia fa-*

Sup.7. Roma.2. Actuũ.16. Iob.24. Hiere.2.

A *ctus sum, ut omnes facerem saluos.* Quasi dicat: Quid diutius per partes enumerem singula? Breuiter comprehendo, oibus omnia factus sum, id est, quasi oium sectarum essem. Omnibus omnia factus est, non mentientis astu, sed compatientis affectu .i. non omnia mala omnium fallaciter agendo, sed alior; omniũ malis omnibus tanq̃ si sua essent, misericordis medicinæ diligentiam ꝓcurando. Cogitabat.n. ut homo, in eis uitijs etiam se esse potuisse, unde cupiebat alios liberare: et ita subueniebat illis, sicut sibi uellet subueniri, si ipse in eisdem uitijs esset. In se n. ꝑsonas omnium pie trãsfigurans, ex semet ipso discebat qualiter unicuiq; misereri debuisset, quatenus hoc singulis impenderet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi recte uoluisset. Ita, inquit, me contempero omnibus, non quòd mihi errores & uitia eoꝝ placeant, sed *omnia* hæc prædicta *facio* cõformans me unicuiq; *propter euangeliũ, ut particeps eius efficiar.* i. ut particeps fiã bonæ intentionis, quam habet euãgelium erga salutem hominum. Vel omnia quæ dixi facio erga singulos quosq; propter euangelium, ut possim eis illud dulciter inferre, & ego fiã particeps remunerationis eius.

*Nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite ut cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

Idcirco omnia facio propter euãgelium, quia nõ aliter ero particeps eius. Necesse enim mihi est ut omnia quæ facienda sunt faciam, & ab omnibus à quibus abstinẽdum est abstineam, quoniam aliter euãgelij coronam & remunerationem habere non potero. Quod euidenter apparet in hac similitudine quam nunc ꝓpono. Nullus enim in stadio brauium accipit, nisi qui omnia quæ facienda sunt fecit, & hoc oẽs mundana consuetudine potestis scire. Quia an *nescitis quòd hi qui currunt in stadio, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium?* Licet.n. omnes ibi sint in cursu & labore similes, tamen omnes inaniter currunt præter illum solum qui accipit brauium, quod est pr̨emiũ cursus. Stadium autem constat centum uigintiquinq; passibus. Sed hoc loco, siue minus siue magis longitudinis habeat, uocatur stadiũ illud uitæ spatium, per qđ usq; ad metã quandam solebat fieri cursus, ut postq̃ ueniretur ad metam, esset standum. Vnde stadium à stando nomen accepit. Brauium autem genus est palmæ, uel præmium, quod currẽtibus ꝓponitur. Omnes currunt, sed unus qui currendo cæteros uincit, accipit brauium: quia fecit omnia quæ pertinẽt ad cursum, & abstinuit ab omnibus quæ impediũt. Sic & ego brauium supernæ remunerationis adipisci nõ potero, nisi omnia quæ currentibus facienda sunt, fecero, & ab omnibus quæ contraria sunt abstinuero. Similiter & unusquisque uestrum de se sentiat & legitime currat. Nam omnes quidem currũt, sed unus accipit brauiũ. Currunt enim Iudæi, currunt h̨eretici, currunt nonnulli Christiani qui ad uitam non sunt pr̨edestinati: quia omnes isti in fine pr̨emium sperant se adepturos, & ad illud tendunt per uitæ præsentis stadiũ. Sed unus prædestinatoꝝ Christianoꝝ ppl's qui legitime currit accipit brauium: qm̃ sola unitas eoꝝ qui sunt corpus Christi, palmã consequtur. & q̃a non oẽs q currunt, accipiũt brauiũ, ideo *sic currite* faciendo quæ ad cursum ꝑtinent, & uitando quæ impediunt, *ut comprehendatis* illud. Cautos & expeditos uos eẽ cõuenit in currendo, ne forte cõtingat non cõprehendere præmiũ ad quod Nota.

C curritis. Non.n.oẽs cõprehendunt illud.Currite credendo,ſpando,deſiderando,bene operãdo,corpus affligendo, otando, amando,& qbuſcꝗ bonis ſtudijs inſiſtẽdo.Ita qdem eſt de his qui currũt.Sed de his qui pugilanſ,audiamus. Nam curſor qſcꝗ feſtinat ad brauiũ,ſed *omnis qui in agone contendit,ab omnibus ſe abſtinet*.i. omnis pugil qui in certamine pugnat, ab omnibus ſe abſtinet.i.ab eſcis & cęteris quæ impediunt agonẽ.i.certamen.Sic & oĩs Chriſtianus q in arena huius mundi contra diabolũ luctatur, ab oĩbus quæ chriſtianũ ad terram ĩplicant,debet abſtinere. Nã & ideo chriſmate ſumus uncti, qa luctatores ſumus effecti:&ꝓpterea ſicut illi qui in arena luctanſ, nudi ſunt,ita & nos à mundanis reb⁹ ſpoliati eſſe debemus, ut amando nihil poſſideamus in hoc ſeculo: qꝛ nec maligni ſpũs contra quos eſt nobis lucta,quidꝗ̃ in coꝑprium poſſidẽt. Nudi ergo cum nudis.i. nihil poſſidentes cũ nihil poſſidentibus luctari debemus,ſi eis ſuccumbere nolumus.Armis iñ uirtutũ indui ſtudeamus,qbus &ꝓtegamur,& aduerſarios feriamus.Sicq́ pugiles et luctatores imitemur,qui ſe in tantum ab oĩbus agoni ſuo noxijs abſtinẽt, ut & nocturnã pollutionẽ, quæ ꝑ ſomnum accidere ſolet, diligenter cauere ſtudeãr,ne per hanc molliores in certamine fiant. *Et illi quidem* abſtinẽt, et pugilantur *ut corruptibilem coronam* ex floribus contextam cũ laude et mercede cito perituram accipiant, *nos autem* ob hoc abſtinem⁹ & pugnamus ut *incorruptam*.i.æternam ꝑcipiamus coronam.et idcirco diligẽtiores eſſe debemus,qbus non terrenis et marcentibus floribus,ſed æterna cõſerta gẽmis in modum regij diadematis corona ſpiritalis ſeruatur.

*Ego igitur ſic curro,non quaſi in incertum:ſic pugno,non quaſi aerem uerberans. Sed caſtigo corpus meum et in ſeruitutẽ redigo,ne forte cum alijs prædicauerim,ipſe reprobus efficiar.* D

Seipſum ꝓponit Apl's cæteris in exemplum. Quandoquidem, inqt, in ſtadio uitæ ꝑſentis eſt nobis curſus & certamen,atcꝗ uictori propoſita eſt incorruptibilis & æterna corona,*igitur ego*,qui (ſicut ſupra dictũ eſt)omnia ꝓpter euangelium facio, *ſic curro*,id eſt,tam legitime, tã alacriter, tam expedite curſum boni opis exequor,ut *non quaſi in incertum* tendã, qa certus ſum de corona. Ille.n.currit in incertum,qui talia facit, ut ex qbuſdam ſperare, & ex qbuſdã poſſit deſperare.Sed ego ex oĩbus quæ poſt conuerſionem feci, certitudinẽ bonæ ſpei tenens, nõ curro uelut in incertum,ſicut illi qui currunt ad ſeculare brauium,nec ſi poterũt illud accipere ſunt certi.ego *ſic pugno* cõtra diabolũ,ut *non ſim quaſi aerem uerberans*, id eſt,non inaniter pugno ſicut ille, qui iactat ictus incaſſum,& pro hoſte ferit aerẽ. Scilicet nõ uerbis, ſed rebus contendo,quia non ſum de illis prædicatoribus,qui dicunt et nõ faciunt. Quãtumcunꝗ. n.prædicator fundat uerba, gladius oris eius non peruenit uſcꝗ ad læſionem hoſtis,ſed uox inanis &ocioſa reputatur,ſi ipſe prædicationi ſuæ contrarius exiſtat. Quia q aliter facit quã prædicat, ſuſpectos facit audientes ut de promiſſis dubitẽt:& ideo malum de cordibus eorum non ualet expellere, nec hoſtem qui in eis habitat,lædere.Ego autem nõ uacuos ictus uerborum in aduerſarium iacto,ſed ut illum poſſim lædere,caſtigo ieiunijs & afflictionibus corpus meum, ut & exemplum abſtinentiæ dem alijs: & ideo non quaſi aerem uerberãs pugno, quia dum carnem reſtingo,ipſis abſtinentię meæ ictibus non aerem, ſed diabolum uerbero:& dum hoc quod intra me eſt ſubijcio, extra poſitum aduerſa- Matth.25.

A rium ferio. Corpus uero castigare, est ieiuniis reprimere illud, & ea illi dare, quæ ad uitam proficiant, non ad luxum. *Corpus meum* per abstinentiam *castigo*, ne per lasciuiam insolescat, *& in seruitutem illud redigo*, ut non perficiat suam, sed spiritus uoluntatem: & in omnibus seruiat spiritui, non repugnet. Ideo sic corpus refræno *ne forte* si aliter egero, contingat quod adhuc contingere potest, quãdiu sum in hac mutabili uita. s. ne *cum ego alijs prædicauerim*, & in partem electionis illos per doctrinam meã adduxerim, *ipse* male uiuendo *efficiar*
Actuũ. 9. *reprobus*, id est, à Deo reprobatus, & à gaudijs cœlestibus quæ prædico, alienus. Certe iam de hoc Apostolo uoce dominica dictum fuerat, quoniam uas electionis mihi est, tamen adhuc ipse castigans corpus suum, metuit ne reprobetur, licet supradixerit, sic curro, non quasi in incertũ. Ita. n. certus est de pręmio, ut timeat illud amittere: & ita metuit amittere, ut certus sit de eo. Et cũ iste quẽ Deus uas electionis esse testatur, sic metuat reprobus fieri, quid de nobis miseris erit, qui nullam adhuc Dei uocem de electione nostra audiuimus, & iam in ocio quasi de securitate torpemus? Omnia. n. quæ nũc de se dixit, ideo locutus est, ut nos similiter agere suo exemplo doceret. s. ut sic strenue cursum recti operis ageremus, quatenus de perceptione futuri præmij spem certam haberemus: & sic cum antiquo hoste pugnaremus castigantes corpora nostra, ut non aerem, sed ipsum hostẽ certis ictibus abstinentiæ nostræ feriremus, ne forte per subrepentia uitia reprobi adhuc efficeremur, & reprobationẽ adhuc posse cõtingere, probat exẽplo Iudæorũ, cũ subiũgit.

CAPVT. X.

Nume. 9. *Nolo enim uos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati* B
Exodi 13. *sunt in nube & in mari, & omnes eandem escã*
14.16.17. *spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat*
Nume 20. *Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto.*
Nume. 14.

Hoc nãq; exemplum de priori populo ideo proponit, ut in christianorum populo nullus in eo solo confidens quo baptizatus est, & escã ac potum corporis & sanguinis domini percepit, putet sibi Deum parcere si peccauerit: sed tunc omnia hæc cognoscat sibi profutura, si Deo humiliter obedire perseuerauerit. Quasi dicat: Currere & pugnare sicut ego, debet omnis christianus, quandiu in stadio uitæ mortalis est: & metuere, ne post omnia bona quę diuinit⁹ accepit, fiat adhuc reprobus, nec perueniat ad brauium pro quo currit, sicut uidemus quòd Hebręi qui nos pręfigurauerunt, post transitum maris & cœlestem escam, quia Deum peccatis suis offenderũt, ad terram promissionis uelut ad propositum brauium peruenire non potuerunt. *Nolo enim uos ignorare.* i. nolo ut ignoretis ô *fratres, quoniam patres nostri.* i. hebręi antiqui institutores nostræ fidei & moralitatis, *omnes* tam boni q̃ mali cum egrederentur de Ægypto, prius Nume. 9.
quam mare trãsirent, *fuerunt sub nube*, Exodi 13.
quæ non sinebat exercitũ Ægyptiorum ad eos accedere, & significabat præsidium supernæ protectionis. *& omnes pariter mare transierunt*, in quo per Exodi. 14.
secutores eorum perierunt. *& omnes in Moyse.* i. in ducatu Moysi *baptizati sunt nube et in mari*, q̃a submersis hostibus suis erepti sunt à morte qd̃ pstat baptismus: & purgati sunt à pcı̃s prioribus, ut ultra non imputarentur illis: & mundati ab ignorantia Dei, q̃ premebat omnes gentes, ut idonei forent accipere diuinam legem. Baptizati sunt, quia signum baptismi

C acceperunt, quod tãtundem ualuit eis credentibus, quantum ualet nobis ipse baptismus. et deinde *omnes* similiter boni ac mali *manducauerunt eandem escam spiritalem*. i. manna spirituali uirtute paratum. Omnes eandẽ escã comederunt, quia non aliam saluandi & aliam perituri manducauerũt, sed omnes eandem. Simili modo & *omnes biberunt eundem* non diuersum, *potum spiritalem*. i. aquam de petra productam spirituali gratia. Manna. n. & aqua illa dicuntur nunc spiritualis cibus & potus, quia non mundi lege, sed Dei uirtute sine elemẽtorum cõmistione ad tẽpus creati sunt, habentes in se figuram corporis & sanguinis domini. Vnde & manna uocatum est panis angelorũ, quia uirtute qua angeli subsistunt creatum est, significans eum qui ait: Ego sum panis uiuus qui descendi de cœlo. Vel eãdem escam corporis Christi. quam nos in pane mãducamus, ipsi manducauerunt in manna: & eundem potum sanguinis Christi, quẽ nos ex calice bibimus, ipsi biberũt ex petra, et ideo spiritualem manducauerunt eandem quam & nos, corporalem uero alteram. Quia uisibilem escam spiritualr intellexerunt, spũalr esurierũt, spũalr gustauerũt, ut spũalr satiarentur. Nam et nos accepimus uisibilẽ cibũ. sed aliud est sacramentũ, aliud uirtus sacramẽti. Similiter potum spiritualẽ perceperunt eundem quem et nos. nam corporalem alium. Sed hunc spiritualẽ potum non undecunq; bibebãt, sed *de spiritali petra*. i. de Christo. Sicut. n. cibus & potus ille fuit spiritualis, simili ratione fuit petra spiritualis, q̃ potum manauit spiritualem. Bibebant de petra *consequente eos*. i. satisfaciente desiderijs eorum, quoniã consecuta est eos abundantia suæ largitatis, prius siti cõfectos, & ad Moysen clamantes, dum satiauit eos sic, ut amplius tunc non quærerent po D tum. Vel sequebatur eos per desertũ petra spiritalis: quia ubi deficiebat eis humanũ suffragiũ, aderat Christus. Qui ideo sequebatur, ut ubi homo defecisset, ille subueniret. Nõ. n. petra, sed Christus aquã dedit. Qui & nunc similiter suos per subsequẽtem gratiam comitari non desistit post baptismũ, uelut post maris trãsitum. Bibebãt de petra. sed *petra erat Christus*. Non est dictum, petra significabat Christum: sed, petra erat Christus, q̃a sic solet loqui scriptura, res significantes tanq̃ illas quæ significantur, appellans. Omnia. n. significantia uidẽtur quodãmodo earum rerum quas significant, gerere personas: & ideo tanq̃ hoc esset, dictum est, petra erat Christus: quod utique per substantiam non hoc erat, sed p̱ significationem. Propter firmitatẽ, petra dictus est Christus. Qui duobus lignis crucis affixus, profudit ex suo latere sacramenta nostræ salutis, quibus interior sitis nostra po caretur: sicut petra illa bis percussa, dedit aquã unde populus ille satiaretur. gemina. n. p̱cussio, duo ligna crucis significat. Ecce omnes pariter hæc omnia Dei beneficia cõsecuti sunt, sed non omnes pariter ad salutem peruenerunt. Quia *non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*. i. plures eorum non bene placuerunt Deo post hæc omnia, sed grauiter displicuerunt: quod inde patet, q̃a *prostrati sunt in deserto*. nec peruenerunt ad terram Nume. 11. promissæ hęreditatis. Caueamus ita & 14. que ne & nobis similiter contingat. Omnia. n. illa beneficia quæ ipsi diuinitus acceperũt, spiritualiter sunt eadem quæ & nos accepimus. Ægyptum nanq; iterpretari nouimus afflictionem, uel affligentem, uel comprimẽtem, siue tenebras, & sæpe poni in imagine huius seculi, a quo spiritualiter recedendum, ne simus iu-

Exodi. 16. / Exodi. 17. / Psal. 77. / Ioan. 6.

A gum ducentes cum infidelibus. Qd' fit per primum calorem fidei. Sic.n. quisq; Hierusalem cœlestis fit ciuis idoneus cum primũ huic seculo renunciauerit, qũo ille populus in terram promissionis induci nõ potuit, nisi prius ab Ægypto recederet. Sed sicut ille nõ inde discessit, nisi diuino ꝑsidio, ita nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi dominicę misericordiæ munere præuentus & adiutus. Quem & nubes ꝓtegẽs comitatur, quæ procul arceat exercitum Ægyptiorum sequentium: quia catechumenus per fidem quam recepit, habet gratiam Dei obumbrantem uelut nubem, quæ non sinit ad illũ accedere pristinam consuetudinem uitiorum, quæ diabolo instigante subsequitur illum, sed in aqua baptismatis extinguitur uelut in mari rubro. Apte.n per mare rubrũ baptismus designat sanguine Christi cõsecratus. Mors.n. Ægyptiorũ in mari, significat abolitionem peccatorũ in baptismo. Israelitæ transeũtes, ꝑsignant eos qui nunc baptizãtur. & tali mysterio partes illi omnes de Ægypto egressi fuerunt sub nube, et omnes mare trãsierũt, ac in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Moyses Christum significat, nubes spiritum sanctum, mare aquam baptismi. Dicuntur ergo in Moyse baptizati in nube & in mari, uelut si dicerẽtur in Christo baptizati in spiritu sancto et aqua. Postea ducti sũt per desertum. Similiter & nunc baptizati omnes, nõdum perfruentes promissa patria regni cœlorum, sed quod non uident sperantes, & p patientiam expectantes, tanq; in deserto sunt. In quo pascuntur manna, et potantur aqua de petra.i.corpore et sanguine Christi. Nam sicut ille populus ante transitum maris non potuit manna comedere, sic nemo ualet ante baptismum corpus redemptoris accipere. Deĩde sicut Hebręis B data est lex, ita fidelibus ostenditur sublimitas scientiæ charitatis Christi. Sed qui post hæc omnia crimina liter peccauerint ad cœlestẽ patriam non peruenient, nisi congruam egerint pœnitentiam: sicut Iudæi qui ꝓpter culpas suas ad terram promissionis non peruenerunt, sed in deserto perierunt. etsi .n. in aliquibus, nõ tamen in pluribus eorum beneplacuit Deo. Communia fuerunt omnibus illis sacramenta, sed non cõmuni gratia. Ita et nunc baptismus nobis omnibus communis est, sed nõ uirtus baptismi: commune nobis est sacramentum corporis et sanguinis domini, sed non communis uirtus sacramenti. Non ergo solis sacramentis confidamus, quia his solis ad regnũ cœleste non perueniemus, si bona operari neglexerimus, aut si saluatorem more ueterum offendere non timuerimus.

1. Cori. 6.

*Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum sicut & illi concupierunt, neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Nume. 11. Exodi. 32.

Iudæi post maris transitum, post angelicum cibum & spiritualem potum, quia grauiter Deũ offenderũt, ad promissam hæreditatem non peruenerunt, sed in deserto pierunt. Sed hæc quæ de illis narrãtur, facta sunt tunc in figura nostri, qui eramus futuri: qm̃ in illis pręfiguratum est qd' nos si post baptismum, si post dominici corporis & sanguinis cibum et potũ similiter peccauerimus, ad cœlestem patriam nõ perueniemus: sed in hoc seculo maligno moriẽtes, ad pœnas inferni ducemur, quas pœnę illorum pręsignabãt. Caueamus igitur similiter offendere, ne talia patiamur in ueritate, qualia illi pertulerunt in imagine. Hæc enim (ut dictũ

C est *facta sunt in figura nostri*, ut nos metu pœnarum, quæ illis acciderunt, corrigamur. *ut non simus concupiscentes malorum*.i. concupitores uitiorum, *sicut & illi concupierunt*. per cõcupiscentiam.n. desiderauerunt cibos Ægypti, quos reliquerant dum manna pascerẽtur cœlitus misso. et p esu carnium flentes murmurauerunt. Caueamus & nos illecebras gulę, uentrisq́ ingluuiem, ne similibus epularum concupiscentijs pereamus. *Neq; idololatræ efficiamini* manducãtes in idolio, *sicut quidam ex ipsis*, manducantes corãm uitulo. Neq; idololatræ efficiamini.i. nõ ædificetis ad idololatriam exemplo uestri infirmam fratrum cõscientiã, qui uidentes uos in idolio recumbere, putant quòd ibi ob honorem idoli comedatis. Non efficiamini idololatræ, sicut facti sunt non omnes Iudæi, sed quidam ex ipsis idololatræ facti sunt adorãtes uitulum aureũ, dum Moyses in montes quadraginta diebus cum domino moraretur, *quemadmodum* in Exodo *scriptum est*, *Sedit*

Exodi. 32. *populus* ante uitulum *manducare & bibere*, *&* cum alacres facti essent ex cibo & potu, *surrexerunt ludere*.i. ludos facere in uituli ueneratione. Surrexerũt ludere.i. corãm uitulo saltare. Vel ludere.i. uitulum adorare. Quid.n. lusui puerili tam simile, q̃ idôla colere? Cauete igitur ne & uos similiter corãm idolo nunc sedeatis manducare & bibere, & infirmos excitetis ad lusum idololatriæ.

Nume. 25. *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uigintitria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam*

Nume. 21. *eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmurraueritis, sicut quidã eorum mur*

Iudith. 8. *murauerunt, & perierunt ab exterminatore.*

Neq; in idololatriã declinemus, postq̃ de tenebris infidelitatis educti sumus, ut illi declinauerunt, postquam de Ægypto, ubi seruierũt idolis, fuerant educti. *Neque fornicemur* cũ paganis mulieribus, ne p eas ad cul D tum idolorum seducamur, *sicut quidam ex ipsis fornicati sunt* cũ filiabus Madiam, & comederũt de sacrificijs ea Nume. 25. rum, adorauerunt q́ Deos ipsarum. & hoc factum est consilio Balaam. Videte ne uos similiter cõsilijs pseudoapostolorũ decipiamini, qui uestram perniciem moliuntur, sicut Balaam filios Israel perdere machinabatur. Nam propter hanc fornicationem *ceciderunt una die* gladio *uigintitria millia*, quoniam Moyses statim præcepit iudicibus Israel, ut occideret unusquisq; proximos suos, qui initiati fuerãt Beelphegor, & occisa est tanta multitudo eorum. Vbi præfiguratum est, quòd etiam uiros in dilectione & in obseruantia decalogi perfectos & in fide trinitatis, si fornicati fuerint, occidẽt eos in iudicio futuro quasi ĩ una die iudices Israel, id est, apostoli. Nam per decem ĩtel- Matth. 19. ligitur decalogus legis: per uiginti, Lucæ. 22. id est, per geminationem denarij numeri, exprimitur gemina dilectio, q̃ legem facit impleri, per tria, fides trinitatis: per mille, perfectio. & ita (sicut diximus) p uigintitria millia designatur illi, qui in dilectione & prę ceptorum diuinorum obseruãtia & fide sunt perfecti: sed caueant fornicationem, quia propter hanc solam in infernum cadere possunt in die iudicij. *Neque tentemus Christum*, diffidentes de eius auxilio, et fastidiẽtes eius spiritualem cibum, ne malignis spiritibus perimendi tradamur, *sicut quidam eorum tentauerunt* illum, *& à serpentibus perierunt*. Nã sicut scriptura refert, tędere cœpit populum itineris ac laboris, locutusq́ contra dominũ & Moysẽ, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto ut moreremur in solitudine? Nume. 21. Deest panis, non sunt aquę. Anima nostra iam inanis nauseat super cibo isto leuissimo. quamobrẽ misit dominus in populum ignitos serpẽ

tes

A tes. Ita. n. Christum tentauerunt, dũ loquerentur contra dominum qui est ipse Christus, & cõtra Moysen famulum eius pрter tædiũ uiæ longioris & laboris & penuriam cibi crassioris, cum uelut pro nihilo mãna ducerent. Ac per hoc Christus comprobatur esse deus, qui iam ab illis est tentatus. Quibus ipse ad significanda peccata, quorum ueneno inuisibiliter moriebantur, uisibiles serpentes quibus admonerentur, immisit: & plaga emendatoria mortes animarum mortibus corporum figurauit. Caueamus & nos ne Christum simili modo tentemus, loquentes contra eum & contra prælatum quem ipse nobis dedit, cur nos eduxerit de Ægypto. i. de tenebrosis seculi uoluptatibus, dum affligimur in solitudine conuersationis huius, et penuriam sustinemus corporalis uictus, cum spiritalis abundet: & tędet nos itineris ac laboris, dum per patientiam diu nolumus expectare quod nõ uidemus: sed cupimus ad regnum peruenire cito sine laboris

Actuũ. 14 ullius tolerãtia. Nam cum per multas tribulationes oporteat nos intra

Iudit. 8. re in regnum cœlorum, si tribulationes in uia lõganimiter sufferre respuim⁹, iusto Dei iudicio trademur ignitis serpentibus. i. malignis spiritibus, qui nos igne uitiorum inflamẽt, & animas nostras ueneno peccatorum inficiant & extinguãt. Notãdum etiam quia sicut Iudęi Christum in Moyse contẽpserant, sic Corinthij contemnebant eum in Apostolo, dum male loquerentur de apostolo duce suo, sicut Iudæi de Moyse. & ideo nũc tali exemplo uult eos compescere. Qui & addit: *Neque murmuraueritis.* Murmurabant. n. contra

Exodi 15. 16. & 17. maiores suos, qbus inuidebant charismata meliora, uel etiam contra ip

Nume. 14. sum apostolum. Ne murmurauerit

19. & 17. tis, inquit, *sicut quidam eorum murmurauerunt.* i. iniuste de prępositis suis con- B questi sunt, & ideo *perierunt ab extermi-* Iudith 8. *natore.* i. ab angelo q extra terminos promissæ terræ percussit eos, uel extra terminos sortis electorum misit. Nam Chore & socij eius murmura Nume. 19 uerunt cõtra Moysen & Aaron, qđ non diuina electione, sed quasi ꝑ seipsos prælati essent populo: & idcirco sic exterminati sunt, ut uiui descẽderent in infernũ, disrupta terra sub pedibus eorum. Propter quod & sequenti die murmurauit cõtra Moy Ibidem. sẽ & Aarõ multitudo filiorũ Israel, dicẽs: Vos iterfecistis populũ Dei. & ob id egressa est ira à domino in eos, & uastati sunt incẽdio: fuerũtq; q percussi sunt, quatuordecim millia hominum, absq; his qui perierãt in seditione Chore. Ita propter murmurationes suas quibus falso de rectoribus suis conquerebantur, periere rũt, et de medio multitudinis exterminati sunt per angelũ administrantem pœnas eorũ. Videte ergo ne & uos similiter contra me murmurantes, uel contra quoslibet uobis superiores aut prælatos, similiter, ímo deterius pereatis. Non enim est ambiguum illos peccantes plus subiicẽdos tormẽtis, quibus peccantiũ pœnę ad hoc relatę sunt, ne peccarent.

*Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostram,* Roma 15. *in quos fines seculorum deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare, uideat ne cadat.*

Ita post maris transitum & cœlestem cibum propter uarias offensiones suas uarijs modis perierũt. Sed *hæc omnia contingebant illis in figura*, quia tunc figurabatur, quod ꝑ similibus culpis perire possumus post baptismum & corporis Christi sacramentum. Nam quod in plutibus eorum non fuit beneplacitum, Deo & pro- Matth. 20. strati sunt in deserto, ꝑfigurauit qđ Matt 7. nunc in populo christianorum multi qdem sunt uocati, pauci uero ele-

C cti. Lata.n. uia quæ ducit ad pditionem, & multi sunt qui uadunt p eã nec in illis beneplacitũ est Deo. Qđ illa mala concupierunt, & corde in Ægyptũ redierunt, figurabat quod carnales christiani erant mala desideraturi, & mẽte ad seculi relicta uitia redituri. Quòd quidã ex illis idololatræ facti sunt, quod quidam fornicati sunt, quod quidam Christum tẽtauerunt, quod qdam murmurauerunt, significabat, quod quidam ex christianis erant in idololatriam casuri, & quidam fornicaturi, et quidam Christũ tentaturi, & quidam murmuraturi, & inuisibiliter pœnas eorum passuri. Vnde non omnes illi, sed quidam ex ipsis memorantur hæc mala fecisse: quia nec omnes christiani, sed quidam similia nunc faciunt: et qui modo uetustas illorũ culpas imitãtur, necesse est ut & pœnas ipsorum patiantur. In figura ergo contingebãt illis hæc omnia. Sed *scripta sunt ad correptionem nostram*.i. ut corrigamur auditis culpis & pœnis eorũ, atque caueamus esse de illis qui similia faciunt & patiuntur. In figura cõtingebant omnia sub ueteri testamẽto, & ideo iam nõ opus est ut cum res manifestas agimus, figurarũ prænunciantiũ celebrationi seruiamus.i. ut sabbata custodiamus & ciborum differentias et his similia. Sed tamen scripta sunt propter nos, & ideo magna nobis cura sunt legenda & intelligẽda, et in magna authoritate habẽda, cum propter nostram utilitatẽ sint scripta. Vitia quoque & tormenta ueterum scripta sunt ad correptionem nostram, *in quos*.i. ĩ nos *deuenerunt*.i. declinauerunt *fines seculorum*, quia in ultima ætate sumus, & tot exẽplis priorum magis corrigi debemus. Alioquin pœna illorum geminabitur nobis, quia maior notitia legis, magis reum facit eum qui eam non custodit. Fines autem seculorum tanquam senectus ueteris hominis, cum totum D genus humanum tanquam unũ hominem constituerimus, sexta ætate significatur, qua dominus uenit. Sũt enim ætates sex etiam in uno homine, infantia, pueritia, adolescẽtia, iuuentus, grauitas, senectus. Prima igitur humani generis ætas est ab Adã usque ad Noe, secunda à Noe usque ad Abraham, tertia ab Abraham usque ad Dauid, quarta à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, & inde quinta usque ad aduentum domini. Sexta uero agitur ab aduentu domini usque ad finem seculi, qua exterior homo tanquam senectute corrũpitur, qui etiam uetus dicitur, & iterior renouatur de die in diẽ. Inde requies sempiterna est, quæ significatur sabbato. Quia ergo fines seculorum sic deuenerunt in nos.i. secularitas ĩ nobis decreuit & finiri cœpit, ideo tutius erit si iam ultra peccauerimus. Post hęc salubris admonitio subdit. Qm̃ Israelitę post accepta diuinitus beneficia ceciderunt in uarias offensiones, per quas perire meruerũt, & casus Israelitarum præfigurauere casus christicolarum: atque omnia quæ tunc illis acciderunt, scripta sunt ad correptionem nostram, *itaque quicunque se existimat stare*.i. statum rectitudinis habere, *uideat*.i. solicitus sit *ne cadat*.i. ne labatur in culpam grauem, quia iustus septies cadit in die & resurgit. Videat ne cadat, dum se stare putat. Hoc maxime ad eos ex Corinthijs Prouer.24. dictum est, qui præsumentes de sua scientia, qua licitũ esse nouerant omnia edere, infirmis fratribus scãdalo erant: & putabant se aliquid profecisse ex doctrina pseudoapostolorũ unde facti erant deteriores: atque iudicabant apostolum, cũ ipsi essent rei. Superbiam igitur eorum amputat, ne per hãc in uarias culpas sicut Iudæi corruant: quia & apostolo superbe detrahentes, Christum tentabãt.

A Multos etiam alios qui futuri erāt, reprimit ab elatione perniciosa, dū hortatur ut stans obseruet ne cadat, id est, ne peccato consentiat, uel ne alium peccare faciat Voluntate enī sua cadit qui cadit, sed uolūtate Dei stat qui stat, aut resurgit q resurgit.

Osee. 13.

Nota.

*Tentatio uos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.*

Stans uideat ne cadat. Non quod penitus sine casu perseuerare possit. Sed hoc saltē uidete, ut *tentatio*. i. peccati delectatio, *uos non apprehendat*. i. rationem uestrā in consensum non trahat, *nisi humana*. i. nisi de his leuibus peccatis, sine qbus humana uita nō potest duci. Vel non dęmoniaca, sed humana tentatio uos apprehendat, Nam humanum quidem est, in corde tentationem perpeti: dæmoniacū uero est tentationis certamine & in operatione superari. Item aliud sape re q̄ se res habet humana tentatio est. Nimis autem uel illius uel suā ipsius amando snīam, uel inuidendo melioribus usq; ad præcidendæ cōmunionis & condendi schismatis, aut hęresis sacrilegium puenire, diabolica pręsumptio est In nullo autē aliter sapere q̄ se res habet, angelica pfectio est. Qua igitur homines sumus, sed æquales angelis in resurrectione futuri sumus quandiu nō habemus angelicā perfectionē, caueamus diabolicam p̄sumptionem. Humanum quippe est de occultis aliorū non uera sentire, ut homo credat bonum quem nescit malū: & iterū opinione non certa credat malum, quem non probauit malum, et ante temp⁹ iudicet quod nescit. Sūt etiā humanæ tentationes, cū bono ąsq; animo, scdm humanam tamē fragilitatem in aliquo cōsilio labitur: aut irritatur in fratrem studio corrigendi, paulò tamen amplius quàm christiana tranquillitas postulat. In his B & talibus est humana tentatio, non dæmoniaca. Dæmonis est. n. scięter et uolūtarie peccare, cū nulla ad hoc fragilitate trahatur: hominis autem est per ignorantiam uel per infirmitatem peccare. & qa necesse est uos tentationibus probari, non dico uel oro ut non tentemini, sed ut tētatio nulla uos apprehendat nisi humana. i. ut sicut homines, non sicut dæmones tentemini. s. ut per tentationes proficiatis, non succūbatis Ego quidem hoc dico, sed deus adimplebit quod dico, quia ipse est fideliter adimplens quod promisit, cū diceret: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. *Fidelis est Deus*. i. uerax in hac promissione, ut sit semper uobiscum in omni tentatione, & nō sinat uos ultra uires tentari, sed tentationem leuiget ut uincatis. Aliter de aliquo dicimus, nō mihi habuit fidem: aliter non mihi seruauit fidem. Nam illud est, non credidit quod dixi: illud nō fecit quod dixit. Scdm hāc fidē qua credimus, fideles sumus Deo: scdm illā uero qua fit quod promittitur, etiam Deus ipse fidelis est nobis. Fidelis est deus in eo quod se suis pro misit auxiliaturum, et coronam glo riæ post tentationes daturū, & ideo *non patietur uos tentari supra id quod potestis* ferre. i. non permittet ultra mensurā uestrarum uirium excrescere pōdus alicuius tentationis. Nisi. n. misericors Deus cum uiribus tentamenta modificet, nullus profecto est, qui malignorum spirituum tentationes non corruens porter. Quia si mensuram iudex tentationibus non prębet, eo ipso protinus stantem deijcit, quo ultra uires onera imponit: & idcirco pia dispensatione hostem nostrum permittit & retinet, relaxat & refrænat, ut & tentemur ad profectum nostrum, & non supere

Matth. 28.

Iacob. 1.

Matth. 22. Marc. 12. Luca. 20.

C mur ad hostis desideriũ. Fidelis.n. est, & ideo facit ut aut cito cesset ren ratio, aut si prolixa fuerit, det ipse to lerandi uirtutem. Non patietur uos tentari supra uires, *sed cum ipsa tentatione faciet etiam prouentum*, tolerãriç, *ut possitis sustinere* pondus tentationis. Subuenit. n. ut impleat quod promisit, quia fidelis est: & illud facit prouenire, quod potest humana fragilitas sustinere. Nouit. n. qñ procellam tẽtationis exurgere sinat, qñ exurgentẽ reprimat. Nouit pro costodia nostra restringere, quod cõtra nos egre di pro nostra exercitatione permittit, ut sæuiens nos diluat procella, nõ mergat. Prouentum ergo facit in tẽtatione, quia & tentationem prout expedire nouit, facit prouenire, & citius opus cõsolationis occurrere facit, atq; surgentes tentationis stimulos mitigat, impugnantesq́; se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxq́; anima ĩmensam de spe cœlesti lætitiam percipit dũ deuictum respicit malũ qd' tolerauit.

*Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.*

Dixi q͛ omnia contingebant Israelitis in figura, qui post cœleste pabulum cõuersi sunt ad idôla, multisq́; modis offenderũt, & quod uos deũ fidelem habetis adiutorem in omni tentatione. *Propter quod ô charissimi*, quibus ego propter magnam charitatẽ consulo, *fugite*. i. cito uos elõgate, nõ solum animo, sed & corpore *ab idolorum cultura*. ne sicut Iudæi fiatis iterũ idololatræ. Qui. n. assiduus est ĩ ido lio, aliquid sperat de eo: & de eo spe

2. Reg. 28. rare, de Deo dubitare est. Sic. n. Saul ad idololatriam quam exterminaue rat rediĵt, sperãs aliquid de ea. Fugite ergo ab idolorum cultura, ne per hanc uobis nascatur in Deum tentatio. Fugite quasi pestem, quasi uenenum, quasi mortem: quia nisi cito fugeritis, non euadetis. Fugite de idolio, ut non comedatis ibi cum offen D diculo simplicium fratrum: quia iã in eorum infirma conscientia facti estis idololatræ, dum uos æstimant ob honorem idolorũ ibi comedere.

*Vt prudentibus loquor, uos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nõ'ne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, non'ne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnesq; de uno participamus.*

Fugite ab idololatria, & ut inde fugiatis, *loquor* uobis altum aliqd, nõ quasi rudibus, sed quasi *prudentibus* & rationis capacibus. Ideoq́; *uos ipsi* uelut prudentes *iudicate quod dico*. i. an pp hãc rõnem quã subiungo, debeatis fugere procul ab idolis, & abstinere prorsus ab illorum sacrificĳs. Calix benedictionis &c. Ideo prius de calice loquitur, qa de pane postea plus erat locuturus. *Calix benedictionis cui benedicimus*. i. calix cui Christus in cœna benedixit, & cui nos sacerdotes in missa benedicimus. Vel calix benedictionis. i. cuius haustu benedictio credẽtibus ĩfunditur, cui nos sacerdotes in sacramentorum confectione benedicimus, *non'ne est communicatio sanguinis Christi?* i. non'ne facit eos qui digne bibũt illum, esse particeps uitæ Christi quæ per sanguinem designatur, qm̃ anima carnis (ut Moyses dixit) in sanguine est. Hoc est, Leuit. 17. non'ne facit nos esse illius beatitudinis & gloriæ participes, in qua cum anima ipsius anima uestra unũ qd fiat per eiusdem gloriæ consortium? Vbi ĩnuitur, quia similiter calix maledictus idolorum, potantes se facit participes mortis dæmoniorum. *& panis quem* nos sacerdotes in altari *frãgimus*, & quem unum in multas partes diuidimus ad desígnãdam unionem charitatis accipientium, *non'ne participatio corporis domini est?* i. nõ'ne hoc operatur in nobis, ut tandem corpora nostra recipiant participationem immortalitatis

C immortalitatis & gloriæ corporis nostri? Hoc est dicere. Participatio calicis & panis dominici, facit ut anima nostra & corpus tandem cōformetur animæ & corpori Christi secundū receptionem eiusdem beatitudinis. Tunc autem hoc erit, si qđ in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Sicut enim ut fit species uisibilis panis, multa grana in unum cōsperguntur, tanq̄ illud fiat quod de fidelibus ait scri-

Actuū. 4. ptura, erat illis cor unū & aīa una, et sicut in cōfectione uini liquor granorꝫ multorꝫ in unitatem confunditur, ita dominus Iesus nos ad se pertinere per unitatem charitatis significauit, ac mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecrauit: et ideo qui accipit mysterium unitatis, & non tenet uinculum pacis, nō mysteriū accipit pro se, sed testimonium contra se. Panis quem frangimus, est participatio corporis domini: q̄a ipse panis quem multis diuidimus, est uerum corpus domini: & qui de illo accipiunt, de corpore domini accipiunt, atq; fiunt etiam ipsi quod accipiunt. *Quoniam nos multi sumus unus panis & unum corpus.* Nam sicut unus panis ex multis granis, et unū corpus ex multis membris cōponitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Vnus ergo panis sumus. Nā ieiunijs et exorcismis cœpimus moli, deinde in baptismo conspersi sumus, & per acceptionem sancti spi-

Matt. 2. ritus sumus decocti, & ita panis do

Marc. 14. minicus effecti, si unum esse perseue

Luc. 22. rauimus. Nam ideo dominus (sicut dictū est) corpus & sanguinē suum in eis rebus cōmēdauit, quæ ad unū aliqđ rediguntur è multis, q̄m aliud in unum ex multis granis cōficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit. Et ob hoc, cōmunicatio corporis & sanguinis Christi, societatem D æternam sanctorꝫ designat & facit, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propter quę oīa recte dicimur omnes unus panis & unū corpus, q̄a *& omnes de uno pane* corporis Christi *participamus*. Quod.n.quisq; suam partem ex hoc pane percipit, significat quia unusquisq; iuxta mensurā suam particeps fit huius gratiæ. Sicut aūt unus panis dominici sacramenti unum corpus Christi efficit in ecclesia, sic panis idololatriæ dæmonū participatio est: et sicut oēs q̄ de uno pane ac de uno calice domini sumimus, unū corpus efficimur: ita si cū idololatris de sacrificio eorꝫ comedimus & bibimus, unum profecto cū illis corpus efficimur. Qui enim comedit idolothytum, unū cū dæmone fit: sicut q̄ comedit corpus Christi, fit unum cum Christo.

*Videte Israel secundum carnem. Non'ne qui edunt hostias, participes sunt altaris?*

Dixi quia qui edunt carnem Christi, & bibunt sanguinē eius, participes sunt Christi, & hoc uobis per similitudinē ostendo. Nam *uidete*.i. considerate eum *Israel*, qui non sc̄dm spiritū ut nos, sed *secundum* solam *carnem* est Israel.i. ppl'm Iudæorꝫ, qui sola carne sunt filij Iacob, & carnal'r itelligunt et seruāt legis pręcepta. *Non'ne* illi *qui* apud eos *edunt hostias* carnaliter īmolatas, *sunt participes altaris*? i. de sacrificio altaris partē in esum accipiūt. Ita est. Pars.n. cremabat̄ in altari, & pars comedebat̄: & sicut Iudæi participes fiebant altaris per esum hostiarꝫ, sic nos efficimur participes Christi p̄ esum carnis eius. Q̄m uera carnis substantia quę in Xp̄o est, in nos trāsit: q̄m sacrificiū illud idē qđ erat in altari, transibat in eos qui comedebāt de illo. Simil'r et qui idolothyta sacrificia manducant, fiunt socij dæmonum, quomodo carnalis Israel socius erat altaris in templo,

R

A qui de sacrificijs manducabat.

*Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum, sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non* Deute.32 *Deo. Nolo autem socios uos fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse & mensæ dæmoniorum.*

Qm̄ monebat Apostolus ut fugerēt ab idolorū cultura, nec cibis talibus cōtaminarentur, sensit motum cordis eorū, & ideo præuenit neqs illi diceret: Ergo dicis uim aliquā habere idôlum uel posse polluere. Nō, inquit, idôlum insensibile polluit, sed dæmones qui templis præsident, ad hoies deprauandos & suo seruitio mancipandos, non qđ offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Quasi diceret: Qm̄ dixi, fugite ab idolorū cultura, ergo nequis ex hoc moueatur, interrogo, quid dico in illis uerbis præmissis? An intendo dicere, quòd imolatum idolis, sit aliquid. i. imutetur in aliquam dignitatem? Aut intelligo, quòd idôlum sit aliquid. i. ualeat in aliquo prodesse uel obesse? Non hoc dico, *sed* potius istud assero, qa sacrificia *quæ immolant gentes*, non idolis, sed *dæmonijs* (quæ latent in idolis *immolant, & non Deo*. Dæmonijs. n. magis dediti sunt, qđ est periculosius. Nam si tātum idôla colerent, sicut eos nihil adiuuarent, ita nihil eis nocerent. Nam simulachrū uere nihil est, sed sub tegmine simulachri diabolus colitur. Gētes imolant dæmonijs. Sed ego *uos* qui Christo cōcorporati estis, *nolo fieri socios dæmoniorum* per sacrificia gentium. Non enim hoc totum quod uidet, est in idolo, sed sub tegmine idoli est oc-
Matt. 15. cultum iniquitatis mysterium. Ideo
Marc. 7. abstinendum est ab esu talium sacrificiorū. Dñs tamen dicit, quia quod intrat in os, non coinquinat hoiem. Vbi sciendum qa ipsi qdem cibi, & Dei creatura ois quidem per se munda est, sed idolorū ac dæmonum inuocatio ea facit imunda. Ideo debe- B 1.Timo.4
tis idolorū sacrificia respuere, qa *non potestis calicem domini*, in quo sanguis est eius, *bibere, & calicem dæmoniorum*, in quo uinum est sacrilegæ superstitionis. nec *potestis mensæ*. i. altaris domini in quo corpus eius est, *participes esse et mensæ*, id est, altaris *dæmoniorum*. et tam magnum sustinebitis incōmodum, ut à corpore & sanguine domini, sine quo uitam habere nō potestis, separemini, qm̄ sacrificium Christi & sacrificiū diaboli nemo potest comedere. Quæ. n. conuentio Christi ad Ioan. 6.
Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Vel quis cōsensus templo Dei 2. Cor. 6.
cum idolis? Nulla his adinuicem societas, quoniam mors & uita simul non conueniunt. Sequitur

*An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?*

Non debemus ad subuersionē fratrum manducare sacrificia idolorū. Quia *an æmulamur dominum?* id est, an inuidemus domino, ut regnū eius minuamus, comedendo idolothyta ad perditionem fratrum? nō oportet ut æmulemur eum, conantes ei auferre membra sua. Quia *nunquid fortiores sumus illo*, ut possimus contra eum præualere, & eos ad perniciem trahere, quos ipse uult ad uitam seruare, uel nos ipsos ab eius percussione defendere? Malo nostro utimur, si contra Christum agimus. Vel ita: An æmu-
lamur dominū, id est, an imitamur Matt. 9.
Christum comedentem cum publi- Marc. 2.
canis & peccatoribus, dum cū ido- Luc. 5.
lolatris māducamus? Nequaquam illum imitamur in hoc facto, quia ipse non cum idololatris cibū sumpsit, sed cum his qui unū Deum colebant, & tamen peccatores erant, ut eos dulcedine familiaritatis suæ traheret ad pœnitentiam. An imitamur dominum? Minime: et nūquid sumus fortiores illo? id est, nunquid

A agimus fortiora quàm ipse, per scientiam qua nouimus idôlum nihil esse, sumentes idolothyta quód ipse non fecit? Hoc est enim fortiores illo esse, quod tamen non est fortitudo, sed debilitas, ea facere quæ ille non fecit.

Exec.37. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*
Sup.6. *Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.*

Abstinendum est ab immolatis, et *omnia* quidem ciborum genera *mihi licẽt*, qui possum ea sumere mũdo corde, *sed non omnia expediunt* mihi, id est, quædam eorum non adiuuant, sed implicant cursum meum. Secũdum legem naturæ licent, quoniam munda sunt omnia naturaliter, & ideo licent. i. nullo pcepto mihi phibentur. *Omnia* quidem ciborum genera *mihi licent*, & lege naturæ et potestate liberi arbitrij, *sed non omnia ædificant* pximos, quoniam quæ idolis oblata sunt, destruũt illos, & à fide subuertunt: & ideo à licitis est abstinendum est, ne fratres scãdalizentur. *Nemo* enim *quærat quod suum est*, id est, suum pprium cõmodum, *sed* commodum *alterius*. Nam qui ueraci
1.Timo.4. ter ĩtelligit idôlum nihil esse, & oẽm Dei creaturam bonam esse, atque sic comedit idolorum sacrificia, non uerens scãdalizare fratres pter suam escam, iste quod suũ est quærit, non quod aliorum. Qui uero ne fratribus noceat, à licitis abstinet, ille non quod suum est quærit, sed quod aliorum, quia charitate compulsus, etiam per sua damna quærit aliorum cõmoda. Quod de esca diximus, hoc de omni re sentiendum est: quia qui suas utilitates negligit pro utilitatibus proximorum, ille iustus est.

*Omne quod in macello uenit, mãducate, nihil*
Psal.23. *interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius.*

Quoniam licita sunt hæc, & tamen non est utendum eis semper, determinat, quomodo & qua rõne possint manducari, scilicet si uenalia fuerint in B foro reperta. *Omne*, inquit, *quod in macello uenit*, id est, quod uenditur in loco ubi carnes uenduntur, *manducate, nihil interrogantes*. i. non quærẽtes an sit ĩmolatum uel nõ ĩmolatum, & hoc facite *propter conscientiam*. i. ut libera sit conscientia uestra: quia licet aliquid sit oblatum idolo, tñ si hoc nescierit qui emit, nullum patitur scrupulũ, & apud Deum ĩmunis est. Vel propter conscientiam uendentis conseruandam, quia si manducaretis postquam diceret ĩmolatum esse, ille si infidelis esset, confirmaretur in infidelitate: uel si fidelis, reuocaretur à fide. Nihil interrogate, quia si interrogaueritis infideles, qui uos sciunt esse Christianos, propter irrisionẽ uobis respõdebunt omnia esse immolata. Dixi ut manducetis sine interrogatione, quia *domini est terra*, quæ cuncta nutrit et sustinet, *et plenitudo eius*, id est, omnia quibus impletur terra. Nec potest immundum esse quod domini est. Si ergo idolis ĩmolatum aliquid, uel non est, uel nescitur, sine ullo cõscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumitur. Si uero certum est immolatum esse, melius christiana uirtute respuitur.

*Siquis uocat uos infidelium ad cœnam & uultis ire, omne quod uobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Siquis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Coloss.3.

Dixi qualiter manducandum sit quod emitis, dicam et gratis datum qualiter edi possit. Ita scilicet: *Siquis infidelium uocat uos ad cœnam &c.* Cœna à cõmunione uescentium appellatur. κοινὸν quippe cõmune dicunt Græ-

C ci. Unde & cōmunicantes, quod cō muniter. i. pariter cōueniant. Apud ueteres enim solitum erat in propatulo uesci, & cōmuniter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Si uos ad cœnam quis infidelium uocarit, non præcipio ut eatis, sed in uestra uoluntate pono. Tūc aūt Christianus ad cœnam īfidelis ire debet, si aliquem fructum ibi habet, id est, si scit se illum lucrari: sicut Christus ideo cū peccatoribus edebat, ut eos

Matt. 9. ad pœnitentiam conuerteret. Si *multus* ad talem cœnam *ire, omne quod uobis apponitur, manducate* simpliciter, *non interrogantes* unde sit, *propter conscientiam* simul discumbentium, ne confirmetis infideles in errore suo, si scienter manducauritis coràm eis cibos idololatriæ. Hoc tñ perfectis dicit, qui possunt contemnrntes idôlum qa nihil est, manducare de sacrificio, certi qa quod sub Dei creatoris nomine editur, non pōt polluere. Nihil interrogantes edite quod apponitur. Sed *si quis dixerit* de eo quod apponitur, *hoc immolatum est idolis, nolite* iam *mãducare propter illū qui indicauit*, ne putet uos illud comedere sub idolorū ueneratione, *& propter conscientiam* aliorū. Qui enim idolis seruit, gloriabitur, si uos edere de sacrificijs uiderit, & in errore confirmabitur, malumq; fratribus dabitis exemplū. Patet qa caro per se non est īmunda. Nam si natura ipsa īmolatitiæ carnis esset immunda, utiq; et nescientē cōtaminaret. Neq; enim eo minus ipsa esset, quo à nesciente sumeretur. Sed propter conscientiam, ne dæmonibus communicasse uidearis. *Conscientiam autem dico, non tuā*, quę firma est in cognitione ueritatis, *sed alterius*, qui adhuc infirmus est in fide, uel necdum uenit ad fidem. Apud cōscientiam enim suam lætabitur infidelis quisque, si uiderit te libenter appetere quod idolis immolatum est, & dicet: Quomodo Christiani uetant nos īmolare qua-

D si sit malum, & ipsi illa manducant quasi sancta & mūda? Et idcirco ab stinēdū est, ne mala de nobis opinio generetur in aliorū mentibus. Quia *ut quid iudicatur mea libertas ab aliena cōscientia?* id est, cum ab idoli ueneratione sit libera cōscientia mra, quid opus est ut malam de me dans opinionē, faciam æstimari quia uenerationis causa manducem idolis īmolata? Iudicarer enim non distare ab idololatris, si non abhorrerem quod oblatum est idolis. *& si ego cum gratia participo*, id est, si ego gratiæ Dei cōmunico, quia in ipsius nomine edo, *quid blasphemor pro eo quod gratias ago?* id est, qd opus est me cadere in blasphemiam imprritorū? quid necesse est, ut faciā æstimari quia ego deuotus sum idolo, dum quæ illi sunt oblata nō horreo? Blasphemor enim inde ac uituperor, quia magnum aliquid de idolo sentire uideor, & infideles gaudēt in idololatria, dum me putant participem habentes occasionem permanendi in errore, & fidelibus malum datur exemplum. Et quia hæc mala inde contingerent, ergo cauete idolis oblata, ut possitis ad laudem Dei comedere. Quamuis enim per puritatem conscientiæ uestræ licitum sit uobis ista sumere, inimicum tamen Deo est ea scienter edere, quoniam ad opprobrium unius Dei hæc diabolo dedicātur. *ergo* ne faciatis cibo uestro uel actu Deum blasphemari, sed *siue manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia facite in gloriam Dei*, id est, sic facite omnia, ut ex his glorificetur & laudetur Deus. Modeste & frugaliter & temperanter manducando & bibendo, glorifica Deum. Si enim quod mãducas & bibis, ad refectionem corporis sumis reparatio nemq; membrorū, grās agens ei qui tibi pbuit mortali & fragili ista supplementorum solatia, et cibus tuus & potus

A & potus tuus laudat Deum. Si uero modum naturæ debitum imoderatione uoracitatis excedas, & uinolētia te ingurgites, manducans & bibens Deum blasphemas. Si post cibū & potum requiescis ut dormias, & in lecto nihil turpiter egeris, nec excesseris ultra cōcessam licentiam in lege Dei, laudas eum: & cum dormis, si mala cōscientia non te excitat à quiete, inocentia somni tui laudat Deū: et cum uigilas et bene agis, atq; Deus laudaē de bono ope tuo, opere tuo Deum laudas. Sic ad laudem eius omnia sunt agenda.

*Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant.*

Ita uestram conuersationē modificate, ut nullus scandalum ex ea patiaē. Estote scilicet *sine offensione Iudæis & gentibus et ecclesiæ Dei.* Offensio enim Iudæis fit, si Christianum qui se dicit legem & pphetas recipere, uiderint idola quæ illi abominantur, nō horrere. Gentilibus uero hæc est offensio, si in eo in quo sunt, nō solū non arguantur, sed et promptiores fiant, dum non uitantur uota idoloꝝ suorum. Ecclesię autem Dei fit offensio, dum quosdam ex numero suo uidet his quæ inimica Deo sunt, adhærere. Cauete igitur uno cibo uestro sic omnes offendere, *sicut & ego* non solū non offendo quenq;, sed ēt *placeo omnibus per omnia* quæ facio. Nō qdem ita placebat Apl's oibus, ut placeret ēt tam multis persecutoribus suis, sed placebat omni generi hoīum, quod Christi cōgregabat ecclesia, siue iam intus positis, siue introducendis in eā. Oportet.n. ut rectores boni placere hoibus appetant, sed idcirco ut suæ ęstimationis dulcedine pximos in affectum ueritatis trahant, non ut se amari desiderēt, sed ut dilectionē suam quasi quandā uiam faciāt, per B quam corda audiētium ad amorem conditoris introducant. Difficile qppe est, ut quālibet recta denuncians prædicator, qui non diligiē, libenter audiatur. Debet ergo qui præest, studere se diligi, quatenus possit audiri: & tñ amorem suum pro semetipso non quærere, ne inueniatur ei cui seruire per officium cerniē, occulta cogitationis tyrānide resultare. Recte igitur Apl's nunc dicit, qa ego p omnia oībus placeo, quāuis alibi se deneget hoibus placere. Addit.n. *non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant.* Nulli aūt utile est ad salutē, si homo ei ppter seipsum placuit: qa non recte placet aliter, nisi cū ppter Deum placet. i. ut Deus placeat & glorificeē, cum dona eius attenduntē in hoīe, aut per ministerium hoīs accipiūtur. Cum aūt homo sic placet, non iam homo, sed Deus placet. Placet ergo Paulus & non placet, qa in eo qđ placere appetit, non se, sed p se placere hoibus ueritatem quærit. Galat. 1.

CAPVT XI.

*Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

Ego, inquit, omnibus placeo, quęrens omnibus prodesse, & uos estote imitatores mei, ut nullum offendatis, sed tali intentione per laudabilem uitam omnibus placere quæratis. *Imitatores mei estote, sicut & ego* sum imitator *Christi*, quoniam ita per me imitabimini Christum qui nullum offendit, sed oēs saluare uenit. Imitatores mei estote, sicut & ego. Christi. In ecclesia iste ordo est, alij præcedunt, alij sequunē, & qui præcedūt, exemplo se præbent sequentibus: & qui sequuntur, imitantur præcedentes. Sed & illi qui se exēplo præbent sequentibus, sequuntur ipsum Christum. Nam quia omnes superauerunt proficiendo, nec iam remansit homo quem imitentur, ipse Christus eis remanet, quem usque in finem sequantur. 1. Timo. 2.

C *Laudo autem uos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis, pcepta mea* Ephe.5. *tenetis. Volo autem uos scire, quòd omnis uiri caput Christus est, caput autem mulieris, uir: caput uere Christi, Deus. Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum, omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est acsi decaluetur Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uere turpe est mulieri tonderi aut decaluari, uelet caput suum.*

Postquam mores & conuersationem eorum arguit, nũc traditiones uult corrigere. Ideo non confirmando, sed per ironiã incipit loqui. Praecepi, inquit, ut me imitremini, & non possum reprehendere uos de inobedientia, sed *laude uos quòd per omnia estis memores mei, & praecepta quae uobis tradidi, tenetis*. His uerbis plus illos tangit, q̃ si manifeste increparet eos. Quia cũ esset Apostolus eorũ, ĩmemores erãt traditionum eius: neq; quod adhuc non didicerãt ex aliarũ ecclesiarũ traditione, sequebant̃: & ideo quasi nouiter tradidit illis, dicens: *Vole aũt uos scire &c.* Quasi diceret: uos obliti estis mei, & traditiones meas nõ tenetis, sed uolo ut ista q̃ subiungo, sciatis. Volo uos scire *quòd Christus est omnis uiri caput*: qm̃ uir à Deo quidem, sed per Gene.2. Christum factus est, sed *uir est caput mulieris*: quia quamuis & mulier per Christum, de uiro tamen facta est, ac per hoc subijcit̃ uiro. Et sicut uir Christum, ita mulier debet sequi uirum, & exemplo illius agere bona. Sicq; secundario per uirũ subijcitur Christo. Vir enim nulli subiect⁹ est nisi Christo, mulier autem et uiro et Christo debet esse subiecta. Christus est caput uiri, qui regitur à sapientia: sed uir caput mulieris, quae regitur à uiro. Designatur autẽ per uirum spiritus rationalis, et per mulierem anima. Est enim animę quasi maritus quodãmodo spiritus hominis, quia animalem affectionem tanquam coniugem regit. Christus ergo caput uiri est, id est, sapiẽtia Dei gubernatrix est illius spiri⁹ qui est in hoĩe, quo põt homo ĩtelligere spiritualia, si ipse spiritus pie se subijcit Deo, nihil.n.altius illo spiritu, nisi sapientia quae Deus est. Sed uir est caput mulieris, quia spiritus regit aĩam. Aliud est.n.in hoĩe rationale quod regit, aliud animale quod regitur, ut.s.caro non cõcupiscat aduersus spiritum, sed spiritui subiuget.i. concupiscentia carnalis non aduersetur rationi, sed potius obtemperãdo desinat esse carnalis, ut appetitũ animae per quem uoluptates corporis operamur, habeat mens interior tanq̃ uirilis ratio subiugatũ. Ita est caput uiri Christus, & caput mulieris uir. *Caput uero Christi Deus est*, secundum q̃ pater maior est illo, ut hunc ipsum Deum esse, quod illi cum patre unum est, caput sit hoĩs mediatoris, quod ipse solus est. Si.n.mẽtem recte dicimus pricipale hoĩs.i.tanq̃ caput humanae substantię, cum ipse homo cum mente sit homo, cur non multo cõgruentius, ĩmo multo magis uerbum cum patre simul Deus caput Christi, quamuis Christus homo nisi cũ uerbo, qđ caro factũ est, intelligi nõ possit? Oĩs uir orãs &c. Venit ad causam, qa & uiri quidem apud Corinthios nutriebant comã, & mulieres nudato capite pcedebãt in ecclesiam, gloriantes in crinibus. Quod nõ solũ inhonestum erat, sed ẽt concupiscentiae fomitem pstabat, & qm̃ Christus est caput uiri, ideo *omnis uir* tam diues q̃ pauper, in ecclesia Deũ *orans aut* cęteris *prophetans*.i. futura et occulta pnuncians *uelato capite* corporeo, *deturpat* i. dehonestat spirituale *caput suum* Christum, uel ẽt corporale caput. Sed ecõtra *omnis mulier*, quia inferior & subiecta uiro, si fuerit *orans* in ecclesia *aut prophetans non uelato capite, deturpat* & inhonestum red

D Galat.5. Ioan.14. Ioan.1.

A dit *caput suum*, quod ita nudum omnibus ostendit. Quoniã Christus cui seruire est summa libertas, caput est uiri, ideo non est iustum ut in ecclesia oret uel doceat uelato capite, qm̃ inter eum & Christum nõ est aliqd medium. Et ꝓpterea non debet ostendere signum seruitutis in se, sed libertatis. Nã qa sine alio mediante Christus est caput eius, & per Christum Deus, & ideo in signũ libertatis nõ habet uelum, quod est subiectionis signum. Deturparet.n. caput suum, si oraret uel ꝓphetaret cooperto capite, quia uideretur reputare dedecorosum sub Christo esse, tãq̃ sub suo capite, & quod ignominia esset illi, qd᷑ summa libertas & gloria debet uideri. Sed mulier in ecclesia stãs nõ uelato capite. i. sine signo subiectionis quã debet uiro, deturpat caput suum. i. dehonestat uirum, quasi nõ habeat eum medium iter se & Christum, uel caput suum carnale dehonestat, dum denudat illud, quia *unum est ac si decaluetur*, id est, tãtũdem est ad turpitudinem, ac si decaluaretᷓ. Vere idem ualet. *Nam si nõ uelatur mulier, etiam tondeatur*. Debet enim tonderi, si non est uelata. Sed *si turpe est mulieri tonderi aut decaluari, uelet caput suum*. Nam dum stat in ecclesia retortis crinib⁹ in tergo & nuda fronte, hoc est adeo turpe, ac si capilli per decaluationẽ uel detonsionem essent ablati. Nunc spiritualem intelligentiam breuiter attingamus in uiro enim (ut supradictum est) rationalis sensus accipiᷓ, in muliere autem anima hominis intelligitur, quæ à rationali sensu uelut mulier à uiro regitur. Ipsa quoq; anima hominis, quæ utrunq; unum sit, siquando ea quæ Dei sunt cogitat, quasi uir est. A qua contemplatione spirituali per uelamen, id est, carnalibus cogitationibus se cohibere non debet, sed reuelata facie, id est, mundo corde ad contemplanda cœlestia & spiritualia se extendere. B Siquando uero ea quæ mundi sunt cogitat, quasi mulier est. Sed ne supra q̃ necesse est, se in terrenis actibus occupet, oportet ut discretionis uelamine restringatur, ne forte dum licita & necessaria uult procurare, ad illicita & superflua cogitanda illiciatᷓ. Et hoc est spiritualiter quod uir caput uelare non debet, sed mulier. Vir enim, id est, uirilis sensus rationis: orans, id est, desiderãs superna aut prophetans, id est, futura prę meditãs: uelato capite, id est, obumbrato nebulis terrenarum cogitationum suo acumine: deturpat caput suum, id est, turpitudine cogitationum suarum obscurat sibi pulchritudinem supernæ sapientiæ. Sed mulier, id est, inferior pars mentis intenta temporalibus: orans, id est, appetens quę corpori sunt necessaria: uel ꝓphetans, id est, futura quę sibi sunt agenda præuidens: non uelato capite, id est, non per discretionis temperantiã restricto suo acumine: deturpat suum caput, id est, turpitudine interioꝝ desrderioꝝ fœdat superiorẽ mentis aciem, quæ debuit solis cœlestibus inhiare. Tantũdem enim ualet, quod sine uelo modestæ cohibitionis se relaxat in appetitũ temporalium rerum, ac si decaluetur, id est, ac si detegatᷓ, & appareat omnibus praua intentio eius de qua debet erubescere. Hæc enim per frontem, quæ pudoris sedes est & præeminet, designatur. Nam mulier. i. pars rationis intenta rerum tpalium administrationi, si nõ uelatur. i. si non modeste restringitur à superfluis cogitandis, etiam tõdeatur. i. auferat à se uniuersas cogitationes mundanasq; curasq;. Melius est enim ut omnes mũdi curas abijciat, q̃ ut in omnia mũdi desideria spargatur, dũ necessaria procurat. Si uero turpe est mulieri tonderi uel decaluari, id est, si hæc infe-

C rior pars animæ, quæ parũ ad aliud ualet, incongruum deputat abscindere uelut capillos à se omnes mundi curas, uel detegere cunctis impudentiam suę intentionis erga temporalia, uelet caput suum, id est, modeste cohibeat à superfluis cogitationibus acumen suum.

*Vir quidẽ non debet uelare caput suum, quia imago & gloria Dei est. Mulier autem gloria uiri est. Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex* Gene.2. *uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierẽ, sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum, & propter angelos. Verũtamen neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro in domino. Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mulierem. Omnia autem ex Deo.*

*Vir quidem non debet uelare caput suum*, id est, non debet habere signum seruitutis uel potestatis super se, sed libertatis: qa non habet aliquid super se nisi Deum. Quoniam *imago et gloria est Dei*. Imago, id est, similitudinis impressio. & gloria Dei cernitur in uiro, quia unus Deus unum fecit hominẽ, ut sicut ab uno Deo sunt omnia, ita essent ab uno homine omnes homines, ut unius Dei inuisibilis, unus homo uisibilis imaginem haberet in terris, ut unus Deus in uno hoĩe uideretur authoritatem unius principij conseruare ad cõfusionem diaboli, qui sibi neglecto uno Deo, dominium & deitatem uoluit usurpare. Homo igitur imago & gloria Dei est, ut sicut Deus præest omnibus per omnipotentiã, sic homo terrenis per intelligentiam. *Mulier autem gloria est uiri*, quoniam facta est illi in adiutorium, ut haberet uir gloriam de ea, cum ei præiret ad Deum, & se ei daret imitandum in sanctitate, sicut ipse esset gloria Dei, cum eius sapientiam sequeretur. Gloria uiri est mulier, dum ille regit, hæc obtemperat: ille à sapientia regitur, hæc à uiro. Gloria uiri est, quoniam ex eo est, & ei subiecta est. *Nõ enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro*, id est, Adam nõ D ex Eua, sed Eua ex Adam. Et adhuc alia ratione demonstro, cur mulier sit gloria uiri. *Quia non creatus est uir propter mulierem, sed mulier propter uirum*, id est, non est creatus Adam in auxilium Euæ, sed Eua in adiutorium Adæ. Hoc cõfirmat illud, quod diximus unum Deum unum hominem fecisse, quoniam uir & mulier unũ sunt in natura, qa origo mulieris uir est. *Ideo mulier*, ut ostẽdatur esse subiecta, *debet habere uelamen super caput suum*, id est, potestatem, ad designãdam potestatem uiri super se. Non habeat caput liberum in ecclesia, sed uelamine tectum, *& propter angelos*, id est, propter sacerdotes diuinæ uoluntatis nuncios, ne in eius faciem irritentur ad libidinem: & quia sacerdos personã habet Christi, idcirco mulier quasi ante iudicem, sic ante sacerdotẽ qui uicarius eius est, propter reatus originem subiecta debet uideri. uel propter angelos, qui nobis sunt ad custodiam deputati, ne displiceat eis lasciua mulieris denudatio, si uiderint fomitem peccati per eã excitari. Dixi quia mulier est gloria uiri, & propter uirum, & ex uiro creata in principio. Sed *tamen* in subsequenti generatione non est ita, quia *neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro* creatur *in domino*, id est, in operatione domini, qui ex uno fecit primitus ambos & unum. Vna enim caro & unum corpus in domino, id est, secũdum Deum, qui creauit. Vel ita: Licet mulier ꝓpter reatus originem portet signũ subiectionis, non tamen exclusa est à salute: quia neque uir sine muliere, id est, exclusa muliere: neque mulier sine uiro, id est, excluso uiro est in domino, id est, in gratia domini & salute æterna. Neuter enim excluditur, sed uterque admittitur. & cur hoc? Quia *sicut mulier de uiro* prius facta est, *ita & uir per mulierem* postea nascitur.

C scitur. Mulier est ex uiro, uir per mulierē. Sed *omnia* sunt *ex Deo*. Quæ omnia, nisi de quibus nunc sermo est? i. & ille uir ex quo mulier, & illa mulier quæ est ex uiro, & ille uir qui per mulierem. Postq; apostolus singula gradatim exposuit, ut oīa Deo subijceret, unum seruās principium, ait: Oīa ex Deo, ut neq; mulier de subiectione doleret, neq; uir quasi de exaltatione superbiret. Sed congruū est, ut ad spiritalem intelligētiam reuertamur: Vir.n. nō debet uelare caput suum, quia imago & gloria Dei est, Genesis docet uirum et mulierem factos ad imaginem Dei. Fecit, inquit, Deus hominem, ad imaginē Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. Ad imaginem quippe Dei naturam ipsam humanam factam dicit, quæ sexu utroq; completur, nec ab intelligenda imagine Dei separat fœminam. Quō igitur dicit Apostolus uirum esse imaginem Dei, unde caput uelare prohibetur, mulierē autem non, & ideo caput uelare iubet, nisi in natura humanæ mentis intelligamus mulierem cum uiro suo esse imaginem Dei, ut una imago sit tota illa substantia? Cum autem ad adiutorium distribuitur, quod ad eā solam attinet, nō est imago Dei. Qđ autem ad uirum solum attinet, imago Dei est tam plena atq; integra, q̄ in unum coniuncta muliere. Vir.n. principaliter creatus est ad imaginē Dei, in quo naturaliter amplius uiget ratio, quasi ipse sit ratio, q̄ est gloria Dei. Mulier aūt est ipsa sensualitas, quæ subseruiendo gloria est rationis, quia hæc in fœmina naturaliter præualet. Et ideo natura mentis humanæ non est imago Dei, nisi ex qua parte æternis rationibus considerandis adhærescit. Quia etsi tota contempletur ueritatem, imago Dei est: et cum ex ea distribuitur aliquid & quadam intentione deriuatur ad actionem rerum tēporalium, nihil D ominus ex qua parte cōspectam cōsulit ueritatē, imago Dei est: ex qua uero intenditur in agenda inferiora, non est imago Dei. & quia quantūcunq; se extenderit in id quod æternum est, tanto magis inde formatur ad imaginem Dei, & propterea non est cohibenda, ut se inde cōtineat ac contemperet, ideo uir non debet uelare caput suum. Quia uero illi rationali actioni, quæ in rebus temporalibus corporalibusq; uersatur, periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput, quod indicat uelamētum quo significatur esse cohibenda. Vir non est ex muliere, sed mulier ex uiro. i. æternæ cōtemplationis ueritas non ex administratione tēporalium rerū, ut ab ea regatur. neq; ratio ex sensualitate, sed econuerso: quia non est creatus uir propter mulierem, id est, ratiōalis sensus ut subseruiat sensualitati, nec æternorum contemplatio ut subijciatur temporaliū actioni, sed econtrario: & idcirco mulier, id est, sensualitas & pars illa rationis, quæ ad temporalia gubernanda deflectitur, habeat potestatem. i. iugum superioris moderaminis super caput, ut per disciplinam prematur à noxia libertate uagarum cogitationum propter angelos Dei, qui nos semp aspiciunt, ne dissoluta lasciuia cogitationū nostrarum offendant. Sed tamen neq; uir sine muliere. i. rationalis sensus sine sensualitate uel temporaliū procuratione: neq; mulier sine uiro. i. neque sensualitas uel temporalis actio sine superiori sensu: in domino. i. in domini operatione, sed potius & illud quod regendi habet potestatē in homine, & illud inferius quod regendum est, dominus fecit. Nam sicut mulier de uiro, id est, sicut actio bona ex cognitione ueritatis habet originem, ita &

Gene. 2.

C uir per mulierem.i.similiter & cognitio ueritatis post exacuit per bonam actionem. Omnia autem sunt ex Deo.i.& contemplatio ueritatis & bona operatio, uel superior & inferior pars animæ. Aliter: Per uirum spirituales rectores plebis ecclesiasticæ designantur, in quibus uelamẽ ignorantiæ non debet esse. Per mulierem uero figurantur animæ infirmæ, quæ nihil spirituale, nihil de inuisibilibus capere possunt. Quibus tamen ignorantiæ uelamen non officit, si de his quæ non intelligunt, nihil de proprio sensu præsumunt, sed sacerdotibus suis uelut angelis honorem dantes, inquirũt ab illis quæ nesciunt. Cæterum si quælibet anima infirma, quæ adhuc carnaliter sapit, spũalibus uiris se cõferre p̃sumpserit, deturpat caput suũ.i.inhonorat sacerdotes ecclię. Sed hęc omittẽtes, uideamus sequentia. nã subdit.

*Vosipsi iudicate. Decet mulierem non uelatam orare Deum? Nec ipsa natura docet uos, quòd uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier uero si comam nutriat, gloria est illi, quoniã capilli pro uelamine dati sunt ei?*

Dixi quia mulier in ecclesia debet habere uelatum caput, & *uosipsi iudicate*, si hoc rationabiliter dixi. Iudicate si decet mulierem non uelatam orare Deum. Non decet, quia *nec ipsa natura docet uos*, hoc esse decens, quæ capillos mulieris ita multiplicat. Cum hæc esset apostolicæ traditionis ratio, ut uelatę mulieres essent in ecclesia, illi econtra reuelatas eas in ecclesia patiebantur. Ideo nõ iam per authoritatem traditionis quam neglexerant, sed per ipsam naturã suadere illis nititur ueritatem. Nec ipsa, inquit, natura docet uos hoc decere. Et hoc docet natura, *quòd uir* quidẽ *si co-*
Luc. 44. *mam nutriat*, cũ & lex hoc prohibeat, *ignominia*.i.grande opprobrium *est illi*, sed *si mulier comam nutriat, gloria est illi*, ꝙ coma ipsius tam longa & tam decora crescit ac multiplicatur, ut summa gloria & pulchritudo uideatur. D
Ideo gloria est illi, *quoniam capilli* à naturali institutione *dati sunt ei pro uelamine*, habẽdo.i.dati sunt ei, ut aliud uelamen apponatur, quod per productionem capillorum inuitur. Coma enim indicium uelaminis est, ut naturæ uoluntas addatur. Et ideo uir nõ est naturaliter comatus, quia nõ est uelandus. Sed & iuxta superiorẽ tractatum spiritualis intelligentiæ non docet ipsa natura mulierem sine uelamine Deum orare, q̃m erect⁹ hominis status indicat ꝙ illa pars rationis eius, quæ temporalia procurat, non sine uelo discretionis ea debet à domino petere, ne sicut Dei animalia totam se deijciat in appetitum terrenarum rerũ. Velo enim debet cohiberi à nimio cogitatu & appetitu inferiorum. Vir quidem.i.superior mentis sensus, qui cœlestia serenus debet cogitare, si nutriat comam.i.densitatem superfluarum cogitationum, ignominia est illi. Mulier autem.i.pars illa mẽtis quę temporalia dispensat, si nutriat comam, id est, multitudinem utilium cogitationum, per quas sapienter expleat necessariam rerum corporalium ad ministrationem, gloria est illi, q̃m apud Deum habet inde mercedem. Quoniam capilli dati sunt ei pro uelamine.i.multiplex cogitatus de necessarijs rebus est illi datus, ut sub hoc tegatur & abscondatur à dissoluta uagatione inutiliũ & noxiarũ cogitationum.

*Siquis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Hoc autem præcipio, non laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis.*

Dixi uiros nõ debere comatos esse, sed mulieres oportere comam nutrire & caput uelare, multasq́ue rationes inde mõstraui. Sed *siquis uidetur contentiosus esse*, ut adhuc de hac re uelit

A contendere, saltem authoritati debet acquiescere: quia *nos* Iudęi, à quorum instructione processit habitus religionis ecclesiæ, & q sumus semper populus Dei, *non habemus talem consuetudinem*, ut uiri sint comati, & mulieres nudent capita, *neq; etiam ecclesia Dei*, ex Iudæis & gentibus constituta. Post rationes ponit authoritatē, ut contentiosus uincat, quia neq; Iudaismus hoc habuit, nec ecclesia dei: ostēdens quia neq; Moyses, neq; saluator sic tradidit. Deīde iam amplius disputare non uult de uirorum tonsione uel mulierū uelatione, sed præceptum inde tribuit, dicens: *Hoc autem præcipio*. s. ut differentis solertia nō requiratur, sed præcipientis authoritas attēdatur. Quasi dicat: Forsitan aliquis uult adhuc contendere non sic faciendum esse, sed ego præcipio hoc ita fieri, & authoritate mea constituo: ego dico, *non laudans*, sed potius improbans *quòd conuenitis* in ecclesia ad accipiendum corpus & sanguinem domini, *non in melius*, ut deceret, *sed in deterius*. i. quia conuentus uester ad dominicam cœnam nō fit in meliorationem uestri, sed in deteriorationem, quoniam multipliciter peccatis ibi.

*Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis.*

*Primum quidem*. i. maximū omnium malorum est apud uos, quod in conuentu uestro fiunt schismata. Nam in melius ideo non cōuenitis, sed in deterius, quia *conuenientibus in ecclesiam uobis*, ubi uinculum charitatis esse deberet, unáq; uoluntas & summa cōcordia, ad quod unus locus uos inuitat & admonet, *audio scissuras*, id est, scordias *esse inter uos, & ex parte* i. in quibusdam uestrum *credo* illas esse. Scissuræ in eis erāt, quia illi qui superiora dona spiritus habebant, contemnebant cæteros, qui tanta dona non B perceperant, & scindebāt se ab illis. Ipsi quoque minores, per quandam desperationē remoueant se ab illis, dum tantam spiritualium charismatum excellentiam, quam assequi nō poterant, mirarentur in eis. Ego scissuras diuisionum inter uos esse credo. Nec mirum, quia *oportet*. i. utile est fidelibus, *& hæreses esse* contra eos ad exercitationem eorum, *ut* per has boni *& qui* iam Deo *probati*, & noti *sunt, manifesti fiant* hominibus *in uobis*. i. inter uos. Ex istis erant nonnulli hęretici, Matt.... ut illi qui resurrectionem negabāt. Acto.15. Sed per eos manifestati sunt cæteris illi, qui fidem apostolicam firmiter Sup. 1. tenuerunt, dicentes: Ego sum Christi, cum alij dicerent, ego sum Pauli, ego autem Apollo, & semp prosunt hęreses fidelibus. Ex his enim hominibus hæretici fiunt, qui etiam si essent in ecclesia, nihilominus errarēt. Cum autem foris sunt, plurimū prosunt non uerum docendo quod nesciunt, sed ad uerum quærēdum carnales, & ad uerum aperiendum spirituales catholicos excitando. Sunt enim īnumerabiles in sancta ecclesia Deo probati uiri, sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu īperitiæ nostræ tenebris delectati, dormire malumus q̃ lucē ueritatis intueri. Qua Nota. propter multi ut ueritatem Dei uideant & gaudeant, per hæreticos de somno excitanī. Vtamur ergo hæreticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, uigilantiores & cautiores simus, etiam si eos ad salutem reuocare nō possumus. Oportet igitur & hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. Hi enim probati sunt Deo, q bene possunt docere. Sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent. Docere autem nolunt nisi eos qui doceri quærūt. Sed

C multi ad quærendum pigri sunt, nisi per molestias & insultationes hæreticorum quasi de somno excitent, & in imperitia sua erubescant sibi, ac de illa periclitari se sentiant. Ideo prouidētia diuina multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cū insultant nobis & interrogāt nos ea quę nescimus, uel sic discutiamus pigritiem, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Hęreticus autem est, qui alicuius temporalis cōmodi, & maxime gloriæ participatusq; sui gratia, falsas opiniones ac nouas uel gignit uel sequitur.

Nota.

*Conuenientibus ergo nobis in unum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autē ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, & cōfunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.*

Quandoquidem scissuræ sunt inter uos, *Ergo uobis conuenientibus in unum, iam non est manducare dominicam cœnam*.i.illud manducare quod ibi facitis, qa discordanter hoc facitis, iam non est manducare dominicam cœnā. Quia *unusquisq;* uestrū *præsumit* in ecclesia mā ducare seorsum *canā suam*, id est, oblationem suam, cum dominica cœna cōmunis esse debeat omnibus christianis, sicut Christus cū suis discipulis cōmuniter cœnauit. Tāgit eorum consuetudinem, quia frequenter in anno certis dieb? solebant omnes ad ecclesiam conuenire, ut corpus & sanguinem domini perciperent, & in ecclesia conuiuium agerent ex oblationibus suis ad exemplum cœnę, quam dominus cum discipulis suis fecit. Sed hanc consuetudinem plurimi eorꝶ peruerterant: & scdm quod alius alio prior ueniebat afferens cibos suos, mādučabat & inebriabatur, non expectans pauperem fratrem: & postea corpus domini sumebat, uel cibis suæ mēsę miscebat, non iudicans illud ab aliis cibis differre. Nam munera sua offerētes aduenientibus presbyteris, quia adhuc rectores ecclesiis non omnibus locis fuerant constituti, totū sibi qd obtulerant, uendicabant schismatis causa. Nā pseudoapostoli dissensiones inter eos seminauerant, ita ut oblationes suas zelarentur, cum una atq; eadem prece omnium oblationes benedicerentur, ut hi qui (ut assolet fieri) nihil obtulerant, uel unde offerrent non habebant: pudore correpti confunderentur, nō sumentes partem. Et tam cito illud agebāt, ut superuenientes nō inuenirent, qd ederen. Ideoq; apostolus illos increpat. Si sic, inquir, conuenitis, ut unusquisq; cibū suum sumat, domi hæc agenda sunt, nō in ecclesia, ubi unitatis & mysterii causa cōuenitur, non dissensionis & uētris. Munus enim oblatum, totius populi fit, quia in uno pane omnes significātur. Per id enim quod omnes unū sunt, de uno pane omnes sumere oportet. Itaq; dicitur: *Conuenientibus uobis in unum, iam non est dominicam cœnam manducare*.i.iam non potestis sacramenta redemptoris accipere, nec iam ad similitudinē cœnæ domini facitis ibi cōuiuium. Quare? Quia *unusquisque uestrum cœnam suam*.i.quod secum attulit, *præsumit*.i. ante dominicam cœnā, & antequā cæteri conueniant, sumit, *ad manducandum*, non ad erogādum pauperibus. *Et alius quidem*, qui non attulit qd ederet, uel serò uenit, *esurit*, *alius autem*, qui cibos suos edere pōccupauit, *ebrius est*. Et ita iam non estis idonei dominicam cœnam manducare.i.sacram eucharistiam percipere quę à ieiunis & concordantibus est percipienda, quāuis apostoli primo nō ieiuni eā pceperint. Placuit eum spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os christiani prius dominicū corpus

A pus intraret quam cęteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque quia post cibos illud dedit dominus, propterea pransi uel cœnati fratres ad illud percipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos nunc apostolus arguit: & emendat, mensis suis hoc miscere. Nanque saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem mox digressurus erat: & ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat, seruaret hunc locum. Vos, inquit, ita comeditis, quisque suas oblationes, nec facitis eas ut deberetis omnibus cõmunes. Sed cur ad talem comestionem uenitis in ecclesiam? *Nunquid non habetis domos ad manducandum* Esa 56.
Matt. 21. *& bibendum*, ut ibi conuiuia huiusmodi celebretis? *Aut ecclesiam Dei*, id est, domũ orationis quæ consecrata est ad exorandum in ea Deum, & ad percipienda illius sacramenta, *contemnitis?* Vtique contemnitis eam, dum irreuerenter in ea carnales cibos sumitis. Et etiam *confunditis* eos qui non habẽt quid ibi comedant, cum uos in conspectu eorum delicijs affluatis, & ipsi uel ieiuni remaneant uel solum panem suum comedant. In hoc etiã cõfunditis pauperes *qui non habent*, quod edant: quia uos antequam ipsi ueniant mãducatis, & nihil illis relinquitis: atque ita cũ ipsi ueniunt, quod mãducent non inueniunt & erubescunt. Sic.n. confunditis & eos qui pręsentes sunt et nihil accipiunt, siue iuxta superfluas opes uestras suam tenuitatem comedunt, & illos qui post ueniences nihil inueniunt: *& quid dicam uobis*, qui talia facitis? Non inuenio quod dignum pro cõmissione talium operum uobis dicam. *Laudo ego uos? in hoc* quod ista tam male agitis, *non laudo*, sed multum reprehendo. Vel laudo uos B in nõnullis alijs, sed in hoc nihil laudabile inuenio.

*Ego enim accepi à domino, quod & tradidi nobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agẽs, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem.* Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Iure uos non laudo, sed uitupero in hoc quòd ita peruerse & irreuerẽter ad dominicam cœnam conuenitis, quia traditionem meã super hac re non bene seruastis. Quam tamen diligenter seruare debuissetis, quia *ego* non à meipso ĩueni eam, nec à Petro uel Andrea didici, sed *accepi à domino, quod & uobis* de tãta re *tradidi*, & ideo reuerenter atque inuiolabiliter debetis retinere, quod mihi dominus tradidit, & ego uobis. Hoc uobis tradidi, quoniam dominus Iesus & cæ. Ostendit apostolus mysterium eucharistiæ intra cœnam celebratum, non cœnam esse. Medicina enim spiritualis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotum: & memoria redemptionis nostræ est, ut redẽptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur. In nocte autem tradirus est ad passionem, sed uenit inde ad resurrectionis lucem. *Dominus Iesus*, id est, saluator credẽtium, *in nocte qua tradebatur*, id est, iam imminente suę passionis articulo, *accepit panem, & gratias agens, fregit.* Accepit panẽ ut significaret se accepisse corpus quo nos pasceret. Et gratias egit patri de reparatione hominum futura per passionem eius, ac per sacramentum corporis & sanguinis eius. Et fregit panem, ut ostenderet corporis sui fractionem.i. passionẽ non absque sua spõte ac procuratione uenturã, sed se facturum illam, sicut ait: quia

C ego pono animam meam, ut iterum sumam eam: et nemo tollet eā à me, sed ego pono eam à me ipso. Fregit panem, ut omnib⁹ suis ex eo daret, & unum omnes illos faceret. *& dixit eis. Accipite* hanc spiritalem escam *& manducate* hoc sacramentum. i. et mente accipite & ore comedite. s. ut carnem meam non edatis tantum in sacramento, sicut & multi mali alij faciunt, sed usq; ad participationē spiritus manduceris, ut in meo corpore tanq̃ membra maneatis, & meo spiritu uegetemini. Quia qui mãducat carnem meam & bibit sanguinē meum, in me manet & ego in illo. Signum enim quia manducauit & bibit, hoc est, si manet & manetur, si inhabitat & inhabitatur, si hæret, ut non deseratur. Sic do uobis ad edendum carnem meam. s. ut hanc edentes nō relinquatis unitatem meam. Mãducate quod tribuo, quia *hoc est corpus meum.* Sensibus quidem exterioribus uidetur esse panis, sed sensib⁹ cognoscite mentis, quia hoc est corpus meum, nō aliud, sed istud idem substantialiter, quod pro uobis redimendis tradetur ad mortem & crucifigetur. *Hoc* quod dixi, *facite* i. corpus meū accipite & manducate per successionem tēporis usq; in finem seculi, *in meam commemorationem.* i. in memoriam passionis meæ, ut pertractetis & consideretis, q̃ dignam & sanctam & humanæ salutis efficacē medicinam accipitis, quatenus ex consideratione tātæ sanctitatis cum maiori ueneratione sacrā eucharistiam percipiatis, & imitari passionē meā desideretis, ut si opus fuerit, pro salute fratrum mori, parati sitis. Accipientes. n. corpus meum, memores mei esse debetis, ut diligenter recogitetis quis ego sim, & quæ inter homines conuersans operatus sim, uel quæ pertulerim, ut sicut præcessi sequamini. Vel uos sacerdotes hoc fa-

Ioan. 10.

Ioan. 6.

Nota.

cite. i. ex pane corpus meum per mystica uerba cōsecrate, in memoriam passionis meę, ut recogitetis eā dum sacrificium istud obtuleritis. *Similiter,* ut acceperat panem & fecerat ex eo uinum & uerum corpus suū, *accepit & calicem,* & fecit ex uino sanguinē suum, *postquam cœnauit.* i. iam & finito ueteri pascha, quod cum discipulis tunc manducauerat. Transijt. n. à ueteri ad nouū pascha, quod tradebat celebrandum ecclesiæ, ut pro carne & sanguine legalis agni, sacramentum sui corporis et sanguinis substitueret. Ob hoc etiam post finem cœnæ, ut illud quod cum eis ultimum ageret, arctius eorum mentibus imprimeret. Qm̃ illud quod eorum saluti magis erat utile, debuit eis ad ultimum reseruare, & maxime cordibus eorum cōmendare. Accepit calicem & dixit: *Hic calix.* i. hic potus *est nouum testamentum.* i. noua ꝓmissio cœlestis hæreditatis *in sanguine meo,* quo plenus est idem calix. Hoc est, potus huius calicis est sanguis meus, qui non uetera, sed noua. i. non terrena, sed cœlestia bona ꝓmittit. Nam calix Moysi uetus testamentum fuit, quia terrenam hæreditatem promisit in sanguine uitulorum & hircorum, de quo idem Moyses ait: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos Deus. Per testamētum enim datur hęreditas, & in sanguine Christi accepimus nouum testamētum, id est, nouam legem quæ obedientibus sibi dat hæreditatem regni cœlorum. Testamentum nouū in Christi sanguine consecuti sumus per qđ ad nouā hæreditatem perueniamus, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde & ad tuitionem corporis & animæ nostræ sacramēta eius percipimus, quia caro eius pro salute nostri corporis est oblata: sanguis uero pro anima nostra effusus est, ut utraq; nostri substantia hęredita- D

Hebræ. 9.
Exo. 24.

A tem uitæ perennis accipere posset. Nec mirum, quod de pane & uino carnem et sanguinem suũ fecit. Nam & in quolibet homine carnẽ & sanguinem de pane & uino facit, qa panis comestus mutatur in carnem, et uinum potatum uertitur in sanguinem per creatoris operationem. Calix Christi quem in mysterio bibimus, propterea etiam dicitur testamentum in sanguine eius, quem semel in cruce fudit pro nobis, qa munit & defendit nos aduersus calumnias hostis antiqui, ne cœlestem nobis hæreditatem possit auferre, sicut literæ illę quę uocantur testamentũ, hæredem muniunt aduersus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem. *Hoc inquit, facite* i. calicem hunc bibite *in meam cõmemorationem, quotiescunq; bibetis,* illum, ut scilicet nunquam sine memoria passionis meæ bibatis eũ, sed in mẽte habeatis, quia ego mortem pertuli pro uobis. Aut certe uos qui sacerdotes estis, hoc facite quod ego nunc feci. i. calicem uini consecrate, ut fiat sanguis meus. Hoc facite in meam cõmemorationem, ut in hoc facto sitis memores mei & eorũ quę pro uobis passus sum. Hoc ita dixit dominus, uelut siquis moriens relinquat ei quẽ diligit, aliquod pignus: quod dum ille post mortẽ eius aspicit, lachrymas continere non potest, si eum perfecte dilexit.

*Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat.*

Exponit in quã cõmemorationẽ Christi debeamus celebrare uel accipere sacramentum corporis & sanguinis eius. s. in cõmemorationem mortis eius. Ideo, inquit, dixit dominus in suam cõmemorationem hoc debere fieri, quia *quotiescunque manducabitis hunc* uitæ *panem &* hunc ęternæ salutis *calicem bibetis, mortem domini* pro nobis factam *annunciabitis*. i. repræsentabitis, *donec* ipse *ueniat* ad iudicium, qa B hoc sacramentum non mutabitur sicut sacramenta Iudæorum. Significat finem seculi, quando erit sanctorum requies non adhuc in sacramẽto spei, quo in hoc tempore cõsociatur ecclesia, quãdiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cũ tradetur regnum Deo & patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis, nullis mysterijs corporalibus egeamus.

Nota.

Infra. 15.

*Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini.*

Quandoquidem authoritate domini Iesu probauimus panem illũ esse corpus eius, & uinum sanguinẽ eius, atq; celebrandum uel accipiendum esse mysterium illud in cõmemorationem mortis ipsius, *itaque quicunque* homo, siue diues, siue mediocris, siue pauper, siue clericus, siue laicus, *manducauerit panem* domini *hunc & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini*. Indigne manducat & bibit, qui hoc mysteriũ aliter celebrat uel accipit, quã à Christo traditum. Ideo fit reus corporis & sanguinis domini, id est, dabit pœnas mortis domini Occisus est. n. pro his qui beneficium eius in irritum ducunt. Indigne manducat et bibit, qui sine debita reuerentia sacram eucharistiam percipit. Indigne manducat & bibit, qui non prius per pœnitentiam purgatus, ad hoc sacramentum accedit. Hoc est enim ĩdigne accipere, si eo tempore accipiat quo debet pœnitentiam agere. Fit igitẽ reus corporis & sanguinis domini. i. non purgationem, sed maculã culpæ pro qua peccat, trahit ex eo quod male acci-

C pit bonum sacramentum corporis & sanguinis domini. Nec sibi si indignus accesserit applaudat, quia continuo damnatus non fuerit, quoniã multoties peccatoris suppliciũ differtur, sed perendinatur occultum iudicium. Nemo præsumat accedere indignus, sed *homo* i. rationabiliter agens, *probet*. i. discutiat & examinet prius *seipsum*, qui etiam ex eo quod homo est, sine peccato non est. Probet antea seipsum. i. uitam suam inspiciat & consideret, an digne possit accedere uel non. Raro enim potest inueniri quisquam ita magnus & iustus, ut in eo per discussionem nõ inueniatur aliquid, quod debeat eũ à corpore & sanguine domini retardare, nisi confessus fuerit illud, & p pœnitentiam deleuerit. Probet se, *&* *sic*, id est, postquã se probauerit, *edat de pane illo & bibat de calice*, quia tunc ei pderit. Ideo prius se discutiat & purget, quia *qui manducat & bibat indigne*. i. sine sui examinatione, *iudicium sibi manducat & bibit*. Indigne manducat & bibit, qui uel aliquod graue peccatũ, uel multa leuia cõmisit, & non confitetur ea priusquã ad cõmunionem accedat. Duobus etiam modis manducare et bibere debemus hoc sacramentum. i. ore cordis & ore corporis. Nam qui solo ore corporis manducat, indigne manducat. Qui autẽ & ore corporis & ore cordis accipit, ille digne comedit. Qui indigne manducat iudicium sibi manducat: id est, damnationem extremam, quę nunc appellatione iudicij signatur, sicut & cum dominus ait. Qui uero
Ioan. 5. mala egerũt in resurrectionem iudicij. Iudicium sibi manducat, nõ alij: quia cõmunio malorum non maculat aliquem participatione sacramẽtorum, sed cõsessione factorũ. Nam si in factis malis non eis quisq; consentiat, portat malus causam suam & personam suam, & ideo boni debent tolerare malos. Iudicium sibi D manducat, nõ quia mala res sit quã accipit, sed quia ille malus male accipiendo ad iudiciũ accipit bonum quod accipit. Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit dominus, nõ ma Ioan. 13. lum accipiendo, sed male accipiẽdo, locum in se diabolo præbuit: sic indigne quisq; sumens dominicum sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia ad Nota. salutem non accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini & sanguis domini nihilominus est, sed ille accipit hoc non ad uitam, sed ad iudicium: quia non diiudicat corpus domini, id est, nõ discernit q̃ sit dignius omnibus creaturis hoc corpus, quod uidetur esse panis. Si enim cogitaret hoc corpus esse, uerbo Dei personaliter unitum, & uitam ac salutem eorum esse qui hoc digne accipiũt, non prę sumeret indignus accipere, sed dignum se præpararet. Deuoto enim animo & cum timore accedendum est ad illud, ut sciat mens se ei reuerentiam debere, ad cuius corpus sumendum accedit, & dĳudicet apud se cuius dignitatis sit illud corpus. Inde enim apostolus nunc indigne dicit acceptum à Corinthijs, qa hoc non discernebant à cæteris cibis ueneratione singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset, iudicium sibi manducat & bibit, addidit, *non diiudicans corpus domini*. Non enim dĳudicabant illud, sed uelut quẽlibet aliũ cibum indiscrete negligẽterq; sumebant. Sequitur.

*Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

Quia indigne manducatis hoc corpus & sanguinem bibitis, *Ideo* sunt *inter uos multi infirmi*, qui graui morbo languent, *& imbecilles*, qui diuturna inualetudine torpẽt. *et dormiunt* etiam *multi*. i. somno mortis sunt occupati. Vt uerum probaret quia examen futurum

A turum est accipientium corpus domini, iam hîc imaginem iudicij ostẽdit in nõnullis, qui incõsiderate corpus illud acceperant, dum ægrotationibus & longis inualetudinibus tenerentur, & multi morerentur, ut in his cæteri discerent se non impune corpus domini negligenter accipere, & paucorum exemplo cæteri territi emendarentur, scientes quia grauiores pœnas in futuro seculo propter hãc culpam ipsi forent passuri, si non corrigerentur. Nam & adhuc ꝓpter huiusmodi causam multi homines post pascha uarijs infirmitatibus corripiuntur, quia corpus redemptoris indigne perceperunt.

*Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, nõ utique diiudicaremur. Dum iudicamur autẽ à domino, corripimur, ut non cum hoc mũdo damnemur.*

Hæc mala diuino iudicio patimur ob cõtemptum dominici corporis. Sed *si diiudicaremus nosmetipsos*, id est, si in diuersas partes actionum & cogitationum nostrarum oculos mentis circunduceremus, & de singulis quæ nos male fecimus aut cogitauimus, nosipsos districte pœnitendo iudicaremus, *non utiq; à* domino *iudicaremur*. Ascendat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, cõstituat se ante faciem suam. Atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde qdam sanguis animi confitentis profluat per lachrymas. Postremo ab ipsa mente sñia talis proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corpis & sanguinis domini, si tales culpas in se reperit. Versetur ante oculos eius imago futuri iudicij: et quicquid in se uiderit quod à iudice uenturo reprehẽdi possit & puniri, ipse nunc in seipso reprehendat & puniat. Peccata enim, siue parua, siue magna, impunita esse non pñt, qa aut homine puniente, aut Deo iudicante plectũtur. Cessat autem uindicta diuina, si conuersio ꝑcurrat humana. Quia si nosmetipsos diiudicaremus, nõ utique à domino iudicaremur. i. puniremur, uel in futuro seculo, uel in isto. Sed *dum* in præsenti uita *iudicamur à domino*, id est, plectimur infirmitate uel aduersitate uel corporis morte pro peccatis nostris, corripimur ab eo clementer & emendamur, *ut* in futura uita *non damnemur* æternaliter *cum hoc mundo*. i. cum infidelibus & amatoribus huius mundi. Idcirco. n. nobis modo non parcit, ut in perpetuum parcat. Illis autem nũc parcit, quos in æternum puniri disposuit. B

*Itaq; fratres mei cum cõuenitis ad mãducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum uenero, disponam.*

Quãdoquidem quisquis indigne corpus domini percipit, iudicium sibi percipit, & multi ẽt in præsenti seculo propter hanc offensionem uarijs languoribus aut mortibus plectũtur, *itaq; ô fratres mei* cauete iam indigne illud sumere, cauete cum schismate ad illud conuenire, sed *cum cõuenitis ad manducandum* illud, per fraternã dilectionem *expectate inuicem* alij alios, ut multorum oblatio simul celebret, et omnibus ministretur. Sed *si quis esurit*, & propter acriorem famem non potest expectare donec omnes conueniant, *domi mãducet* suum corporalem cibum, et post ueniens ad ecclesiam, non accipiat eucharistiã. Ita uos inuicem propter has causas expectate, *ut nõ in iudicium cõueniatis*, id est, ut nõ reprehensibiliter & cum offensione sacrum mysterium agatis, ne iudiciũ damnationis inde conquiratis. Hęc interim obseruate. Sed *cætera* quæ sũt agẽda, *disponam* uobis *cum uenero*. Prius ostendit quomodo uir et quomodo fœmina caput agere debeat, deinde qualiter ab utroque sexu in ecclesiam cõuenire oporteat: in quibus rebus

C si error fuerit, nō leue peccatum est. Cætera uero quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent, præsentia sua ordinaturum se promisit: quia multum erat ut in epistola sua totū illis agēdi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat ecclesia.

CAPVT XII.

*De spiritualibus autem nolo uos ignorare fratres. scitis aūt quoniā cū gentes essetis, ad simulachra muta, prout ducebamini, euntes. Ideo notū uobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu, & nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.*

Matt.9.

Crescente fide, gratia linguarū minuebatur, quam propter īfideles acceperant. Hinc ergo plurimi contristati, cœpunt adhuc habentibus gratiam hanc inuidere, putātes hoc malus alijs oībus charismatibus. Vnde nūc Apostolus eos corrigit, qa quasi per quandam uanitatem plus appetebāt linguarū scientiam, & ostendit quæ maxime forent appetenda. Cætera, inquit, permitto uos ignorare donec uenīā. Sed *spiritualibus*, id est, de donis sancti spiritus, ꝓpter quæ maiores superbiunt, & minores inuident uel desperant, *nolo uos ignorare* quid ueritas habeat, ut non sit schisma inter uos, sed pax & cōcordia. Quod ostendo per simile. Nam *scitis quoniam cum essetis gentes*, id est, Gentiles diuersis erroribus dediti, eratis *eūtes ad simulachra muta, prout* ab uno spiritu maligno *ducebamini*, etsi tūc unus diabolicus spiritus uos ducebat, alios ad alia simulachra, alios ad alia, cur nō modo uos unus diuinus ducat, alios ad alia bona opera, & alios ad alia, uel alijs alia dona tribuat, & alijs alia. Vnus enim spiritus bonus est nunc in omnibus uobis, licet diuersis diuersa dona præstiterit: sicut tūc unus spiritus malus erat in omnibus uobis, licet ad diuersos errores simulachrorū uos duceret. Quæ simulachra erant muta licet uos ab illis respōsa peteretis. Dicturus Apostolus ꝙ omnia bona sint à spiritu sancto, similitudinē præmittit à contrario, scilicet ꝙ omnia mala sint à spiritu malo. Ostendit.n. à simili (ut dictum est) quòd omnes eūdem spiritum Dei habeant, reprehendens illos qui ex eo qđ maiora charismata perceperant, abrumpebant se ab inferioribus minora charismata habētibus: quia cum essent in infidelitate idololatriæ, uno spiritu maligno participabant omnes cōmuniter & maiores & minores. Tunc ipsi erant multę gētes, sed modo sunt una gēs: quia una fides, quia una spes, quia una charitas, quia una expectatio, quia una patria cœlestis. Scitis, inqt, ut experti, quia cum essetis diuersæ gentes. i. gētiliter in uarijs erroribus uiuentes, eratis euntes quasi assidui ad simulachra muta & ratione carētia, ꝓut à deceptorio spiritu ad hæc ducebamini. *Ideo* quia scitis qđ malus spiritus uos retractos à bono duxit ad tam irrationabile malum, id est, ad idololatriam, per hoc facile *nobis notum facio, quòd* per spiritū Dei abstinetur à malo, & fit bonum, et hoc est, *nemo in spiritu Dei loquens* cogitando, loquendo, operādo, *dicit* similiter tribus modis *anathema Iesu*. i. alienationē à Christo: hoc est quodlibet peccatum per qđ alienus fiat à saluatore: qa per spm̄ sanctum abstinetur à malo, *& nemo* quantuscunq; sit, *potest dicere* corde, lingua et opere, quia *Iesus est dominus*, cui omnia seruire debēt, *nisi in spiritu sancto*, à quo est omne uerū: hoc est, per spiritū sanctū fit bonū. Vel nemo in spiritu Dei loquens. i. nemo cuius mentem & os moueat spūs Dei, dicit anathema Iesu. i. dicit alienationem saluatori, ut dicat ei ꝙ ipse sit alienus à substantia patris, sicut dicebat Arrius, qui in spiritu diaboli loquebatur. Et nemo pōt dicere. i. hanc ueritatis cōfessionem

A proferre, ut dicat quia Iesus est dominus, nisi in spiritu sancto loquēs. Non.n.adulatione hominum appellatur domin⁹, sicut idôla quæ ab hominibus dñ̄ uocantur, cum nō sint. Non ergo fauor est hominū, quod Iesus dominus dicitur: sed donū Dei, qui mysterium suum hoībus declarauit. Nec qui hoc dicit, præstat beneficium religioni, sed accipit, sicut Gētiles qui gratia principū uel antistitum idôla dicunt deos, cū nō sint. Sed quomodo nemo dicit, dominus
Matt.7. Iesus, nisi in spiritu sancto, cum ipse Iesus asserat, qa non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœloꝝ? Sed hoc ipsum dicere quod Apostolus posuit, non sermone, sed affectu cordis est ponderandum, quia ꝓprie posuit uerbum quod est, dicit, ut significaret uoluntatem atq; intellectum dicentis. Dominus uero generaliter posuit solū oris sermonē. Videtur.n. dicere etiā ille, qui nec uult nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit, qui uolūtatem atq; mētem suam sono uocis annunciat: & ille dominū Iesum dicit, qui eum diligit, si eo modo dicit, quo ītelligi Apostolus uoluit. Multi.n. uoce dicunt, corde autem & factis negāt. Item nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu.i. alienationem à saluatore, hoc est, aliqđ uerbū per quod ipse uel alius à saluatore fiat alienus. Nā sicut malus spūs qui præsidet simulachris, nihil in aliquo loqtur unde quis à simulachris separeť, ita spūs Dei q p̄sidet ecclesiæ, nihil in quoquam loquitur unde qs à Christo uel à mēbris Xp̄i separetur. Sunt.n. nonnulli, qui se in spiritu Dei existimant loq̄.i. recta se putant dicere, dum loquunť ea quæ uel ipsos uel cęteros qui audiunt, separant à Xp̄o, sicut minores Corinthioꝝ, qui stulta humilitate se scindebant ab unione maioꝝ, & à societate membrorū Christi se faciebant alienos, qa nō erant maioribus similes in charismatib⁹. Sed & detractores & qcunq; discordias īter fratres semināt sub specie rectæ locutionis, aut qui corrūpunt fidem audientiū, 1. Cor.15. seu bonos mores suis alloquijs aliquo sanctitatis fuco coloratis, quasi in spiritu Dei loquētes uidenť, dum dicunt anathema Iesu: qa sub imagine ueritatis & rectitudinis loquunť ea, per quæ suos auditores à saluatore faciūt alienos. Sed huiusmodi uerba nunq̄ spiritus sanctus docuit. Et nemo potest dicere, dominus est Iesus.i. nemo deuote pōt gloriam domini Iesu Christi prædicare ut annūciet uel confiteatur qa ipse est dominus, cui debet uniuersitas seruire, nisi in spiritu sancto.i. nisi mentē eius illuminauerit spūs sanctus, & amore ueritatis accenderit. Nam sicut ille spūs nihil docet loqui, unde quis à Christo separeť: ita iste omne uerbum loqui docet, per quod ad Christum trahūtur hoīes: & ideo qsquis gloriam Dei prædicat ut auditores ad eum trahat, non sibi hoc tribuat, quia nō habet hoc à seipso, sed à spiritu sancto, qui ubi uult spirat. Ioan.3. Maiores.n. Corinthiorū arroganter de bonis spūalibus gloriabātur, quasi à seipsis hæc haberent, & cęteros despiciebant qui hæc habere non poterant, quasi spiritus sanctus, nō & illis quos spernebāt, posset ipsa dona dedisse, & eis nō dedisse: ideo'q; non recte de beneficijs Dei super alios extollebantur, cū utiq; humiliores īde fieri deberent, & grās Deo reddere.

*Diuisiones uero gratiarū sunt, idem aūt spūs: & diuisiones ministrationum sunt, idem aūt dominus, & diuisiones operationū sunt, idem uero Deus qui operatur omnia in omnibus.*

Cōmune est omnibus electis ut sint participes spūs sancti. sed gratię quas ab eo suscipiūt, sūt uarię. Quia *sunt diuisiones gratiarum*.i. donoꝝ quę spi

A ritus sctūs gratis dat, sed unus atq; *idem est spiritus*, qui easdem gratias diuidit hominibus: diuisiones gratiarum sunt officijs ecclesię, non humanis meritis deputatę. Sicut.n. qui dicit dominus Iesus, in spiritu sancto dicit, quilibet sit, ita & in loco ordinis officij ecclesiastici positus gratiā habet quisq; sit, nō utiq; propriam, sed ordinis per efficiētiam spiritus. *Et diuisiones sunt ministrationum*, per quas uarijs modis fideles ministrāt Deo, dum ꝓ eius amore famulis eius subseruiunt, & necessaria tribuunt: sed *idem* est & non uarius *dominus* Iesus, cui uarijs modis ministratur, & qui uaria tribuit ministeria, *et diuisiones operationum sunt*, quas agūt electi, sed *idem est Deus* pater, *qui operatur omnia* bona *in omnibus* fidelibus. Nō in uno oia operatur, ne unus superbiat: sed in omnibus, ut quod nō habet qs in se, habeat in alio, ut sic maneat charitas. Quoniam Arriani qui gradus in trinitate facere uolunt, calūniantur qd pater primum nominetur, secundo filius, tertio spiritus sanctus: idcirco Apostolus mutauit hunc ordinē, ut primum spiritum, deinde dominū, id est, filium: tertio Deum.i. patrem poneret. Et dum dicit, idem spiritus, idem dominus, idem Deus, eandem prorsus substantiam trium ꝑsonarꝫ ostendit. Vel contra Macedoniū & cæteros hæreticos qui spiritum sanctum negauerunt esse Deum, potest de solo spiritu intelligi totum, ut & dominus & Deus ab Apostolo nominetur. Qui nō diuiditur, cum dona sua diuidit: & quod ipse operaī, tota trinitas operatur. Deus.n. natura incorporea, qa īmutabiliter una æterna stabilitate in seipso manens totus adesse rebus oibus potest, & singulis totus, quāuis in quibus habitat, habeant eum pro suæ capacitatis īmēsitate & diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templū gr̄a suę bonitatis B ędificat. Et grāꝝ quidem mēbra unius sunt tanq̄ per partes mēbra unius hois, ubi et simul oēs unum templū & singula templa sumus: qa non est Deus in oibus q̄ in singulis maior, & fit plerūq; ut plures eum minus capiant, & unus amplius. Sic.n. & apud Corinthios erat, qa pauci spirituales magis eū capiebant, & multitudo carnalium minus. Sic diuersa dona uarie sunt mēbris Christi distributa, ut oia membra sibi quadā necessitate cohæreant, & se inuicem diligāt, ac sibi inuicē seruiāt. Nā oculus solus uidet in corpore. Sed nunqd sibi soli uidet? Et manui uidet, & pedi uidet, & cæteris mēbris uidet. Rursum sola manus opatur in corpore. Sed nunqd sibi soli operatur? Sic pes ambulando oibus membris militat. Mēbra cætera tacent, & lingua pro oibus loquitur. Atq; ita diuersis officijs cōcorditer distributa sunt mēbra. Sic & de membris Xp̄i sp̄ūs sanctus agit, ut oia necessario cōpaginenī & sibi cohæreant. Si.n. amas unitatem, ēt tibi habet, qsquis in illa aliqd habet. Tolle inuidiā, & tuū est qd habet. Tolle īuidiā, & meum ē qd habes. Liuor sepat, unitas iūgit. Ideo tenēda est unitas, qa quātū qsq; diligit mēbra Xp̄i, tantū habet sp̄m sc̄m, & tantū habet in eis. quod in seipso habere non ualet.

*Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secūdum eūdem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.* Roma.12. *Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult.* Ephe.4.

In omnibus Christi membris est spiritus sanctus, sed *unicuique* eorum tam maiori q̄ minori *datur manifestatio* eiusdem *spiritus*, id est, donum gratiæ,

A tiæ, per quod aliis manifestetur spiritus sanctus qui in eo est, & manifestetur *ad utilitatem* eius & aliorum: qa & sibi & aliis ex accepto dono prodest, dum uitam suam bene gubernans exẽplum bonę conuersationis ostendit, uel etiam uoce prædicat. & quo uariis modis unicuiq; detur manifestatio spiritus, ostendit per partes. Nã *alij quidem* non per humanum ingeniũ, nec per studium literarum, sed per *spiritum* sanctum *datur* non solũ sapientia, sed & *sermo sapientia*, ut loqui possit aliis ipsam sapientiã quã intelligit: *alij autem* datur *scdm eundem spiritum* non tantũ scientia, sed & *sermo scientia*, per quẽ alios doceat. Ipse spũs qui dat alii sermonem sapiẽtiæ, dat huic sermonẽ scientiæ: nec tñ est in se diuersus, sed idẽ permanet. Sapientia est in contẽplatione æternorum, scientiaq; in actione tpalium. Sermo sapientiæ per spm̃ datur, ut qs de æterno & incõmutabili bono, ac de perẽnibus gaudiis loquẽs, alios ad amorem patriæ cœlestis erigat: sermo autem scientiæ tribuitur, ut loquendo quis alios doceat de his, quæ in tpe facta sunt historialr: & de his quę faciendo uel quæ cauenda sunt moraliter. i. de uirtutibus et uitiis. Vel aliter: Sunt. n. quidam qui per donum grãæ & ipsa intelligunt, quæ exponi à doctoribus non audierunt: hi uidelicet sermonẽ sapientię perceperunt. Et sunt quidã qui audita per semet intelligere nequeũt, sed ea quæ in expositorib⁹ legerint retinẽt, atq; scienter proferũt quæ lecta didicerint: & hi sermone scientiæ pleni sunt. Quãuis hoc ĩtelligi & aliter possit: Quia sapientia ad uitam, scientia uero pertinet ad doctrinam. Qui bene igitur uiuit & prudenter prædicat, sapientiam & scientiam diuinitus accepit. *alteri* datur *fides*. i. cõstantia fidei *in eodem spiritu* sancto, ut q̃uis alios prędicando nesciat instruere, tñ recte & firmiter credat, nulloq; metu uel pudore fidẽ suam ore confiteri omittat. B *alteri datur gratia sanitatum*, ut infirmos sanet, in uno spiritu. i. in uno spiritu sancto, qui est unus. i. incõmutabilis & indiuisus in se ipso. alii per eundem spiritum datur *operatio uirtutum*. i. ut operari uirtutes miraculorum contra naturam possit, sicut est suscitatio mortuorum aut uirtutes in expulsione dæmonũ. *alij datur prophetia*, ut spiritu repletus pnunciet futura, *alij discretio spirituum*, ut sciat discernere spũs malos à bonis, dũ audit eos loquentes. Discretio. n. difficillima est, cum & spũs malignus quasi tranquillus agit, ac sine uexatione aliqua corporis assumpto humano spiritu dicit quod potest, qñ etiam uera dicit & utilia prędicat ad hoc, ut cum illi in manifestis bonis creditum fuerit, se ducat ad sua. Iste qppe discerni non potest nisi dono spũs sancti. Non. n. magnum est tunc eum dignoscere, cum ad aliqua deuenerit uel perduxerit, quæ sunt contra bonos mores uel regulam fidei. Tunc. n. à multis discernitur. Dono aũt spiritus sancti in ipo primordio, quo multis adhuc bonus apparet, cõtinuo dñudicatur an malus sit. Sed et spũs hominum. i. uoluntates hoc dono discernuntur bonæ à malis. *Alij* dantur *genera linguarum*, ut multis loquãtur linguis, sicut Græca & Latina & Hebræa. *Alij* datur *interpretatio sermonum*, ut in una lingua sciat obscuros sermones scripturarum interpretari. et ita datur unicuique manifestatio spiritus ad utilitatem, dum unusquisq; proprium donum accipit a Deo, per qđ prosit aliis qui hoc non hñt. Põt. n. in uno eodemq; spiritu fieri, ut iste uerbo sapiẽtiæ polleat, nec tñ sermone scientię. i. doctrina fulciatur: quia sentire atq; inuenire sufficit, & quod per discendi studium non apprehendit: ille per sermonem scientiæ ful-

C geat, nec tñ uerbo sapientiæ conualescat. qa & sufficit explere quantū didicit, & ad sentiendum ex semetipso subtile aliqd non assurgit. Iste per fidem & elementis imperat, nec tñ per sanitatum grãm ĩfirmitates corporū curat. Ille per orationis opem morbos subtrahit, nec tñ arenti terræ uerbo pluuias reddit. Iste per operationū uirtutum ad præsentem uitam etiã mortuos reuocat, & tamen prophetiæ grãm non hñs, quæ sibi uentura sunt ignorat. Ille uentura quęq; uelut præsentia attendit, & tñ in nulla signorũ operatione se exercit: Iste per discretionẽ spirituum in factis subtiliter mẽtes conspicit, & tñ diuersi generis linguas nescit. Ille diuersi generis linguas examinat, sed tñ uiribus similibus dissimilia corda non pensat. Alius in una lingua quam nouit, sermonū põdera interpretando prudenter discutit: et tamẽ reliquis bonis quæ non habet, patiẽter caret. Sic itaq; creator noster ac dispositor cuncta moderatur, ut qui extolli poterat ex dono quod habet, humilietur ex uirtute quam non habet. Sic cuncta moderatur, ut cū per impẽsam grã unumquęq; subleuat, etiam per disparem alteri alterũ subdat, & meliorem ųsq; dono alio eū qui sibi subijcitur attendat, ac licet se præire ex alijs sentiat, eidẽ tñ quẽ superat, se in alijs postponat. Sic cuncta moderat̃: ut dum singula quæq; sunt oĩum, interposita quadam charitatis necessitudine fiant omnia singulorũ, quatenus unusquisq; sic quod non accipit, in altero possideat, ut ipse alteri possidendum quod accepit, humilit̃r impendat. Et ideo pulcherrima uarietate distributa sunt electis spiritualia dona. Sed *hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus*. Superius dictum de patre ĩtelleximus, qa idem Deus qui operatur omnia in omnibus, & nunc legimus spiritum oĩa opari, ut inseparabilis intelligat̃ operatio trinitatis, ita ut cū operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto intelligamus operari: & cū operatio filij nõ sine patre & spiritu sancto: & cum opatio spūs sancti, non sine patre et filio. Quod ergo dicitur de spiritu qa oĩa hæc operatur, non ideo dicitur, qa nõ ei cooperatur pater & filius, sed idcirco dicitur, quia unus atq; idem spiritus hęc opatur, qm̃ in his operibus non sunt multi spiritus, sed unus, & in diuersis suis operationibus nõ est à seipsõ diuersus. Hæc oĩa operatur spiritus utiq; sicut Deus. Quis.n. hæc operari potest nisi Deus? Omnia hęc operatur, *diuidens ea singulis* non ipse diuisus, & hæc oĩa facit ac diuidit *prout uult*.i. sicut dominus oĩum, sicut Deus, sicut nulli subiectus. Non.n. missus, sed uoluntarius operatur, qa solius Dei est facere uoluntatem suã. Dona sua distribuit, non prout uolunt hoĩes, sed prout ipse uult, qui solus nouit quid uelle debeat, & quid unicuiq; expediat. Vnde nec huic dolendum est, nec illi superbiendū. cum.n. contristaris q minorem gratiam acceperis, æmularis alium quasi maiorẽ partem inuaserit, cum hoc non in nostra, sed in donantis sit positum potestate. Inuidebãt enim (ut supra dictum est) minores Corinthiorũ maioribus quasi maiora sibi charismata uindicantibus, non intelligentes hæc solius Dei uoluntate dispensari. D

*Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt, ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & oẽs uno spiritu potati sumus.*

Ideo spiritus sanctus diuersis diuersa dona tribuit, qa *sicut corpus unum est* hominis *& membra habet multa*, quæ sunt uarijs officijs dedita, sed *omnia membra corporis* quamuis *sint multa, unum*

A tamē *corpus sunt, ita et Christus* unum corpus habet ex uarijs membris. Vnū est enim corpus Christi, quod est ecclesia constans ex diuersitate mēbrorum.i.ex uarietate personarū, diuersa officia diuersasq; grās habētium. Et idcirco decuit ut un⁹ Christi spiritus per diuersa membra unius corporis Christi uarias actiones expleret, quia & unus spiritus hoīs aliter operatur in oculis, aliter in auribus, aliter in naribus, & aliter in manibus. Sic & spūs Christi uarie operatur in membris Christi. Nam si charismata non essent diuersa singulis concessa, sed eadem, tūc essent diuersa membra eidem donum habentia, neq; multa fierent unum per charitatem, qm̄ alter alterius officio non indigeret ,ppter eiusdem doni participationem. Humani corporis utiť comparatione, ut ostendat officia diuersa esse non naturam membrorū: & neminem debere queri cuius officij sit, dum omnes uno spiritu animentur, & in uno corpore coaptentur. Per hęc etiam docet nullius personam quasi despecti cōtēnendam, et nullius quasi pfecti pferendā, nec glām quæ soli Deo debetur, hoībus esse tribuendam, qn̄ in oībus unus atq; idē Deus sit gloriosus. Loquēs enim de membris Christi.i.fidelib⁹ eius, non ait, ita & membra Christi, sed totum hoc Christū appellauit. Ergo simul omnes fideles cum capite suo sunt Christus, & ,ppterea caput de cœlo clamauit: Saule Saule, quid me psequeris? Christus enim caput & corpus, idęq; Christus uerbum Dei, unigenitus æqualis patri. Et inde uidemus quanta gratia pertineamus ad Deum, ut ipse uoluerit esse nobiscum unus, qui est cum patre unum. Ego, inquit, & pater unū sumus. Nobiscum uero unus est, qa non dicit, & seminib⁹, quasi in multis, sed quasi in uno & semini tuo, qui est Christus. Vere nos oēs cum capite nostro simul sumus Christ⁹, quia *in uno spiritu*.i.in gratia & operatione sancti spiritus, qui unus atq; idem semper est *nos omnes, siue Iudei, siue Gentiles, siue serui, siue liberi*.i. qui prius & natione & conditione diuersi & impares eramus, *baptizati sumus in unū corpus*.i.baptismatis ablutione per fidem deducti sumus in unum Christi corpus, ut amodo simus omnes unum, sicut illi, quorū erat cor unū & anima una. & *omnes potati sumus uno spiritu*.i.pro capacitate uniuscuiusq; percepimus omnes spiritū sanctū, quo debriaremur, & q cū sit unus, diuersis modis operaretur in nobis: sicut una hoīs anima uidet in oculo, audit in aure, loquitur in ore, ambulat in pede, & in cęteris membris cætera facit.

Margin: Actu.9. — Ioan.10. — Galat.3. — Actuū.4.

*Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autē posuit Deus membra, unumquodq; eorum in corpore sicut uoluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.*

Et bene nos omnes unū dicimur: *nam & corpus* humanum, cui ecclesia similis est, *non est unum membrum, sed multa*. Sic & nos ex quibus constat ecclesia, non omnes unum officium uel donum habemus, sed multa. Ideoque minori non est dolendum, quia minus habet, neque maiori superbiendum ex eo quòd maius donum uel officium sortitus est. Vere multa sunt in Christi corpore membra. Nam *si pes*, id est, aliquis fidelis qui inferius donum habet, & per terrenas actiones incedit, *dixerit quoniam non sum manus*, quoniam non habeo superiorem & mundam spiritualium

C operationem, *non sum de corpore Christi, num ideo non est de corpore?* id est, num ideo cõsequens est ut non sit de corpore Christi, quia potest aliud esse quàm manus, & tamen in hoc corpore manere? Et eodem modo si auris, id est, ille qui doctrinam audit à magistris dixerit, *quoniam non sum oculus*, id est, quoniam non intueor præclarum lumen sapientiæ, ut mihi & aliis prouidere queam, *non sum de corpore Christi, num ideo non est de corpore*, id est, num ideo consequens est ut non sit de hoc corpore, quia multa sunt in eo membra præter oculos? Hoc dicitur propter minores Corinthiorum, qui desperãtes dicebant se non pertinere ad corpus Christi, quoniã habere non poterãt illa magna charismata, quæ in spiritualibus uiris cernebant. Propter eosdem pusillos dictum est superius, qa nemo in spiritu Dei loquens dixit anathema Iesu. Dicebant enim anathema Iesu, quod interpretatur à saluatore alienatio, dum se alienos à corpore saluatoris dicerent, quia non erant ex superioribus membris. Sed necesse est ut sint in corpore diuersa mẽbra. Nam *si totum corpus oculus esset*, id est, si tota ecclesia solum officium aspiciẽdi spiritualia haberet, *ubi esset auditus?* id est, ubi essent discipuli, qui uocẽ prędicationis à doctoribus audirẽt? Vel *si totum* corpus esset *auditus*, id est, si tota ecclesia esset populus subiectorum, obedienter audiens præcepta magistrorum, *ubi esset odoratus?* id est, illi qui bonum odorem uirtutum et malum odorem uitiorum quasi nares subtiliter discernunt & à longe præsentiunt? Acsi dicatur: Si omnes essent unius officij uel operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis, cum constet multis officijs opus esse ad gubernationẽ corporis? Nam ecclesia superni capitis corpus est. In qua alius alta uidendo, oculus: alius recta operãdo, manus: alius ad iniuncta discurrendo, pes: alius præceptorum uocem intelligendo, auris: alius malorum fœtorem, bonorumq; fragrantiam discernendo, naris est. Qui corporalium more membrorum dum uicissim sibi accepta officia impendunt, unum de semetipsis omnibus corpus reddunt; & cũ diuersa in charitate peragunt, diuersum esse ꝓhibent ubi continentur. Si autem unum quid cuncti agerent, corpus utiq; qđ ex multis continetur membris, non essent. Quia uidelicet multipliciter compactum non existeret, si hoc concors mẽbrorum diuersitas non teneret. Sed *nunc* propter uitanda hæc inconueniẽtia, *posuit Deus membra in corpore* Christi, *unum quodq; eorum*, id est, maius & minus, *sicut ipse uoluit*. Et ideo nec maior debet superbire, minoremq; despicere, nec minor dolere uel maiori inuidere. Deus enim sic disposuit eos, cuius dispositio non est ab homine mutanda: & sic uoluit eos esse, cuius uolũtas nunquam est iniusta. *Quod si essent omnia unum membrum*, id est, si omnes fideles essent unius officij, *ubi esset corpus* ecclesiæ, quod non nisi uarijs mẽbrorum officijs gubernatur? Si enim omnes unius dignitatis essent, iam deperisset honesta compositio uariarum partium. Sed *nunc*, id est, ne corpus pereat, quod non nisi ex diuersis membris cõstare potest, *multa quidem* sunt *membra*, sed *unum corpus* ex illis omnibus. Quoniam multa cum inuicem sui egeant, non discrepant in unitate naturæ, quamuis diuersa sint, quia diuersitas hæc in unum concurrit, ut corporis utilitas expleatur.

*Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt, & quæ putamus ignobiliora mẽbra esse cor*

A *poris, his honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent.*

Membra quidem sunt multa, sed nullum ex his superfluum, imo omnia sibi inuicem sunt necessaria, quoniam *oculus*.i. ille qui cæteris uiam rectæ operationis præuidet, *non potest dicere manui*.i. operatori, *non indigeo opera tua*.i. studio tuæ operationis. Nam sicut manus indiget oculo ut operari ualeat.i. discipulus prouisione doctoris, ut bonum opus expleat, ita oculus indiget operatione manus.i. doctor qui per seipsum agere non potest quod agendum præuidet, necessarium habet discipulum, per quem fiat quod necessarium præuidet. Inaniter enim præuideret, si non esset qui consequenter faceret. *aut iterum caput*.i. ille qui in summa dignitate positus est, non potest dicere *pedibus*.i. nouissimis ecclesiæ membris, *non estis mihi necessarij*. Omnino necessarij sunt ei subiecti, quia potest humilis quod non potest sublimis, quia & ferrum potest quod aurum non potest: & quamuis aliquis dignitate sublimis sit, tamen si subiectus defuerit qui obsequijs illum faciat gloriosum, ipsa dignitas contemptibilis erit. Hoc præcipue nunc dicitur propter eos, qui summis charismatibus inter Corinthios præminebant, & minores quasi superfluos & inutiles despiciebant et abijciebant. Sed talia ecclesiæ membra licet sint inferiora, nō tamen sunt inutilia. *Sed multo magis ea membra corporis* ecclesiæ, *quæ uidentur esse infirmiora*.i. spirituali firmitate magis carentia, *sunt necessariora*, quia minores qui sunt in ecclesia, quanuis infirmi & contemptibiles appareant, plus tamen utiles sunt aliquoties: *& quæ putamus esse ignobiliora membra corporis* ecclesiæ.i. per ignobilitatem morum degenerare. *his circundamus abundantiorem honorem*.i. nonnunquam circuntegimus uerbis nostris degeneres eorum mores. Despectis.n. exhortatio bonæ locutionis est necessaria, per quam addatur illis aliquis honor ut fiāt utiles: alioqui ipso cōtemptu negligentiores circa se et deteriores fient. & membra *nostra quæ* per aliquod peccatum *sunt inhonesta*.i. carnales filij ecclesiæ, *abundantiorem honestatem habent* à nobis celantibus fœditatem eorum. Sed *honesta nostra*.i. ecclesiæ membra quæ satis habent honoris per decorem suæ sanctitatis, *nullius egent* honestationis per tegimen obscœnitatis. Quod melius ostendimus, si ipsa quæ plerunque accidunt, proferamus. Nam quilibet potens & proteruus, cum aliquid inique perpetrasse cognoscitur, tempus quæritur, ut de malo quod fecit increpet. Nisi.n. prædicator sustineat quando ferre congrue correptionem possit, augetur tamen eo malum quod insequitur. Sæpe.n. contingit ut talis sit, qui nulla increpationis uerba sustineat. Quid itaque tamen huius culpa prædicatori agendum est, nisi ut in sermone admonitionis quem pro cōmuni salute omnium auditorum facit, tales culpas ad medium deducat, quales eum perpetrasse considerat? Qui & præsto est, & de se solo adhuc argui nō potest, ne deterior fiat: & cum generaliter contra culpam inuectio intenditur, correptionis uerbum libēter ad mentem reducitur, quia potens prauus ignorat quod sibi hoc specialiter dicatur. Vnde fit plerunque ut eo uehementius perpetratam culpā lugeat, quo reatum suum, & cum percussum sentit, nesciri putat. Magna itaque arte prædicationis agendū est, ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam correptionis temperamento ad salutem redeant. Vnde nunc aperte dicitur: Quę putamus ignobiliora esse membra corporis, B

C bis honorem abundantiorem circũdamus: & quę inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habēt. Honesta autem nostra nullius egēt. Sicut.n.inhonesta membra in corpore, ita quidam intra sanctam ecclesiam potentes & praui. Qui dum aperta inuectione feriri non queunt, quasi honore tegminis uelantur. Sed hæc de occultis potentum delictis loquimur. Nam quando & alijs cognoscentibus peccant, alijs etiam cognoscentibus increpandi sunt, ne si prædicator tacet, culpam approbasse uideatur, atq; hæc crescēs in exemplum ueniat, quam pastoris lingua non secat. Vel si de corporalibus mēbris uniuscuiusq; nostrum hęc intelligātur, manifestum est, quia pudenda nostra, quæ turpia uidentur dum aspectus publicos uitant, honestate se tegunt, ne per irreuerentiam horreant. Absit enim ut aliqua turpitudo in membris sanctorum etiam genitalibus esse dicatur uel credatur. Dicuntur quidem inhonesta, quia non habent illam speciem decoris, quam membra quæ in promptu locata sunt. Vel certe (quod probabilius dici potest) propter legē in membris repugnantem legi mentis, quæ de peccato accidit, non de prima nostræ institutione naturę. Illicitus itaque & temperantię legibus nō subiectus membrorum illorum usus, est turpis, non ipsa membra.

*Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, ut nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint*
Hebræ.4. *membra. & siquid patitur unum membrum, com*
Roma.8. *patiuntur omnia membra, siue gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.*

Ea quæ uidentur inhonesta in mēbris ecclesię, non sunt inhonesta. *Sed Deus temperauit* ipsum *corpus* uarietate membrorum, officia diuersa in unitatis compage seruantium, tribuendo per digna mēbra *abundantiorem honorem ei* membro *cui deerat* in se, sicut D ostendimus de proteruo potēte. Vel tribuendo abundātiorem honorem per bonam uitam ei mēbro, cui deerat per scientiam prędicandi. Vel ei qui despicabilis apparebat hominibus, tribuit Deus largiorem honorē per imensam miraculorum uel aliorum charismatum gratiam. Ita temperauit Deus ecclesię corpus, ut nullum ex membris eius sit superfluum, sed omnia sint necessaria, ideo *ut non sit schisma in corpore* ecclesiæ, ubi debet esse unitas & concordia.i. ne alter alterum abijciat quasi inutilem aut superfluum: *sed membra sint solicita pro se inuicem*.i. maiora pro minoribus, & minora pro maioribus, quoniam alia sine alijs nō possunt: membra dico, tendentia *in idipsum*.i. in unitatem, ut omnia studeant habere cor unum et animam unam. & dum sic agunt, *si quid aduersi patitur unum membrum, compatiuntur ei omnia membra*, quasi aduersitas illa sit omnium. *siue gloriatur* de bono *unum membrum*, congaudent ei *omnia membra*, quasi bonum illud sit omnium. Nam & in membris humani corporis, ex quorũ unitate atq; compage charitas nunc suadetur membris ecclesiæ, uidemus hæc omnia, dum unumquodq; eorum non sibi soli, sed & cæteris proprijs agit officium. Oculus enim uidet, & non audit: auris audit, & non uidet: manus operaē, nec audit, nec uidet: pes ambulat, nec audit, nec uidet, nec facit quod manus. Sed in uno corpore si sit sanitas, & non aduersus se litigēt membra, & auris uidet in oculo, & oculus audit in aure. Nec obijci potest auri quia nō uidet, ut dicatur ei, Nihil es, minor es. Nunquid uidere & discernere colores potes, quod facit oculus? Respondet.n. auris de pace corporis, & dicit: Ibi sum ubi est oculus, in eo corpore sum. In me nō uideo, in illo cum quo sum, uideo.

A Ita cum auris dicit, oculus mihi uidet: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & aures dicunt, manus nobis operantur: manus dicunt, pedes nobis ambulant: omnia in uno corpore cum operantur, si sit ibi sanitas & concordent membra, gaudent & congaudent sibi: & si aliquid molestiæ est in aliquo membro, non se deserunt, sed compatiuntur sibi. Sic & filij ecclesiæ, id est, mẽbra Christi, omnino debent agere. Nec putent se ad Deum non pertinere, si miracula non fecerint. Sed quisquis in corpore non potest resuscitare mortuum, non illud quærat, ne discordet in corpore, quõ si auris quærat uidere, discordare potest. nã qđ non accepit, non potest facere. Si autem ei obiectum fuerit & dictum. Si iustus esses, resuscitares mortuum quomodo fecit Petrus, respondeat: Petrus & mihi fecit, quia in eo corpore sum, in quo Petrus fecit. In illo quo potest possum, à quo diuisus non sum. Quod minus possum, cõpatit mihi: et quod plus potest, congaudeo illi. Si ergo unusquisq; qđ potest, iuste egerit, ac de bono quod accepit, alijs prodesse studuerit, & in eo quod aliud plus potest, nõ inuiderit, sed congratulatus fuerit tanquam in uno corpore cum eo cõstitutus, custodietur in membris Christi, quod custodiunt inuicem corporea membra cuiuslibet hominis.

*Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes habent gratiam curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* Ephe. 4.

Ostendit Apostolus nostrã se çausam per membrorum carnalium rationem tractasse, quia nõ omnes eadem possumus, sed singuli prò qualitate fidei & gratia quã accepimus. Hæc, inquit, concordia uarie operãdi & congaudendi uel compatiẽdi, est in mẽbris humani corporis. Sed *uos estis corpus Christi*. i. coniuncti & uniti estis in christiana fide & ueritate, & estis etiam *membra* Christi, ut inuicem uobis per charitatem seruiatis unusquisq; de dono uel officio qđ habet. Membra estis pẽdentia *de membro*. i. de me qui sum maius membrũ Christi, & uos mihi sicut digitos manui adhærere in eius corpore feci. Nam aliud quidem est membrũ corporis, aliud membrum membri. Membrũ quippe corporis, pars ad totum est: membrum uero membri, particula ad partem. Mẽbrum nãq; membri est digitus ad manum, manus ad brachium: membrum uero corporis est, totũ hoc simul ad corpus uniuersum. Sic ergo in spirituali dominico corpore mẽbra de membro dicuntur, qui in eius ecclesia ab alijs reguntur. Hinc apostolus exponit diuersitatem in fidelibus, quam dixerat in mẽbris, & determinat de donis Dei, quę sint altiora et quę inferiora: quia de his putabant Corinthij quòd minus esset, maius: & qđ maius, minus. Vos, inquit, estis mẽbra Christi, & cum sitis mẽbra, non estis æqualia. quoniã *Deus posuit in ecclesia quosdam* diuersorum graduum fideles. s. *primum* dignitate & tẽpore *apostolos* uice Christi prædicantes, *secundo* dignitatis loco *prophetas* futura prædicẽtes, qui post aduentum domini fuerunt, sicut Agabus & beatus Benedictus. *tertio* gradu dignitatis posuit *doctores*. i. prædicatores, qui doctrina ueritatis ecclesiam instruerent. *deinde uirtutes*. i. eos qui fortia miracula faciunt, ut in expulsione dęmonum et mutatione elementorum, sicut aeris Actuũ. 11. & 21. B

C serenitatem in pluuiā conuertendo, uel super aquam siccis pedibus ambulādo. *exinde* posuit *gratias curationum*, id est, eos qui per orationem curant infirmos, & *opitulationes*. i. eos qui opitulantur maioribus, ut Titus Apostolo uel Archidiaconus Episcopo. & *gubernationes*. i. minorum personarum prælationes ut sunt presbyteri. & *genera linguarum*. i. scientiam loquendi linguis uarijs per donum gratiæ Dei. Quia Corinthij donū istud magis appetebant æstimantes hoc esse maximum, ideo nouissimū hoc posuit Apostolus, innuēs esse inferius & indignius cæteris præmissis. Talia dona fidelibus suis deus uarie distribuit, scdm mēsuram donationis suę dans unicuiqꝫ gratiam. Aliud. n. habet ille, aliud iste: & quod habet ille, non habet iste. Mensura est diuisio quædam donorum. Nō. n. omnes sunt Apostoli, sed illi soli quos Christus misit: nec omnes habēt spiritū prophetiæ, sed quibus hæc gratia diuinitus est cōcessa: nec omnes habent scientiā docēdi alios, neque omnes operantur uirtutes miraculorum, neque omnes habēt gratiam curandi infirmitates, nec omnes diuersis linguis loquūtur, nec omnes interpretanť scripturas aut linguas. Nam si omnes haberent hæc omnia iam nō essent qbus hæc officia seruirent. Ideo pulchrum & necessarium est, ut alij habeant quod non habent alij, & alij rursum alia, quatenus unusquisqꝫ quod ipse habet, cæteris ministret qui non habent.

*Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem uobis uiam demonstro.*

Hucusqꝫ reuocauit illos à schismate ad cōcordiam & unionem, ut nullus glorietur de charismate superiori, nullusqꝫ doleat de inferiori. Hinc eos ad charitatem inuitat, ostendēs sine ea nihil cætera ualere. Deus, inquit, uaria dona consueuit fidelibus suis impendere. Sed uos *æmulamini charismata meliora*. i. de his quæ supra demonstraui, desiderate utiliora, non linguas, ut solebatis. *Et adhuc* præter hæc in prædictis ostensa, *demonstro uobis excellentiorem uiam*. i. charitatem, quæ supereminentissimum locū inter cæteras uirtutes obtinet, & est uia per quam illi gradiuntur, qui tēdunt ad regnum cœlorum. Nam per cæterarum uirtutum uias ambulare possunt & illi, qui ad inferiora descendunt. Quicunqꝫ autem uiam charitatis sectantur, ad supernā patriam tendunt. Quomodo enim oleū nullo humore premitur, sed disruptis omnibus exilit & supereminet, sic est charitas. Non pōt premi in ima, sed necesse est ut ad superna emicet: & ideo qui uult ad superna cœlorū regna peruenire, studeat per uiam charitatis incedere. Nam quare charitatem Apostolus excellentiorem uiam appellauerit, declarat ipse, cū protinus subiungit.

CAPVT XIII.

*Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Matth. 17. Marc. 11.

Quoniam loqui diuersis linguis pcipue desiderabant Corinthij, propterea donum hoc in primis ostendit Apostolus sine charitate nō prodesse. Si ego, inquit, *loquar linguis omnium hominum & angelorum*. i. si mihi p gratiam datum sit, ut sciam loqui sicut omnes homines qui sunt in terra, & sicut angeli qui sunt in cœlo, sed *charitatem non habeam*, qua carere potest omnibus linguis loquens, *factus sum* similis æri sonanti uel cymbalo tinnienti.

A tinnienti. Nam uarijs linguis loqui uel similia facere, nō semper ad meritum datur, sed ad gloriam Dei gentibus ostendendam, nec per hæc uitam æternam consequi ualent illi q ea faciunt. Charitas uero & meritū semper auget, & uitam æternam præbet. Habēt autem & angeli suas linguas, quibus maiores intimant minoribus, quod de Dei uoluntate senserunt, uel quibus ad homines missi utuntur. Nam primi angelorū suscipiunt ab ipso Deo illuminationes scientiarum, ac deinde tradunt eas subiectis spiritibus. Linguæ uero quibus sic alij loquuntur alijs, intelliguntur aliqui nutus uel interiores motus, per quos ītimant sibi uicissim quod uoluerint. Neq;.n. minores sciunt omnia quæ maioribus sunt nota, sed ea tātum, quæ sibi fuerint a superioribus intimata. Sed si data, inquit, fuerit mihi tanta linguarum sciētia, ut loquar linguis & angelorum & hominum, nec charitatē habuero, factus sum, *uelut æs sonans aut cymbalum tinniens*. Nam sicut æs aut cymbalum non per se, sed īpulsu aliquo resonat: sic loquens linguis, nō per se qui nescit, sed per impulsum spiritus profert ea quibus audientes mulceat. Aere quippe uel cymbalo insensibiles ac mortuæ hominū mētes, quæ uitam charitatis nō habēt, Iacob.2. designantur. Nam sicut corpus sine spiritu.i. si fuerit sine anima mortuū est, sic anima si sine sancto spiritu.i. sine charitate fuerit, mortua deputabitur. In sonitu æris uel cymbali delectantur audientes, siue percipiunt aliquam utilitatē: sibi uero nihil hoc prodest, sed potius in suo detrimento cōmodum aliorum operatur. Sic & prædicator qui sensum charitatis nō habet, in eo quod loquitur, alios delectat nesciens, & ipse detrimentū inde percipit, unde audientibus proficit. Nam sicut quod æs sonat, dulce est alijs, sed sibi labori & diminu- B tioni, sic & quod loquitur prædicator charitate uacuus. Nec solum de prædicatore potest hoc ītelligi. Apte enim & quorumlibet insensibilium hominum corda per æs & cymbalū designantur: qui sæpe & supernos ictus accipiunt, & tamen nulla disciplinæ percussione mollescunt. Aes uero cum percutitur, canorus ualde sonitus ex eius percussione formaẗ. Et quidem metallo æris in nullo discrepantes, cum flagella supernæ pcussionis accipiunt, piæ confessionis sonitus emittunt: sed quia humilitatis uoces ex corde nō proferunt, ad statum salutis reducti, nesciunt qđ promiserunt. In nullo igitur æris imitationem fugiunt, qui in percussione positi, bona quæ non sentiunt, loquuntur. Quisquis.n. bona loquiẗ, sed per amorem eadem bona non sequitur, uelut æs aut cymbalum sonitum reddit: quia ipse nō sentit uerba quæ ipse facit. *Et si habuero*, inquit, *prophetiam*, ut per spiritū Dei quæ futura sunt prænunciem, sicut Balaam Nume.22. 23.&.24. & Caiphas, *nouerim mysteria omnia*.i. Ioan.11. occulta ueteris & noui testamenti sicut Salomon, & nouerim *omnem scientiam* de his quæ fuerint, & quæ sunt, & quæ futura sunt, uel de diuinis & humanis, sicut idem Salomon. *& si habuero fidem omnem*.i. de omni re unde est habenda, *ita* perfecta, *ut* eius uirtute *montes* de loco ad locum *transferā*, sed omnia hæc habens, *charitatem non habuero, nihil sum*, etsi hæc magna sint. Saluator dixerat fidem quæ fuerit si Matt.17. cut granum sinapis, montes posse transferre: & nunc Apostolus dicit omnem fidem esse quæ montes trāsferat. Vnde intelligitur perfectam esse fidem quæ grano sinapis comparatur, et hoc non propter exiguitatē, sed propter integritatem dictum esse. Sed fides sine charitate nil ualet Iacob.2. ad salutem, quia & dæmones habēt

C huiusmodi fidem. *Et si distribuero*, inquit, *facultates meas*.i. omnia quæ possum habere diuisero ut pluribus prosim, dans omnia in cibos non diuitum qui reddant, sed pauperum qui non habent unde reddere possint: & quod est maius, *si* tempore persecutionis *tradidero* pro fide *corpus meum* seuissimis cruciatibus, *ita ut ardeam*, sed *charitatem non habuero*.i. non charitate, sed iactatione hoc fecero, uel odium in corde meo aduersus aliquem retinuero, *nihil mihi* totum hoc *prodest*. Magna itaque & mirabilis est charitas, sine qua nec locutio diuersarum linguarum aliquid prodest, nec prophetia, nec mysteriorum & scientiarum notitia, nec fides, nec facultatum distributio, nec martyrii passio: & cum hæc quæ maiora sunt, nihil sine charitate prosint, manifestum est, quia nec cetera bona prodesse ualent sine hac charitate. Alia enim bona & reprobi habere possunt, sed charitatem non nisi soli possident electi. Cuius membra & species Apostolus cõsequenter describit, dicens.

1 sec. 14.

*Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit.*

Philip. 2.

Omnia bona sine charitate uilia sunt & inutilia, sed cum charitate cara sunt & utilia. Quæ charitas habet in se uirtutes, quæ nunc enumerantur. Est enim patiens.i. patientiam seruans. Patientiam uero seruare, est aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, & tempus dignæ retributionis quærat, patientiam non seruat, sed simulat. Sed *charitas est patiens*, quoniam aliena mala æquo animo tolerat, & *est benigna*, quia ipsos etiam à D quibus mala patitur, amat. Patiens, quia illata à proximis mala æquanimiter portat: benigna uero, quia pro malis bona largiter administrat. Patiens est, quia tranquillam mentem in aduersis seruat: benigna uero, quoniam misericorditer sua bona proximis indigentibus impendit. Patiens est, quia cõtra tentationes seculi uel procellas in Deum fixa persistit immobilis: benigna uero: quia proximorum delectatur profectibus. *Charitas non æmulatur*, id est, non inuidet: quia ubi est inuidia, ibi fraternus amor esse non potest. Non æmulatur, quia per hoc quod in præsenti modo nil appetit, inuidere terrenis successibus nescit. Non æmulatur, quoniam alterius bonũ diligit ut suum. *non agit perperam*, id est, peruerse: quia quo se in solum Dei ac proximi amorem dilatat, quicquid à rectitudine discrepat ignorat *non inflatur*.i. nõ intumescit de temporali felicitate, uel carnis generositate, uel scientia uel merito, seu qualibet alia re: quia cum præmium internæ retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus aut transitoriis non exaltat. *non ambitiosa est*.i. cupiens honores seculi: quia maior aliis esse non ambit, & super ceteros dominari, uel ea sibi uendicare quæ sunt alieni iuris, non est igitur ambitiosa, quia quo ardẽter intus ad sua satagit, foris nullatenus aliena cõcupiscit. *non quærit ea quæ sua sunt*, quia cuncta quæ hic transitorie possidet, uelut aliena negligit, cum nihil sibi esse proprium nisi quod secum permaneat, agnoscit. Non quærit quæ sua sunt, quia propter aliorum commoda suas utilitates deserit: nec se, sed alios exaltare studet. *non irritatur*, id est, non prouocatur ad iram, quia & iniuriis lacessita ad nullos se ultionis suæ motus excitat, dum pro magnis laboribus maiora post præ-

A mia expectat. *non cogitat malum*.i.non cogitat quõ ei qui sibi facit iniuriã, uicem reddat. Non cogitat malum, quia in amore munditiæ mentem solidans, dum omne odium eruit, uersari in animo quod inquinat, nescit. *non gaudet super iniquitate*, quia sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduersantium exultat. Sunt enim nõnulli qui nec faciũt malum nec facere cogitant eis, à quibus aduersa perferunt: sed tamen si factum illis ab alijs fuerit, lętantur: & ideo nunc postq̃ dictum est, quia charitas non irritatur, nec cogitat malũ, additur quia non gaudet super iniquitate.i.nõ ei placet siquid inique passus fuerit uel ipse qui ei aduersatur. Sed *congaudet ueritati*, delectať uerbis ueritatis, uel operibus ueræ sanctitatis: quia cæteros ut se diligens, per hoc quod rectum in alijs conspicit, quasi de augmento proprij profectus hilarescit. *Omnia suffert*, quia pro spe quietis æternæ nihil aduersitatis pati recusat. Supradictum fuerat qa patiens est.i.non murmurans in aduersis, sed corde tacito cuncta perferens: & nunc dicitur qđ omnia suffert & in actu sustinet, quicquid aduersitatis acciderit. Ibi enim laudata est tranqllitas cordis, hic fortitudo passionis: & ideo suffert omnia in præsenti uita, qa credit omnia de futura uita. Et sustinet oĩa quæ hîc grauia imittuntur, qa sperat omnia quę sibi dulcia promittũtur: & propterea nunq̃ excidit.i. nunq̃ cadit, sed sine casu persistit. Nec quod dictũ est, omnia credit, sic accipiamus, ut charitati cuiusq̃ derogem⁹, si malum quod de fratre audierit, non statim crediderit. Qua ipsa charitas, q̃ omnia credit, non omni spiritui credit. Ac per hoc omnia qdem credit, sed Deo, quia nõ dictum est, omnibus credit. *Omnia* ergo quæ sanctis credenda sunt, *credit*, & *omnia* quæ sibi diuinitus promissa sunt, *sperat*, & *omnia sustinet*.i. expectat per patiẽtiã longanimiter eadem bona quæ sperat, uel interim sustinet aduersa pro spe bonorum ipsorum. Habet etiã hoc *charitas* pręter cęteras uirtutes, in quo rursum dignior illis est, quia *nunquam excidit*.i. nunq̃ ex toto cadit. Licet.n. opera eius cadant, hoc est, deficiant & cessent in futuro seculo, ipsa tamẽ nunq̃ à suo statu decidet, sed ualidior stabit, ac perseuerabit in alio seculo q̃ in isto. Si enim dum credit et sperat ac præstolať, diligit quod nõdum uidetur, quanto magis diliget cum uidebit & tenebit?

*Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est.*

Charitas quidem nunq̃ excidit.i. nec nunc nec in alia uita à suo statu decidit, ut minuatur aut deficiat, sed cætera charismata decidunt & deficiunt. Quia *siue prophetiæ* accipiantur quæ nunc necessariæ sunt in tempore cæcitatis nostræ, in luce futuri seculi *euacuabuntur*.i. ab omni utilitate fient uacuæ, & ideo cessabunt. Nam ubi erunt omnia præsentia, quõ prę diceretur aliquid futurum? *siue linguæ* accipiantur.i. uariarum linguarum locutiones, in illo seculo *cessabunt*. Vbi erunt enim manifesta omnia, cur alicui diceretur aliquid? Poterunt quidem loqui ad inuicem sancti si uoluerint, sed non necesse erit, ubi scientia uocem præueniet. Et siquid inter se locuti tunc fuerint, non eo modo id faciẽt quo nos nũc loquimur: sed eo potius, quo in supernis angelici spiritus adinuicem loquuntur. *siue scientia* nunc habeatur, per quam de Deo & secretis eius aliquid sciatur, in futuro seculo *destruetur*, quia si quã nunc de Deo cognitionẽ habemus, hanc non in natura diuinitatis ip-

Ioan 4. B

C ssus, sed per similitudinem & naturas exteriores habemus. Nam quantalibet mens humana se intentione tetēderit, etiā si iam phantasias imaginum corporaliū à cogitatione cōpescat, si iam omnes circunscriptos spiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in carne posita mortali, uidere uel cognoscere gloriā Dei non præualet quicquid est: & de illa sicut est, quod in mente resplēdet, similitudo, & non ipsa est. Et idcirco talis nostra scientia destruet̃, qñ ueritas ipsa pure manifestabit̃. Scientia hæc & prophetia uel locutio destruentur, quę capere uel narrare nō possūt plenitudinem ueritatis, quia ex parte sunt. Nam *ex parte cognoscimus* ueritatem, non ex toto. i. imperfecte scimus quicquid adhuc de Deo nouimus: *& ex parte prophetamus* de futuris, quia quędam futura per prophetiā pręnunciamus, sed plurima ignoramus. Sed omne quod ex parte est, destruetur. Quia *cum uenerit quod perfectus est*, id est, quando dabit̃ Dei notitia, quę nō ex parte, sed ex perfectione fit, quoniam uidebimus cū sicuti est, tunc *euacuabitur quod ex parte est*. i. omnis imperfectio ad nihilum ueniet. Nostra imperfectio destruetur, nō id

Deute. 25. quod uerum est euacuabit̃. Destructio imperfectionis erit, quando id quod perfectum est, implebitur perfectione ueritatis. Deinde apostolus ut aliqua similitudine ostēderet quā tum ab illa quæ futura est, distet hęc uita, non qualiumcunq; hominum, sed etiam illorum qui præcipua hîc sanctitate sunt præditi, subiecit.

*Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli.*

Ad illa enim ineffabilia qualecunque adhibens de notis rebus exemplum, paruulam ætatem uirili cōparauit ætati. In hac ergo uita mirabilium hominum prophetia uel scien- D tia ita comparāda est illi uitæ, quasi scientia paruuli ad uirū. Quia sicut uita hæc imperfecta est, sic & sciētia. Tunc autem pertingemus ad uirilē perfectionem, cum forti sensu peruenerimus ad angelorū æqualitatem. Quasi dicatur: Prophetia & scientia quę sunt ex parte, sic euacuabuntur cum uenerit illa ueritatis pfecta cognitio, sicut sensus & locutio paruuli euacuatur, cum ille ad perfectam scientiam peruenerit. Cur enim hoc apostolus dixerit, īsinuat subdendo.

*Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.*

Inde pōt uideri quoniam cum perfectio uenerit, euacuabitur imperfectio, quia nunc. i. caligine præsentis uitę uidemus per speculum. i. cognoscimus Deum per imaginem suam, sed tunc. i. in futuro seculo manifeste uidebimus, in speculo enim cernitur imago. Et nos qui sumus imago Dei, conamur utcunq; uidere eū per hanc imaginem suam tanq̃ per speculum. Speculū est anima rationalis, in cuius cōsideratione aliquo modo uidemus Deum, sed obscure. Videmus enī per speculū in ęnigmate. Ænigma autem est, nō omnis sed obscura allegoria. Nam sicut omnis equus animal est, non autem omne animal equus, ita omne ęnigma allegoria est, non autem omnis allegoria ęnigma. Allegoria uero est, cum aliud ex alio significatur. i. aliud dicitur, & aliud intelligitur, sicut est, Non alligabis os boui trituranti. i. I. Ioan. 3. non prohibebis prædicatorem uiue Sup. 9. re de prędicatione. Sed ibi solummodo allegoria est ęnigma, ubi difficile patet intellectus. Vbi autē facile intelligitur, nō est ęnigma. Cum ergo dicitur, uidemus nūc per speculum in ænigmate, sicut noīe speculi imago designat̃, ita nomine ænigmatis

similitudo

A similitudo obscura et ad disperiendum difficilis. Nemo itaq; miretur etiam in hoc uidendi modo, qui concessus est huic uitę per speculum, scilicet in ænigmate laborare nos, ut quomodocunq; uideamus. Nomen quippe hîc non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. *Nunc uidemus per speculum in ænigmate*, sed *tunc* cum uenerit illa perfectio uidemus *facie ad faciem*, id est, manifeste ad similitudinem duorum, qui se inuicem directo uultu sine aliqua re interposita aspiciũt. Facies autem Dei manifestatio eius intelligenda est. Facies uero nostra, intentio cordis nostri. Videbimus ergo facie ad faciem, id est, manifestatione Dei posita ad nostrę mẽtis intentionem, ut nihil iter nos & ipsum intersit. In nullo enim membro tam bene cognoscitur quisq;, sicut in facie. Et cum facies unius directa est in faciem alterius, tunc sine aliqua ambiguitate se cognoscunt. Sic uidebimus eum in seipso manifeste. Modo enim nõ uidemus eum in facie, sed in extranea & multum ab eo diuersa creaturarũ similitudine. Et ego etiam ipse qui tanta scientia præ cæteris donatus sum, *nũc cognosco* Deum *ex parte*, sed *tunc cognoscam* eum ita *sicut* ab eo *cognitus sum*. Magna enim est ĩterpositio cordis nostri ad contemplandam sublimitatem Dei, ipsa ĩfirmitas nostra. Sed tũc ad purum intuebimur eũ, à quo nũc subtiliter intuemur, cum hac infirmitate deposita, ad contemplationis internæ gratiam uenerimus. Tunc cognoscã eum sicut ab eo sum ego cognitus, id est, pure cognoscam eum sicut & ipse me nouit, qui tunc non per aliud uidebimus eum, sed manifeste contẽplabimur in illo ipso hoc quod ipse est, sicut ipse hoc qđ nos sumus, perfecte cognoscit. Vel tunc cognoscam eum ita sine ambiguitate in manifesta uisiõe, sicut olim antequam essem, cognitu s sum ab eo B in prædestinatione.

*Nũc autẽ manẽt, fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas.*

Ad tantam Dei cognitionem peruenturi sumus. Sed ut pertingere ad hanc ualeamus, *nũc* interim *manẽt* in peregrinatione hac nobiscum *fides*, *spes*, atque *charitas*, quæ nos præparant illi uisioni. Fides, qua credimus quicquid scripturę sanctę nobis credendum intimant & spes, qua speramus ꝓmissa nobis diuinitus præmia: & charitas, qua Deum ac proximum diligimus & ipsa præmia: Et ita sibi tres istæ uirtutes copulantur in huius uitæ tempore, ut nulla earum sine duabus reliquis ꝑficiat. Nunc manent in sanctis fides, spes, & charitas, *tria hæc*, pauca q̄dem, sed multum utilia, quoniam sine his nemo fit dignus ad illã uisionem ascẽdere. Et magna q̄dem sunt hæc tria bona, sed *horum maior est charitas*, id est, charitas quæ horum trium est una, ipsa est maior, id est, maius meritũ habet quàm fides et spes. Sciendum quia quando comparatio fit ad plura eiusdem generis, ut nunc charitatis ad fidem & spem, quæ similiter sunt uirtutes, põt & debet fieri per genitiuum. Et horum, ponitur propter tria, quod prçcesserat, maior est charitas, cui fides & spes nõ possũt deesse, sed fides & spes sine charitate possunt esse. Vel ideo maior, quia fides cessabit, dum futura quæ creduntur aduenerint: & spes finem habebit, dum beatitudinem quã q̄sq; præstolatur, acceperit: sola uero charitas in æternum perseuerabit, & de uisione cõditoris ac beatitudine sanctorum sine fine gaudebit.

## CAPUT XIIII.

*Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nõ hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria.*

C *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem.*

Quoniam tanta est charitas, & sola est quæ perducit ad uitam, atque permanet in æternum, ideo *sectamini* toto desiderio *charitatem, æmulamini etiã spiritalia*, id est, desiderate etiam illa spiritus dona, ut sunt genera linguarum & cætera, sed *magis* post charitatem desiderate *ut prophetetis*, quàm ut linguis loquamini, uel uirtutes miraculorum operemini. Post charitatem, prophetandi studium magis habendum hortatur, quia quamuis magni sint spiritalium donorũ gradus, quos superius enumerauit, hic tamen maior est, quoniam ad utilitatem ecclesiæ ꝓficit. In quod enim quis animum dederit, in eo ipso donum accipit. Ideo gratia prophetandi est desideranda, ut præ desiderio accipiatur ob multorum ædificationem potius quàm linguarum uarietas, quæ non proficit auditoribus. Nam *qui loquitur lingua* incognita *non loquitur hominibus*, id est, intelligentiæ hominum, *sed Deo*, cuius laudes dicit, & qui nouit ea quæ ille dicit. Homines enim nesciunt, ideóque nullus est eis ex hac locutione profectus. *Nemo enim audit*, id est, intelligit ea quæ ille loquitur. Sed tñ spiritu sancto loquitur ipse mysteria, id est, secreta Dei, quamuis homines ignorent quod dicit. Vel *spiritus* sanctus per eum *loquitur mysteria* secretorum Dei, non ipse. Ideo magis æmulari prophetare debetis, quia *qui prophetat*, id est, qui uentura uel occulta manifestat, iste *loquitur hominibus ad ædificationem* eorum in mente, quæ ædificatur ut sit templum Dei, & ad *exhortationem* eorum ad bene agendum in operatione *& ad consolationem* eorum ne desperent de peccatorum præteritorũ magnitudine, uel ad consolationem tristitiæ præsentium tribulationum per promissionem futurarum remu-nerationũ. Possunt & doctores, qui D scripturas alijs exponunt, nomine prophetarum designari, iuxta illud sapientis: Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Sicut enim Eccle. 24. propheta prędicit futura quę nesciũtur, ita & doctor dum scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur ꝓphetare. Et iste ad multorum utilitatem sic prophetat, nec ab homine, sed à spiritu sancto est sensus dictorum eius.

*Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur ut ecclesia ædificationem accipiat.*

Item magis prophetiam ꝙ linguã ideo debetis optare, quia *qui loquitur lingua* peregrina mysterium aliquod & non interpretatur quod dicit, semetipsum solum ædificat per id, qđ solus fortasse scit quod loqtur: sed *qui prophetat*, id est, qui futura cæteris prænunciat, uel bona quæ in abditis scripturarum intelligit, fratribus ex charitate reuelat, *ecclesiam Dei ædificat*, quia omnes intelligunt quod loquitur. Qui lingua ignota loquitur, ædificat se, non alios. Sed ego uolo, id est, uoluntas mea est, nec mihi displicet, uos omnes loqui linguis, id est, si omnes donum loquendi linguis uarijs haberetis, qa alter aduersus alterum non haberet materiam gloriandi uel inuidendi, qm̃ omnes in hoc essetis æquales. Non prohibeo uos omnes, si poteritis loqui diuersis linguis, qa donum est spiritus sancti, sed magis uolo uos ꝓphetare, qa utilius est. *Nam maior est qui prophetat*. i. maioris dignitatis est in ecclesia q futura prædicit, uel scripturas aperit, *quàm qui loquitur linguis*. i. qui incognitis locutionibus mysteria profert, qa sibi soli proficit. Hoc. n. maius est quod pluribus prodest. Qui

A linguis loqtur, minor est, *nisi forte interpretetur*.i. exponat alijs qđ ipse Deo loquitur. Si.n.interpretari dicta sua poterit, *ut ecclesia aedificationem* inde acci piat, non erit minor. Forte, dicit, ut innuat quoniam raro solet cōtingere ut utrunqꝫ uni concedatur.

*Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquēs, quid uobis prodero, nisi uobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?*

Dixi, qui prophetat, maior est, propter aedificationem quam praebet ecclesiae, q̄ qui lingua loquens, se solū aedificat. Sed hoc potestis etiā in me ipso uidere, quia *si uenero ad uos ô fratres loquens* incognitis *linguis, quid uobis prodero*, cum nesciatis quid dixero? Nihil prodero, *nisi loquar uobis aut in reuelatione*, id est, in expositione reuelationis, in qua mihi per quasdam figuras ostēsa fuerint mysteria Christi, sicut & Ioanni ostensa leguntur in sua reuelatione: aut nisi loquar uobis, *in scientia*, quā studio & disciplina mea con quisiui, ut uos scire faciam qualiter his temporalibus uti debeatis, et qđ de his sentire: *aut in prophetia*, ut uobis praenunciem futura, uel manifestem occulta: *aut in doctrina*, ut doceam uos de fide & moribus. Et cum nunc uobis, quando iam fratres, id est, Christiani estis, non prodessem si linguis incognitis loquerer: patet qa multo minus tunc prodessem, cum adhuc essetis infideles. Cumqꝫ ego qui tantus sum apostolus, loquēdo linguis non possem uobis ꝓdesse, cōstat uos multo minus tali locutione audien tibus ꝓdesse. Lingua ītelligiť in hoc loco, obscuras dicere & mysticas significationes, a quibus si ītellectus mentis remoueatur, nemo aedificať audiendo quod non intelligit. Vnde & supra dixit: Qui loquitur lingua, non hominibus loqtur, sed Deo. Nemo enim audit. Spiritus autē loquitur mysteria. Ibi enim satis īdicauit B eam se linguam appellare, ubi sunt significationes uelut imagines rerū ac similitudines, quae ut intelligań, indigent mentis obtutu. Cū autem non intelliguntur, in spiritu eas dicit esse, nō in mente. Qui loquiť lingua, id est, spiritu nondū intelligēns significationes quas lingua spiritus uoluit, plus semetipm̄ aedificat. Contingebat enim ut qui sic loquebanť mysteria Dei, quāuis ꝓfunditatem non intelligerent, tamen ex ipsa locutione ad compunctionem cordis, & multoties ad bonū opus īcitarentur. Quia ergo etiam lingua.i.membro corporis qđ mouemus in ore, cum loquimur, signa utiqꝫ rerꝫ dantur, non res ipse proferūtur, ꝓpterea translato uerbo linguam appellauit Apostolus quamlibet signorꝫ prolationem priusq̄ ītelligantur. Quō cū intellectus accesserit, qui mentis est proprius, fit reuelatio, uel sciētia, uel prophetia, uel doctrina. Proinde ait. Si uenero ad uos linguis loquēs, qđ uobis prodero, nisi loquar uobis in reuelatione, aut in sciētia, aut in prophetia, aut in doctrina? id est, nisi signis, hoc est, linguae accesserit intellectus, ut non spiritu tantū, sed etiā mente agatur quod agitur? Proinde cui signa ꝑ aliquas rerꝫ corporaliū similitudines demonstrabanť in spiritu, nisi accessisset mentis officiū ut etiam intelligereń, nōdum erat propheta: Magis propheta erat, qui interpretabať quod alius uidisset, q̄ ipse qui uidisset. Vnde apparet magis ad mentem pertinere ꝓphetiam, q̄ ad istum spiritū, qui modo quodam ꝓprio uocatur spiritus, uis animae quaedam mente inferior, ubi corporaliū rerum similitudines exprimuntur. Sic olim magis Ioseph propheta fuit, qui intellexit quod significarēt septem spicae et septem boues, q̄ Pharao qui eas uidit in somnis. Gene.4. Illius enim spiritus informatus est,

C ut uideret, huius mẽs illuminata ut ĩtelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua, in isto ꝓphetia: qa in illo rerum imaginatio, in isto imaginationũ interpretatio. Minus ergo ꝓpheta est, qui rerum quæ significant̃, sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines uidet: & magis propheta, qui solo earum intellectu præditus est. Sed maxime propheta, qui utroq; præcellit, ut & uideat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas uiuacitate
Dan. 2. mentis intelligat, sicut Danielis excellentia tentata est & ꝓbata, qui regi somniũ quod uiderat dixit, & qd significaret aperuit. Et ipsæ quippe imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt, & earum ĩtellectus reuelatus in mente. Sed ad epistolæ sequentia transeamus.

*Tamen quæ sine anima sunt uocem dãtia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionẽ sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertã uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquẽtes. Tam multa ut puta genera linguarum sunt in hoc mũdo, & nihil sine uoce est.*

Linguas nõ prodesse sine interprete, superius ostendi per me qui sum rationalis, & tamen per inanimata idem patet. Nam *ea quæ sunt sine anima dãtia uocem, siue* hoc *sit tibia, siue cithara nisi dederint distinctionem sonituum*. i. distinctos intelligibiles sonos, *quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur*, id est, cithara resonatur? Sic & locutio uestra, cuius spiritualis suauitas nõ aures debet mulcere, sed mẽtem, inanis erit si intellecta non fuerit. De tibia et cithara nescieť, qa nec de tuba. Alia similitudo est de eadẽ re. *Etenim si tuba det uocem incertã*. i. quæ bellũ aperte nõ significet, *quis parabit se ad bellum?* Iudæis erat usus tubæ in festis & bellis, diuersis sonis: & hoc est quod dicitur, qa si uox tubæ incerta fuerit, D nemo discernet utrũ solennitatis an belli sit, nemoq; se ad bellum armabit. *Ita & uos*, qui quasi tuba exaltare Esa. 58. uocem uestrã debetis, ut Christi milites ad spirituale bellum contra dæmones præparetis, *per linguã* alienam loquentes, *nisi* interpretando *dederitis manifestum sermonem*, qui palàm audientes retineat, *quomodo scietur* ab aliis *id quod* à uobis in lingua aliena *dicitur*? Nescietur ab auditoribus uestræ locutionis sensus. Nam *eritis loquentes in aera*, id est, ea quæ nulli ꝓficient, sed in aera soluentur, dum nõ inuenientia locum receptaculi in audiẽtium auribus ut intelligant̃, diffundent̃ in aera, qa nec auscultare talia dignabunt̃ hoĩes. Non ad corda hoĩum loquemini, sed in aera. i. nõ utilia erũt uerba uestra, sed ociosa & inania eritis loquentes. *Tam multa ut puta sunt genera linguarum*. i. etiã si tam multa loquamini ut sunt genera linguarũ in toto *hoc mundo*, qd ꝓderit hæc uestra locutio, cũ nullus intelligat? Multa sunt genera linguarũ, *& nihil sine uoce est*: qa nulla res est sine sua uoce et appellatione in unaquaq; lingua. Cum sint enim plurima linguarũ genera, hñt tñ uocum significationes ꝓprias ut intelligantur, nec põt aliqd inueniri quod non habeat uocem significatiuam sui. Et idcirco inanis est locutio quæ non intelligitur.

*Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & uos, quoniam æmulatores estis spirituũ, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abũdetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente.*

Qñ quidẽ alii sine ĩterprete nõ ĩtelligent, uel qñ quidẽ tot linguæ sunt, & unaquæq; ꝓpriã distinctionẽ habet, *ergo si nesciero uirtutẽ uocis*. i. si ignota-

A uero uim ꝓpriam uocis quam profero, ut illi qui tantum dona linguarum habent, ero non intellectus, sed *barbarus ei cui loquor*, quem instruere debeo, quia nō potero illi sensum dictorum meorum interpretari: & ille uicissim qui mihi loquitur, erit *mihi barbarus*, cum ignoret sñias uocum quas profert, nec ualeat exponere mihi. *Sic & uos* eritis ad inuicem barbari, si per incognitam linguā alter alteri locutus fuerit, & ita erit dissēsio īter uos. Propterea non dissonantiā ignotarum linguarum, per quas discordia generetur, debetis appetere: sed unitatē intellectus, per quē cōmuni lætitia glorriemini. Et *quoniā estis æmulatores spirituū*, id est, desideratores spūalium donorum, *quærite ut his abundetis ad ædificationē ecclesiæ*, id est, ut non solum linguis loquamini, sed ēt īterpretemini ut ædificationem sumat ecclesia, qm̄ æmulatores estis spiritaliū charismatum. *Et ideo*, id est, ut ecclesia ædificetur, *qui loquitur lingua, oret ut interpretetur*. i. oret ut accipiat donū interpretandi, ut proficiat cæteris studiū eius. Oret nō labiis tātū, sed affectu cordis, ut exaudiri mereatur. *Nam si* etiā ego qui tantus sum, *orem lingua*. i. uoce sola, *spiritus meus*. i. flatus oris mei orat dum loquor in oratione: *sed mens mea est sine fructu*. i. non capit fructū ex ipsa oratione, ad quam non est intenta. Hoc sæpe nobis accidit, dum psalmū uel orationem labiis ꝓferimus, & mente quod os profert, non cogitamus. Et quandoquidem mens quæ intus pio affectu nō orat, quod os loquendo foris precatur, fructū orationis non habet, *ergo quid est* mihi faciendū? Quid est mihi utile? Hoc scilicet. *Orabo spiritu* per os ꝓlato. i. orabo sermone orans. *orabo & mente*. i. affectu mentis. psallam. i. psalmos dicam spiritu. i. prolatione oris: *psallam & mente*. i. mentis attētione. Vel ita: Qui loquitur lingua, sic oret. i. sic loquatur ut interpretetur quod dicit. Nam me ipsum do uobis exemplum, quia si orem. i. si loquar lingua, spūs meus orat, sed mens mea est sine fructu. i. sine intelligētia eorum quæ dico. Si enim dicam lingua quod non intelligo, uelut afflatus spiritu in ecstasi loquor, & mēs est sine fructu. Ignorat enim animus si lingua loquatur quam nescit, sicut solent Latini homines Græce cantare, oblectati sono uerborum, nesciētes tamen quid dicāt. Vt supradictum est, spiritus uocatur uis animæ quędam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimūtur. Mens autem est illa superior pars animæ, ubi intellectus & ratio proprie sedem habēt. Lingua quoque, sicut & superius dictum est, designare potest quamlibet signorum prolationem priusquam intelligantur. Itaque dicitur: Si orem lingua. i. si loquar ꝓlatione signorum adhuc non intellectorum: spiritus meus orat. i. illa pars animæ meæ tantum loquitur, in qua corporalium rerū imagines exprimuntur: sed mens. i. superior animæ meæ subtilitas: est sine fructu, quia nullam ibi refectionem intelligentiæ habet. Cum enim spiritus & inferior animæ natura loquitur proferendo signa quæ nō intelligit, mēs ad quam pertinet intellectus, nullum fructum inde reportat. Quid ergo est agendum? Hoc scilicet, quod me acturum dico. Quia orabo spiritu, orabo & mente. i. loquar spiritu & mēte, ut signa rerum mihi formentur in spiritu, & eorum refulgeat intellectus in mente, sicut & Daniel in spiritu uidit somnium regis, & mēte interpretationem eius intellexit. Ita enim et ego faciam, quia & spiritu signa loquar, & mente sensum eorum intelligam. Spiritu dictiones loquar, mente sententias. & similiter psallam spiritu. i. cōsonantiam uocum psalmodiæ in spiritu resona

B

Nota.

Danie. 2. & 4.

C bo. psallam & mente.i.consonantiã sententiarum attentione mentis modulabor, delectans me intelligentia spiritualium sensuum. Vel psallam spiritu, & psallam mente.i.concordiam in membris ecclesiæ componam, ut concordent & mente, ac de sua consonantia dulcem melodiam pulchre uariatam exprimant. Sic & uos spiritu & mente loqui debetis, ut & signa uideatis, & sensum intelligatis, & cæteris exponatis: atq; id est psallere spiritu & mente, ut psalmorum sensus in corde uestro resonet, quos ore canetis.

*Cæterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ? Quomodo dicet Amen super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidam bene gratias agis, sed alter non ædificatur.*

Orare debetis mente & spiritu, ut & uerba historiæ uel literaturæ proferatis, & mysticum sensum exponatis ad instructionem audiẽtium. *Cæterum*.i. sed *si benedixeris spiritu*.i. si aliqua dixeris, si Dei laudes dixeris, uel si benedictionem aliquam protuleris ignota lingua, quam non possis audientibus interpretari, *quis supplet locum idiotæ?* In spiritu, non in mente benedicit, qui bona quæ loquitur non intelligit: quoniam signa rerum cum non intelligunt, in spiritu sunt, non in mente. Idiota uero est ineruditus, qui nihil scit nisi quod ei proprietas naturæ dedit, quoniam ἰδίωμα Græce, proprietas dicitur Latine. Locus autem idiotæ est, ut in nouissimo benedictionis dicat, Amen, qđ interpretatur, uerum. per hoc enim & consensum suum indicat, & benedictionem confirmat. Sed si benedixeris spiritu.i. si benedictionem dederis ignota lĩgua, ut nec tu sensum dictorũ tuorũ intelligas, nec aliis exponas, quis supplet locum idiotæ? id est, quis loco idiotæ rñdet Amen in fine sermonis? Nec sapiens hoc sacere nouit, nedum idiota. Quomo- D do enim *dicet Amen super tuam benedictionem*, cum nesciat *quid dicas?* Imperitus enim & absq; literis, audiens quod non ĩtelligit, nescit finem orationis, & non respõdet Amen.i. uerum, ut confirmetur benedictio. Per hos.n. completur confirmatio precis, qui respõdent Amen, ut omnia dicta ueritatis testimonio in audientiũ mentibus confirmenť. Non poterit idiota respondere benedictioni tuæ quã non intelligit, *nam tu quidem bene gratias agis* Deo in illa benedictione, & bonum est quod loqueris, *sed alter non ædificatur* ex uerbis tuis, quæ non intelligit. Ideo cum ad ecclesiam ꝑpter ędificationem cõueniatis, ea debent in ecclesia dici, quæ ĩtelligantur ab hominibus & præstent ædificationem audiẽtibus. Propterea qui loquitur ignota lingua debet in ecclesia tacere, ut hi loquanť q̃ ꝓsint audiẽtibus.

*Gratias ago Deo meo, quòd omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui, ut & alios instruam, quàm decem millia uerborum in lingua.*

Proponit se exemplum, ꝙ publice non debeant loqui linguis, in q̃bus audientium non fit ædificatio, sicut ipse in ecclesia linguis non utitur, cum omnes eorum linguas nouerit. Non uitupero, inquit, in uobis locutionem linguarũ, eo ꝙ hanc habere nequeã, sicut est consuetudinis quibusdam, ut inuideant quod ipsi non ualent assequi. Nam *omnium uestrum lingua loquor* ego.i. nullus uestrũ aliqua loquitur lingua qua & ego non loquar quoties uolo. Et inde *gratias ago Deo meo*, qui mihi per donum gratiæ suæ concessit ut loq possim linguis, quas inter uos omnes habetis. Sed quãuis tanta linguarũ notitia diuinitus sit mihi data, *in ecclesia* tamen, cui debeo prodesse, *uolo quinq;*.i. pauca *uerba loqui meo sensu*, id est, quæ intelligam & exponam, *ut & alios instruam*, *quàm*

A *decem millia*.i. ualde nimiam multitudinem, *uerborum in lingua*.i. ut neq; intelligam, neq; alios doceam. Quod ait, quinq; uerba et decem millia, uulgari cōsuetudine locutus est. Vel sicut nonnullis uisum est, per quinq; uerba, quinq; libros Moysi designauit. Volo, inquit, in ecclesia loqui meo sensu, id est, spirituali intelligentia quinq; uerba, id est, quinq; legis uolumina, q̃ decem millia uerborum, id est, q̃ legis perfectionē in lingua, id est, in prolatione signorū non intellectorū. Denarius enim ꝓpter decalogum significat legem, millenarius perfectionem. Posuit autē Apostolus q̃, fine magis, ut notaret istā partem, cum qua iungitur q̃, nullo modo esse amplectendam. Nam ubi sic ponitur q̃, ostendit alteram partem posse stare, alterā uero minime.

Esa.28. *Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, quoniam in alijs linguis & in labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaq; linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetia autem non fidelibus, sed infidelibus.*

Ideo etiam non debetis appetere loqui linguis tantum, quia hoc modo haberetis puerorū sensum, q non attendunt quid sit alijs utile, sed qd seipsos pueriliter delectet. Sed uos *nolite effici pueri sensibus*, ut pueriles sensus habeatis in appetitione linguarum, quibus tanq̃ puerorum ludis intendatis, non cogitātes quid prosit utilitatibus proximorum. Nolite esse pueri sensib⁹, sed estote uiri. Qui enim non perdurant occurrere in uirum perfectum, uel infirmitate uirium, uel mētis leuitate, mulieribus & paruulis cōparandi sunt. Nolite sensibus eē pueri.i. nolite esse īsipientes. Sed qa dñs ait, Nisi cōuersi fueritis & effecti sicut paruuli, nō intrabitis ī regnū cœloꝝ, *malitia pueri estote*; si uos delectat imitari pueros, nō

Matth.18.

delectet īperitia, sed īnocentia & humilitas. *Malitia estote paruuli.* Qua malitia maxime, nisi superbię? Ipsa enim de uana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per arctā uiam & intrare per angustam portam: puer autem facile intrat per angustā. Et ideo nemo nisi ut puer, intrat in regnum cœlorum. Estote ergo paruuli malitia, id est, deponite omnem granditatem quam malitia superbiæ facit, ut sitis remoti ab omni malitia sicut pueri, studentes his quæ faciant ad utilitatem fratrum, quod est perfectio sensus. Itaq; nolite pueri effici sensibus per impetitiam, ut sicut pueri non intelligatis qđ dicitis: sed malitia paruuli estote, ut sitis immunes ab omni malitia uelut pueri: *sensibus autem perfecti estote*, ut intelligatis plene quod dicitis, & quid ad instructionem ecclesię sit necessarium sciatis. Nec debetis pueriliter appetere loqui linguis, quas non intelligitis: quia linguæ in signum infidelibus dantur, quod uos iam non estis: & non ad ædificationem, quæ necessaria uobis est iam fidelibus. & hoc est, Nolite quærere linguas, qa *in lege*, id est, ī libro Esaiæ, *scriptum est quoniam in alijs linguis*, id est, diuersis generibus linguarum, *et in alijs labijs*, id est, uerbis spiritualibus, loquar per apostolos *huic populo* Iudæorum, *& nec sic exaudient me*, qui per legem & prophetas nunquam me uoluerunt exaudire, *dicit dominus*. Vel in alijs linguis loquar, id est, nouum testamentum prædicabo: & in alijs labijs, id est, uetus testamentum spiritualiter exponam, quod illi carnaliter exponebant. Hoc est enim aliter eis loqui, quàm se legis ueteris habent uerba, dum audiunt sabbatū solui, neomenias euacuari, circuncisionem cessare, sacrificia immutari, escas dudum ꝓhibitas licere edere, Christum de Deo Deum prædicari. Esa.28.

C Hoc est alijs linguis & alijs labijs loqui, præter illam uarietatem linguarum, quæ per Apostolos in die pentecostes sonuit. Sed nec sic infideles Iudæi uoluerunt exaudire Deū, ut ei per fidem & deuotam conuersationem obedirent. Videte ergo ne & uobis loquatur deus in uarijs linguis, & uos non exaudiatis uerba præceptorum eius faciēdo. Et quandoquidem illis, qui non exaudierūt ad fidem cōuerterentur, locutus est dominus in alijs linguis. *Itaque linguæ sunt in signum non fidelibus*, qui credunt Deum omnia posse: *sed infidelibus*, qui hoc non credunt. Nam idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes hominum ad interiora perducant, quatenus per hoc quod mirum uisibiliter ostenditur, ea quę inuisibilia sunt, mirabiliora credantur. Linguæ igitur datæ sunt in signum, id est, ut sint signum inuisibilis pręsentiæ Dei, quia infideles per miraculum linguarum potentiam Dei, qui eis prædicatur, adesse præsentem intelligunt. Sed *prophetiæ non* sunt signum infidelibus, quia infideles non credunt futura, quæ necdū uidere possunt, si eis per prophetiam prænuncientur. Et idcirco prophetiæ nō infidelibus datæ sunt, qui prophetis uentura prædicentibus credere nolunt, *sed fidelibus*, qui futurorum prænunciationi prudenter adquiescunt: & ideo fideles non linguas appetere debent, sed ꝓphetias. Vel nomine prophetiarum interpretationes scripturarum designari possunt. Prophetię ergo non sunt signū infidelibus, sed fidelibus: quia infideles per expositionem scripturarū quibus nullam fidem adhibent, nequaquam Deum cognoscūt, fideles autem secreta eius ibi mysteria intelligunt. Maior autem & utilior est prophetia, id est, prophetarum interpretatio, quæ fidelibus ꝓdest & semper est opus, quàm linguarum locutio, quæ propter infideles ad tempus data est. D

Actuū. 2.

*Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquuntur, intrent autem idiotæ aut infideles, non'ne dicent quòd insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis aut idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiūt, & ita cadens in faciē adorabit Deū, pronuncians quòd uere Deus in uobis sit.*

Alia ratio cur non debeatis loqui linguis, sed potius prophetare. Quia linguæ in signū sunt infidelibus, nō in ædificationem fidelibus, ꝓphetiæ uero fideles semper ædificant, *ergo si conueniat in unum uniuersa ecclesia*, id est, si coadunetur in unum uniuersa fidelium congregatio, *& omnes* ibi sine interprete *loquantur linguis*, *sed intrent idiotæ uel imperiti uel infideles*, *non'ne dicent quòd insanitis* quasi arreptitij, cum alter alterum non intelligat? Dicent utiq; uos insanire, cum uideant locutionem uestram nemini prodesse, sed tumultum quendam incognitū fieri, uelut phrenesim sustinentium. Et sic ꝓbetis uos illis derisui, quos exemplo uestro debetis conuertere. Sed *si omnes* in ecclesia *prophetent*, id est, uentura uel occulta per prophetiam manifestent, *intret autem* ad eos aliquis *infidelis uel idiota*, *conuincitur ab omnibus* de suo errore quem non ualet negare contra eos, qui cor eius per spiritum prophetiæ intuentur, & *diiudicatur ab omnibus*, id est, damnabilis ostenditur, dum unusquisque dicit de eo quàm reus sit. & *occulta cordis eius fiunt manifesta*, uel cogitationes eius deteguntur à prophetantibus. *et ita* cum uiderit arcana suæ mentis per spiritum sanctum, qui in uobis loquitur: esse denudata, *cadens in faciem*, id est, humilians se, conuersus ad pœnitentiam, tam manifesta Dei præsentia superatus, *adorabit Deum*. i. spiritum sanctum, qui cordis eius occulta sicut Deus per uos

A patefacere potuit, *pronuncians* oris confessione *quod* intelligit corde .s. uere Deũ in uobis esse, qui cordium alienorum secreta per uos rimatur. Notãdum quia proprie idcirco dicatur prophetia, quõ prædicit futura. Sunt tamen tria prophetiæ tempora, præteritum, præsens & futurũ. Prophetia enim de prçterito, ubi de casu primi angeli dicitur. Quõ cecidisti de cœlo lucifer, q mane oriebaris? Prophetia de futuro est, Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui. Prophetia uero de præsenti est, quæ in præsentibus apostoli uerbis ostenditur. Cum enim dicitur. Occulta cordis eius manifesta fiũt, profecto monstratur quia per hunc modum prophetiæ spiritus non prçdicit quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autem pacto dicitur prophetiæ spiritus, qui nihil futurũ indicat, sed prçsens narrat? Sed recte prophetia dicitur, non quia prçdicit uentura, sed quia prodit occulta. Rẽ quippe quãlibet sicut ab oculis nostris subtrahunt tempora in futuro, ita ab oculis nostris in præsenti subtrahit causa. Vẽtura enim res occultatur in futuro tempore, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde.

*Quid est ergo fratres? Cum conuenitis, unusquisq; uestrum psalmum habet, doctrinã habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.*

Iam incipit determinare, quõ linguis sit utendum, quandoqdem hçc quæ diximus, eueniunt de locutione linguarum, *ergo quid est* agendum o fratres? Ad ædificationem exercendæ sunt ut cætera. Nam *cum conuenitis* in ecclesia, ubi çdificationem audientium operari debetis, *unusquisq; uestrum habet* unde possit aliĵs proficere. Ideo nullus se excuset. Alius.n. habet *psalmum*.i. laudem Dei per canticũ: altus *habet doctrinam*.i. sensuum expositionẽ per spiritualem prudentiam, qua se B & alios de moribus istruere ualeat: alius *habet apocalypsim*.i. reuelationem occultorum, quæ sibi spiritus sanctus ostendit: altus *habet linguam*. Hoc idcirco dixit, ut eos qui linguis loq poterant, non contristaret. Permisit enim eos loqui linguis, ita tamen, ut interpretatio sequeret. Et ideo subiecit, *interpretationem habet*. Quod propterea dixit, ut si interpres adesset, daretur locus loquenti linguis. Non dixit qđ unusquisq; haberet hæc omnia, sed ostendit quia non erat quisquam in eis, qui horum aliquid non haberet. Talis enim locutionis hu9 est sensus, ut qui intelligit psalmum loquatur de psalmo, qui habet scientiam docendi, doceat: qui habet apocalypsim.i. reuelationem aliquã mysteriorũ, dicat quç sibi reuelata sunt: & cætera similiter, ut nihil sit in eis quod nõ alterutrum ædificet. *Omnia*, inquit, *ad ædificationem fiant*. Conclusio hæc est, ut nihil incassum in ecclesia geratur, sed magis laboretur ut & imperiti proficiãt. Et idcirco omnes paratos uult conuenire diuersis donis spiritualibus, ut ipsa auiditate mentis uigilantes, inuicem se exhortati, meliora bona æmulentur ad illuminationem fratrum.

*Siue lingua quis loquitur, secundum duos aut (ut multum) tres, & per partes. & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo.*

Incipit ostendere quõ hæc omnia fiant ad çdificationem. Omnia, inqt, fiant ad profectum, siue linguarum locutio siue cætera. & hoc est, *Siue quis lingua loquitur, secundum duos* fiat locutio, *aut ut multum* dicam, scđm tres fiat .i. duo uel tres loquantur linguis, & non plus, ne occupent diem, & non sit locus loquẽdi prophetis, qui maxime sunt utiles. *Et per partes* loquantur.i. non simul omnes, ne insanire uideantur, sed singuli, id est, unus post

C alium, siue in diuersis ecclesię locis. *& unus interpretetur*, hoc est aliquis exponat populo uerba illius loquentis. Consuetudo tunc erat, ut quãdo conueniebant in ecclesia, uel in aliquo loco propter doctrinam, illi qui scientiam linguarum acceperant, loquerentur & alij exponerent, & hoc fiebat in ecclesia p̃ cateruas. In una parte ecclesiæ erat quædã collectio, & in altera parte alia: & unaquæq; pars suum habebat loquentẽ, & suũ interpretem. & hoc est quod ap̃s dixit, ut in una ecclesia nõ loquantur nisi duo uel tres: & p̃ partes, ut ubi unus loquitur, non loquatur alter: uel unus post alterum loquatur, & unus interpretetur unicuiq;. Sed *si nõ fuerit interpres* i. qui interpretetur, taceat linguis loquens *in ecclesia*, ubi nõ debet audiri locutio nisi quæ ædificet: sed *sibi loquatur*. i. itra se tacite oret, & loquatur Deo, q audit muta omnia. Sibi loquitur, qui ex his quæ dicit, compungitur & Deo loquitur, qui Deum orat uel laudat.

*Prophetæ autem duo aut tres dicant, & ceteri dijudicent. Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes exhortentur, & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est Deus, sed pacis, sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo.*

Sicut de his qui lingua loquuntur dixi, ita & de prophetis dico, ut *duo aut tres prophetæ dicant*. i. loquãtur ad populum in diuersis ecclesię partibus.
Deute. 17. Duo uel tres loquãtur, quia sufficit
Matth. 18. sermo tot hominum, & in ore duo-
Ioan. 8. rum uel trium stat omne uerbũ, cæ-
2. Cor. 13. teri uero prophetæ dijudicent uerba eorum, discernẽtes à bonis meliora & à melioribus optima. Sed si interim per spiritum sanctum *fuerit reuelatum*, aliquid melius *alij sedenti*, qui audiebat, prior qui loquebatur, taceat, ut & iste loquatur quod sibi diuinitus est reuelatum. Sępe enim iuniori reuelat dominus quod melius est: et D ideo permittat eum prior loqui. Nec sibi putet iniuriam fieri, si tacuerit ut inferior loquatur: quia plerunq; datur inferiori, quod non est concessum superiori. Ideo loqui debet ille cui reuelatum est, q̃a *potestis omnes prophetare*, tam ille qui prius accepit reuelationem, q̃ ille qui prior cœperat loqui. Omnes inquam, potestis prophetare, non quidem simul, ne conturbatio fiat: sed *per singulos* alius post alium: *ut omnes* etiam maiores discant quæ ignorãt, *& omnes exhortentur*. i. moneantur in his, quę cum intelligunt, negligunt. Et debet loquẽs cedere sedenti ut loquatur, quia *& spiritus prophetarũ est subiectus prophetis*, id est, in hoc facit uoluntatem prophetarum, ut quando uult propheta, permittat eum tacere: & rursum quando uult, permittat eum loqui. Ne quis diceret se non posse tacere, quoniam spiritus ministrans sibi cogeret eum, dicitur quia spiritus prophetarum prophetis subiectus est, ut in sua habeant potestate quando taceant & quando loquãtur. Subiectus est spiritus prophetis, ut quando uolunt, tacere possint: & quando uolunt, loqui: nec cogit eos ut Phytonicus aliqua clamare uel subticere. Vnde si prior propheta nõ cedit alij, uidetur nõ esse in eo spiritus Dei. Vere subiectus est eis spiritus, ut pro uoluntate sua possint ratione tacere uel loq. quia *non est Deus dissensionis, sed pacis*, id est, spiritus sanctus qui Deus est & prophetas replet, non est author dissensionis & discordiæ, sed pacis & concordię. Esset enim author dissensionis, non pacis, si et eum qui prior cœperat loqui, non sineret tacere: & hunc qui interim repentina reuelatione impletus est, cogeret loqui. Inde enim discordia & dissensio nasceretur. Sed iste spiritus pacẽ generat, nõ discordiam, ut alter propheta ta-

A tionabiliter cedat alteri, non simul ambo loquantur. Deus, inquã, est pacis, non discordiæ, ut quicunq; Deo adhærere cupiunt, pacem sequantur, dissensionem fugiant, *sicut* ego doceo in omnibus ecclesijs sanctorum. Et ideo si uultis sanctorũ ecclesijs quæ sunt per orbem, cõmunicare, pacem in Deo uicissim seruate sicut illę. Vel qui linguarum notitiam acceperũt, qui prophetiæ gratiam habẽt, ita loquantur in ecclesia sicut nũc docui, & sicut in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Ac si dicatur: Nõ est singulare uel nouum quod nunc dixi, ideo firmiter tenete quod omnes tenent ecclesiæ.

*Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.* Gene.3. *Siquid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à nobis uerbum Dei processit? an in uos solos peruenit?*

Quamuis dixerim quia potestis omnes prophetare, mulieres tamen *in ecclesijs taceant.* Nunc redit apostolus ad id quod supra prætermiserat. Superius enim uelari mulieres in ecclesia præcepit, modo ut quietæ sint. & uerecundæ ostendit, quia contra ordinem est naturæ uel legis, ut in conuentu uirorum fœminæ loquantur. *Non enim* ab aliqua authoritate *permittitur eis* in ecclesia *loqui, sed* præcipitur Gene.3. eas *subditas esse, sicut lex* in Genesi dicit: Gene.18. Sub uiri potestate eris, & ipse domi 1.Petr.3. nabitur tui. Lex ista specialis est mu- Gene.2. lieribus ĩposita, & ob hoc Sara subie- 1.Cor.11. cta erat Abrahæ, dominum eum uo- Gene 3. cans. Duabus de causis iubetur mulier esse subiecta, quia ex uiro est, & per ipsam ĩtrauit peccatum. Iure.n. taceat inter uiros, quę cum loqueretur uiro suo, suasit peccatũ. Non loquatur in ecclesia: sed *siquid uolunt discere, interrogent domi uiros suos* cũ disciplina & subiectione. Nam *turpe est mulieri in ecclesia loqui.* Turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo Dei, qui eas B uiris subiectas esse præcepit, de lege loqui præsumant, cum sciãt illic uiros habere primatum & sibi magis competere ut in domo Dei precibus uacent, & retinentes linguam, aures aperiant, ut audiant quomodo misericordia Dei mortem uicit per Christum, quæ per eas regnauit. Nam si audeant in ecclesia loq, dedecus est, quia idcirco uelantur ut in humilitate appareant. Si autem inuerecunde se ostendunt, opprobrium est uiris, quia in mulierum insolentia etiã mariti notantur. Hęc quæ uobis trado, tenere debetis, non uestra instituta meis traditionibus præferre, & cæteris fidelibus quasi fontem religionis uelle tradere. Quia *an processit à nobis uerbum*, prędicationis Dei? Non utiq; sed à nobis ad uos uenit: quoniam à nobis qui de circuncisione sumus, cœpit euangelica prædicatio, non à uobis: nec beneficium uos dedistis, sed accepistis. Nec quasi singulariter electi debetis gloriari, aut de singulari scientia extolli. Quia nunquid *in uos solos peruenit* uerbum Dei? Nõ utique, sed et in alios per orbem similiter peruenit, & ideo nolite uelle fieri magistri, constituendo nouas traditiones uestras, sed tenete quod ubiq; tenẽt aliæ gentium ecclesiæ.

*Siquis uidetur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Siquis autem ignorat, ignorabitur.*

Ego quidem talia uobis scribo. Et *siquis* inter uos est, qui *uidetur esse propheta*, i. pręsciens futurorum, *aut spiritualis*, i. spiritualiter uiuens, quãuis non habeat notitiam futurorum, *cognoscat* ista *quæ scribo uobis, quia* non sunt à me, sed *sunt mandata domini.* Hoc dixit Apostolus, aliter ista quę scribebat, à paruulis & aliter à capacioribus posse intelligi sciẽs. Solidam enim uoluit esse scientiam spiritalium, ubi nõ sola accõmodaretur fides, sed certa co

C gnitio teneretur. Ac per hoc paruuli ea credebant, quę spirituales insuper cognoscebāt. Coercet etiam his uerbis & ad pacificum ordinem reuocat inquietos, tanto ad seditionē faciliores, quanto sibi uidebantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Siquis, inquit, uidetur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Siquis uidetur esse, utique non est. Nam qui est, sine dubitatione cognoscit. Nec admonitione, neç coercitione opus habet: quia omnia iudicat, & à nemine iudicaē. Illi ergo seditiones, & perturbationes in ecclesia faciebant, quia uidebantur esse quod non erant. Et hos docet cognoscere domini mandata esse quę scribit. Præcipue tamē pseudoapostolos, à quibus fuerāt deprauati, in hac sententia tangit, qui pro desiderijs hominum non diuina, sed terrena docebant, ideo hîc nihil suū tradere se dicit, sed domini, ut quibus suadet, Deo adquisiti, non hominibus uideantur. Cognoscat, īquit, ea quę scribo uobis de linguis, prophetis ac mulieribus, & de cæteris spiritualibus, quia sunt domini mādata.
Matt. 7. Sed *siquis* hæc *ignorat, ignorabitur*, à domino. i. improbabitur cum illis quibus dicetur. Non noui uos. i. non noui esse meos, uel non noui inter prædestinatos. Nam hoc dicitur cōtra pusil-
Matt 10. los, qui in cruce Christi gloriantur,
Luca 12. & tamen ignorant ea quę de diuinis mysterijs subtilissime disseruntur. Nō enim perit unus de pusillis, pro quibus mortuus est Christus. Sed sicut præcedentia & subsequentia declarant, de his quæ fidem & mores multorum ædificarent, dixit apostolus, quòd ignorans ea ignorabitur, id est, ut linguis prophetia præponeretur, ut nō perturbate illa gererent quasi prophetiæ spiritus, etiam inuitos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste & D secundum ordinem fierent. Hæc & his similia qui ignorat, ignorabitur, nō illa secreta mysteria, quæ uix ad paucorum intelligentiam pertinent.

*Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in nobis.*

Quandoquidem prophetia tam utilis est, ut supra demōstrauimus, itaque ô *fratres æmulamini*. i. desiderate prophetare ad multorum ædificationē: & quamuis linguæ parum prosint, nolite tamē *prohibere loqui linguis*, ne fiat dissensio. Sed omnia tam hęc quàm alia, *fiant in nobis honeste*. i. cum pace & disciplina, *& secundum ordinem*, ut alia prius & alia posterius agantur, & prophetia linguis præferatur.

## CAPVT XV.

*Notum autem facio nobis euangelium fratres quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua rōne prædicauerim nobis si tenetis, nisi frustra credidistis.* Galat. 1.

Hîc ingreditur apostolus reprehēdere Corinthios, qui seducti à falsis apostolis, dubitabant de resurrectione communi, existimantes neminem resurrecturum, cū uiderent corpora mortuorum sepeliri & putrefieri. Hunc errorem destruit apostolus, probans mortuos in fine seculi resurrecturos, & hoc facit per resurrectionem Christi, de qua certissimum erat illis. Hactenus, inquit, de spiritualibus doni disserui. Sed modo *notum facio nobis euangelium*. i. bonum nuncium, quo iusti nunciantur resurrecturi ad gloriam, quod non est nouum, sed olim uobis à me prædicatum: *quod & uos accepistis*, id est, dignum acceptione iudicastis, & de uoce illud suscepistis, *in quo etiam & statis*. i. firmiter perduratis. Quod. n. dicit, in quo & statis, illis dicit, qui erāt firmi in fide resurrectionis. Promiscuis enim loquitur, ut & hi qui in fide sunt, gaudeant: ęt qui nutant, corripi

A corripi se doleant & corrigant. Statis, inquit, in euangelio resurrectionis uos, qui in fide constantes estis, *per quod & saluamini*.i.ad salutem aeternam pertingitis, cum de hac uita migratis, uel saluamini iam ex certitudine spei per illud. Saluamini, dico, si memoria & fide retinetis *qua ratione praedicauerim uobis*.i.quomodo ea ratione qua Christus resurrexisse creditur, docuerim resurrectionẽ mortuorũ. Hoc retinetis siue tenetis, nisi frustra credidistis. Id est, aut tenetis resurrectionem mortuorum, aut incassum fidem suscepistis, quae nõ suscipitur nisi spe resurrectionis. Omnis enim spes credẽtium in hoc est, qa mortui resurgent. Quod qui non sperat, frustra etiam caeteras partes fidei suscepit.

*Tradidi enim uobis in primis quod & accepi.* Esa.53.
*quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secũdum scripturas, & quia sepultus est, &* Ionae.2.
*quia resurrexit tertia die secundum scripturas.* Osee.6.

Nunc primo ponit hoc quod erat certissimum, per quod cõsequenter & illud probet, quod habebatur dubium. Vere, inquit, notifico uobis euangelium de resurrectione, quod dudum praedicaui uobis, & ostendo qua ratione illud praedicauerim. Nam *tradidi in primis*.i.inter maxima fidei sacramẽta, uel in primis.i.ĩ exordijs fidei, *quod & ego* ab ipso domino occulta inspiratione accepi, non per me inueni, *quoniam Christus mortuus est*, non pro sua necessitate, sed *pro peccatis nostris*, & hoc *secundum scripturas*, propheticas, quae id praenunciabant, & tradidi uobis quia post mortem *sepultus est*, ut scripturae praedixerant: *& quia resurrexit tertia die*.i.tam cito ut ea potestate credatur posse nos suscitare. Pro peccatis nostris mortuus est et sepultus, sicut per Esaiam dicit de illo pater: Propter scel⁹ populi mei percussi eum, & dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. Esa.53.

Qui & resurrexit die tertia sicut Osee praedixerat: Viuificabit nos post duos dies, ĩ die tertia suscitabit nos. Nam in eius resurrectione uiuificati sumus, & suscitati, sicut alibi dicit Apostolus iste: Conuiuificabit nos Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in coelestib⁹. Si ergo mortuus & sepultus resurrexit, eadem ratione debemus credere mortuos & sepultos resurgere. B Osee.6. Ephe.2.

*Et quia uisus est Cephae, & post hoc undecim.* Ioan.20.
*Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus* Luc.24.
*simul, ex quibus multi manent usq; adhuc, quidã autem dormierũt. Deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus.*

Tradidi uobis secundum testimonia prophetarum, ueraciter surrexisse Christum. Et etiam in argumentum certioris fidei tradidi uobis, *quia uisus est Cephae*, id est, Petro, priusquam alijs uiris in die resurrectionis appareret, *& post hoc undecim* apostolis ad uesperum, qui se metu Iudaeorum clauserant. Sed cum Iudas mortuus esset, & iuxta Ioannem Thomas deesset, & quomodo tunc dominus undecim uisus est, nisi per synecdochen accipiatur? Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehẽdi qđ ad ipsum nomen nõ pertinet. Quanto magis ergo Thomas, qui unus erat ex illis undecim, potuit in undenario eorum numero comprehendi, quamuis defuisset quãdo dominus uenit? *Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul* positis, de quibus euangelium tacet, *ex quibus multi manent*, qui testes sunt quaerentibus, *usq; adhuc* Iesu testimonio permanentes, *quidam autem* eorum in somno mortis *dormierunt*, quia rursum euigilaturi sunt. *Deinde uisus est Iacobo* fratri domini, propria manifestatione singulariter. Et de hac re tacẽt quatuor euangelistae. Sed in euangelio quod appellatur secundum Hebraeos, quod et in autho

C ritate fuit apud antiquos, narratur post resurrectionem quia dominus uenit ad Iacobum iustum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem domini, donec uideret eum resurgentem à mortuis. Rursumq́ post paululum: Afferte, ait dominus, mensam & panē. Statimq́ additur: Tulit panem & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia surrexit filius hominis à dormientibus. Deinde uisus

Luc. 24. est *apostolis omnibus.* in monte Galilææ,
Actu. 1. uel in loco ascensionis.

*Nouissime autem omnium, tāquam abortiuo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apo-*
Actu. 9. *stolorum, qui nō sum dignus uocari Apostolus,*
&, he. 3. *quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua nō fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis.*

Ita ut dixi, uisus est cæteris. Sed *nouissime omnium uisus est & mihi* de cœlo uocans me post ascensionem suam, uel dum orarem in templo. Mihi dico, *tāquam abortiuo*. i. abortiuo similis: quia sicut abortiuus quadam naturæ uiolentia ante tempus compellitur nasci, ita ego per terribilem domini uisionem et luminis oculorum amissionem coactus sum, antequā uellem exire de cæco synagogæ utero, & ad lucem fidei atq; libertatem prodire. Nouissime post omnes mihi uisus est, ut recentiorem intelligatis meam uisionem, & habeatis inde maiorem certitudinem. Nec mirum si nouisse uisus est mihi. Nam *ego sum minimus apostolorum.* Minimus tēpore, non dignitate. Minimus humilitate, non operatione. Minimus in me, magnus in domino. *qui nō dignus sum uocari apostolus,* quia ex præcedenti uita mea nihil boni habeo, sed multa mala me fecisse reminiscor, pro D quibus eram dignus pœna, nō apostolica gratia, *quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.* Apostolus iste cum cętero rum sanctorum solicitudinē in prædicatione robustius laborando transcenderet, ut ab elatione se premeret, & uires suas in humilitatis gremio nutriret, antiquę crudelitatis suę nō imemor, aliorum apostolorum innocentiam contemplatus: Ego, inquit, sum minimus apostolorum, qui nō sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Considerauit enim apostolorum (ut diximus) innocentiam, & propter pręcedētem malitiam uilis in eius oculis facta est omnis, quam exhibebat in ecclesia, solicitudo sua. Et quod multos ex accepto intellectu pręcederet, non attendit: quia illorum innocentiam pensans, persecutorē aliquando fuisse se doluit. In cuius uerbis quid aliud quam duritia nostræ mentis accusatur? Quia ipse plāgebat quod ante baptismum cōmiserat, nos uero & post baptismum multa commisimus, & tamen flere recusamus. Non sum, inquit, dignus uocari apostolus, sed *gratia Dei sum id quod sum.* Quod est dicere: Per merita mea nihil boni consecutus sum, sed potius gratia, id est, gratuito Dei munere datum est mihi hoc esse quod sum & in sanctitate & in scientia & in apostolatu. Et hæc *gratia eius* postquam mihi data est, *nō fuit in me uacua*, id est, ociosa, sed bonis operibus plena, quia in prædicatione *laboraui abundātius omnibus illis* apostolis qui me præcesserūt. Illi. n. prędicauerunt Iudęis, qui per legem & prophetas erant instructi, & authoritate scripturarum conuincebantur ut ad nouam gratiam conuertentur: ego autem grauiori labore gentibus quę nihil de Deo audierant, nullisq́ diuinorum librorum authoritatibus adquiescebant,

A ad fidem cõuerti. Illi ſtipendium ab illis quibus prędicabant, acceperũt: ego autem nihil ab auditorib⁹ meis accepi, ſed ex labore manuum mearum uixi. Poſtremo nullus eorum in tot locis prædicauit, neq; tot epiſtolas omnes illi ſcripſerunt. Abundantius itaq; in apoſtolatu laboraui ego q̃ illi. Sed non ex me ego hoc feci, ſed potius *gratia Dei mecum* operãdo hoc egit. Notandum quod ſuperna pietas prius agit aliqd in nobis ſine nobis, ut ſubſequente quoq; noſtro libero arbitrio, bonũ quod iam appetimus, agat nobiſcum. Quod tamen per impenſam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac ſi ſolis proceſsiſſet ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, ut innocentes faciat, pręuenit, apte nũc Apoſtolus ait: Gratia Dei ſum id quod ſum. Et quia eadem gratia noſtrum liberum arbitrium ſequitur, adiungit: Et gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum ſe de ſe nihil eſſe conſpiceret, ait: Nõ autem ego. Et tamen quia ſe eſſe aliquid cũ gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret, mecum, ſi cum præueniente gratia ſubſequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo ſe ſine gratia nihil eſſe oſtendat, ait: Non ego. Vt uero ſe cũ gratia operatum eſſe per liberum arbitrium demonſtraret, adiungit: Sed gratia Dei mecum. Bona itaq; noſtra, & Dei ſunt & noſtra. Quia ipſe nos præuenit ut uelimus, aſpirãdo, qui adiuuãdo ſubſequitur ne inaniter uelimus, ſed poſſimus implere quod uolumus. Præueniente ergo gratia & bona uolũtate ſubſequente, hoc quod Dei donum eſt, fit meritum noſtrum. Quod bene nũc apoſtolus explicat, dicens: Abundãtius illis omnibus laboraui. Qui ne uideretur ſuæ uirtuti tribuiſſe quod feceb

Nota.

rat, adiunxit. Non autem ego, ſed B gratia Dei mecum. Quia enim cœleſti dono præuentus eſt, quaſi alienũ ſe à bono ſuo opere agnouit, dicens: Non autem ego. Sed quia præueniẽs gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quo libero arbitrio eandem gratiam ſubſecutus eſt in opere, adiecit: Sed gratia Dei mecũ. Ac ſi diceret: In bono opere laboraui, non ego, ſed & ego. In eo enim quod ſolo Dei dono pręuẽtus ſum, non ego: in eo autem q̃ donum uoluntate ſubſecutus ſum, & ego. Laboraui, inquit, plus illis omnibus. Vnde apparet & me & illos in prædicatione laboraſſe. Nam *ſiue ego, ſiue illi, ſic prædicauimus*, ut ſupra memini, id eſt, Chriſtum pro peccatis noſtris mortuum, tertia die reſurrexiſſe, & frequenter apparuiſſe multis. Sic prædicauimus Chriſti mortem, & reſurrectionem ſecundum teſtimonia prophetarum, ſiue ego, ſiue illi: quia concorditer eandem rem prædicamus ego & illi, nec eſt in noſtra prædicatione diſcordia, ſed pax conſenſionis & ſocietas charitatis. Siue igitur ego, ſiue illi, ſic prædicauimus Chriſtũ reſurrexiſſe, & uos *ſic credidiſtis*. Vnde magis apparet quãtum deſipiatis: quia cum manifeſta ſit credulitas hæc apud omnes eccleſias, quam & uos ſuſcepiſtis, nunc ab ea propter falſos apoſtolos receſſiſtis.

*Si autem Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicũt in uobis quoniam reſurrectio mortuorum nõ eſt? Si autem reſurrectio mortuorum nõ eſt, neq; Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus nõ reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides ueſtra.*

Modo uenit ad rem, ꝓpter quam locutus eſt de domini reſurrectione. Poſtquam enim multis rationibus ꝓbauit Chriſtum reſurrexiſſe, ingreditur per eius reſurrectionem probare cæterorum mortuorum re-

C surrectionem. Ego, inquit, & cæteri apostoli prædicamus Christum resurrexisse, & uos pro certo sic credidistis. Sed *si Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo*, id est, qua ratione *quidam in uobis*.i. apud uos, *dicunt quoniam resurrectio mortuorum non est*, futura? Si enim Christus resurrexit, concedendum est necessario quia resurgēt et mortui. Sed hoc illi negabant, qui per falsos prophetas depravati erāt. Nam et prudentes seculi stultum iudicant, cum audiūt resurrectionem mortuorum. Ideóque nonnulli Corinthiorum, ne stulti iudicarētur ab illis, dicebant resurrectionem mortuorum futuram non esse. Sed *si resurrectio mortuorum non est*, futura, *neque Christus resurrexit*. Nam & ipse ueraciter mortuus fuit, utpote uerus homo. Et si cæteri non resurgent nec ipse resurrexit. Nam eius resurrectio resurrectionem cæterorum facit. Sicut enim gratis mori non potuit, ita nec gratis resurrexit: q̄a sicut mortuus est, ut mortem nostram destrueret, ita resurrexit ut nos resuscitaret. Cū igitur incassum resurgere non potuerit si nos non resuscitat, nec ipse resurrexit. Si generalis mortuorum resurrectio non est, neque Christus resurrexit. Quisquis itaq; mortuos negat resurrecturos, Christum quoq; negat resurrexisse. *Si Christus non resurrexit*, ergo audite quanta inde sequātur inconuenientia. Si enim ipse non resurrexit, ergo *inanis*, id est, inutilis & absq; ueritatis pondere *est prædicatio nostra*, qui prædicamus eum resurrexisse: *& inanis est fides uestra*, qui nobis prædicantibus credidistis eum resurrexisse, ut & membra eius in fine resurgant. Hoc Corinthij crediderant Apostolo docente, quia sicut Christus resurrexit, ita & mortui resurgent, & hac spe attracti fuerant ad fidem. Quod utiq; nunc ad detrimentum illorum proficere asserit, si crediderint quod futurum non est. D Et pudoris est, ut aliquis fateatur hoc se credidisse q̄d falsum est. Et uerecundiam ergo illis incutit, & labores eorum dicit infructuosos, si quod à falsis apostolis audierūt, uerum est quia mortui non resurgent, quod utiq; nemo patitur audire, ut uidentes hoc contra se esse, reuerterentur ad primam fidem. Inanis, inquit, non solum prædicatio nostra est, sed & fides uestra, id est, in uanum & sine fructu remunerationis & nos prædicauimus resurrectionē, et uos credidistis, si mortui nō resurgunt, quos necesse est resurgere, si Christus resurrexit. Non enim resurrexit, si & illi non resurgent.

*Inuenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui nō resurgunt, neq; Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.*

Non solum prædicatio nostra & fides uestra est inanis, id est, cassa & falsa & infructuosa, si Christus non resurrexit, ut per eum cæteri resurgerent: sed etiam nos apostoli, quibus omnes credunt, *inuenimur falsi testes Dei* super hac re. Et utiq; non minori, sed fortassis etiam maiori scelere in Deo laudatur falsitas, quàm uituperatur ueritas. Falsi testes, si hoc est, comprobamur, *quoniam diximus testimonium aduersum Deum*, id est, cōtrariū Deo, cui omnis falsitas est cōtraria, asserētes *quòd suscitauerit Christum*, quod nequaquam uerum est, si mortui nō resurgunt. Et sic erit nobis ad damnationem hoc mendacium, quia falsus testis non erit impunitus. Sed & Prouer. 19. uos qui hoc credidistis, participes eritis damnationis. Quisquis asserit quod

A quod Deus Xp̄m suscitauit, falsus est testis, si non est factū. Virtutem tamen Dei prędicat nō ut inimicus, qui tam admirabile factum uirtuti eius ascribit. Nec tñ pœnas euadet. Quod si uerum est quia Deus Christum suscitauit, qd illi patientur, qui & testes contra Deum facti sunt, & opus eius stultitiam asserūt? Iure dixi qa falsum est Christū à patre suscitatum, *si mortui non resurgunt. Nam si illi non resurgunt, neq; ipse resurrexit*. Sed *si Christus non resurrexit*, tunc *fides uestra est uana*, id est, falsa, qua credebatis per Christi mortem & resurrectionem uos à peccatis liberatos. *Nam adhuc*, post baptismum *estis in peccatis uestris*. quæ remissa credebatis, si Christus non resurrexit. Terret illos Apostolus ut doleant se hoc per seductores cœpisse credere, qđ contra ipsos est. Quis enim peccata sibi non remissa uelit audire? Sunt autem ueræ istæ cōnexiones ratiocinationis apostolicæ, falsas habentes sententias, quæ consequuntur errorem illorꝝ contra quos agitur: quæ tamen ad hoc inferuntur ab Apostolo, ut in his erubescentes illi, quorū errorem cōsequūtur, eūdem relinquant errorem: qa si in eodem manere uoluerint, necesse est ut etiam illa quæ ipsi damnant, tenere cogantur. Non enim uera infert, cum dicit, neq; Christus resurrexit, & cum dicit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra, & cætera quæ oīno falsa sunt: Quia & Christus resurrexit, & non erat inanis prædicatio eorū qui hoc annūciabant, nec fides eorꝝ qui hoc crediderant. Sed ista falsa uerissime connectuntur illi errantium sententiæ, qua dicebat̄, non esse resurrectionem mortuorꝝ. Istis autem falsis repudiatis, cōsequens erit resurrectio mortuorum. Sed ad ordinem lectionis reuertamur. Adhuc, inqt, estis in peccatis uestris, si Christus nō resurrexit. Et quia uos adhuc manetis in B peccatis, *ergo & illi qui dormierunt in Christo*, id est, mortui sunt in fide Christi, fuerunt similiter in peccatis, & ideo *perierunt*. Hoc addit illis ad terrorē, cū utiq; charorꝝ suorꝝ excessum nolint æstimare perditionē. Qui enim sub hac spe de seculo exierunt, siue occidi non timuerūt, qa resurgere exemplo Christi crediderunt, si nō est uerum, perierunt. Hoc illis dicit, quod amore suorꝝ defunctorū nolunt audire, ut illis amputet qđ prius per errorē male cœperant credere. Addit et aliud inconueniens: Quia *si tātum in hac uita sperantes sumus in Christo*, id est, si nihil boni post mortē speramus à Christo nos consecuturos, sed tantum ꝑpter uitæ præsentis bona colimus eum, tunc *miserabiliores sumus omnibus aliis hominibus*, q tot aduersa semper sustinemus. Infideles.n. uel præsenti mundo fruuntur. Nos uero cōtinentia & ieiuniis atq; uigiliis & afflictionibus uariis in hac uita fatigamur. Et si pro his nullam in futuro seculo mercedem expectamus, omniū stultissimi sumus. Sed manifestum est, qa & in præsenti uita & in futura speramus in Christo, qui & nunc dat seruis suis gratiā, & in futuro sempiternam gloriam.

*Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine.* Colos. 1. 1. Thes. 4.

Dictum est superius quia si mortui nō resurgunt, cōsequens est nec Christum resurrexisse. Et si concedatur φ Christus nō resurrexit, sequūtur inde (sicut disputatum est) inconuenientia multa & grauia. Sed nūc, id est, ne sequantur prædicta inconuenientia, manifestū est quod Christus resurrexit. *Nunc*, id est, ex his inconuenientibus & supra memora-

C tis prophetarum scripturis ac uisionibus, quæ factæ sunt discipulis, patet quia *Christus resurrexit à mortuis*, ipse dico *primitiæ dormientium*, id est, primus resurgens à mortuis, & causa resuscitans mortuos qui tam facile integri resurgent, sicut euigilant dormientes. Ipse est primitiæ dormientium, id est, tempore & dignitate primus euigilans ex dormientibus, ut & multitudinem eorum à somno mortis excitet, sicut primitiæ cuiuslibet rei quæ offeruntur Deo, totam subsequentem massam consecrant: ut quia peccato primi hominis mors omnium inuenta est, Christi iustitia resurrectionem mortuorum meruerit. Et bene per hominem Christum poterunt resurgere, *quoniam per hominem quidem* multo minorem, id est per Adam uenit *mors* & ideo *per hominem* Christum apte ueniet *resurrectio mortuorum*. Sicut per Adam mors intrauit, quia ipse primus est mortuus: ita & per Christũ resurrectio, quia primus ipse resurrexit. Sicut ille forma morientium, sic iste est forma resurgentium. *Et sicut in Adam omnes moriũtur*, quia sunt eius filij: *sic & in Christo omnes uiuificabuntur*, quia sunt eius filij. Nemo enim uenit ad mortẽ nisi per Adam, nemo ad uitam ęternam nisi per Christum. Hoc quippe est, omnes & omnes. Quia sicut omnes homines per primam, id est, per carnalem generationem pertinẽt ad Adã: sic omnes homines per secundam, id est, per spiritualem regenerationẽ ad Christum ueniunt, quicunque ad eum perueniunt. Ideo ergo dictum est hic omnes, & ibi omnes: quia sicut omnes qui moriuntur, non nisi in Adam moriuntur: ita omnes qui uiuificabuntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. Hæc enim uiuificatio proprie ad electos pertinet. Generalem tamen faciet Christus resurrectionem, ut sicut in Adam omnes, D siue iusti, siue iniusti, moriuntur, ita & in Christo omnes, siue credentes, siue diffidentes, resurgant. Non tamen infideles ita uiuificabuntur in Christo, ut sint in membris Christi: quia nec iusti sic moriunť in Adam, ut sint in massa pereuntiũ per Adã. Sed ita potius uiuificabunť ĩfideles in Christo, id est, in potentia uel iussu Christi, ut sine fine uiuant ad pœnam. Electi autem uiuificabũtur in Christo. i. in Christi iustitia quã seruauerũt, ut in Christi corpore quod est ecclesia, perenniter uiuant. Quia sicut ĩ regno mortis nemo sine Adã, ita in regno Christi nemo sine Christo. Omnes, inquit, uiuificabũtur, et hoc erit omnibus cõmune, sed different inter se tamen, quia *unusquisque* resurget *in suo ordine*, id est, martyr in ordine martyrum, uirgo in ordine uirginũ, coniugatus in ordine coniugatorũ, sacerdos in ordine sacerdotũ. Vel in suo ordine, id est, in suorum meritorũ dignitate, ut etiam plerisque martyribus præferaĩ egregius Vincentius, & plerisque sacerdotibus magnificus Martinus.

*Primitiæ Christus. Deinde hi qui sunt xpi, qui in aduentu eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit oẽm principatum & potestatem & uirtutem.*

Omnes resurgent, quia Christus est primitiæ eorũ, quia primus resurrexit, ut fieret causa & forma & signũ futuræ resurrectionis omniũ: sicut manipuli qui primo colliguntur & primitiæ uocãtur, significant totã massam fore colligendam. Ipse quidẽ iam resurrexit, quemadmodum primitię primo colliguní & offeruní, sed deinde sicut multitudo segetis colligitur, resurgent hi qui sunt Christi, non quidem modo, sed tamen aduentu eius nouissimo. Nam si caput resurrexit, necesse est ut & membra sequanť. Ipse enĩ (ut diximus) *primitiæ Christus* est. i. primus & maximus & præcedens

A & cõsecrans cæteros: & *deinde*, id est, post eũ sunt cæteri ut minus digni, *hi qui sunt* mẽbra *Christi, qui in aduẽtu eius crediderunt*, & ipsi euigilabũt in aduentu eius ut occurrãt ei. *Deinde erit finis* .i. consũmatio & oĩmoda perfectio scd̃m sufficientiam bonorꝝ corporis & aĩę, *cum tradiderit regnum Deo & patri* i. cum perduxerit iustos, in q̃bus nũc regnat ex fide uiuentibꝰ, Dei mediator & hoĩum homo Christus Iesus ad contemplationem Dei, qui eum scd̃m humanitatem creauit: & pr̃is, qui eum scd̃m diuinitatem generauit. Regnum q̃ppe eius hoc loco uocatur ecclesia fidelium. Aliter.n. dicitur regnũ eius scd̃m potestatem diuinitatis, q̃a ei omnis creatura subiecta est: & aliter regnum eius dicitur ecclesia scd̃m ꝓprietatem fidei, quæ in illo est. Nec sic arbitremur eũ traditurũ hoc regnum Deo & patri, ut adimat sibi, q̃a ipse simul cum patre unus est Deus. Tradet itaqꝫ regnũ Deo & patri, non se inde separato, nec spiritu sancto: q̃m perducet credentes ad regnum & contemplationem Dei. Vbi est finis oĩum bonorꝝ, & requies sempiterna, & gaudiũ q̃d nõ auferetur. Neqꝫ.n. q̃remus aliud, cum ad illius cõtemplationem peruenerimus, q̃a nec erit q̃d amplius requirat̃. Aliter.n. dicitur finis, qui pertinet ad consũmationẽ, alter qui pertinet ad consumptionem. Aliter nanqꝫ tela finitur texendo, aliter cibus comedendo. Finis ergo ptinens ad perfectissimam bonorũ omnium consummationem, erit cum Christus regnum tradiderit patri. Nõ q̃a & nunc non teneat regnũ pater, sed ideo dicitur regnum traditurus patri, q̃a patrem regnare mõstrabit, ut per speciem manifestationemq́ clarescat, q̃d nunc à fidelibus creditur & ab infidelibus non putat̃. Nunc enim Christi regnũ ptinet ad humanitatem eius ꝓprie, q̃a modo regnat B in nobis dispensatione sacramenti sui per ĩcarnationem atqꝫ passionẽ. Nam scd̃m id q̃d uerbum Dei est ipse, tam sine fine q̃ sine initio & sine intermissione regnũ eius est, sicut & patris. Scd̃m id autem quod uerbũ caro factum est, cœpit regnare in credentibus per fidẽ incarnationis suæ, *Ioan.1.* Sed tradet regnum patri.i. nutritos fide incarnationis suæ perducet ad speciem, q̃a æqualis est patri. Regnũ tradet patri, cum per id regnabit in cõtemplantibus ueritatẽ, quo æqualis est patri, et per se unigenitum per speciem faciet uidere patrẽ. Tradet, inquam regnũ patri à fide incarnationis suę ad speciem deitatis perducens eos qui nunc sibi credunt, non ut ipse amittat, sed ut uterqꝫ se unũ ad fruendum cõtemplantibus præbeat. Tradet regnũ patri, *cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem* Vnde euacuabit, nisi humilitate & patientia & infirmitate? Quis.n. principatus non euacuatur, cum filius Dei propterea, regnat, quia eũ principes seculi iudicauerunt? Quæ potestas non euacuat̃, cum ille per quem facta sunt oĩa, ꝓpterea regnat in credentibus, q̃a ita subiectus fuit potestatibus, ut diceret homini, Nõ haberes in me potestatem, nisi datũ tibi esset desuper? *Ioan.19.* Quæ uirtus non euacuatur, cum ipse per quem cœli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, q̃a usqꝫ ad crucem mortemq́ infirmatus est? Ita regnante Christo per fidem in his qui credunt, euacuatur omnis principatus. & potestas & uirtus creaturarꝝ. Quod cum plene factũ fuerit, tunc tradet ipse (quẽadmodum diximus) regnum patri, id est, promouebit fideles ad uisionẽ patris, ut per speciẽ qua æqualis est patri, cũ patre regnet in eis. Vel tũc euacuabit omnem principatum & potestatem & uirtutem, manifestando uiuqꝫ regnum patris, ut omnibus *Phili.2.*

C notum ſit nullũ principũ, nullamq́ poteſtatum & uirtutum, ſiue cœleſtium, ſiue terreſtrium, per ſe habuiſſe aliqd principatus uel poteſtatis aut uirtutis, ſed ab illo, à quo ſunt oĩa nõ ſolum ut ſint, ſed etiam ut ordinata ſint. In illa manifeſtatiõe nulli ſpes aliqua remanebit in quoquã
Pſal. 117. principe, uel in quoquã hoĩe. Qđ ēt ꝓpheta canit, Bonũ ſpare in dño ꝗ̃ ſperare in principib⁹, ut iſta meditatione aĩa iam in regno pr̃is aſſurgat, nec cuiuſquam poteſtatem pręter illum magnificans, nec de ſua ſibiĩpſi pernicioſiſſime blandiens. Euacuabit ergo omnem principatũ & omnem poteſtatem atque uirtutem, ut nulli patrem intuenti per filiũ opus ſit, aut libeat in cuiuſq̃ creaturæ uel in ſua conquieſcere poteſtate. Quandiu ergo præſentis uitæ conuerſatio tenetur, neceſſarios hactenus angelicos prĩcipatus & poteſtates & uirtutes habemus, per quoꝝ diſpenſationem gubernemur, et bona operari & mala ſuperare poſſimus, ac uirtutibus illuſtremur. Sed & hoĩes neceſſe eſt ut nobis præſint, ſicut pontifices & presbyteri ac diacones, & ſicut reges & conſules, aliĩq́ principes. Sed in futuro ſeculo euacuabuntur omnes hmõi plationes, ubi iam nulla earum nobis erit neceſſaria.

Pſal. 109. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos omnes ſub pedibus eius. Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei*
Pſal. 8. *omnia. Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia,*
Hebræ. 2. *tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus.*

Dixi quia tradet regnum patri, id eſt, perducet credentes ad ſuã & patris uiſionem manifeſtã. Sed interim *oportet illum regnare* per fidem in ſuis, *donec ponat oẽs inimicos*. ſuos *ſub pedibus eius*. Qđ eſt dicere: Tãdiu opus eſt ut in oĩbus ualentibus æqualitatem pr̃is ac filiĩ perſpicua mentis luce cõtueri, per hoc regnet Chriſtus, quod tales capere põt, et qđ pro eis proprie ſuſcepit, id eſt, incarnationis humilitatem, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. i. donec omnis ſuperbia ſecularis incarnationis eius humiliati ſubdat̃. Quod quotidie fit, & in fine ſeculi prorſus completũ erit, & tũc tradet ipſe regnum patri, ſicut ſupra expoſuimus. Vel ita: Ipſe quidem tradet regnum patri, et tunc patebit omnibus eum perenniter regnare cum patre. Sed interim oportet eum regnare, donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, id eſt, oportet regnũ eius intantum manifeſtari, donec oẽs inimici eius ipſum regnare fateantur. Hoc enim intelligit̃, ſub pedibus eius futuros inimicos. Quod ſi de iuſtis acceperimus, ideo dictũ eſt, inimicos, qa ex iniuſtis iuſtificantur, & ei credendo ſubdunt̃. De iniuſtis aũt, qui ad iuſtoꝝ beatitudinẽ futurã non ꝑtinẽt, ſic accipiẽdũ eſt, qm̃ et ipſi eũ regnare, ipſa regni eius manifeſtatione cõfuſi, fatebunt̃: Ergo oportet eũ regnare, donec ponat oẽs inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, nõ ita dictũ eſt, q̃ſi cũ poſuerit, nõ ſit poſtea regnatur⁹: ſed oportet eũ, inqt, ad tantã euidentiã ſuũ regnũ ꝑducere, donec inimici ei⁹ nullo modo audeãt negare qđ regnet. Donec. n. ꝓ eo poſitũ eſt, ut nõ amplius itelligas. Quo. n. amplius. i. ad quẽ maiorẽ manifeſtationẽ manifeſtari poterit regnum eius, niſi quouſq; oẽs inimici eum regnare fateanẽ? Qñ. n. manifeſtius erit regnũ eius, ꝗ̃ cũ claruerit oĩbus inimicis? Et inde ꝑmanebit in æternum. Oẽs inimici ponenẽ ſub pedibus. Sed *nouiſſime inimica deſtruetur mors* per reſurrectionem mortuoꝝ. Nouiſſime, id eſt poſt omnia deſtruetur mors, ut qui reſurrexerint, amplius nõ diſſoluantur. Non. n. erit aliquid qđ deſtruatur,

A tur, posteaquam mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc destruetur mors, quæ est nobis inimica, qa uitam nobis inuidet. Vere inimici ponētur sub pedibus Christi, & mors ab eo destruetur, quoniam sicut scriptura loquitur, *omnia pater subiecit sub pedibus eius*, id est, ut etiam mortem destruat. Inter alia.n. quæ illi subiecta sunt, cōstat qđ potestatem sup mortuos habeat. Omnia quęcunq; sunt in uniuersitate totius creaturę, subiecit pater sub pedibus eius.i.sub humilitate humanitatis eius. Qđ nondum ex toto cōpletū esse cernimus, quoniam infideles adhuc dedignantur subijci pedibus eius, sed in fine, uelint nolint, subijcientur. Sed præteritum pro futuro ad maiorem certitudinem posuit tam Apostolus, q̄ & propheta. Sed *cum dicat* ppheticus sermo, quod *omnia subiecta sunt ei, sine dubio* dicit non solum bonos sibi esse subiectos, sed & malos, atq; uniuersa *præter eum* patrem *qui subiecit ei omnia*. Tam late enim intelligenda est hæc sententia, ut nihil sit quod non intelligatur ei subiectū, præter eum qui ei uniuersa subiecit. Solus.n. Deus excipitur ab hac subiectione. Deus enim non ei subiectus est, sed ipse Deo, secundū quod est homo. Quia *cum subiecta ei fuerint omnia*, secūdum qđ hæc psalmi scriptura prædixit, *tunc* etiam *ipse filius* in ipsa prælatione *erit subiectus ei, qui sibi subiecit omnia*. Subiect⁹ erit secūdum humanitatem, nequis putaret humanam naturam quam assumpsit, in naturā diuinitatis commutandam, ut fieret æqualis patri, non subiecta. Non autem absurde sic intelligimus, quod & ipse subiectus erit illi, qui ei subiecit omnia, ut eum non solum caput ecclesiæ, sed omnes cum eo sanctos intelligamus, qui sūt unum in Christo, unū semen Abrahæ, scilicet uniuersa ecclesia quæ est corpus Christi & plenitudo eius. Ac per hoc cum omnia B Christo subiecta fuerint, et capiti & corpori erunt sine dubio subiecta. Nam secūdum id quod sine tempore Deus natus est, nihil unquam potuit ei non esse subiectum. Intelligimus ergo (sicut dictū est) caput cū corpore futurum Deo subiectum: subiectum autem secundum cōtemplationem sempiternæ ueritatis, ad obtinēdam beatitudinem, nullo motu animi, nulla parte corporis resistente, *ut* in illa uita nemine amante propriam potestatem, *sit Deus omnia in omnibus*. Nunc autem quibusdā membris adhuc repugnantibus, uidetur caput quoque non esse subiectum. Cum autem omnia mēbra Deo fuerint tam carne quàm spiritu deuote subiecta & cohærentia, tunc ipse filius qui caput eorum est, manifeste cognoscetur in omnibus Deo subiectus. Et tūc erit Deus omnia in omnibus, id est, quæcunq; ab hominibus honeste desiderantur, & uita, & salus, & uictus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, quia tunc nihil deerit satietati iustorum desideriorum. Hic enim finem supra commemorauit Apostolus, cum totum breuiter primo uellet concludere, deinde quasi membratim explicare & exponere. Et uenit ad hoc ut in ultimo diceret quia Deus erit omnia in omnibus. Nihil enim amplius quæremus, postq̄ ad hāc bonorum omniū plenitudinem perueniemus. Ad hunc finem debemus tendere p omnia quæ nunc agimus. Sequitur

Psal. 8.

*Alioquin quid facient qui baptizātur pro mortuis, si omnino mortui non resurgūt? Vt quid & baptizantur pro illis?*

Supradictum est qa resurget unusquisq; in suo ordine. *Alioquin*, id est, si non resurrexerint, *quid facient*, id est, quid proficient illi *qui baptizantur pro*

C mortuis amicis suis, *si omnino mortui nō resurgunt?* id est, quam utilitatem per baptismum cōferent eis, si nullatenus sunt resurrecturi? *Vt quid & baptizantur pro illis*, si non resurrexerint, cum peccata baptismo non remittantur nisi causa futuræ resurrectionis? Fuerūt qdam imperiti, qui pro amicis suis qui sine baptismo defuncti fuerant, baptizabantur, putātes illis pdesse. Nec factum illorū pbat Apostolus, sed fixā fidem in resurrectione ostendit. Intantum.n. ratam & stabilem uult ostēdere resurrectionē, ut exemplum det eorū, qui tam securi erant de illa, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors præueniſſet, timentes ne aut male resurgeret, aut omnino non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, & unius nomine mortui tingebatur, æstimans illi remiſſionē peccatorū per hoc conferri, ut in sorte iustorum resurgeret. Ac si dicat Apostolus: Si stulti adeo certi sunt de resurrectione, non debetis uos dubitare.

al. per — *Vt quid et nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter ueſtrā gloriam fratres, quā habeo in Christo Iesu domino noſtro. Si secundū*
Act. 19. — *hominem ad beſtias pugnaui Ephesi, quid mihi prodeſt si mortui non resurgunt? Māducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iuſti, & nolite peccare. Ignorantiam.n. Dei quidam habent. Ad reuerentiam uobis loquor.*

Insipiētes (ut dictum est) baptizātur pro mortuis spe resurrectionis. Cur.n. hoc facerent, nisi resurrecturos sperarēt? Et *ut quid* i. quare etiam nos qui sapientes uidemur, *periclitamur*. i. pericula propter euangelicam prædicationem īcurrimus, *omni hora*, id est, semper, nisi quia speramus futuram resurrectionem? Dicendo, ut quid & nos periclitamur, discernit se à prædictis, ostendens non catholicos esse qui pro mortuis baptizantur. Dixi quia nos pdicatores omni hora periclitamur. Et ego nō solum D pericula patior, sed etiam *morior quotidie*, id est, iam duras afflictiones sustineo, ac si spiritum exhalarē, & hoc al. diras iuro *propter ueſtrā gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino noſtro*. i. per gloriam remunerationis, quam apud Deum habeo p labore in uobis expenso. Quod.n. dicitur, propter ueſtram gloriā, iuratio est. Propter ueſtram gloriam quam habeo in Christo. i. per gloriam quam adquiſitione ueſtræ salutis ita sum certus in Christo me habiturum, ac si iam tenerem illam. Propter hanc gloriam iuro me quotidie mori spe resurrectionis, ne mihi credere dubitetis. Amplius quidem hoc est, ꝙ Est est, Matth. 5. Non non: & ideo à malo est, sed in- Iacob. 5. firmitatis & incredulitatis ueſtræ, qui non aliter mouemini ad fidē. Et iterum dico, quia *si secundum hominem*. i. Act. 19. rationabiliter *pugnaui ad beſtias Ephesi*. i. contra Demetriū & cæteros beſtiales, qui cum eo mouebāt aduersum me seditionē populi ppter idôlum Dianę, cuius culturam destruebam, *quid mihi prodeſt* sic pugnasse, *si mortui nō resurgunt?* Nāppter spem resurrectionis pugnaui contra eos. i. expugnaui errores eorū, offerens me beſtiali eorū furori sine metu mortis. Ipsi.n. erant beſtiæ. i. beſtiales, quia bruto sensu dediti erant uentri, & in terrena proni, nullam aliam uitam credētes fore post istam, & beſtiali rabie ſęuientes cōtra me p idoli defensione. Sed ego uiriliter pugnaui ut miles Christi, destruens errores illorū: & hoc feci secundum hominem. i. loquens & agens ut homo. i. ut creatura rationalis, dum ostēderem non esse rationabile ut contempto creatore coleretur creatura, uel contempta perēni uita diligeretur tpalis uita. Sic pugnaui secūdum hoiem. i. disputaui, & beſtialr frementibus me obtuli secundum rationem. Et quid

A mihi ualet ita periculis pugnasse, si non resurrexero, ut in carne gaudeā in qua pro Deo molestias pertuli? Si ergo mortui non resurgunt, quid ultra carnem affligeremus in præsenti uita? Nō amplius iam studeamus abstinentiæ, sed luxuriæ & uētri tantū simus dediti uelut bruta animalia, dicentes: *Manducemus & bibamus*, id est, carnem delitijs nutriamus, quia *cras*, id est, cito *moriemur*, & in nihilum redigemur. Talia suadebant Corinthijs pseudoapostoli, ut scilicet per diffidentiam resurrectionis attraherent eos ad satisfaciendū carni, quatenus et ipsi licenter satisfacerent sibi cum illis. Ideo uolebant ut putarent hāc solam esse uitam, quā cum pecorib⁹ habemus cōmunem, post mortem uero finiri totum hominē, nec esse ullam spem uitæ ulterius melioris. Vnde subiūgit Apostolus: *Nolite seduci*, id est, nolite uerbis stultorum à recto tramite semoueri, qui desperatione resurrectionis cupiunt uos carnis uoluptatibus mancipari. Et ideo uitate colloquia eorum, quoniam *colloquia mala corrumpunt bonos mores*. Assiduitas.n. praui colloquij uitiat mentem, & idcirco uitanda est, maxime ab infirmis. Sic enim uerba proximorum audiēdo quotidie sumimus in mente, sicut flando & respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, sic peruersa locutio assiduè audita infirmantium inficit animū, ut tabescat delectatione praui operis, & assiduitate iniqui sermonis. Ita corrumpebant falsi apostoli suis cōfabulationibus mentes infirmantium Corinthiorum, dum dicerent ut iumenta morituros hoīes, nec ulterius surrecturos, ideoque suaderēt mā ducare & bibere, ac uoluptates carnis explere. Dum.n. negarent aliam esse uitam, negabant & malis pœnā & bonis gloriam fore tribuendā. Et

Isa.22.

B dum supplicia malorum gaudiaque bonorum negarent, impellebant ad quæcunque uitia quæ sunt huic uitæ delectabilia, & omne bonum propositum mentis euertebant. Talibus & innumeris alijs modis corrumpunt mores bonos colloquia mala. Idcirco ab īfirmis uitari societas malorum debet, ne dum corrigi non ualent, ad imitationem trahant: & cum ipsi à sua malitia non mutentur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertāt. Notandum quia de Menandri comœdia uersum hūc iambicū Apl's sumpsit.

*Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Menander

Nolite, inquit, seduci ab his qui bonos mores suis confabulationibus corrumpere student, sed potius euigilate.i. corporis & negligentiæ somnum excutite, & mentis oculos ad aspectū ueri luminis aperite, ut mēte uigiles sitis, ne circūuentione praui sensus capti, & à fide abducti, deprauemini nō credendo resurrectionem. Euigilate cōtra seductores, qui uobis insidiantur. *Euigilate iusti*.i. qui fide iustificari estis, & in ea parūper obdormistis, dum de resurrectione dubitare cœpistis, resumite fidei cōstantiam & uigilantiam, ne penitus amittatis iustitiam. Vos iusti euigilate, ne à peccatoribus seducamini. Euigilate in fide resurrectiōis & cautela prouidæ circunspectionis, *& nolite peccare* i. nolite uentri & uoluptatibus more iumētorum seruire, q̄si post hanc uitā non speretis aliam, ut corruptores mentiū suadent, dicentes: Manducemus & bibamus, cras.n. moriemur. Et debetis euigilare, ne uerbis stultorum illiciamini ad peccādum. Nā *quidam habent ignorantiā Dei*.i. ignorant propositū Dei de resurrectione mortuorum, & ideo suadent uobis, ut in præsenti uita porcorum more uiuatis, nihil ultra sperātes. Et hoc qđ ipsi Deum ac propositum eius ignorant, *loquor uobis ad reuerentiam*, id est, ad

C uerecundiam uobis incutiendā, qui tam imprudētes estis, ut crederetis eis qui per ignorantiā Dei, stulta docēt. Ad reuerentiam loquor hoc uobis, ut à modo uereamini adquiescere illis, & pudeat credere ignaris.

*Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore uenient? Insipiens tu, quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa tritici aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uult, & unicuiq; seminum proprium corpus.*

Hactenus resurrectionem Apl's ꝑ rationes probauit, modo per ipsam rerꝫ naturā posse fieri ostēdit. Quasi dicat: Certum est ex supradictis rationibus, quia resurrectio mortuorꝫ erit. *Sed* tamē *dicet* mihi forsitan *aliquis: Quomodo resurgent mortui?* Quasi fieri per naturā non possit. Qūo resurgent. i. qūo pōt fieri ut resurgant? Vel quomodo resurgent, id est, quis erit modus resurgentium? Sed si hoc erit ut resurgāt, *quali corpore uenient* ad uitam, id est, ponderoso an leui, mortali an immortali? Quasi dicat: Non poterit aliud esse ꝙ nunc, id est passibile & mortale. Huic quæstioni respōdens Apostolus, adhibet documēta seminum, & dicit: O *tu insipiens*, qui sapientiam mysterij huius ignoras, illud *quod* tu in agro *seminas, non uiuificatur*, id est, uegetatur, *nisi prius moriatur*. i. putrescat. Viuunt. n. herbæ & arbores, nō per aīam, sed per uiriditatem. Cum animali homine non legis authoritate disputat, quam si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, ut non credat resurgere resoluta & emortua corpa. Ostendit enim mortua rursum ad uitā reparari multiplicius, ut confundatur error humanus. Tu, inquit, qui te sapientem putas, dum per mundi sapientiam asseris mortuos non posse resurgere, audi ex rebus mūdi, unde tua sapientia ꝓbet̄ insipientia. Nam semē quod in agri cultura seminas, D non uiuificatur nisi prius moriatur. Sic & humanum corpus non fit immortaliter uiuens, nisi prius moriatur, & in terram reuertatur, ut semē quod seritur. Si enim granum seminatum prius necessario putrescit & soluitur in terram, ut postea uiuificetur & crescat, tunc corpus humanum postꝙ fuerit mortuum & putrefactum, simili ratione uiuificabitur. Ecce habes quomodo resurgēt mortui, & nunc audi quali corpore uenient. Quia *quod tu seminas, nō seminas corpus quod futurum est*, id est, non seminas herbam uel stipulam & multiplicia in paleis tegumenta granorꝫ, *sed nudum granum*, quod postea cū culmo & folijs nascitur, & spicam profert cum multis granis uirentibus. Nudum palea granum seminas, *utputa tritici aut alicuius cæterorum* seminū. Sed *Deus dat illi* grano postea *corpus sicut* ipse *uult*. i. traducit illud in spicā magnā, & in grana multa non nuda, sed uestita paleis & aristis. Et non oībus granis dat idem *corpus* sed *unicuiq; seminum dat proprium*, ut tritico tritici & milio milij. Si ergo Deus pōt adducere qđ non erat in nudo semine, multo magis pōt reparare qđ in hoīs erat corpore. Si. n. nudum granū seminatur, & Dei nutu quodāmodo elemētorum ministerio uestitum resurgit, multa secum habens incremēta utilitatis humanæ, cur non credibile sit Dei uirtute mortuum hominē posse resurgere, meliorata substātia, nō numero multiplicatum? Nam sicut grano uniuscuiusꝗ seminis dat Deꝰ proprium et nouum corpus, sic unicuiꝗ reddet homini proprium corpus, renouatum. Tali ergo corpore resurgentes ueniēt, id est, eiusdem substantiæ, sed melioratę & innouatę corpus suum recipiet unusquisque. Iam uero quod Apostolus subiungit, ad differentiam pertinet re-

A surgentium, ꝑpter diuersas glorias fidelium atq; sanctorum.

*Non omnis caro, eadem caro, sed alia hominū, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscīū. Et corpora cœlestia, et corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestriū. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate. Sic & resurrectio mortuorum.*

In omnibus his iste sensus est: Sed genera carnis cum cuncta sint mortalia, differunt tamen inter se pro diuersitatibus animantium: & si corpora cum omnia uisibilia sint, differunt tamen pro diuersitatibus locorum, unde alia cœlestium gloria est, alia terrestrium: & si in locis sublimibus cum sint cuncta cœlestia, differunt in se claritates luminum, non mirū est quod in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum. Quemadmodum ergo ex una impē sa diuersorum animantium una caro est, ita & unius carnis homines diuersi erunt ex dignitate, cum resurrexerint, ut talis unusquisq; appareat, qualis meriti fuerit. Nec solum caro diuersorum animantium differt inter se, sed etiam corpora terrestria differunt à cœlestibus sydetū corporibus. Et qui tam lucida fecit corpora elementorum, cur non præclara faciat corpora iustorum? Per significationem autem cœlestia sunt corpora resurgentium, terrestria uero priusquam moriantur aut resurgant, & quia Christus cœlestis est, ex eo cœlestia corpora dicuntur: ex Adam uero, quia terrestris est, terrestria corpora nuncupātur. Sicut autem sol & luna uel stellæ, cum sint unius naturæ, differunt tamē in claritate, ita & homines cū sint unius generis, merito dissimiles erunt in gloria. Nūc enim de solis electis sermo est, quos uirtutes, nō peccata facient esse diuersos. Aliter.n. ibi lucebit uirginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis, aliter ibi lucebit san- B cta uiduitas. Diuerse lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splēdor dispar, cœlum cōmune. Et si alius electorum est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, ali⁹ alio sanctior, in domo patris mei mansiones multę sunt, unusquisq; mansionem pro Ioan.14. suo accepturus est merito. Tāquam stellæ.n. sancti diuersas mansiones diuersę claritatis tanquā in cœlo sortiuntur in regno, sed propter unum denarium nullus separatur à regno. Atq; ita Deus erit oīa in omnibus, ut qm̄ Deus charitas est, ꝑ charitatē fiat ut qđ habēt singuli, cōmune sit oībus. Sic.n. qsq; etiā ipse habet, cū amat ī altero qđ ipse nō hēt. Nō erit itaq; aliqua īuidia īparis claritatis. qm̄ regnabit ī oīb⁹ unitas charitatis. Hinc iam uenit Ap̄s ad illud, quod communiter habet omnis caro quę ad uitam resurgit æternam, & dicit.

*Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in uirtute, seminatur corpus animale, surget corpus spūale.*

Seminare est sepelire: quia sicut triticum tegitur in agro, ut resurgat innouatum, sic corpus defuncti in sepulchro ponitur ut īde resurgat meliloratum. *Seminatur* ergo *in corruptione*, id est, sepelitur corpus hominis corruptibile: sed *surget in incorruptione*.i. surget incorruptibile, quia iam corrumpi non poterit. Vel in creatione potest seminatio hæc intelligi. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.i. quamuis homo ex quo cōcipitur, usq; ad dissolutionem sit in corruptione, tamen surget in incorruptione. *seminatur in ignobilitate*.i. sepelitur in uilitate & abiectione, ut fœteat & uermibus scateat: sed *surget in gloria*.i. gloriosum & lucidum. Quid enim ignobilius carne mortua? Vel quid interim est gloriosius ea resurgente, & incorruptelam percipiēte?

C *Seminatur in infirmitate*.i.sicut granum seminis cõmendatur terræ imbecillũ & debile, sed *surget in uirtute* fortitudinis angelicæ. Et quid per singula describerem? *seminatur corpus animale*.i.qđ cibis sustentatur, & ad ultimum ab anima dissoluitur, ut corpora cętero rũ aĩalium: sed *surget corpus spirituale*.id est, nullis alimentis indigens, ab anima separari iam non ualens. Resurgent ergo sanctorũ corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sine ulla corruptione, onere, difficultate. In qb⁹ tãta facilitas quãta felicitas erit. Propter qđ & spiritalia dicta sunt, cũ ꝓculdubio corpa sint futura, nõ spũs. Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen non animal est, ita tunc corpus spiritale erit, corpus tamen nõ spiritus erit. Ob hoc enim dicitur, qa seminatur corpus animale, surget autem corpus spiritale, quoniam tanta erit concordia tunc carnis et spiritus, uiuificãte spiritu sine sustẽtaculi alicuius indigẽtia subditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris neminem, ita nec intus nosipsos patiamur inimicos. Sicut.n.spiritus carni seruiens, non incongrue carnalis: ita caro spiritui seruiens, recte appellatur spiritalis: Non quia in spiritu cõuertetur, sed quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facilitate subdetur, usqꝫ ad implendã ĩmortalitatis ĩdissolubilis securissimam uoluntatẽ, omni molestiæ sensu atqꝫ omni corruptibilitate & tarditate detracta, omni fragilitate ac labe terrena in cœlestem puritatem ac stabilitatem mutata atqꝫ cõuersa, ut cœlesti habitationi conueniat.

*Si est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in* Gene.2. *animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritũ uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, et* D *qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.*

Vere, inquit, surget corpus spiritale, quia si modo *corpus est animale, est & spirituale* i.constat esse quandoqꝫ spiritale. sicut.n.animales sumus, quia pater noster carnalis Adam, factus est in animam uiuentem: sic erimus in resurrectione spiritales, qa pater noster spiritalis Christus, factus est in resurrectione sua in spiritũ uiuificantem. Quod sic exponit, *sicut scriptum est* in Genesi.s.nos eẽ animales ab animali patre descẽdentes: *Factus est primus homo Adam in animam uiuentem*.i. in animam potentem uiuere tãtum per sustentamenta ciborum, non uiuificãtem. His Moysi uerbis addit Apostolus: *nouissimus Adam* factus est *in spiritum uiuificantem*.i. Christus in spiritum qui ita uiuificaret corpus, ut ultra non egeret aliquã ciborum sustentatione, nec esset solubile. Vel quasi à relatiuis probat esse corpus spiritale. Si est, ĩquit, corpus animale, est & spirituale. Cum.n.dicitur corpus, frustra additur animale, nisi sit & aliud spirituale, ad cuius discrepantiam dicatur animale. Et qa sit animale, probat ꝑ Genesim, quoniam factus est primus homo in animam uiuẽtem. Dictum est etiam de animalibus, Producat terra animã Gene.1. uiuentem. Intelligitur ergo corpus animale dici simile cæteris animalibus propter mortis dissolutionem & corruptionem, quę quotidie cibo reficitur, & postea separata animantis compago dissoluitur: spiritale autem corpus, quod iam cum spiritu ĩmortale est. Factus est primus Adã in animã uiuentẽ, nouissimus Adã in spiritum uiuificantem. Siue intelligatur primus Adam, qui de pulue

A re ante formatus est: nouissimus autem Adam, qui de uirgine procreatus est: siue in unoquoque homine utrunque compleatur, ut primus Adã sit homo in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortali: tamen inter animam uiuentem & spiritum uiuificãtem hoc interesse uoluit, ut illic sit corpus animale, hîc spiritale. Anima quippe in corpore animali uiuit quidem, sed nõ uiuificat usque ad auferendam corruptionem: in corpore uero spiritali, quoniam perfecte adhærens domino unus spiritus est, sic uiuificat, ut spiritale corpus efficiat, absumens omnẽ corruptionem, nullam metuens separationẽ. Proinde sequitur: *Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale.* Prius.n. est animale corpus, quale habuit primus Adã, quanuis nõ moriturum, si non peccasset: quale nunc habemus nos hactenus eius mutata uitiataque natura: quale in illo posteaque peccauit, effectũ est, unde habet iam moriendi necessitatem: quale pro nobis etiam Christus primitus habere dignatus est, nõ necessitate, sed potestate. Postea uero est spiritale corpus, quale iam præcessit in Christo tanquã in capite nostro, secuturum est autem in mẽbris eius ultima resurrectione mortuorum. Nã primus homo de terra terrenus &c. Sed merito quæritur cur Christus dicaẽ homo secũdus post tot homines, aut cur Adam nouissimus, tam multis post ipsum generationibus succedentibus, cum & secundus non possit esse post multos, & nouissimus dici non debeat post quem multi. Ratio hic nõ carnis, sed operationis est intuẽda. Quam apostolus non humanis sensibus explicat, dum & Adam ueterem & dominum Christum ad primitias rerum bonarum malarumque reuocat ac reducit, duas formas uitales collocãs

B in duobus, ut primus Adam habeatur, quisquis per uestigia eius errotis incesserit: postremus autem ille, qui dominum fuerit imitatus. Interim nouissimus de primo ex eo dicitur dñs, quod usque ad ipsum mors ab illo primo inuenta descendit, quod usque ad crucem domini pristini hominis potestatem tenuit, quam postremus dominus dum per mortem expũxit, obliterat. Et ideo morti nouissimus, non saluti, qui solus chirographum quod ex protoplasto per omnes generationes hæreditario iure ueniebat, ut moriendo soluit, sic moriendo deleuit. *Primus homo factus de terra* i. de limo terræ, fuit *terrenus*. Qui tamen non propter carnem, sed propter peccatum dicitũ terrenus, quia cum iam reus esset factus, et mortis supplicio destinatus audiuit: Terra es, & in terram ibis, *secundus homo de cœlo, cœlestis*, quia filius Dei uenit ad carnem, qua suscepta, et homo exterius fieret, & Deus interius permaneret. Non enim cecidit propter se, sed descẽdit, ppter nos: & sine peccato carnẽ assumpsit, in qua resurrectionem ostẽderet nostræ carnis. Nã *qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes*. Quid est, Qualis terrenus, tales et terreni, nisi mortales ex mortali? Et quid est, qualis cœlestis, tales & cœlestes, nisi imortales per immortalem? Illud per Adam, hoc per Christum. Dominus.n. ad hoc terrenus factus est, cum esset cœlestis, ut eos qui terreni erãt, faceret cœlestes. Hoc est, ideo ex immortali mortalis factus est assumendo serui formam, non domini mutando naturam, impertiendo dominicam gratiam, non perpetiendo seruilem iniuriam. Qualis terrenus, tales et terreni. i. omnes morituri. Et qualis cœlestis, tales & cœlestes. i. omnes resurrecturi. Iam enim cœlestis resurrexit. Et quando quidem terreni sunt similes terreno,

Gene. 3.

C & cœlestes cœlesti, *igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis*.i.sicut imitati sumus terrenũ, imitemur cœlestem. Imaginẽ terreni hominis induimus propagatione præuaricationis & mortis, quam nobis intulit generatio: imaginẽ uero cœlestis hominis induimus gratia indulgentię uitæq́; ꝑpetuę, quam nobis per Christum pręstat regeneratio. Vnus.n.generat in mortem. alius in salutẽ. Per Christum (inquã) renouamur, qui homo cœlestis appellatur, quia de cœlo uenit in terrã, ut terrenę mortalitatis corpore uestiretur, quod cœlesti ĩmortalitate uestiret. Alij uero propterea dicuntur cœlestes, quia fiunt per gratiã membra eius, ut cum illis sit unus Christus uelut caput et corpus. Portem⁹ ergo imaginem huius cœlestis hominis interim corde & morib⁹ atq; digna operatione, postea uero in resurrectione mortuorum etiam corpore. Quod non frustra moneo, sed ideo *dico hoc o fratres*.s.ut portem⁹ imaginẽ cœlestis, *quia caro & sanguis*.i.corruptio uitiorum & mortalitatis, *regnum Dei possidere non possunt*. Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, quia non erit ibi corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Secundũ has.n.qualitates, hoc loco nũcupantur caro & sanguis. Nam caro secũ-

Luc.24. dum substantiam de qua dictũ est, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, possidebit regnum Dei: caro autem secundum corruptionem cum intelligitur, non possidebit. Hoc.n.declaratur, cũ protinus additur, *neq; corruptio incorruptelam possidebit*. Hæc.n.repetitio, prædictorum uerborum est expositio, ut qđ dictum est caro & sanguis, intelligamus corruptionem, non substantiã carnis: & quod dictum est regnum Dei, intelligamus incorruptelam patriæ cœlestis: atq; ita nihil aliud di-

D ctum putemus, caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, q̃ si diceretur, corruptio incorruptelã non possidebit, id est, corruptio carnis & sanguinis in illius regni incorruptela non erit, propter ĩmutationem scilicet incorruptionis. Et ideo non carnis resurrectioni cõtradicit in eo quod ait, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: quia per carnem & sanguinem uentrem & libidinem.i.opera carnis, quæ ibi omnino non erunt, significat. Nolebat.n. eos ad hoc ædificari, ut arbitrarent se talia facturos in regno cœlorum, qualia fiũt in hac uita in corruptionibus manducandi & bibendi, uxores ducendi, filios generandi. Non autem ipsam carnem dixit abolendam, quia corporis resurrectione facta à cunctis passionibus liberati, æterna uita cum ineffabili claritate atq; stabilitate sine corruptione fruemur. In illa itaq; cœlestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionis desideria non erit: quia deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. Et ideo quisquis ad hanc desiderat incorruptionis gloriam peruenire, festinet nunc opera corruptionis deponere, & cœlestis hominis imaginem sancte uiuendo portare.

*Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.*

Dixi quia caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, cum tñ prædicem carnis resurrectionem. Et *ecce dico uobis* ĩde *mysterium*.i.arcanũ quoddam, quod multis est occultum, in quo possitis intelligere q̃uo caro nõ erit, & caro erit, quæ regnum Dei possidebit. μυστήριον enim græce dicitur,

A citur.eo q secretam & reconditam habeat repositionem. Mysteriū est quod dico.i.obscurum & latens,qa infideles hoc ignorant. Hoc scilicet mysterium dico, quia *omnes quidem* tā boni q mali *resurgemus*, uel (sicut in Græcis codicibus legitur) dormiemus.i.moriemur: *sed non omnes immutabimur* ad gloriam, quia soli boni imutabimur. Et ideo natura nostræ carnis tunc idonea fiet ut possideat regnum Dei,quia à tempore illius immutationis angelicæ, non iam caro erit & sanguis,sed solummodo corpus lucidū et spiritale. Omnes dormiemus in somno mortis, & resurgemus. Resurgere enim proprie dicitur, qui prius dormiēdo cecidit. Sed quō omnes dormiemus uel resurgemus, si tam multi quos in corpore inuēturus est Christus, nō dormiēt nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur Christo ueniente uiuentes,eiq; obuiam rapientur,crederimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox imortalia redituros, nullas in his uerbis patiemur angustias, ubi nūc dicitur, omnes resurgemus uel omnes dormiemus,siue ubi dictum est,tu quod seminas, non uiuificatur nisi prius moriatur:quia nec illi per imortalitatem uiuificabuntur, nisi quamlibet paululū tamen ante moriantur. Ac per hoc & à resurrectione nō erunt alieni, quia dormitione pręcedent quamuis breuissima,non tamē nulla. Omnes ergo resurgem⁹ quicunq; naturam in nobis humanā habemus: sed tamen non omnes imutabimur,quia resurrectio qdem cōmunis est omnium, sed imutatio ad gloriam & impassibilitatem propriе iustorum est. Resurgemus oēs, et hoc fiet *in momento* siue in atomo.i. in pūcto temporis quod diuidi non potest, *in ictu oculi* i.in summa celeritate, *in nouissima tuba*.i.in nouissimo signo quod dabitur ut ista compleantur. B Ad ostendēdam Dei omnipotentiam hoc dicitur cōtra illos,quibus impossibile uidebatur,ut mortuorū corpora ex antiquis cineribus repararent & reuiuiscerent. Tanta.n.celeritate fiet resurrectio, ut uiui quos in corporibus suis cōsummationis tempus inuenerit, mortuos de puluere resurgentes præuenire non ualeant:nec alij primi & alij nouissimi resurgent, sed omnes simul in momento,ut mirabilior sit resurrectio. Et quia in momento est aliqua morula quamuis breuissima, ideo additur,in ictu oculi,qui.s.tanta uelocitate transcurrit, ut penè sensum uidentis effugiat. Ictus enim oculi est, non quo palpebram mouentes claudimus oculū uel aperimus,sed emissio radiorum ad aliquid uidendum. Qui dicitur ictus, qa cito icit uisa. Mox.n.ut aperueris oculum, emittitur radius tuus,non dico ad parietem proximum,sed ad montem longe distantem: nec dico ad montem, qui ideo pximus uidetur qm in terra est, sed solem,ad lunā,ad sydera, quæ tam magno interuallo distant à terra. Si.n.clausis oculis faciē contra solem ponas,non'ne mox ut eos aperueris, ibi potius aciem tuam te inuenisse,q illuc eam pduxisse putabis, ita ut nec ipsi oculi prius aperti fuisse uideantur, q illò quò intenderant,peruenisse? Vt ergo radius oculorum tuorum non citius peruenit ad propinquiora,& tardius ad longinquiora,sed utraq; interualla pari li celeritate cōiungit,ita cum in ictu oculi fit resurrectio mortuorū. Omnipotentię Dei & ineffabili nutui tā facile est quæq; recentia, q diuturno tempore dilapsa, cadauera suscitare. Tubæ autem nomine aliquod euidentissimum & pręclarissimū signum uult Apostolus intelligi, quā 1. Thes 4. uocem archāgeli & tubam Dei alio Ioan.5.

C loco dicit,q̃ & uox filij Dei in euangelio dicitur, quam audient omnes qui in monumentis sunt, & procedent: Itaq; clangor tubæ aut uocis indicat magnitudinem, iuxta quod
Esa.58. scriptum est. Quasi tuba exalta uocem tuam, aut apertam omnium resurrectionem, scd̃m qd' dicitur. Cū
Matt.6. facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.i.abscondite fac misericordiam & in secreto, ne uidearis de alterius miseria gloriari. Sed quærendum cur ad nouissimā tubam mortui dicantur surrecturi. Neq;.n.nouissima diceretur, nisi aliarum præcedentium respectu. In Apocalypsi Ioānis septem angeli describūtur cum
Apoc. 8.9. 10.& 11. tubis, & clangente primo eorum ac secundo & tertio quartóq; & quinto atq; sexto, qd per singulos actum sit, indicatur: nouissimo autem.i.septimo angelo tuba canente, mortui suscitantur. Quos.s.angelos plurimi doctorum senserunt esse prædicatores in septem statibus ecclesiæ, & nouissimum angelum eos prædicatores, qui in carne reperiētur ueniente domino: et ob hoc in uoce eorum mortuos suscitari, quæ intelligitur nouissima tuba, quia post illam non audietur uox prædicantium. Vere in nouissima tuba fiet resurrectio. *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Mortui resurgent, id est, omnes defuncti. Vel nomine mortuorum intelliguntur peccatores, & nos qui ad gloriam pertinemus īmutabimur. Quādo dicit, nos alium se & eos qui secum sunt, præter mortuos esse significat. Mortui resurgent incorrupti, & Paulus ac consortes eius īmutabuntur. Reprobi enim non cōmutabuntur in illā incorruptelam, quæ nec doloris incorruptionem pati potest. Illa nāq; fidelium est atq; sanctorum. Isti uero perpetua corruptione cruciabun
Esa.66. Marc.9. tur, quia ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. D Quid sibi ergo uult ista distinctio, Mortui resurgent incorrupti, et nos īmutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgēt, sed ex his iusti etiam īmutabuntur in illam incorruptelā, cui omnino nulla possit nocere corruptio? Ac per hoc qui in eam cōmutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrumpēdi dolore pœnarum. Habebunt quippe incorruptionem carnis, in qua doleant, non in qua moriantur. Alioquin & illi dolores finirentur. Ad hoc.n.resurgent īcorrupti, ut possint æterna sustinere supplicia. Incorruptio itaq; propterea cōmunis est omnium, quia in ea miserabiliores erunt peccatores ut ad tormenta perpetui sint, & īmortali atq; incorruptibili corpore soluant. De illa uero cōmutatione iustorum cum dixisset, & nos īmutabimur, tā quā quæreremus qūo istud fiat, uel qualis illa cōmutatio futura sit, adiungit: Oportet enim corruptibile hoc &c. Vbi manifeste docet idipsum corpus quidem resurgere quod sepultum est, sed mutare gloriā, non naturam. Quando.n.dicit hoc, uidetur quodāmodo duob⁹ digitulis cōprehensum corpus ostēdere. Hoc, in quo nascimur: hoc ī quo morimur: hoc, quod timēt recipere qui puniendi sunt. Nos, inquit, īmutabimur: qa *oportet*.i.necesse est, hoc fieri, quia bene seruiuimus & quia Deus promisit, oportet hoc *corruptibile* corpus *induere* uelut ornamētum *incorruptionem*, ut ultra non esuriat uel aliquatenus lædatur: *& mortale hoc induere immortalitatem*, ut ultra nō dissoluaī. Vel ad id qd' dixerat, Mortui resurgēt incorrupti intulit: Oportet corruptibile hoc īduere incorruptionē: ad id uero qd' subdiderat, et nos īmutabimur, adicit, Et mortale hoc oportet induere īmortalitatem. Aliud est.n.īmortali

A tas,aliud incorruptio: ficut & aliud mortale,& aliud corruptibile.Quicquid.n. mortale est,corruptibile est: sed non quod corruptibile,statim et mortale est. Corruptibilia qppe sũt corpora quę carent anima,et tamen non sunt mortalia: qa nunq̃ habuere uitam, quæ proprie animantium est.Vnde nunc signanter Apostolus corruptioni icorruptionem, & mortalitati imortalitatẽ opposuit. Omnes ergo iusti & iniusti erunt incorruptibiles , iusti uero etiam imortales fient,ut mortem gehẽnalium pœnarum nullatenus sentire possint.

*Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem,tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis,peccatum est,uirtus uero peccati,lex. Deo autem gratias,qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum.* Osee.13. Hebr.2.

Pro eo quod nos scđm Hieronymũ in Osee legimus , Ero mors tua ò mors,morsus tuus ero inferne, Septuaginta transtulerunt:Vbi est causa tua mors? ubi est stimulus tuus inferne?Pro quo nunc apostolus posuit,Absorpta est mors in uictoria, ubi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Hoc mortale corpus nostrum iduet, ut diximus, imortalitatem.Sed cum id fuerit,*tunc fiet*.i.implebitur sermo scripturę, qui nunquã aliter impleretur : *Absorpta est mors*.i. nusq̃ comparet,sicut aqua cũ fuerit absorpta . Qñ *mortale hoc induerit immortalitatẽ*, tũc absorbebitur.i.in nihilum redigetur mors corporis *in uictoria* resurgentium. Et tunc ei insultabitur atq̃ dicetur: *Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?* Morti corporis hoc dicetur. Hãc.n. absorbebit uictoriosa immortalitas,cum mortale hoc imortalitatem iduerit. Morti,inquam, corporis hoc dicẽt: Vbi est uictoria tua , qua omnes sic uiceras,ut etiã Dei filius tecum confligeret,teq̃ non uitando , sed suscipiendo superaret?Vicisti in morientibus,uicta es in resurgentibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientium,temporalis fuit : uictoria nostra qua absorpta es in corporibus resurgentium, æterna constabit. Vbi est aculeus tuus.i. peccatum quo puncti et uenenati sumus, ut etiam in corporibus nostris fieres, & ea tam longo tempore possideres?Morti dicetur,ubi est aculeus tuus . Sed aculeus uel *stimulus mortis, peccatum est*.Aculeus autem mortis dicitur,quo mors facta est,non quem mors fecit. Peccato.n.morimur,nõ morte peccamus . Aculeus mortis, est peccatum originale, p cuius uulnus mors intrauit. Peccatum quod nos pupugit & mortificauit,est aculeus mortis:sed uirtus & robur peccati est lex Moysi . Peccauimus enĩ in uno omnes,ut moreremur in uno omnes . Accepimus legem , non ut emendatione finiremus peccatũ,sed ut trãsgressione augeremus. Lex.n. uirtus peccati : quia prohibitio auget desiderium operis illiciti,quãdo iustitia non sic diligitur , ut peccãdi cupiditas eius delectatione uincat: & multo sceleratius ac flagitiosius cõmittuntur ea quæ lex prohibet,q̃ si nulla lege prohiberentur.Dico qa aculeus mortis est peccatum, & uirtus peccati lex.Sed *Deo gratias* agim⁹, *qui dedit nobis uictoriam* de morte & aculeo eius,ut uinceremus mortem per imortalem resurrectionem , & aculeum eius peccatum per gratuitam iustificationem . Nã & uictoria qua peccatum uincitur,nihil est aliud q̃ Dei donũ in isto certamine nos adiuuãtis. Victoriam dedit, & hoc nõ per legem,nec per uires nostras, sed *per Iesum Christum dominum nostrum*, p quẽ mediatorem omnia bona quæ habemus, dantur nobis à patre . Si uero secundum alios codices legerimus. Gene.4.

C Absorpta est mors in contentione, ubi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? mortem intelligemus carnalem consuetudinē, quæ resistit bonæ uoluntati delectatione temporalium fruendorū. Nam dum sumus in hac uita, contendit mors ista contra nos, & nos contra eam: quia caro cōcupiscit aduersus spm̄. spūs autem aduersus carnē. Sed resurgētib⁹ nobis absorpta erit mors in contentione. i. adnullata in conflictu, quem contra nos habuit: qa caro prorsus concordabit spiritui, nullaq; peccati delectatio erit quæ resistat bonę uoluntati, & quia bellum tunc erit finitum, atq; pax uictoriā tenebit, insultabimus ipsi morti. i. concupiscentiæ & cōsuetudini temporalium delectationum, dicentes: Vbi est mors cōtentio tua? Victa es, nec amplius contendere uales. Notādum quoq; in eo quod Septuaginta transtulerunt, De morte redimam illos, ubi causa tua mors? ubi est stimulus tuus inferne? quia causa mortis & stimulus īferni, peccatum est. Sed in resurrectione eorū quos Christus redemit, non inuenietur, ideóq; morti & inferno insultabunt. Præcipue tamen saluator cum pro redemptione humani generis sanguinem suum fudisset, & peccatum mundi deleuisset, pro quo moriebamur & ad infernum ducebamur, insultauit morti & inferno: dicens: ubi est causa tua mors? ubi est stimulus tuus inferne? Qui et secūdum nouam trāslationem dixit: De morte redimam eos, Ero mors tua ó mors, ero morsus tuus, (id est, mordens te) inferne. Id nanq; quod occidimus, agimus ut penitus nō sit. Ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus, partemq́; relinquimus. Quia ergo dominus in electis suis funditus occidit mortē, mors morti extitit. Quia uero ex inferno partem abstulit & partem reliquit, nō occīdit D funditus, sed momordit infernum. Neq; enim infideles quosque & pro suis criminibus æternis supplicijs dediros ab inferno traxit, sed eos solūmodo, quos suos fide & actibus recognouit. Sequitur

Galat. 5.

*Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abūdantes in opere domini semper, scientes quòd labor uester non est inanis in domino.*

Quādoquidem certos uos feci de resurrectione futura, & de cæteris uos diligenter instruxi, *itaq; ó fratres mei dilecti*. i. quos multum diligo, *estote stabiles*, in fide resurrectionis uel in proposito uestro bono, *& immobiles*, ut nemo uos de statu spei futurę ultra mouere possit. uos dico, *semper abundantes in opere* mandatorum *domini*, *scientes* pro certo *quòd labor uester non est inanis*. i. cassus *in domino*. i. in domini seruitio, qm̄ & in ipsa carne uestra quę nunc laborat, gaudebitis. Omnibus quæ ad doctrinam ecclesiasticam ordinandam necessaria sunt, hactenus expositis, & quæ uitanda uel quæ sequenda sunt, demonstratis, fixos esse iam illos hortatur in bono: & in operibus, quę fructum apud Deum faciunt, semper esse promptos & copiosos: quia per hæc quæ exposita sunt, certi sunt de cætero accepturos se boni operis mercedem á domino, ne prauis colloquijs possint peruerti.

CAPVT XVI.

*De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite. Per unam sabbati unusquisq; uestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non cū uenero, tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittā perferre gratiam uestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt.*

De alijs, inquit, hucusq; monui. Sed nunc *de collectis* moneo, *quæ fiunt sanctos*. i. de sumptibus qui per singulas ecclesias colliguntur, ut in Hierusalem sanctis mittantur, q in magna

gna

A gna indigentia sunt apud infideles Iudæos, quasi desertores paternarũ legũ, & credentes in hominẽ crucifixũ. Moneo ut (sicut ecclesijs Galatiæ disposui) *per unam sabbati*, quæ est dñica dies *unusquisq; uestrum reponat apud se*, qđ eis mittat. Apud se reponat, ne suspiceť fraudem si apud aliũ reposuerit. Ipse dico, *recõdens* illud, ne iterũ sibi sumat, & recondat *quod ei bene placuerit*. i. qđ deuoto corde offerre uoluerit, non qđ aĩum eius grauet. Qđ idcirco ꝓmoneo, *ut nõ tunc fiant collectæ, cum uenero*, qa grauaret, si totum subito simul fieret, & ego maioribus studijs sum deditus. Per dñicam diem colligite, unde refrigeriũ habeãt sancti paupes: ut qua die Xp̃s surrexit, uos ad opera misericordię surgatis. Colligite, inquam, qa qđ paulatim à multis colligitur, nec est graue, & inueniť multum. Interim colligite et quasi in thesauro reponite apud uos unusqsq; qđ uoluerit. Sed *cũ fuero præsens, mittam in Hierusalem perferre gratiam*. i. gratuitam dationem ur̃am, eos *quos probaueritis*. i. probos iudicaueritis, & mittã eos *per epistolas*, qa ep̃læ testimonium ꝑbent missis, ut cum gr̃a excipiantur. Vtrunq; pono in uestro arbitrio, ut & qđ uobis placuerit, tribuatis: & quos ad portandũ mittã, eligatis. Sed *si dignum fuerit ut ẽt ego eam*, id est, pergere debeã. i. si copiosa fuerit sumptuum collectio, tunc *mecum ibunt*, id est, pergent mecum.

*Veniam aũt ad uos, cum Macedoniã pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo. Apud uos autem forsitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim uos modo in transitu uidere. Spero enim me aliquantulũ temporis manere apud uos, si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usq; ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi.*

Post omnem instructionem ut lætos illos faciat, aduẽtum suum illis promittit. Per qđ etiam omnes admonitiones suas, quibus illos corrigit, magis firmat: qa qui audit uenturum eum à quo legem accepit, sollicitior fit, ne aduenıente illo erubescat. Parate, inquit, collectas anteq̃ ueniam. *ueniam autẽ ad uos, cum pertransiero Macedoniã*, uisitãdo singulas quasq; ecclesias, quæ ibi sunt, & cõfirmando animos fratrũ. *Nam Macedoniam pertransibo*, qa non est opus ibi diu morari, qm̃ pauca sunt in illis emẽdanda. Sed *apud uos forsitan manebo, uel etiam hyemabo*. i. hyemis tpe toto morabor, qm̃ multa sunt in uobis corrigẽda. Sed apud Ephesios cum quibus maneo dum hanc ep̃lam scribo, *permanebo usq; ad Pentecosten*. Nec mirũ si tanto tpe ibi uolo manere. Nam *ostium mihi apertum est* ibi *magnum & euidens*, id est, manifestum prædicationi meæ, per qđ possim prædicando ad corda audientium intrare, & fidẽ Christianam introducere, *& aduersarij multi* obsistunt mihi, qui conantur opus meum impedire: & ideo me necesse est cum illis adhuc cõfligere. Quinquagenarius enim numerus semꝑ ad pœnitentiam referri solet uel ad remissionem, & multa cõtinet sacramenta. Vnde nunc Apostolus apud Ephesios, quibus mystica quęq; dissoluerat, dicit se permansurum usq; ad pentecosten. i. usque ad quinquagesimam, donec perfecte ad Deum conuertantur, & aduentu sancti spiritus digni efficianť. Inuenerat enim illic pectora Dei gratiam sitientia, quibus prompte infunderet mysterium Christi: inuenerat & aduersarios multos. Quanto enim idonei inueniebantur ad fidem, tanto magis insurgebant qui zelarentur, contradicentes & repugnantes doctrinæ dñi. Nam in eo quod ait, Ostium mihi apertum est magnũ & euidẽs, & aduersarij multi, quid aliud intelligi potest nisi primitus prædicato ibi per eum euãgelio, credidisse mul B

C tos, & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse scdm illã dñi sniam, Matt. 13. Marc. 4. Luc 8. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis aũt nõ est datum. Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est, aduersarij autem ex eis quibus non est datum: Ostium magnum apertum est, id est, multa corda ad audiendum aperta.

*Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur sicut & ego. Nequis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.*

Quãuis ea prędicaret Timotheus quæ ab Apl'o acceperat, tñ quia non erat authoritatis eiusdem, cõmẽdat illum Apl's, ne forte ab his qui dissentiebant in plebe, non ut erat dignus reciperet: et perstrepẽtibus eis, nasceretur illi timor, nihilq; proficeret aduentus illius saluti eorum. Possent. n. & Gentiles excitari ad seditionem discordia plebis, accepta occasione irruendi in Timotheũ. Ideo ne spernat eum aliquis, inquit, qm̃ *opus Dei operatur sicut & ego*, ut. s. in ea authoritate accipiat qua & Apl's, erat enim & ipse episcopus. Quem tanti meriti esse declarat, ut nõ solum inter eos honorandũ illum præcipiat, sed etiam cum proficisci pararet, deducendum cum obsequio ut apl'm domini. Tam enim necessariũ eum ostẽdit, ut etiam ipse illum expectaret cum fratribus propter euangelium Christi.

*De Apollo autem fratre uobis notũ facio, quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus, & utiq; non fuit uoluntas eius ut nũc ueniret, ueniet autem cum ei uacuum fuerit.*

Actu. 18. Hic Apollo ex Iudæis erat, Alexãdrinus natione doctus in lege et eloquentissimus, atq; Corinthiorum episcopus: sed propter dissensiones eorum recesserat à Corintho. Quem dicit Apl's redire noluisse, significans in hoc culpam eorum, ut hoc audiẽtes, respuerent falsos apostolos, & paci D studerent, quatenus mererenť ut ad eos suus antistes reuerteretť. Ideóq; de Timotheo dixerat, Videte ut sine timore sit apud uos, qa aliqui missi non bene fuerãt suscepti: ac per hoc non uenturum Apollo, nisi concordes fierent. *Non fuit*, inquit, *eius uoluntas* uel Dei *ut nunc ueniret* dum tales estis: sed *ueniet cum ei tempus uacuũ fuerit*, id est, quãdo uos à pseudoapostolis & dissensionibus sic uacuos inuenerit, ut audiendæ prædicationi eius uacare uelitis: uel quando ab his quæ nunc facit, exoccupatus fuerit.

*Vigilate & state in fide, uiriliter agite et confortamini. Omnia enim uestra in charitate fiãt.*

Vt Apollo gratanter ad uos ueniat, *uigilate*, id est, mẽtis oculos ad diaboli astutias præcauendas aperite, ne uel ab ĩmundis spiritib9 uel à falsis prædicatoribus decipiamini, *state in fide*. i. ne cedatis uel pseudomagistris uel Gẽtilibus, qui fidem uestrã impugnare satagunt, & uos ab eius arce pellere. *Viriliter agite*. i. nolite dissolui, nolite uigorem perdere, nolite effœminari, sed uiriliter bona facite, & mala tolerate, *& confortamini*. i. semper robustiores efficiamini ut sit in uestra uirtute profectus. Et *omnia uestra fiant* non in dissensione uel ira, uel cupiditate secularis gloriæ, sed *in charitate*. Nam quicqd sine charitate agitur, nihil est, quãuis esse bonum uideatur. Cum dicit, omnia, satis ostendit ẽt ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt q corripiunť, cum charitate esse faciendas. *al uiriliter*

*Obsecro autem uos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, ut uos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperãti & laboranti. Gaudeo autẽ in præsentia Stephanæ et Fortunati et Achaici, quoniã id quod uobis deerat, ipsi suppleuerũt. Refecerunt enim & meum spiritum & uestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.*

A Monui ut omnia uestra opera in charitate fiant. Sed nunc *obsecro ut subditi sitis eis* qui sunt tales, qualis est domus Stephanæ & Fortunati. *Nostis.n. domum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quæ sunt primitiæ Achaiæ*, id est, primi crediderunt ex his qui sunt in Achaia. nam & Corinthij sunt Achaici. *& ordinauerunt seipsos in ministerium sanctorum*, id est, ut calcata auaritia sanctis de laboribus suis ministrarēt necessaria, & maxime prædicatoribus. Obsecro uos ut subditi sitis operarijs eiusmodi, *& omni cooperanti*, id est, cum talibus operanti, *& laboranti*. Vos talibus estote subditi. Sed *ego in præsentia Stephanæ & Fortunati et Achaici gaudeo*, uel quia præsentes sunt apud uos, & in illis potestis magnum habere profectum, uel quia mihi uenerūt pro uobis ministrare. *Quoniam id quod ex uobis deerat, ipsi suppleuerunt*, id est, ministrauerunt mihi quod uos non fecistis. *Refecerunt enim & meum spiritum* mihi ministrando necessaria, *& uestrum* quibus apostolum seruauerunt. Refecerunt spiritum meum, pro mea lætitia: refecerunt uestrum, pro charitate pro uobis exhibita. *Ergo cognoscite*. i. diligite & honorate eos *qui eiusmodi sunt.*

*Salutant uos omnes ecclesiæ Asiæ. Salutāt uos in domino multum Aquila & Prisca cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutāt uos omnes fratres. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.*

Salutant, inquit, uos omnes *ecclesiæ Asiæ*. Ac si dicat: Qđ ego scribo, oēs desiderant. Per hoc etiam cōmonet eos, ut studeant illis fieri similes, à quibus salutātur. *Aquila & Prisca* sunt maritus & uxor, qui in actib⁹ apostolorū leguntur. *Domestica eorum ecclesia*, congregatio fraternitatis apud eos manens. Erāt enim hospitales. Osculum uero, sanctum, signū pacis est. In quo ut inuicē sibi adhæreant sublata discordia, monet ut casta & pacifica sint oscula, quę ī ecclesijs dantur, & simulata nō sint. Dehinc se in hac epistola subscripsisse ostēdit, dicens: *Salutatio mea manu Pauli*, ut indubitanter sciāt eplam eius esse. Seqtur.

Actu. 8.

B

*Siquis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha.*

Amatores, inquit, Christi saluto. Sed *Siquis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema*, id est, alienatus à Christo. Anathēma quippe alienatio uel alienatus interpretatur. Secūdum Augustinum, anathēma dicit condemnatus, *maranatha*, id est, donec dominus redeat. Excōmunicat ergo Apostolus eum, qui nō amat Christum, usq; ad diem iudicij, quo ipse reddet unicuiq; quod iustum fuerit reddere, ut tūc si Christo placuerit, cōmunionem qui anathēmatizatus fuerat, recipiat. Hieronymus autē sic ait: Maranatha magis Syrum est q̄ Hebræum, tametsi ex confinio utrarunq; linguarū aliquid & Hebręum sonet: & interpretatur, dominus noster uenit. Vt sit sensus: Siquis non amat dominum nostrū Iesum Christum, sit anathēma. Et illo cōpleto, deinceps inferatur dominus noster uenit. Quod superfluum sit aduersus eum odijs pertinacibus uelle cōtendere, quem uenisse iam constet. Siquis non amat &c. Ac si dicatur: Siquis nō diligit dominum Iesum, non sit ei utilis aduentus eius q iam completus est: & sic ad dānationem sit ei secundus, q adhuc futurus est.

Matt. 16.
Roma. 2.

*Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu, Amen.*

Sit uobiscum semper gratia Christi, sine cuius auxilio subsistere non potestis, nec aliqd boni facere. Propter illos qui dissensioni studentes Christum non amabāt, dictum est: Siquis nō amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathēma. Qui enim dicebant, ego sum Pauli, ego autem Apollò, ego uero Cephę, non

Ioan. 15

C amabant Christum: quia non Christo, sed hominibus gloriam dabant. Quia ergo nõ in hominibus, sed in Christo spes omnis ponẽda est, *Gratia*, inquit, *domini nostri Iesu Christi sit vobiscum*. Et addit: *Charitas mea cum omnibus vobis in Christo*, id est, ea charitate uos inuicem in Christo diligite, qua ego uos diligo. In Christo Iesu Vos diligite exemplo mei, nõ in amore seculi. Deinde subiungit, *Amen*, quod interpretatur, uere uel fideliter: per qđ oĩa quę supradicta sunt, uere ac fideliter dicta esse confirmentur. Amen quippe omnium confirmatio est pręcedentium.

Primæ ad Corinthios epistolæ finis.

## II. AD CORINTHIOS EPISTOLAE ARGVMENTVM.



Sciens Apl's epistolã profecisse, quam Corinthijs miserat, aliã eis iterum scribit ad exhortandam obeditionem eorũ, & tangit contumaciam nonnullorum qui emendari noluerant. In hoc tamen animo reuelatus, quòd ea quæ ad ecclesiasticam ordinationem pertinẽt, audierat esse correcta, certus de inceps qa & uitia eorum paulatim corrigerentur, præterea quia ex parte magna esse cœperant obedientes. Qui enim ea quæ ad fidem & ad ecclesiasticũ ordinem pertinent emendauerant, certam spem de se dabant, quia & mores atq; conuersationem essent emendaturi. Propter quod & festinanter scripsit eis Apostolus, ut contristati ex correptione prioris epistolæ, in hac consolationem acciperent, & cresceret in eis fructus pœnitentiæ, quatenus uidẽtes iam placere se ei cui displicuerant, prõptiores fierent circa bonos actus. Et hæc principalis huius epistolę causa est. D Quidam tamen eorũ (ut dictum est) noluerant corrigi, sed delectatione peccatorũ irretiti, & à falsis apostolis deprauati, postposito ueritatis apostolo, ipsis falsis apostolis obediebant. Vnde magister egregius ut eos à consectatu eorundem pseudo prædicatorum reuocet, multis modis ostẽdit errorem & deceptionem fallaciæ eorum, ut nullam amplius in eis fiduciam habeant, nec dolosis prædicationibus fidem adhibeant, quos uident ad perniciem animarũ tendere. Propter qđ & seipsum multifarie commendat, ut cognoscentes cuius authoritatis atque dignitatis ipse sit, libẽter eius doctrinam suscipiãt, & sic ad salutem animarũ suarum perueniãt. Præcipit quoq; fornicatorem correptum recipi. Notat etiã eos ĩ eleemosynis parcos. Quia uero pro quorũdam peccatis in epistola superiori doctores eorum præcipue corripuerat, & multum fuerant contristati, nunc eos cõsolatur, suum eis proponens exemplum, & docens non debere impatienter ferre, qđ pro aliorũ salute sunt correpti, cum ipse pro aliena salute periculis & morti quotidie subiaceret. Sed & de tribulationibus quas patiebantur, cõsolatur eos exemplo suarum tribulationum, quas multo grauiores sustinebat. Semp etiam uel principaliter uel secundario uidetur intendere reuocare à pseudoapostolis illam partem plebis, quæ adhuc illos sequebatur.

## II. AD CORINTHIOS EPISTOLAE CAPVT I.

*Paulus apostolus Iesu Christi per uolũtatem Dei, & Timotheus frater ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

A Quasi dicat: Vos Corinthij mihi debetis obedire, & falsos apostolos respuere, quia sum *Paulus apostolus Iesu Christi*, id est, mirabilis legatus saluatoris regis. Ille rex qui solus in æternum saluat, misit me, ut uos ad eum ducerē, ut regnaret in uobis, & uos saluaret. Ideóq; libenter mihi debetis obtemperare. Apostolus Christi sum, non usurpatiue, sed *per uolūtatem Dei* patris, id est, à Christo constitutus sum apostolus per uoluntatem pris, sicut ipse Christus ait: qm̄ quæ placita sunt ei, facio semper. Dei autem uoluntatem iustam & rationabilem manifestū est esse. Ac per hoc rationabiliter & iuste dicor apostolus, quem per uoluntatem patris ad uos misit filius. Pseudo autem apostoli, nec à xp̄o sunt missi, nec p Dei uoluntatem uenerunt, nec salutem audientium quærūt. Ideóq; respuendi sunt. Paulus uos alloquitur, *& Timotheus frater*, qui primam illā ad uos epistolam portauit, et correptionem uestram uobis renunciauit. Notandū q̄ nō ait, Paulus & Timotheus: sed, Paulus & Timotheus frater, qa non ambo apostoli. Ad Philippēses tamen, ubi nō erat tanta authoritas necessaria, serui ambo ponuntur, qa ambo sunt serui, non ambo apostoli. Paulus & Timotheus scribunt *ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia.* Corinthus enim metropolis est Achaię: & ideo quod Corinthijs scribitur, omnib⁹ fidelibus Achaiæ prouinciæ scribit̄. Vobis ad quos scribimus, sit gratia per quam peccata uestra remittant̄: & pax, per quā Deo reconciliemini. *Gratia & pax* sit *uobis à Deo patre nostro*, q uos adoptauit in filios, *& à domino Iesu Christo*, qui uos suo dn̄io benigne mancipauit. Ideo ponit à patre & filio tātum, qm̄ eo tp̄e nullus errabat de spiritu sancto, sed uel de p̄re uel de filio errabat, quicunq; in fide trinitatis errabat. Nanq; sp̄us sanctus, B de quo nūc tacet manifestabatur satis per opera sua, id est, p̄ uarias linguas, per prophetias, per sermonem sapientiæ uel scientiæ &c.

Ioan 8.

*Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarū et Deus totius cōsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro uestra exhortatione & salute, siue consolamur, pro uestra consolatione, siue exhortamur, pro uestra exhortatione & salute, qua operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur, ut spes nostra firma sit pro uobis, sciētes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.*

Primum perfectis loquitur de tribulatione, proponens se exemplum patientiæ & consolationis à Deo acceptæ. Et inde se ostendit cōmendabilē, unde pseudoapostoli & sequaces eorꝫ reputabāt eum uilem ac cōtemptibilem: qui ab omnibus apud quos prædicabat, tam ignominiose tractabatur, & sic omnibus erat inuisus, ut semper contumelijs & tribulationibus afficeretur. Hæc de eo dicebant derogatores eius, uolentes gloriam eius minuere: sed ipse in his omnibus gloriatur, & inde benedicit Deum, quia hæc pro Christo patitur, & in his nunq; sine consolatione deseritur. Sit, inquit, *benedictus Deus*, qui Christum scd̄um humanitatē creauit et scd̄m diuinitatem genuit, atq; ita est Deus et pater eius. Sit benedictus Deus *& pater domini nostri Iesu Christi* pro tot & tantis in nos beneficijs suis. Ipse dico, *Pater misericordiarū*, quia ex uisceribus eius proueniunt in nos misericordię eius, per quas et multitudinem peccatorꝫ nostrorꝫ relaxar, & ut aurū nos in igne tribulationū examinat. *& Deus totius*. i. ītegræ

C *consolationis*, quia perfectam dat consolationem his, qui pro nomine eius aduersa patiuntur, uel qui in luctu pœnitentiæ affliguntur. Hoc & propter Corinthios dicitur, qui correptionis causa fuerant cõtristati. Multum enim refrigerij dat, quod audiunt Deum eẽ patrem misericordiarum: quia intelligunt se ad hoc correctos, ut ad pium patrem conuerterentur, qui per multas misericordias multã peccata eorũ deleret, & gratiam eis uirtutum daret. Cur enim pater misericordiarum uocatur, nisi quia per paternarum misericordiarum uiscera recipit filios pœnitentiæ & in antiquam gratiam reducit, ut nõ sola sit uenia, sed & pristini status restauratio? Et ipse est Deus totius cõsolationis, qui contristatis in pœnitentia dat perfectam cõsolationem, tribuendo spem non solum euadendi tormenta, sed & consequendi prę mia. *Qui nos* Christi prędicatores *consolatur in omni nostra tribulatione*, tam corporis quam animę. Non in quadam, sed in omni tribulatione nos cõsolatur, ne deficiamus. Consolatur nos, uel per se nobis apparẽs, uel per angelũ admonens, uel per scripturas, uel per alios sanctos, uel per occultam inspirationem, uel per tribulationis alleuiationem, siue per nostram de tribulatione liberationem. Ita consolatur nos, *ut & nosipsi possimus consolari eos qui in omni pressura sunt* tribulationum pro nomine Christi, uel qui sunt in omni pressura peccatorum, id est, quos premit sarcina criminum. His enim cõsolationẽ exhibemus, dum eis spem ueniæ pœnitentibus damus. Consolatur nos Deus, ut & nos consolemur alios, atque ita neminem suorum relinquit desolatum, & multo magis in futuro remunerat, quos ẽt in præsenti nõ deserit. Bos qui sunt in aduersitatum pressura, possumus cõsolari exhortando ad pniam & tolerantiam *per exhortationem*, qua etiam D nos ipsi à Deo intus *exhortamur* ad cõstantiam passionum. Vere consolationem & exhortationẽ à Deo percipimus, ut & nos alijs solatia ministremus. *Quoniam sicut passiones Christi*, quas ipse prior ptulit & nobis perferendas dereliquit, *abundant in nobis*, qui sumus membra eius, *ita*. i. nõ minus abũdat etiam *consolatio nostra*, quã Deus nobis ĩtus *per Christum* exhibet. Nam sicut Christus est causa passionum, sic idem ipse est causa & consolationum: & ideo nõ uiliores, sed gloriosiores æstimãdi sumus ex eo, quod passionibus Christi communicamus, quos Deus in oĩbus aduersis semper ita cõsolatur, ut & alios consolari possimus. Nos qdem à prauis hoĩbus passiones sustinem⁹, et à deo cõsolationes uel exhortationes accipimus, sed hæc oĩa pro uobis fiunt: Quia *siue tribulamur*. i. igne tribulationis examinamur, hoc fit pro *uestra exhortatione & pro* uestra salute: quia nostro exẽplo uos hortatur Deus ad tolerantiam tribulationum, per quas ad æternam salutem peruenietis: *siue consolamur* intus à Deo, *pro uestra*, id fit *consolatione*. i. ut uos inde potissimũ consolemini, *siue exhortamur* à Deo finitis malis, uel data uirtute nobis ad grauiora perferenda, hoc item fit *pro uestra exhortatione, & salute*, qa & uos Deus sic exhortatur pmanere in fide: & pro ea pati maiora quam pertulistis: quę. s. exhortatio operatur. i. intendit operari in uobis *tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur*. Vel operatur tolerantiam. i. opatur in hoc, ut seruetis tolerantiã earundem passionũ. Siue p una parte legamus intolerantiã. i. grauem tolerantiã. Nã sicut nõnunquam impotens dicitur ualde potens, ita nũc ĩtolerantia põt dici magna tolerantia. Exhortatio igitur quã à Deo per nos accipitis, operatur in uobis intolerantiam. i. fortem

A tolerantiam earundẽ passionũ quas & nos patimur. & ideo hoc fit, *ut spes nostra* quæ est *pro nobis*, id est, qua speramus uestrã salutem, *firma sit* & rata. Nos patimur aduersa, et de uobis spem bonam habemus, scientes pro certo *quoniam sicut* nobis *estis socij passionum, sic eritis* in futuro seculo socij etiã consolationis æternæ, quã percepturi sumus. His uerbis multũ eos animat Ap̃ls ad tolerantiam aduersitatum pro Christo. Qui & subiungit:

*Non enim uolumus ignorare nos fratres de tribulatione nostra, qua facta est in Asia, quoniã supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut taderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidẽtes in nobis, sed in Deo: qui suscitat mortuos, qui de tãtis periculis nos eripuit & eruit, in quẽ speramus quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus et uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierum, eius qua in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.*

Maiores exponit aduersitates, q̃s pro Christo & aliorũ salute passus est, ut cum ipse passus sit tantas, discipuli & alij minores non recusent pati quaslibet tribulationes, & comparatione magistri erubescant disci puli suam dolere iniuriam, cum magistrum multo maiora pertulisse cognouerint. Dixi quia nos tribulationes patimur, ut et uos imitemini. Et uere patimur. *Non enim uolumus ignorare nos fratres*. i. ut ignoretis *de tribulatione nostra* ne forte doleatis de uestra. Vobis enim proficit eam nosse, quia tũc cognoscetis uos parua pati. Pseudo apostoli suas narrãt glorias, nos autem passiones nostras. Nolumus ut ignoretis de tribulatione nostra, *quæ facta est nobis in Asia* minore, q̃ est pars maioris Asiæ, *quoniam supra modum*, id est, supra quantitatem omnium præcedentium tribulationum, *grauati sumus* pondere tribulationis illius *supra uirtutem* humanam. Nulla enim uirtus humana tãtum põdus afflictionis sustinere posset cum uita, nisi hu B manæ fragilitati uires tribuisset gratia diuina. Et ita magnitudine tribulationũ sumus oppressi, *ut taderet nos* non solum sustinere, sed *etiam uiuere*. Nec solum tædebat nos uiuere, *sed ipsi etiam responsum mortis habuimus*, id est, cum quidam de uita nostra ab alijs quærerent, nihil r̃nsum est illis de uita, sed solũmodo de morte, quia nullus nobis uitam p̃misit. R̃nsum, inquam, mortis habuimus non tantũ in alijs, sed etiam *in nobismetipsis*. i. q̃n rationem nostram cõsuluimus, nullum nobis remediũ nisi mortẽ promisit. R̃nsum. i. certitudinem mortis in nobisipsis habuimus, q̃m intima nostra r̃nderunt nobis mortem adesse. Vel r̃nsum mortis habuim⁹, id est, mors ipsa r̃ndit nobis & docuit nos omne humanum auxilium defecisse: & ab illo solo sperãdũ esse remedium, cui etiam mortuos suscitare possibile est. *ut nõ simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tãtis periculis eripuit nos*. Tanta insolentia iniquitatis cõtra fidei prędicatores insurrexit, ut mortuos ante oculos haberent. Denique erepti de tanta pressura, resuscitatos se dicunt. Sic. n. afflicti fuerant, ut desperarent de præsenti uita. Sed quia Deus præsidia sua non negat in necessitate positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes autẽ de Deo. Nimia. n. pressura deficere se profitebant, nisi Deus adesset, & hoc est, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo: qui suscitat mortuos, & uelut à morte nos suscitauit à pressura tribulationis, qui nos de tantis periculis eripuit, & quotidie nos eruit ab aduersis. *In quem speramus quoniam & adhuc* nos *eripiet, adiuuantibus & nobis* ereptionem nostram *in oratione* facta *pro nobis*, id est, non solum cæteri fideles nos adiuuabunt apud Deum ut à malis eripiamur, sed etiã uos oran-

C tes pro nobis. Ideo nos eripiet orantibus uobis et aliis, *ut ex personis multarum facierum* ad Deum per prædicationem nostram conuersis, *agatur per multos* fideles gratię Deo *pro nobis*: gratiæ, dico, *eius donationis*, id est, liberationis à periculis *quæ in nobis est*. Quoniam gratia Dei eripit nos causa multorum, pro quibus & patimur, ideo multi pro nobis gratias Deo referãt cum eripimur, uel orent cum patimur. Personæ multarum facierum sunt homines multarum ætatum & qualitatum diuersarum, id est, pueri, adolescentes, iuuenes ac senes ac ueterani utriusq; sexus. Et hæ personæ sunt eius donationis quæ in nobis est, id est, per doctrinã nostram factæ sunt participes eius fidei, quã Deus nobis donauit. Ideo ex his personis ad Deum per nos conuersis, & eius donationis, id est, fidei quæ in nobis est, participib⁹ effectis, agãtur per multos credẽtes gratiæ Deo pro nobis ab aduersitate ereptis. Vel personæ uocantur sancti, qui sunt apud Deum honorabiles et acceptabiles. Et hi sunt multarũ facierum, quia in interiori homine suo habet unusquisq; eorum suam faciem, per quam à Deo cognoscitur, id est, intentionem bene agendi: quoniam alius intendit ad hoc, ut alios prædicãdo instruat, alius ut eleemosynas tribuat, alius ut frequẽter oret, alius ut orantibus subsidia corporis ministret. Et ita suã faciem, id est, suam bonam intẽtionem habet unusquisque. & hæ multarum facierum personæ sũt eius donationis, id est, eius gratiæ nobis diuinitus datæ, quæ in nobis est: & idcirco ex his agantur gratiæ Deo per multos pro nobis, qui eos fecimus participes donationis nostræ.

*Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & synceritate Dei & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo,* D *abundantius autem ad nos. Non.n.alia scribimus uobis quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem quòd usq; in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria uestra sumus, sicut & uos nostra in die domini nostri Iesu Christi.*

Ideo, inquit, non diffidimus de auxilio Dei, sed speramus quia nos eripiet, quoniam pura est conscientia nostra, et inde gloriamur in oculis eius. Nã gloria nostra hæc est, testimoniũ scilicet bonum quod perhibet nobis conscientia nostra, quæ testatur nos bono ac simplici animo fecisse quicquid fecimus. Sicut magna pœna est impiorum cõscientia, sic magnum gaudium est piorum conscientia. Nam etsi diabolus uel hõ peruersus falsas eis criminationes impingere quærat, ipsi tamen coràm Deo intus glorianrur ex bonæ conscientię testimonio. Vnde nunc gloriam suam Apostolus testimonium cõscientiæ suæ memorat: quia fauores oris alieni non appetens, uitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Ac si dicat: Ideo glorior in tribulationibus, quia conscientia mea me non reprehendit prędicasse causa lucri uel gloriæ temporalis, sed testis est mihi, me pio studio uestrã salutem quæsisse. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd* scilicet *in simplicitate cordis & synceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo*. Hæc est gloria conscientiæ nostrę, simplicitas et synceritas. Simplicitas, quia nihil per duplicitatem fecimus, ut aliud haberemus in corde, aliud in ore, sed totum per simplicem puritatẽ. Synceritas, * quia sine carie, id est, sine corruptione cõscientiam habuimus integrã. Et hæc synceritas & simplicitas fuit Dei, quia synceriter & simpliciter Deo placere studuimus in cunctis quæ gessimus, & in eo simplices ac synceri fuimus. Pseudo autem apostoli nõ sim-

*Etymologia hæc à doctis non recipitur.*

A pliciter, sed dupliciter ambulant:qa per hypocrisim faciunt qcquid boni facere uidentur,& euangelicę gratię miscent carnales obseruantias legis. Nec synceriter.i.sine carie terebratæ & corruptæ conscientiæ quicquam faciunt. Nos uero conuersati sumus in simplicitate cordis & synceritate Dei, *& non in sapientia carnali*, q̃ est uoluptates diligere & labores uitare,ac corporis cōmoda quęrere,et hominibus placere,uel secundū naturas rerum & non contra prędicare, *sed in gratia Dei*.i.in gratia euangelicæ prædicationis & sanctitatis, conuersati sumus in hoc mūdo, ubi tot mala fiunt, sed *abundantius ad uos*, hoc fecimus,quia nihil unq̃ à uobis accepimus, cum possemus stipēdia sumere de bonis nostris. Pseudoapostoli autem & iuxta mundi sapientiam prædicabant, ne offenderēt homines,& quęstus causa prędicabāt. Vnde apostolus nunq̃ à Corinthijs uoluit sumptus accipere, ne his occasionem daret accipiēdi, & hoc est quod abundantius ad eos(id est, apud eos)in gratia Dei conuersatum se dicit, quia cum ab alijs interdum acceperit, ab his nunquā aliquid sumere uoluit, ne sibi authoritatem arguēdi eos minueret. Vere apud uos abūdantius q̃ apud alios conuersati sumus in gratia.i.gratis omnia uobis ministrauimus: quia modo *non alia scribimus uobis quàm ea quæ legistis* in epistola priore, & quæ cognouistis in experientia operum nostrorū .i.nec modo per hanc epistolā à uobis aliquid exigimus, nec per præmissam epistolam aliquid exegim⁹ nec cum præsentes essemus, quicq̃ à uobis suscepim⁹ sicut recognoscitis. Et non solum nunc istud cognoscitis,sed etiam *spero quòd usq; in finem* uitæ nostræ cognoscetis idē de nobis, id est, nos in eodem permanere, ut nihil à uobis sumamus *sicut & cognouistis nos ex parte*,non ex toto:quia & scitis B quod abstinuimus, nō tamen scitis quanta dilectione id fecim⁹.Ideo cognoscetis nos in hoc perseuerare, quia nos *sumus gloria uestra,sicut & uos nostra*.i.per nos gloriam æternam consequi debetis,et nos per uos bene instructos.Quod non esset,si cum offendiculo à uobis acciperemus. Et hæc gloria nobis est futura non in nocte pręsentis seculi,sed *in die* & clarificatione *domini nostri Iesu Christi*, qua ipse manifestabit omnia,& eius uoluntati nemo resistet. Tunc & uos glorificabimini,qa bene nobis obedistis:& nos, quia uos bene docuimus.Ideo perseuerare debetis in bonis quę cœpistis,& semp meliorari.

*Et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundum gratiam haberetis, & per uos transire in Macedoniam, et iterum à Macedonia uenire ad uos,& à uobis deduci in Iudaeam. Cum ergo hoc uoluissem,nunquid leuitate usus sum? aut quæ cogito,secundum carnem cogito, ut sit apud me, Est & Non?*

Postq̃ se cōmendabilem ostendit de tribulationibus suis, unde uilis & abiectus apud quosdam poterat æstimari, purgat se etiam de quadā te,de qua mēdax & leuis poterat reputari à quibusdam.In priore.n.epistola promiserat se uēturum ad eos cū Macedoniā pertransiret,& apud eos aliquandiu moraturum,et tamē non uenit. Et inde, quantum ad reputationem quorūdam simpliciter intelligentium, uideri poterat mendax & istabilis: sicq; iam apud eos amittebat firmitatem authoritatis. Vnde se excusat, & multis rationibus ostendit, quia nō ideo mendax æstimari debet quoniam non uenit ad eos,qa non absolute dixit se hoc facturum,sed ait,Si dominus permiserit. Nec est iudicandus mendax, q dicit falsum quod putat uerum: qa quantum in se est,non fallit, sed fallitur:& econtra mentitur, q dicit ue 1. Cor.16.

C rum qđ putat falsum: nec est libera mendacio, qui ore nesciens uera loquitur, sciens autem, uoluntate mentitur. Vestra, inquit, gloria sumus, et uos nostra. *Et hac confidentia*, qua confido quod sumus inuicem alīj gloria aliorum. i. quia iam emēdata est uita uestra, ut sit digna nos glorifica re, *uolui priusquam* irem in Macedoniā, *uenire ad uos, ut* ex aduentu meo *haberetis secundam gratiam*, qui dudum habuistis primam, quando uos ad fidem conuerti. i. ut haberetis confirmationem, quæ est post fidem. Non est igitur ociosum qa uolui uenire, & non ueni. Intelligere enim debetis, esse aliquos inter uos, quorum causa uoluntatem meam non impleui, qui se prius debēt corrigere, ut me possint læti suscipere. Volui ad uos uenire, quos emendatos desiderabam uidere, *& per uos*. i. uestro ductu *transire in Macedoniam*, quia licet compendiosius per aliam uiam illuc ire possem, uestro tamen amore per uos trāsire disposui: *& iterum à Macedonia uenire ad uos*, ut multipliciter uos confirmarē, *& à uobis deduci in Iudæam*, ut ferrem eleemosynam. Et quia hoc uolui nec impleui, *ergo cum hoc uoluissem, nunquid leuitate usus sum*, ut non firma ratione, sed mētis leuitate hoc uellem, & eadem leuitate dimitterem? Nequaquā hoc est putandum. Nam leuitatis uitio non succumbo, & idcirco mutabilitatis aura non moueor. Quia non leuitate, sed consilio feci, ut non implerem quod disposueram, nec aliud feci, q̄ quod faciendum erat: quia utilitas anteponenda est uoluntati, non uoluntas utilitati, aut ea *quæ cogito, secundum carnem cogito*, id est, more carnaliū hominū, qui pro terreno cōmodo facile mutant uoluntatem suā. Nunquid carnaliter cogito, ut pro carnali cōmodo uenire disposuerim, et qa nō erat, dimiserim? Nō. Qui. n. secundum carnem cogitat, tunc non iplet quod disposuit, quando aut amplioribus personis differt, aut certe lucris aut apparatibus uincitur. Spiritualis autem tūc dispositum nō implet, qñ prouidentius aliquid pro salute animæ meditatur. Sic & ego idcirco non impleui quod uolueram, ut uos p hoc ipsum efficeremini meliores, scientes me propterea distulisse, quia quidam adhuc inter uos nō se purificauerant à peccatis. Nunqđ secđm carnē cogito, ut per hoc *sit apud me, Est & Non*? i. affirmatio & negatio de eadem re per inconstantiam animi, scilicet ut sit in me duplicitas, & ī uerbis meis cōtrarietas. Nequaq̄. D

*Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, non est in illo, Est & Non, sed Est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est, & per me & Syluanum & Timotheum, nō fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est. Ideo & per ipsum dicimus, Amen Deo ad gloriam nostram.*

Non est in sermone meo contrarietas, ut quod affirmaui, negem dicendo Est & Non. sed Deus est fidelis, id est, uerax, qui per os meum loquitur, *quia sermo noster qui fuit apud uos*. i. quē loquimur ad uos: uel q fuit apud uos. i. quē locuti sumus uobis in cōuersione uestra, dum moraremur apud uos, non est fluctuans & mendacijs permistus, sed stabilis et uerus: quia *non est in illo Est & Non*. i. ambiguitas & uariatio, *sed Est in illo est*. i. certa puræ ueritatis assertio. Nā quod dixi me uenturum ad uos, idcirco distuli, qa nondum estis bene correcti, ut in aduentu meo possitis lętari: & ideo nō in me, sed in uobis remansit q̄ non ueni: sed semper habui uoluntatem ueniendi, & nunq̄ fuit in me uelle et nō uelle, sed est semper in me uelle. Et ita non uariatur sermo meus, sed in affirmatione sua permanet. Non est in sermone meo Est & Nō. Nam *Dei filius Iesus Christus, qui in uobis per nos*

A *prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum*, id est, quē uobis prędicauimus ego & Syluanus (id est, Sylas) & Timotheus, non habet in prędicatione sua Est & Nō. i. duplicitatem, ut aliquid ibi nunc affirmetur, & nūc negetur: nec fuit unq̃ *in illo Est & Non, sed Est in illo fuit*. i. certa affirmatio cōsum matæ ueritatis. Quod si mēdaces essemus, tunc ipse mendax esset, quia hoc tantum prædicamus quod ille docuit. Sed ille nō docuit de eadem re dicere. Est & Non est: qa non fuit in illo Est & Non est, ac per hoc nec in nobis. Non est in illo Est & Non .i. duplicitas uel falsitas: sed Est in illo fuit. i. ueritas & imutabilitas, sicut Moysi dixit: Ego sum qui sum.

Exodi. 3. Ille. n. uere est, qui semper idem ipse est, & imutabilis permanet. Vel in illo est fuit. i. rata assertio eorum quæ temporaliter in homine gessit. Non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit, quia nunq̃ aliud uoluit, q̃ hoc quod est utile. Semper. n. uoluntas eius cum utilitate est, nec imutatus est ut faceret inuitus sicut homo qd' est utile, aut ut ambigeret de aliquibus & mutaret uolūtatem. Vere nō est in eo ista uarietas, sed imutabilis firmitas: quia *quotquot promissiones Dei sunt*. i. quotquot promissiones per legem & prophetas Deus pater fecit, *in illo Est* sunt. i. essentiam habent in illo, quia omnes adimpletæ sunt, uel adimplentur in illo. Omnes promissiones Dei in illo firmatæ sunt & exhibitæ, quia in illo cōpletum est qcquid pro salute nostra prophetatū est. Et ideo patet quia in sermonib9 suis uel per se uel per alios mendax non fuit, per quem pater uerax apparuit. Et quia Dei promissiones habent in illo esse, id est, cōsistunt in illo atq; complete sunt, *ideo per ipsum est* Amen. i. ueritas Deo patri, quia per ipsum uerax esse probatur, *ad gloriam nostram*, per quos hoc manifestatur.

B Manifestum est quia semper in Deo ueritas est, hoc est, amen, manifestata per Christum, & post per Apostolos prædicata, signorum uirtutibus testimonium perhibentibus uera esse per Christum quę promisit Deus. & est sensus: Omnis ueritas promissionum in Christo est, quæ per nos annunciatur. Vnde & nos gloriam habemus, quoniam uera dicere comprobamur. Gloria. n. apostolorum fuit, magistrum ueracem in quo promissiones Dei complete essent prędicare, & miraculis sua dicta firmare.

*Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, & qui unxit nos, Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens uobis non ueni ultra Corinthum. Non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide statis.*

Gloriam uestram dixi, non tamen nobis tribuo, sed qui cōfirmat nos, Deus est. Vel ita: Nos per Christum dicimus Amen Deo. i. ueracem laudamus eum: sed *qui nos in Christo confirmat, Deus est*. Et ideo totum ab illo est. Sed & nos ueraciores inde sumus, quia ipse nos in ueritate quæ Christus est, cōfirmat. Deus est, qui nos confirmat in Christo. i. in uera prędicatione Christi, ut simus in eo stabiles & firmi, ne unq̃ ad uerbum falsitatis declinemus. Confirmat nos, et hoc uobiscum. Hoc per ironiam dici uidetur. Acsi dicatur: Si uobis constat de confirmatione uestra, tūc etiam constet de nostra, qui non minus quàm uos, sumus in Christi ueritate confirmati. Magis. n. constat de cōfirmatione doctorum, q̃ de discipulorum, qui p doctores sunt cōfirmati. Vel confirmat nos uobiscū .i. Iudęos cum gentibus solidat in fide Christi. *& qui unxit nos*. i. Christos fecit unctione sancti spiritus in baptismo. Vnxit nos in reges & sacerdotes, quia reges et sacerdotes unge

C bantur dum constituerentur, *& qui signauit nos*.i. discreuit nos ab infidelibus signo crucis, quod nostris frontibus iposuit, *& dedit in cordibus nostris pignus spiritus*, quando per impositionem manuum accepimus spiritum sanctum in pignus futuræ beatitudinis. Qui.n. mortalibus adhuc spiritum suum dedit, dubium non est quin imortalibus addat gloriã. Ad hoc.n. pignus accipimus, ut de promissione quę nobis fit, certitudinem teneamus. Donum ergo sancti spiritus pignus dicitur, quia per hoc anima nostra ad interioris spei certitudinem roboratur. Donũ autem sancti spiritus habet quisquis igne charitatis ardet: & ideo se ad ęternã beatitudinem peruenturum, si perseuerauerit, nõ dubitet. Qui uero necdũ gustauit qm̃ dulcis est dominus, & amorem charitatis nõ sensit, adhuc sine pignore est, nullam futuræ beatitudinis certitudinẽ habet. Dixi q̃a deus nos in Christo qui ueritas est, confirmat, ut in ueritate firmiter maneamus, nec in eius doctrina quicq̃ mẽtiamur. Sed *ego quòd ultra non ueni Corinthum*, non feci mentiens, sed potius uobis parcens.i. nolens uos ferire, qui nondum estis correcti. Et inde *testem inuoco Deum in animam meam*, ut ipse inspiciat si uerum dico, & sit mihi testis: si autem mentior, puniat. Nũc manifestat qua causa, cum uoluisset ire ad illos, distulit.f. ut tunc iret, quando iam propè omnes emendatos inueniret. Illis.n. nunc loquitur, qui uidebãtur uelle se corrigere, sed operam non dabant ut hoc implerent. Quia ergo corripere illos necesse erat, iter suum ab illis auertit, ne contristaret multos, uel in seditionẽ uerteret aliquos: et ita pepercit illis, ut ipsi sua sponte corrigerentur antequã ueniret. Quod ut mentibus eorum cõmẽdet, Deum testem dat, ne putent se contemptos ab illo. Quo

Psal.33. al. salutis.

comperto, ut præsentiã eius mereantur, emendent se. Et hoc est, Parcens (inquit) uobis non ueni ultra Corinthum post primam uicem.i. ultra primam uicem non ueni ad uos, nec compellerer uos ferire. Et ne indignarẽtur quasi de dominio addidit, Dixi parcens: *non quia dominamur uestræ fidei, sed* quia *sumus adiutores gaudij uestri. Fide* enim statis, Acsi diceret: Ideo non dominamur fidei uestræ, q̃a fide statis. Non.n. prælati, sed æquales uobis sumus, in quo uos stare cognoscimus. Hoc loco se prælatum ignorat Apostolus. Sed superius cũ grauem fornicatoris culpam agnouisset, illico magistrum se esse recoluit dicẽs. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos? Summus.n. locus bene regitur, cum is qui præest, uitijs potius q̃ fratribus dominatur. Quia ergo fides nõ necessitatis, sed uoluntatis res est, non dominamur, inquit, fidei uestrę. Dominatus enim necessitatis causa est. Non dominamur uestræ fidei, quæ coactionem pati nõ potest: sed sumus adiutores gaudij, quod in emendatione estis habituri, quia uobis emendare uolentibus admonitionem ministramus, ut quod cœpistis uelle, possitis implere: & bene correcti, cum uenero gaudium habeatis, atq; tandem in regno cœlesti gaudeatis. Ideo non dominamur uestræ fidei, quia fide statis, quę per dilectionem operatur, non per dominium cogitur. D

1. Corin.4 Galat.5.

CAPVT II.

*Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterũ in tristitia uenirem ad uos. Si enim ego contristo uos, et quis est qui me lætificet, nisi qui cõtristatur ex me? & hoc ipsum scripsi uobis, ut nõ cum uenero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, cõfidens in omnibus uobis, quia meum gaudium omniũ uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam*

A *beam abundantius in nobis.*

Dixi quia peperci uobis in eo qđ non ueni, ne opus esset ut uos aspere tractarem. Nec solū retardaui iter meum parcendo uobis, sed *statui hoc ipsum apud me*.i. decreui in corde meo, ut nō uenirē ad uos iterū in tristitia .i.ut aduentum meum differrem do nec essetis correcti, ne ueniens cōtristarer, iterum de incorrectione uestra, qui nunc contristor de peccatis uestris. Vel qui semel ad uos ueni, quando uos ad fidem conuerti, statui *ne iterum uenirem ad uos in tristitia*.i.ne uos contristarem corripiendo quosdam, cum iterum uenirem. Ideo statui non uenire, ne iterum tristitiam haberem, uel in iterato aduētu meo uos cōtristarem: quia *si ego* nunc per epistolā *uos contristo*, quasi & uos me per peccata contristatis, *quis est qui me* cum uenero lætificet, *nisi qui* nunc cōtristatur ad pœnitentiam *ex me* cōtristato.i.ex eo quod me suis peccatis contristauit, uel ex me.i.ex meis uerbis. Si ego nūc in absentia mea uos ad tristitiam & lachrymas pœnitentiæ cōmoueo, certus sum quia cum uenero, gaudebo. Quis enim est qui me tunc lætificet, nisi qui modo ad pœnitentiæ tristitiam cōuertitur ex me quem contristauit? Cōtristari.n. debetis, non solum quia peccastis et Deum offendistis, sed etiam qa me magistrum uestrum peccando contristastis. *Et hoc ipsum* quod nemo me lætificat nisi qui cōtristatur ex me, *scripsi uobis* nunc, ut hoc scientes defleatis modo peccata uestra, ne *cum uenero, tristitiam super tristitiam habeam*.i.contrister iterum de uobis, sed gaudeā. Siue hoc ipsum, quod parco uobis non ueniens, & quod statui non uenire, in tristitia scripsi uobis, ut interim cito conuertamini ad luctū pœnitentiæ, ne cum uenero, tristitiā habeam de incorrectione uestra, super tristitiam quā habeo de peccatis uestris. Non addatur mihi tristitia de B uobis, *de quibus oportuerat me gaudere*, non solum nunc, sed olim quādo me cōtristastis, & sic grauiter peccastis. Scripsi uobis, & hoc feci *confidens in omnibus uobis*, quod ultra non habeam tristitiam de uobis, & uidete ne frustra confisus sim, *quia gaudium meum est omnium uestrum*.i. gaudium meū est purificatio uestra, & profectus uester uos ipsos lætificans in domino. Dixi ne tristitiam de uobis habeam super tristitiam pristinā. Nam grauem passus sum tristitiam ex deformitate uestra, quam peccando contraxistis: quia primam epistolam *scripsi uobis ex multa tribulatione & angustia cordis*, mei.i.ex multo dolore multaq́; solitudine mentis pro uestro casu, scripsi *per multas lachrymas*, quæ foris ostēdebant internum animi dolorem. Et scripsi aspere uos reprehendens, *non ut contristemini* ex uerbis meis, *sed ut sciatis quam charitatem habeam abūdantius in uobis*.i.ꝙ magno dilectionis affectu uestram salutem quęram, cupiens uos à peccatis eripere & Christo reddere. Quisquis aliquē hoc affectu corripit, ut plus illo doleat peccatis eiꝰ, non utiq; ut illum contristet, corripit, sed ut ostendat illi quo amore diligat eum. Qui autem non hoc affectu corripit, cōtristat fratrem. Insultat enim, qui non condolet fratri.

*Siquis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, ita ut econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illum charitatē. Ideo enim & scripsi uobis, ut cognoscam experimentum uestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, siquid donaui, propter uos in persona Christi, ut non circumueniamur à satana. Nō enim ignoramus cogitationes eius.*

Ego tristitiam habui. Sed *siquis* pe c

C cans *contristauit me, non me* solum *contristauit, sed* & uos ipsos *ex parte*.i. quosdam ex uobis, hoc est, bonos & correctos, qui de peccato fratris doluerunt. Ideo dico uos ex parte contristatos, ut non onerem omnes uos.i. ut onus tristitiæ non omnib⁹ uobis imponam, quia non omnes syncere iustitiam diligitis, ut pro peccato cõtristari uelitis. Hic reprehendit illos, qui de grauissima morte animæ fratris non doluerunt. Pōt & ita intelligi: Non me cõtristauit ex toto, sed ex parte, ut non onerem omnes uos magnitudine tristitiæ meæ, si ex toto contristatum me dixero. Ipse me contristauit, & tamē parcite illi. *Sufficit enim illi qui est eiusmodi*.i. qui tam grauiter deliquit, *obiurgatio hæc quæ fit à pluribus*. Magnum.n. dolorem patitur, qui delictum suum uidet à plurib⁹ horreri & argui. Et quia talis facile desperaret, sufficit illi obiurgatio multorum.i. sufficiens medicina est ad euacuationem culpæ illius sola obiurgatio qua illũ obiurgastis. Et ita sufficit, ut non amplius eum exasperetis, sed magis.i. potius ecõtrario condonetis ei: quia quanto à pluribus est obiurgatus, tãto magis est illi cõdonandũ. Nunc reuocat eum quem satanæ tradiderat, & ecclesiæ membris associat. Quod utiq; nõ faceret, nisi processu temporis dignos
1.Corin.5. in eo pœnitentiȩ fructus prȩuidisset, & nisi caro illius iam præscriptum interitum pertulisset, peccato.s. et uitijs mortua, ut sic Deo uiueret. Condonate illi & consolamini illum.i. ita nunc estote prompti ad ignoscēdum & consolandum, sicut tunc fuistis ad obiurgandum & eijciēdum, *ne forte qui eiusmodi est*.i. qui sic obiurgatus & abiectus est, *absorbeatur abundantiori tristitia*.i. mergatur fluctibus imoderatæ tristitiȩ, si se diutius uiderit à cunctis abijci, et desperans de se, det animum ad mundum fruendũ, quasi qui locum apud Deum iam nõ habeat. Hoc est.n. absorberi maiori tristitia, desperantē de se cõuertit ad admittenda peccata, quibus grauatus, absorbeatur à morte secunda. Ideo consolamini illum post obiurgationem, qm̃ pœnitētia si de uero animo est.i. si ille qui corripitur, statim animo doleat, protinus habet fructum. Et uera pœnitentia est, iam cessare à peccato, Sic.n. probat se resipiscere & dolere, si de cætero desinat. *Propter quod*.i. ne p nimis asperam correctionem absorbeať fluctu uehemētioris tristitiæ, & cadat in barathrũ desperationis, ego qui iubere possem, *obsecro uos*, ut recipientes eum in cõmunionem, *confirmetis charitatem* uestram *in illum*, ut firma fiat charitas qua illum diligitis, & affectus uestræ dilectionis firmiter in eum transire probetur per dulcedinem piæ cõsolationis. Vel in illo confirmate charitatē eius uestris exhortationibus, q̃ nũc propter hanc mœstitudinem ĩfirma & uacillans est. Et debetis hoc agere. Nam *ideo & scripsi uobis*.i. scripto persuadere id studui, ut in hoc *cognoscam experimentum uestrum*.i. cognoscam qualе fuit illud quod expertus sum, uos obedisse mihi in eius excommunicatione, hoc probem & sciam, utrum bono an malo animo expulistis eũ. Expertus sum.n. uos fuisse obedientes in eius abiectione, sed illud experimentum cognoscere uolēs, scripsi uobis de confirmatione charitatis: quia si nunc in reconciliatione appareritis charitatiui in eum, tunc cognoscam quòd nõ odio, sed charitate libēter eum abiecistis. Experimentum uestri uolui cognoscere, probans *an in omnibus sitis obedientes*.i. an ita nunc obedieritis in recipiēdo & cõsolando, sicut obedistis in eijciendo & obiurgando, uel etiam sicut obedistis emendando illa quȩ ad ecclesiasticum ordinem ptinent. Moneo

A uos clementes in eum fieri, sed uos iam in cordibus uestris cōdonastis ei, qm̄ uidistis eum asperā egisse poenitentiā. et cui uos *aliquid donastis, et ego* illi condonaui. Et uere hoc feci sicut & uos. *Nā & ego qd* illi donaui. i. condonaui, *siquid* ei dōaui, hoc feci *pp nos*, quos super eum pie cōmotos agnoui. Quod tamen de sanctioribus uiris intelligitur, non multitudine carnaliū, qui uiscera pietatis adhuc nō habebant, & ideo monentur ad misericordiam. Propter uos qui spirituales estis, pie condoluistis ei, & ego condonaui illi. Et ne irrita uideatur huiusmodi condonatio, quę propter amicos facta est, ego *in psona Christi* hanc feci. i. ac si ipse Christus illi condonaret. Et hoc feci *ut non circumueniamur à satana*. i. ne decipiamur ab aduersario, ut per unius asperam poenitentiam quam illi imposuimus, faciat eū desperare. Et debemus artes inimici praecauere, quia non ignoramus eius astutias quibus nos & illum cogitat perdere. Nam cōsolatio debet subsequi fratrem delictū flentem, ne diu contristatus & contemptus à charitate ecclesiae, incipiat desperare de se: & uidēs qui semper in insidijs est, subtilis diabolus mētem eius uilem effectam, accedat & suggerat ei, ut uel praesentibus fruatur qui de spe futuri p̄mij deiectus est, & pereat possessus à diabolo, cui ad hoc poenitentia data erat, ut conuersus reformaret se. Notandum q̄ studiose unitatem cum discipulis seruet Apostolus. Dum. n. cognouisset eos super hunc fratrem iam misericorditer motos, quia bene egerat poenitentiam, ait: Cui aliquid donastis, & ego. Ac si diceret: A bono uestro non dissentio, meum sit quicquid ipsi fecistis. Atq; mox subdidit. Et ego siquid donaui, propter uos. Ac si diceret: Vestris actibus bonum addidi, quicquid propter uos misericorditer feci. Vestra ergo est utilitas bonitas mea, mea est utilitas bonitas uestra. Qui ipsam mox compagem cordium, in qua sic tenet̄, adiungēs, subdidit: in persona Christi. Cui uelut si dicere praesumamus, quare te ita caute discipulis copulas, quare uel te illorum, uel illos tuis actionibus tam solicita mente conformas, illico subiunxit: Vt non circūueniamur à satana. Ideo. n. tanta humilitate uoluntati eorum in parcēdo se sociat, quia solicito prouidentiae oculo attendit, quod plerūq; dum alter donat, alter irascit̄, & quale est iam misericordiae sacrificium, quod cum discordia proximi offertur? Vnde recte dicitur: Vt non circunueniamur à satana, *non enim ignoramus cogitationes eius*. Quia uidelicet inde in alterius corde rixae malum solet īmittere, unde in alterum cōspicit pietatis negocium fecisse. Imperfectum. n. bonū est quod sic agitur, ut quid ei ex alio latere malum subrepat, nō attendatur, nisi forte hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit nō fecisse. Iure ergo malum discordiae in bona actione sua praecauens Apostolus, ut nō circunueniamur, inquit, à satana. Qui. s. solet de bonis mala generare, & hoc quod per charitatē agitur, ad discordiam trahere. Potest hoc & de alio sic ītelligi. Dixi ut in praedicto poenitente cōfirmetis charitatem, sed hoc libenter debetis propter me facere, q̃a ego propter uos similia feci. Quia si alicui reo donastis. i. cōdonastis aliqd culpae, & ego pro uobis simil̄r feci. Ideoq; iustū est ut & uos huic p̄ me ignoscatis. Nā & ego qd donaui, si cui aliqd pc̄t̄m̄ dōaui, pp uos hoc feci, id est, p̄cibus uestris annuēs. Hoc dicto grauat illos. Quia si magister petentib⁹ donauit discipulis cui uoluerunt, peccatū, quanto magis obedire debent discipuli magistro, ut ei B

C donēt cui rogat ipse? Et ut ratum ei cui donauit, ostēderet apud deū, ait in persona Christi se donasse quod donauit. i. uice Christi qui ait, Quorum remiseritis peccata, remittunt eis. Si ergo huic pro quo petierunt apostolū, ipse pro Christo ignouit, quanto magis illi ignoscendū erat, cui ut donēt, & ipse hortatur? Donate, inquit, sicut ego donaui, ne per discordiam circunueniamur à satana: qm̄ si causa uestri non donarem et uos causa mei, iā inter nos discordia fieret, & mutua charitas deperiret, & sic noster aduersarius uictor exultaret. Non enim ignoramus, q̄ callide mala contra nos incessanter exquirat.

Ioan. 20.

*Cum uenissem autem Troadē propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem spiritui meo, eo quòd nō inuenerim Titum fratrem meum, sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestāt per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt alijs quidem odor mortis in mortem, alijs aūt odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus, sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex synceritate, sicut ex Deo, coràm Deo in Christo loquimur.*

Narrat Corinthijs q̄ passus sit, & q̄uo in in cunctis Deo grās agat, ut sub exemplo sui illos ꝓuocet ad certandū. In Asia, inqt, passus sum grauissimam (ut supradixi) tribulationem. Sed & *cum uenissem Troadem*, non quieui. Vel ita: Non solum propter prædictas causas non ueni. s. ut non ueniendo parcerem uobis, & ne tristitiam super tristitiam haberem: sed etiam ideo, quia Titum quem miseram ad uos, ut renūciaret mihi si essetis correcti, cum Troadem uenissem non inueni, sicut illic disposueram: ideóq; nihil sciens de correctione uestra, non potui ad uos uenire. Sed & alijs graue damnum incorre- D ctio uestra fecit, qm̄ ego Troadensibus parum proficere sine Tito potui, quem uestra incorrectio detinebat. Sicut. n. uestra culpa fuit, q̄ non ueni Corinthum: sic q̄ non profeci in Troade, dum apud uos īpeditus moraretur Titus, sine quo non poteram ibi ꝑficere. Et hoc est: Veni (inquit) Troadem, quę prius Troia uocabatur, ut euangelium Christi in Asia prædicarem. *Cumq́; mihi ostium apertum esset in domino*. i. plurimi crediderunt, siue per signa atq; uirtutes, quę in me operabatur Deus, spes esset si dei nascētis, & in domino succresceētis, *non habui requiem spiritui meo*. i. speratam consolationem inuenire nō potui eo *quòd Titum non inuenerim*, sicut ante condixeramus. Ostium. n. appellatur aditus uel opportunitas prędicandi, siue quia Deus aperuit corda eorum quibus ille prædicabat: & ut beatus Hieronymus loquitur, cum Apostolus haberet sanctarum scientiam scripturarum, & sermonis diuersarumq́; linguarum gratiam possideret, diuinorum sensuum maiestatem non poterat Græci eloquij digno explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut beatus Petrus Marcum. Et ideo cōtristatus est, quia prædicationis suæ fistulam organumq́;, per quod Christo caneret, in præsenti non inuenerat. Est & alia fortasse probabilior causa, cur Titum abesse doluerit, qa solus non poterat & fideles īstruere, & perstrepentibus īcredulis repugnare. Quāuis. n. quidam eorū aperuissent corda sua ad suscipiendū Dei uerbum, impudentia tamen īfidelium nō minima exurgebat in apostolum zelo credentium. Et hæc ab uno impleri non poterāt, ut & credentes instrueret, & infidelibus resisteret, ideóq; labor erat intolerabilis, cum deesset solatium Titi. Et idcirco recessit īde, ualefaciens

Locus obscurus.

A ualefaciens eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus euãgelizanti apertum est ostium. Et hoc est, nõ habui requiem spiritui meo. i. nõ potui satisfacere uoluntati meæ, qa ibi sicut sperabam non inueni Titum, qui ibi necessarius erat, quoniam ipse lingua eorum fortassis expressius uti poterat: *sed ualefaciens eis* qui erant cõuersi *profectus sum in Macedoniam*, si forte uel ibi Titum inuenirem, ut haberem interpretationis euangelijq́ solatiũ. Ego illuc perrexi, & ibi quoq; multa pertuli. Sed *Deo gratias* ago, qui non finit nos deficere, sed *semper triumphat nos in Christo*, id est, triũphare nos facit. Vel triumphat de nobis, siue triumphum suum per nos agit. *&* *odorem*, id est, bonam famam notitiæ suæ per nos ubiq; spargit. Apostolus multa perpessus aduersa, grãs agit Deo in Christo Iesu, quem gentibus prędicabat, quod dignũ se elegerit triumpho filij sui. Triumphus Dei est passio martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, et iter tormenta lætitia. Cum. n. quis uiderit tanta perseuerantia stare martyres atq; torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei dissemina tur in gentes, & sibi tacita loquitur cogitatio, qđ nisi uerum esset euangelium, nunq̃ sanguine defenderet̃. Hoc etiam est Deum apl'os triumphare in Christo, uictores illos facere in fide Christi, ut calcata pfidia, trophæum habeat fides, dũ ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli nõ pro ficiũt in persequendo fideles. Odor autem notitiæ Dei per signa & prodigia manifestat̃, dum uera esse prædicatio Dei uirtutis testimonio cõprobatur. Quæ scilicet prædicatio per odorẽ designatur, qa cum Deus non uideatur per hæc quæ uisibiliter operat̃, in apostolis esse intelligitur, ut ueritas doctrinæ manifestet̃. Sicut. n. quædam res cũ non uideantur, per odorem tamen agnoscũtur, B ita & Deus qui inuisibilis est, p euãgelicam prędicationem uoluit agnosci, quę ĩuisibil'r ad aures, sicut odor ad nares peruenit. Et notandum qa hucusq; locutus est de suis tribulationibus, & cur Corinthum non uenerit. Hinc uero incipit se cõmendare et pseudoapostolos deprimere. Et quicqd nunc dicit de se, totum ab illis est remouendũ. Odorem, inqr, id est, suauem famam *notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*, id est, ubicunq; prædicamus: *quia sumus odor Christi bonus* & suauis Deo, etsi nõ ita uobis. Odor Christi, id est, puritas nostræ cõuersationis Christum redolet, & prædicationis nostræ longe lateq; spirat fragrantia. Et sumus odor bonus *in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt.* Nam quia homines suo arbitrio derelicti sunt, neq; enim bonũ necessitate faciunt, sed uoluntate, ut credentes coronam accipiant, et increduli supplicijs mancipentur: ideo noster odor qui per se bonus est, uirtute eorũ & uitio q suscipiũt, siue nõ suscipiunt, in uitam trãsit aut mortẽ: ut qui crediderint, salui fiant: & q nõ crediderint, pereant. Nec mirũ, cum & solis radios tam munda loco excipiãt q̃ ĩmunda, & sic in floribus ut in stercore luceant, nec tñ polluantur inde radij solis. Ita & Christi bon⁹ odor, qui nunq̃ mutari potest nec suã naturam amittere, credẽtibus uita est, incredulis mors. Bonus Xpi odor, prædicatio ueritatis est. Quem odorem in uitã capit, qui euangelio moribus bonis seruit et congruit. Mortem incurrit, cuius ab his quæ bene loquit̃, uita dissentit. Quæ conditio etiã auditores adstrĩgit, cũ recta prædicatio ab alijs p incredulitatẽ audi tur in mortẽ, ab alijs per fidẽ suscipitur in salutem. Bonus, inqt, odor, sumus, & hor respectu qui ide saluantur, & hor qui contẽnentes pereũt,

C quia bona intentione facimus. Siue enim cõſideraueriis ſaluatos prædicatione noſtra, ſiue perditos cõtemptu eius, nos tñ Deo ſemp uidemur bonus odor, qm̃ ipſe uidet intentionem noſtram .i. quid intẽdamus dũ loquimur, ſcilicet quia intendimus ut omnes auditores ſalui fiant, non ut aliqui ex illis pereant: & idcirco ſumus Deo bonus odor. Sed hominibus *alijs quidem* uidemur *odor mortis*, qa p̃dicam⁹ crucẽ .i. miniſtri mortis ęſtimamur: *alijs autẽ odor uitæ* credimur .i. odor ſpirãs uitã p ſaluatoris p̃dicationẽ. Et utriſq; fit iuxta qđ æſtimãt. Nã qb⁹ æſtimamur odor mortis, æſtimatio hęc uertit̃ eis in ęternã mortẽ: & qbus uidemur odor uitæ, fides eoꝝ ducit eos *in uitam* æternam. Hęc ita De⁹ p nos opat̃. *Et ad hæc quis est tam idoneus*, ut intelligat qũo facit Deus miris modis, ut bono odore & boni uiuant, & mali moriantur? Paulum apoſtolum bene agentem, bene uiuentem, iuſticiam uerbo prędicantem, opere demõſtrantem, doctorem mirabilem, fidelem diſpenſatorem, fama uſquequaq; diſſeminabat. Quidã diligebant, qdam inuidebant. Illi q diligebãt, bono odore uiuebãt. illi q iuidebãt, bono odore peribãt. Iõ pereũtibus nõ malus odor, ſed bonus erat. Inde .n. magis iuidebãt, qa tã bona gr̃a p̃ualebat. Nemo .n. inuidet miſero. Erat .n. glorioſus in prædicatione uerbi Dei, & uiuẽs ſcd̃m regulam pręceptoꝝ Dei. Et diligebant eum, qui in illo diligebant bonũ (quem ſequebant̃) odorẽ. Alij aũt quanto magis ei inuidebant in gloria pręedicationis & in uita inculpabili, tanto magis inuidia torquebantur & occidebãtur bono odore. Quiſq; .n. inuidet glioſæ famæ xp̃i uel alicuius ſancti, bono odore moritur: qui aũt diligit eam, bono odore uiuit. Quia ergo difficile eſt intelligere, qua ratione quis bono odore pereat, uel qa occultis Dei iudicijs, D quæ in hac uita ab hoĩbus comprehendi non poſſunt, agitur ut eodem bono odore alij uiuãt et alij moriantur, recte dicitur: Et ad hæc qs tam idoneus? Acsi dicatur: Idonei qdem ſumus ad hęc cõſideranda qa fiant, ſed idonei non ſumus ad hæc inueſtiganda cur fiant. Quis eſt tam idoneus ad hæc diſcutienda, ut iueniat cur ita fiant? Vel qs eſt tam idoneus ad hæc ĩtelligẽda, ut cognoſcat qũo bonus odor alios uegetat, & alios necat? Id eſt, qs eſt idoneus intelligere q̃ iuſte fiat qđ dñs ait. Ego ueni *Ioan. 9.* ut qui nõ uident, uideant: & qui uident, cæci fiant? Ipſa eſt .n. altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ Dei, qua facit ex eadem maſſa, aliud uas in honorẽ, aliud in cõtumeliam. Vere (inqt) bo *Roma. 9.* nus odor ſumus Deo, qa nõ ſumus adulterantes uerbum Dei .i. falſa illi admiſcentes, & pro uoluptate, non pro gignẽda prole ſemen uerbi fundentes. Vel contra falſos apoſtolos & contra mercenarios dicit, & ad hæc qs tam idoneus? Id eſt, ad hæc quæ per uos Deus agit, qs eſt tam idoneus ut uos? Difficile .n. dignus præco uirtutum Chriſti inueniri poteſt, qui in annũciandis illis nõ ſuã, ſed eius gloriam quærat: nec ſua lu- *Nota.* cra, ſed dñica cogitet. Et uere nullus præter nos eſt ad hæc tam idoneus. *Non enim ſumus adulterantes uerbum Dei, ſicut plurimi* .i. ſicut pſeudoapoſtoli & mercenarij, qui uel corrũpunt admiſtione falſitatis ſenſum diuinæ prædicationis, uel ex ea quærũt uoluptatem lucri carnalis, *ſed ex ſynceritate* .i. ex ſyncera intentione, non pro quęſtu loqmur, & *ſicut ex Deo* habentes quicqd dicimus, *corãm Deo loquimur*, id eſt, illi ſoli, & nõ hominibus placere ex noſtra locutione quærimus: & loquimur *in Chriſto*, nunq̃ excedentes, ut pſeudo, qui de legali obſeruantia & ſeculi philoſophia cũ euãgelio Chri

A sti loquebantur. Adulter in carnali coitu, non plem, sed uoluptatẽ quærit. Et peruersus qsq ac uanæ gloriæ seruiens, recte adulterare uerbũ Dei dicitur: qa per sacrum eloquiũ non Deo filios gignere, sed suã scientiam desiderat ostentare. Quem.n.libido gloriæ ad loquẽdũ trahit, uoluptati magis q̃ generationi opam impendit. Adulterare nanq uerbum Dei, est aut aliter de illo sentire quàm est, aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fœtus qrere laudis humanæ. Ex synceritate uero loqui, est nihil in eloquio extra quod oportet quærere. Sicut ex Deo aũt loqtur, q scit nõ se à se habere, sed ex Deo uero accepisse qđ dicit. Coràm Deo loqtur, qui in omni qđ dicit, non humanos fauores appetit, sed omnipotentis Dei præsentię intendit: nec suam, sed authoris gloriam requirit. Et in Christo loquit, cuius sermo totus in Christi ueritate persistit ut nec mendax sit, nec aliud q̃ Xp̃m prædicet. Qui aũt scit qdem ex Deo se accepisse quod dicit, & tamen dicendo propriam gloriam quærit, sicut ex Deo loquitur, sed nõ coràm Deo: qa eum quem cordi suo non proponit, cum prædicat, quasi absentem putat. Sed sancti uiri & ex Deo loquunt, & coràm Deo, qa ab eo se sciunt habere quod dicũt, & ipsum suis sermonibus adesse iudicem auditoremq cõsiderant. Potest et mysterium trinitatis in huius capituli fine monstrari. Ex Deo.i.ex spiritu sancto, coràm Deo patre in Christo loquimur.

Nota.

CAPVT III.

1 *Incipimus iterum nosmetipsos cõmendare? Aut nũquid egemus (sicut quidam) cõmendatitijs epistolis ad nos, aut ex nobis? Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniã epistola estis Xp̃i, ministrata à nobis & scripta nõ atramẽto, sed spiritu Dei uiui non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*

Quia sciebat sinistre accipere eos B suam cõmendationem etiam in prima epistola, quasi suam gloriã quæreret, incipit contra opinionem eoꝝ loqui. Nam pseudoapostoli hoc in eo reprehendebant, qđ se cõmendabat, & qđ bona quæ Deus in eo posuerat, alijs annũciabat, atq inde superbum & inani gloriæ studentem asserebãt. Et propterea nunc ipse demonstrat, qđ commendatio sua nõ ad se cõmendandum spectet, sed ad illũ solũ, cuius est minister idoneus, & hoc est qđ increpatiue per interrogationem, uel per ironiam dicit: *Incipimus iterum* sicut in prima epistola *commendare nosmetipsos*, non Deum? Incipimus quasi semp in hoc noui, nosipsos rursum cõmendare, dum dicimus qa Xp̃i bonus odor sum⁹ &c. Quasi dicat: Commendamus qdem nos et in hac epistola sicut in prima, sed non nosmetipsos: quia in nostra commendatione illum maxime cõmendamus, ad cuius gloriam cũcta referimus. Non ergo carnaliter, sed spũaliter nos cõmendamus ad profectũ uestræ salutis, ut hoc de nobis credatis qđ est: qa qui de bono male sentit, peccat. Et uobis expedit ut nos cognoscatis, qa tũc dicta nostra libenter suscipietis, & sic ad salutẽ peruenietis. Ac propterea cõmendatio uobis potius proficit. Nõ enim nos propter nos cõmendamus, sicut pseudoapostoli, qui propriam gloriam & propria lucra quærẽtes, seipsos commendant. *Aut nunquid egemus commendatitijs epistolis* missis ab alijs fidelibus *ad nos, aut ex nobis* ad alios, *sicut quidã*, id est, sicut pseudo, quos nulla propria uirtus aut sapientia commendat? Ipsi enim indigent ut per epistolas commendentur, dum proprij honoris & quæstus causa circueunt ecclesias, non ad tribuendã, sed ad auferendum salutem. Nos uero, quos Deus uirtute mirabilium

C operum & luce sapientiæ, quocũq; pergamus cõmendat, non opus habemus ut per epistolas hominũ alicubi commẽdemur. Nam uos estis epistola et cõmendatio nostra apud homines, hoc est, uestra fides & charitas & omne bonum qđ in uobis est, nos reddit commendabiles: quia inde laudamur, quòd per nos Deus uobis hæc omnia dedit. Epistola.n. salutis indicium est. *Epistola nostra uos estis*, in quibus scientia & uita nostra repræsentatur aliis. Epistola nostra. dico, *scripta in cordibus nostris*.i.in memoria nostrę mentis posita, qa uos semper in nostro corde retinemus, & solicitudinem de salute uestra semper habemus, dum peccatorũ uestrorum correctionem desideramus, & processum in melius ac perseuerantiam in bono uobis semper optam⁹, quæ scilicet epistola *scitur & legitur ab omnibus hominibus*. Scitur ab omnibus hominibus, id est, omnes sciunt quòd per nos estis instituti: & legitur, id est, ĩ uobis discũt nos imitari. Sicq; fit ut scientia & lectione huius epistolæ, id est, notitia & consideratione bonæ conuersationis uestræ, nos efficiamur cõmendabiles omnibus. Dixi quia estis epistola nostra, uos dico, manifestati omnibus *quoniam epistola Christi estis, ministrata à nobis*. Omnibus.n. manifestum est, uos Christo per ministerium nostrum credidisse, confirmanti doctrinã nostram per uirtutes. Et ita principaliter estis epistola Christi, secundario nostra, quia ipse principaliter uos scripsit, nos secũdario, id est, per ministeriũ nostrũ ipse scripsit in uobis fidem, spem et charitatem ac reliqua bona. Vos estis epistola *scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui*.i. qđ estis repræsentatio Christi et nostra, firmiter scriptũ est in cordibus nostris, non delebiliter, ut qđ atramẽto scribit. Nõ atramento scriptum est, id est, non ita ut possit deleri, sicut ea quæ atramento scribũtur, sed spiritu Dei uiui, id est, ut æternaliter & uiuaciter in cordibus nostris aut uestris ꝑmaneat, sicut ille qui scripsit, uiuit et ęternus est. Quoniam ęterna sunt quę nobis ꝓmissa sunt, idcirco Dei spiritu qui semper est, dicitur scripta hęc epistola. Temporalia autem atramẽto scribunt, & qđ obliteratur et perdit memoriam. Vel non atramento, id est, nõ tetris notis est scripta, sicut pseudo scribũt, qui hæreses ĩterserũt, sed luce spũs sancti, *non in tabulis lapideis*, ut antiqua lex, *sed in tabulis cordis carnalibus*. Ibi enim in tabulis lapideis digitus Dei.i. spiritus sanctus operatus est, hic in cordibus hominũ. Ibi lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrerentur: hîc intrinsecus data est, qua iustificarentur. Illud enim extra hominem scribitur, ut eum forinsecus terrificet: hoc in ipso homine, ut eũ intrinsecus iustificet. Carnales uero tabulas cordis dixi, nõ carnalis prudentiæ, sed tanq̃ uiuentis, sensumq; habentis, in comparatione lapidis qui sine sensu est. Respexit enim ad illud qđ Deus per prophetam promiserat, Auferam cor lapideũ de carne uestra, et dabo cor carneum. Cor nanq; carneum à corde lapideo uoluit ita sentiente discerni, & per uitam sentientem significauit intelligentem. Nõ ergo propterea dictum est, in tabulis cordis carnalibus ut carnaliter uiuatis, qui debetis spiritaliter uiuere. Sed qa lapis sine sensu est, cui comparatũ est cor durũ, cui nisi carni sentiẽti cor intelligens debuit comparari, quãdoqdem ipsum cor lapideum, non significat nisi durissimam uoluntatem & aduersus Deum omnino inflexibilem. Iudæi enim in lapideis tabulis legẽ acceperunt, ad significandã duritiã cordis eorum erga dilectionem Dei & intelligentiam: qa neq; Deum erãt amaturi

Exo. 8.
Exo. 31.
Ezec. 11.

D

A ri, neq; legem ipsam intellecturi. Per lapideas enim tabulas, dura & isensibilia corda eorum designata sunt. Per tabulas uero cordis, mentes dilatatę charitatis latitudine. Vnde & carnales dicunt.i. molles & sentientes, & affectum dilectionis uel bene agendi habentes. Caro.n. animata sentit, et affectum habet circa illud qd' tangit, ut per cor habeamus intellectū, & per carnem dilectionis affectum. Itaq; spiritus sanctus scripsit epistolam nostrā in tabulis cordis carnalibus.i. sic in uobis pręcepta sua posuit, ut daret uobis facultatē ad intelligēdum, & affectum dilectionis ad complendum.

Hebr. 4. *Fiduciam autem talem habemus per Christū ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est.*

Postq; ostendit quare non eget cōmendatitijs epistolis, respōdet ad illud quod pręmiserat, scilicet qa non cōmendat seipsum, sed Deum à quo habet omnia. Quasi dicat: Diximus quia Deus per nos semp triūphat, & odorem notitię suę per nos ubiq; manifestat, & quia Christi bonus odor sumus Deo. Et quòd tam fiducialiter hęc & his similia loquimur, non ad cōmendationem nostram facimus, quasi de nostris uiribus gloriantes, & ad nos ista referentes, sed talem ac tantam *fiduciam habemus*.i. referimus *ad Deum* à quo nobis est datum quicqd boni habemus. Vel ita continuatur ad proximum, Epistola Christi & nostra estis. Sed fiduciam dicendi talia, nō ad nos, sed ad Deum referimus. Nam ex puritate conscientiæ habemus talē fiduciam ad Deum, id est, cōfidimus quod ei placet quia sic loquimur: & habemus eam *per Christū* mediatorem, per quem nobis hæc potestas est data. Sed nihil uiribus nostris adscribimus. Habemus enim apud Deum mediatore Christo magnam fiduciam, sed *non ita quòd simus sufficientes* saltem *cogitare aliquid* boni quod sit *à nobis*.i. à nostra parte ueniens, *quasi ex nobis* initium habens, *sed* potius omnis *sufficientia nostra* ad bene cogitandū & agēdum *ex Deo* nobis est. Et hinc cognoscimus qa nihil sumus, nisi misericordia et gratia Dei regamur. Attendant hæc uerba, qui putāt ex nobis esse fidei cœptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Quis.n. non uideat prius esse cogitare quā credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo non sufficiamus cogitare boni aliquid ex nobis, profecto nec credere sufficimus, quod sine cogitatione nō possumus: sed sufficiētia nostra, qua & credere incipiamus, ex Deo est. Cogitantes credimus, cogitātes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus. Quod autē attinet, & ad pietatis uiam & uerum Dei cultum, non sufficimus uel cogitare aliqd à nobis quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex Deo. Nō enim est ex potestate nostra cor nostrū & cogitationes nostræ. Hæc idcirco loquit Apostolus, ut ostēdat se suosq; socios nihil sua uirtute uel prudētia facere, cū utiq; tam pauci homines & idiotæ nunq; sine Dei gratia cooperante totum mundum ad fidem cōuertere potuissent. Ob hoc etiam ista præmisit, neqd sibi arrogare uideretur, ubi dicturus erat tanto maius se ministeriū suscepisse q; Moyses, quanto maius est nouum testamentum q; uetus. Nam subiungit: B Nota.

*Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nō litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat.*

Et incipit se nunc alio modo q; superius commendare, ut & pseudo apostolos deformet, innuēs eos esse ministros ueteris testamenti, dum ostendit se ministrum esse noui. Suf

C ficientia nostra ex Deo est. *Qui & intantum nos sublimauit, ut idoneos ministros noui testamenti* nos faceret, id est, ut per nos scientiæ & uitę perfectione decoros, ministraret alijs nouum testamẽtum. Nouus enim liquor in uasa noua mittendus erat, unde sine acredine propinaretur. Testamenti dico, existentis *non in litera* tãtum docente, *sed in spiritu* adiuuante, qui per nos à Deo tribuitur. Non alia nunc intelligitur litera, quàm ipse decalogus in illis duabus tabulis scriptus. Spiritus autem ĩtelligi potest lex fidei, quæ non scribitur, sed animo continetur. Ideo non in litera, sed in spiritu per nos ministratur nouum testamentum, quia *litera occidit, spiritus autem uiuificat.* Litera occidit, dum facit sciẽter peccare, & addit præuaricationẽ & magis incitat: sed spiritus uiuificat, dũ facit implere quæ iussa sunt. Litera enim prohibẽs peccatum, nõ uiuificat hominem, sed potius occidit augendo cõcupiscentiam, & iniquitatem pręuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legẽ fidei, quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in corde per spiritum sanctum. Nam lex, quando non adiuuat gratia, præuaricatores facit, & tantũmodo in litera est. Accedat ergo ad literam spiritus, non occidit litera quam uiuificat spiritus. Non igitur putemus dãnatam uel reprehensam esse literam, quia dictum est, Litera occidit. Hoc est enim, Litera reos facit. Nam & hac locutione dictum est, Sciẽtia inflat. Quid est, sciẽtia inflat? Scientia dãnata est? Absit. Sed quoniam adiunxit, charitas uero ædificat, quomodo & nũc adiunxit, spiritus autẽ uiuificat, dedit intelligi, litera sine spiritu occidit, spiritus uiuificat & impleri literam facit. Sic scientia sine charitate inflat, charitas uero cum scientia ædificat. Itaque litera sola prohibens malum & imperans bonum, occidit aĩas eorum D qui præuaricantur illam. Spũs aũt, qui per noui testamẽti grãm est in cordib*us* fideliũ, uiuificat in pñsenti aĩas eorũ iustificando illas & in futuro corpora quoque cum aĩabus perpetualiter uiuere faciet. Vel lucra carnaliter ĩtellecta occidit aĩam. Cauendũ est enim, ne figurata locutio ad literam accipiatur. Cum enim figurate dictum sic accipitur, tanquam proprie dictũ sit, carnaliter sapit. Neque ulla mors animæ congruentius appellatur, quàm cum id etiam quod in ea bestijs antecellit, hoc est, intelligentia, carni subijcitur sequendo literã. Qui enim sequitur literam, translata uerba sicut propria tenet: neque illud quod proprio uerbo significat, refert ad significationem: sed cũ sabbatũ audierit, uerbi gratia, non intelligit nisi unum diem de septem, qui continuo uolumine repetuntur: & cum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud, quod fieri de uictimis pecorũ uel terrenis fructibus solet. Ea demum est miserabilis aĩæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturã corpoream oculum mentis ad hauriendũ æternum lumen leuare non posse. Spũs aũt uiuificat & liberat, quia ĩtus docet aĩam, quatenus ea quæ audit, intelligere debeat.

Matt. 9. | Marc. 2. | Luc. 5. | Nota. | 1. Cor. 8. | Exo. 34.

*Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut nõ possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.*

Nos (inquit) sumus ministri noui testamenti, et hæc ministratio erit in gloria perenni. Atque hoc probat per minus. i. per uetus testamentum, quod olim fuit in gloria. Quasi dicat. Nos in spiritu, non in litera nouum ministramus, ubi per spiritum uiuificantur cultores. *Quòd*, id est, *sed si ministra*

A tio mortis, id est, lex cuius litera occidit, *fuit in gloria* Moysi ministro suo, *quomodo ministratio spiritus*, id est, nouum testamentum quod in spiritu ministratur: & in quo spiritus datur, *non multo magis erit* uobis *in gloria*? Lex quidem sancta, & mãdatum iustum & sanctum & bonum. Et tamen qa de ipso bono interficit inobediens anima, ubi non adiuuat Dei gratia, ministratio mortis facta est lex in ueteri testamento ꝑpter occidentem literam, & ministratio uitę facta est gratia in nouo propter uiuificantē spiritum. Distinguitur ergo lex à gratia, eo ꝙ sub illa elidantur elati, sub ista erigantur elisi: & quod illa intãtum bona sit ut bona iubeat, hæc intantum ut bona conferat: illa iustitiæ faciat auditorem, ista factorē. Et ideo sub illa peccator, insuper etiam prævaricator, amissa excusatione ignorantiæ conuictus iacet: sub ista uero & parcente et opitulãte, nec qui mala est operatus, extinguitur: & ut bona operetur, accenditur. Quid ergo mirũ est si illa dicta est ministratio mortis, ubi litera occidit, malũ prohibendo qđ fit, & bonum imperando quod nõ fit, ista uero dicta est ministratio spiritus, utiq; uiuificantis, nisi ut à prævaricationis morte surgamus, & iustitiam nõ rei legamus in tabulis, sed liberi in cordibus & in moribus habeamus? Ad Iudæos enim dicta est lex ministratio mortis, ad quos & in lapidibus scripta est ad eoꝝ duritiam figurandã, non ad eos qui legem per charitatem implent. Fuit.n. *literis deformata*.i. euidenter descripta, ut bene posset legi *in lapidibus* duarum tabularum, ut & parenter agnosceretur, & duritiam cordis eoꝝ cõuinceret. Et hæc ministratio licet esset mortis.i. per Moysen ministrata, ꝗbuis præuaricatoribus esset causa mortis, tamē *ita* ministro Moysi fuit in gloria, *ut filij Israel nõ possent* aciem uisus sui *intẽdere in faciẽ* eius B *propter gloriam uultus eius*, quã acceperat ex colloquio dñi. Non poterãt aspicere splendorem uultus eius, cũ descendisset de monte, portans legē in tabulis quas à dño susceperat, qa et reatus uituli retũdebat uisum eorũ, ne gloriosam iusti faciem manifeste cõspicerent. Vbi et significatum est, qa spiritalem sensum legis nõ erant uisuri. Facies.n. Moysi splendida figuram habebat ueritatis, *quæ figura euacuatur* per manifestationem ueritatis.i. uisibilis gloria legis euacuatur per gl̃iam euangelij. Ita.n. euacuaꝸ, ut proficiat, sicut īfantia euacuatur in iuuentute, et semen in fructu. Euacuatur ergo Moysi gloria, qm̃ oēs umbræ significantes euacuanꝸ, cum res quę significatur, aduenerit. Quēadmodum.n. scientia quæ nunc est, euacuabitur, cũ uenerit illa quæ erit facie ad faciem: sic & ista quę in umbris tradita erant Iudæis in ueteri testamento, necesse fuit euacuari reuelatione noui testamenti. Gloria quã Moyses habuit, euacuaꝸ nunc in ministris illius legis, ne pseudoapl̃i q carnales eiꝰ obseruantias adhuc ꝑdicant, gloriæ Moysi participes fiant. Quãdiu.n. carnales istæ obseruationes statum habuerũt, ministri eaꝝ quãdam gloriam et reuerentiam inde habuerunt. At postq; carnali spiritalis obseruantia successit, gloria ministroꝝ carnaliũ euanuit. Sed & in ipso Moyse non semꝑ hæc gloria ꝑmansit. Itaq; si ministratio mortis fuit Moysi in tanta gloria, qũo non multo magis erit nobis in gl̃ia ministratio spũs.i. testm̃ nouum qđ ministramus, in quo fides impetrat spiritum uiuificatorē? Erit utiq; nobis in gloria multo magis ꝙ uetus fuit Moysi. Splendor.n. in facie Moysi tanq; in facie carnali & mortali diuturnus aut æternus esse non potuit, qa uel morte ablatꝰ est. Splēdor au-

Roma. 7.

Nota.

Exo. 34.

1. Cor. 13.

C tem gloriæ domini nostri Iesu Christi, cuius participes erimus, sempiternus. Nam sicut promissiones testamenti ueteris fuerunt temporales. i. temporalia bona pollicentes, ita & Moysi gloria temporalis. Et sicut promissiones testamenti noui quod per nos ministratur, sunt æternæ, sic & gloria quam pro ministerio hoc sumus percepturi in Christo, est æterna. Vere ministratio spiritus erit nobis in maxima & permanenti gloria. *Nam si ministratio damnationis*, id est, lex quæ dānat præuaricatores ut statim perimantur, non reseruans eos ad pœnitentiam, est Moysi *in gloria*, tunc *ministerium iustitiæ*, id est, nouum testamentum quod per nos ministratur, in quo per fidem & spiritū sanctum datur uera iustitia, *multo magis abūdat in gloria*, id est, multo abundantiorem gloriā dat nobis ministris suis. Illa. n. gloria (sicut diximus) tēporalis est, hæc autem æterna: illa terrena, hæc cœlestis. Vel in se ipso habet nouū testamētum maiorem gloriam quam uetus, quia maior gloria est peccatorem iustificare quam damnare. Quamuis enim iuste damnet, tamen ad laudem magis proficit, si indulgeat ut possit se reus corrigere & ad iustitiam resurgere.

*Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriā est, multo magis quod manet, in gloria est.*

Vere nouum testamentum habet maiorem gloriam. Nam in eius comparatione gloria Moysi nec gloria est. Et hoc est: *Nam quod claruit*, id est, facies Moysi quæ radium claritatis emisit ut cornuta uideretur, *nec glorificatum est in hac parte*, id est, nec gloriam habuit in hac consideratione noui testamēti, *propter excellentem gloriam* quæ ibi est. Nō est glorificatum, quia non habuit fructū gloriæ. Quando enim gloria uultus eius nulli profuit, sed magis obfuit, licet non suo, sed peccantium uitio, tamen in hac parte D gloria non est. Illa autem magis est gloria, quæ abundat in gratia, ut purificati homines dono Dei, abstersa mentis caligine, possint uidere gloriam Christi. Excellentior enim est noui testamēti gloria, in quo gratia supereminet & misericordia. Et ad cōparationē gloriæ euangelij obumbratur gloria legis ut nec esse uideatur, sicut ortu solis cæcatur lumen lucernæ, quod antea uidebatur magnum habere fulgorem. Vere supereminet gloria noui. Quia si uetus testamentum *quod* secundum carnales obseruantias *euacuatur, est per gloriā* uultus Moysi ministratū & receptum, sine qua non cōmendaretur: *multo magis* nouum *quod manet*, id est, cui non succedit aliud, *est in gloria*. Per gloriā enim Moysi est illud, id est, existit suo tempore authenticum. Sed tamen euacuatur secūdum figuras in aduentu permanētis ueritatis. Ideo maior est gloria noui quàm ueteris, quia quātum interest inter figuram & ueritatem, tātum distat inter gloriam uultus Moysi & gloriā Christi. Sicut enim in uespere stellæ gloriosæ sunt, oriēte autem sole euacuatur earum claritas: ita & Moysi gloria quæ prius radiabat, euacuatur apparente gloria Christi. Vel ad ministros referenda est gloria noui testamenti. Vere nobis abūdat in gloria. Nam quod claruit, id est, facies Moysi quæ in legislatione claruit, nec glorificatum est, id est, nec etiam habuisse gloriam uidetur in hac parte, id est, respectu huius nostræ partis, propter excellentem gloriā quam de nouo testamento habemus & habituri sumus. Siue quod claruit in hac parte prædicta, id est, Moyses qui clarus & gloriosus apparuit in facie, nec glorificatum est, quātum ad nos, propter excellentē gloriā quæ nobis dabit. Nō hoc de futura Moysi glo-

A ria dicitur, sed de illa, quam uisus est habere cũ descenderet de monte. Vere excellentem gloriam ex hoc ministerio consequemur, quia manẽs est & sine imutatione perduraturũ. Nã si illud quod euacuatur.i.quod secundum umbras carnalis intelligentiæ uel obseruationis cessat, est i suo tempore per gloriam Moysi, uel (sicut in antiquis codicibus iuenitur) in gloria fuit, multo magis hoc noui testamenti ministerium, quod sine immutatione manet, est in gloria ministris suis.

Exo.34.

*Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur, & non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernum enim diem idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed usq; in hodiernum diem, cum legitur Moyses, uelamen est positum super cor eorum. Cum autem cõuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.*

Exo.34.

Ioan.4.

Quandoquidem ministeriũ noui testamenti erit nobis in permanenti gloria, *igitur nos habentes talem spem*.i.sperantes quia ex prædicatione nostra percipiemus ęternam & immensam gloriam, *multa fiducia utimur*.[in prædicatione.i.tam cõstanter pdicamus, ut neq; minis neq; uerberib⁹, nec ullis tormentorum cruciatibus ab annunciatione ueritatis taceamus, & non ita prædicamus, *sicut Moyses* quãdo *ponebat uelamen* suũ *super faciem suam*.i. non celamus sensum nostrum sicut Moyses, sed aperte dicimus, qa non prędicamus carnales obseruantias, sed potius ipsam ueritatem & ueteris testamenti significationem. Qui enim carnales obseruãtias prędicat, uelamen ponit super faciem suam, et uelamine literæ sensum interiorem operit. Nos uero faciẽ nõ uelamus, quia uobis aspectum splendoris interioris non negamus, sicut Moyses ponebat uelamen carnalium figurarum super faciem suam.i.super claram dictorum suorum spiritaliũ intelligentiam, ideo *ut filij Israel non intenderent in faciem eius*.i.nõ inspicerent spiritalem sensum eius, quia non possent sufferre propter suam imbecillitatẽ & irreligiositatẽ. Claritas enim uultus Moysi, ueritatem nouę legis quæ per carnales obseruantias designata est, significauit. Et sicut Iudæi tantam illam claritatem non potuerunt pati, nisi mitigaretur eis per oppositionem alicuius uelaminis, eodem modo perfectionem uitæ uel intelligentiæ, quæ fuit ibi significata, non sufferret imbecillitas mentis eorum, si eis ipsa ueritas noui testamẽti nudata monstraretur. Ideo per uelamen carnalium obseruationum et pmissionum obumbrara est facies ueritatis, quę tempore gratiæ fuerat reuelanda. Si.n.dicta Moysi spiritaliter intellexissent, infirmitas eorum ad tantam perfectionẽ non ascendisser, nec lippiens eorũ oculus tantam sapientiæ claritatem sustinuisset. Et si ipsa ueritas sine uelamine fuisset illis ostensa tanto damnabiliores essent, quanto maiorem iustitiæ perfectionem cognouissent, cũ nihil perfectionis in actione tenuissent. Propterea uelamine literæ texit illis Moyses faciem spiritalis intelligentiæ, ne ad hunc splendorem uultus eius intenderent, *quod* uelamen *euacuatur* nũc tempore gratiæ, ut interna pulchritudo ueritatis quæ latuerat, manifestetur. Sed pseudoapostoli qui carnales obseruantias adhuc prædicãt, nolunt ut uelamen euacuetur, sed ut ueritas semper figuris adumbretur, nec unq̃ manifestetur. Ideoq; suos auditores in umbrã ducunt, nõ ueritatis lucem illis ostendunt. Velamen quidem modo per nostras expositiones euacuatur & remouetur,

C *Sed sensus* Iudæorum *sunt obtusi*.i.hebetati, nec possunt oculis cordis aspicere fulgorem nudæ ueritatis. Quæ obtusio causa infidelitatis accidit. Ideo cõuersis ad fidem acuitur acies mẽtis ut uideant splendorem diuini luminis. Hebetati sunt oculi sensuum illorum, ne lucem spiritalem uideant. Nam *usq; in hodiernum diem*, cũ iam manifestata ueritas ubiq; refulget, *idipsum uelamen* carnalis intelligentiæ *manet in lectione ueteris testamenti*, quia cum audiunt legi scripturam illam, non intelligunt, nisi quod litera foris carnaliter sonat, & ita celatur eis sensus interiorum. Vnde et Moyses cũ ad eos loqueretur, faciem uelabat, significans quia populus ille uerba quidem legis cognosceret, sed eiusdem legis claritatem omnino non uideret. Facies enim Moysi splendida, sicut dictum est, figuram habebat ueritatis, facies Moysi Christum designabat. Sonabat uox Moysi per uelum, & facies Moysi nõ apparebat. Sic & modo Iudæis sonat uox Christi per uocem scripturarũ ueterum. Vocem loquentis audiũt, & faciem eius non uident. Personam eius gerebat Moyses, & ideo uelũ ante se ponebat quando loquebatur populo. Idipsum ergo uelamẽ usq; hodie manet in lectione ueteris testamenti, quia quandiu in lege carnalia gaudia & uoluptates & terrena bona promitti intelligunt, uelamen est positũ cõtra faciem cordis eorum, ne uideant in scripturis Christum. Idipsum uelamen quod Moyses posuit, manet adhuc in illa lectione: quia & nunc sicut ante saluatoris aduentum, abscondit eis sensum spiritalem superficies literæ carnaliter intellecta. Velamen dico, *non reuelatum* eis esse uelamen, quia neq; hoc sciunt quod sit uelamẽ, id est, neq; uel hoc animaduertũt, quod illa literalis superficies sit uelamẽtum alicuius occulti sensus quem uelet intra se. Nihil.n.ibi putant debere intelligi, nisi quod litera carnaliter sonat. Nec mirum si uelamen adhuc eis manet, ita ut nec intelligant hoc esse uelamen abscondita pulchritudinis, *quoniam in Christo*.i. in fide Christi solummodo *euacuatur*. D Euacuatur nanq; in Christo non uetus testamentum, sed uelamen eius, ut per Christum intelligatur & quasi denudetur, quod sine Christo obscurum atq; adopertum est. His quidem qui sunt in Christo, euacuatur uelamen. *Sed super cor eorum*, qui in infidelitate perdurant, *est usq; hodie uelamen positum*.i. cæcitas deprimẽs rationem eorum, *cum legitur Moyses*, quia totum carnaliter intelligunt, nec ad spiritalem sensum propter nebulam cæcitatis, quam in corde portant, aspicere possunt. Et ita duo illis obsunt, ne intelligant.i. uelamen lectionis et uelamẽ cordis. Sed *cum* aliquis eorum *fuerit ad dominum* Iesum *conuersus*, mox *auferetur ei uelamen*. Velamẽ enim aufertur, quando similitudinis & allegoriæ cooperimẽto ablato, ueritas nudatur ut possit uideri. Velamẽ quippe auferri, est carnalem scientiam legis euacuari. Conuersi nanq; intentio mutatur de uetere ad nouum testamentum, ut non iam intendat accipere carnalem, sed spiritalem felicitatem.i. ab intentione qua expectabatur in regno terreno beatitudo umbratilis & carnalis, ad intentionem qua expectatur in regno cœlesti beatitudo uerissima & spiritalis. Et sic aufertur uelamen, quo tegebãtur utilia legis arcana, dũ ab eo qui uenit ad Christum, tollitur insipientia & ignorantiæ nebula. Sed quid mirum? *Dominus* enim *est spiritus*.i. spiritus sanctus domin⁹, hoc est, suę potestatis, ualens perficere quod uult. Ac per hoc quos uult, illuminat: & quos uult, in tenebris ignorantiæ deserit. Ioan.4. Tanquam proprie uidetur filius uocari

A dominus. Sed & spiritus sanctus hoc loco dominus uocatur, cum dicit apostolus: Dominus autem spiritus est. Ne. n. quisquam arbitraretur filium significatum, et propter incorpoream substantiam dictum spiritum, secutus contexuit: *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas*. Dominus ergo est. i. nihil seruitutis habens, sed imperiali potentia omnibus dominans spiritus sanctus. Et ideo sicut dominus aufert uelamen antiquæ seruitutis ab his qui conuertuntur. Ipse spiritus, est dominus. Sed ubicunque est spiritus domini. i. idem spiritus sanctus qui est spiritus filij, ibi est mentis libertas, ut remoto seruili uelamine, possit libere mens ueritatem inspicere. Nam quia iste spiritus est dominus, & est spiritus domini, ideo per hunc dominus Iesus dedit libertatis legem, non literis utique scriptam, sed per fidem animis intimatam, non quę uisibilia doceat, sed quę inuisibilia credi suadeat, quæ animus spiritaliter colligat, non quod oculus corporaliter cernat. Sicque per hunc spiritum aufertur uelamen carnalis intelligentiæ quod est seruitutis, & dono spiritalis intelligentię tribuitur gratia libertatis. Sed & in actione semper est libertas, ubicunque spiritus iste habitat: quia facit bonum operari non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Ignorat. n. mens gratiam libertatis, quam ligat seruitus timoris. Nam qui idcirco bona facit, quia tormentorum mala meruit, uult non esse quod metuat, ut audenter illicita committat. Sed cum iste spiritus charitatem ubicunque manserit infundat, charitas uero seruilem timorem foris mittat, patet quia in quacunque mente spiritus uitæ fuerit, ibi mox libertas regnum obtinebit. Origenes quia nunc sermo apostoli ad subtiliorem & spiritalem intelligentiam prouocat auditores, & uult eos nihil carnale in lege sentire: dicit. Qui uult auferri uelamen de corde suo, conuertatur B ad dominum, non quasi ad carnem dominum: est enim & hoc: quia uerbum caro factum est, sed ad spiritum dominum. Si. n. quasi ad spiritum dominum conuertatur, de carnalibus ad spiritalia ueniet, & ad libertatem de seruitute transibit, ubi enim spiritus domini, ibi libertas. His ergo qui de carnali ad spiritalem intelligentiam prouocantur dicitur, dominus autem spiritus est, ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Potest & sic intelligi: Cum quis eorum fuerit conuersus ad dominum, qui est pater & filius & spiritus sanctus, auferetur ei uelamen carnis intelligentiæ. Ipse conuertetur de carnalitate ad dominum, qui est (ut diximus) indiuidua trinitas. Sed dominus ad quem conuertetur, est spiritus. i. incorporeus, sicut in euangelio dicitur de tota hac trinitate: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Similiter & hîc dicitur quia dominus est spiritus, ut Ioan. 4. animaduertamus quia quisquis ad eum intentionem animi conuertit, ut intelligat eum, in spiritu & ueritate oportet intelligere, non in carne & umbra, sicut uolunt facere qui tenentur sub lege. Dominus est spiritus, & spiritaliter debet intelligi, atque spiritalem dat intelligentiam. Sed ubi fuerit spiritus domini, id est, spiritalis gratia charitatis, ibi libertas est & recte intelligendi & recte faciendi.

*Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu.*

Illi quidem, quia non conuersi sunt ad dominum, qui spiritus est, habent uelamen super cor. Sed *nos omnes*, qui libertatem consecuti sumus per spiritum domini, *reuelata facie* cordis nostri. i. ab omni uelamento erroris de

A so, ne in publico dedecus suis opera rijs iferant. Omnis.n. qui male agit, *Ioan. 3.* odit lucem. Et quæ in occulto fiunt *Ephe. 5.* ab ipsis, turpe est & dicere. Hęc sunt occulta dedecoris, quæ prorsus abdicam⁹. Vel occulta dedecoris sunt, cogitationes alicuius turpis actionis, siue ea quę prauo sensu quis meditatur ad prædicandum ut auditores fallat. Ad dedecus enim & deformationē eius proficit, qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiendum corda simplicium. Hęc cōtra pseudoapostolos dicuntur, qui non habebāt reuelatam faciem, nec testamenti noui ministrationem: & si tribulatio illis accidisset, mox deficiebant. Et licet exterius faciem religionis ostenderent, interius tamen occulta dedecoris non abdicabant, sed turpia in suis cogitationibus uoluebant, & in secretis locis perpetrabant. Nec sumus, inquit, *ambulantes in astutia* i. hypocrisi, sicut prędicti pseudoapostoli, qui uidentur humiles et religiosi coràm hominibus. In astutia.n. ambulāt, dum occulta sua nō detegunt: sed imaginem sanctitatis ostendūt, dum nihil accipiunt, sed famulis suis totum dari ꝓmittūt, per quos ad usum suum omnia reditura sciunt. *neq;* sumus *adulterantes uerbum Dei* sicut illi. i. non prædicamus propter delectationem humanæ laudis uel terreni lucri, nec admistione falsitatis ueritatem corrumpimus. Hæc peruersa non agimus. *sed* sumus *commendantes nosmetipsos in manifestatione ueritatis,* qa manifestamus ueritatem, quæ fuerat operta uelamine Moysi, et ita cōmendabiles reddimus nosmetipsos sine comparatione aduersariorꝫ. Hoc est dicere: Veritas quam manifestamus, nosipsos efficit cōmendabiles. Et hoc *ad omnem conscientiam hominum,* ut conscientia eorum qui rationabiliter intelligunt, nouerit nos libenter à cunctis debere suscipi, qui tam euidenter aperimus ueritatem. B Et cōmēdatio ista fit *coràm Deo* ad laudem & placitum eius, quia ad hoc nos cōmendamus hominibus, ut uideant opera nostra bona, & glorificent non nos, sed patrem nostrum qui in cœlis est. Vel coràm Deo id agimus, quia ipse testis est nos manifestare puram ueritatē, cuius oculos nihil latet. *Matt. 5.*

*Quòd si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euāgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.*

Nos quidem reuelata facie prædicamus & ueritatem manifestamus. *Quòd.* i. sed *si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum*, non in his qui salui fiunt. Infideles.n. uel pseudoapostoli prædicationem nostram non intelligunt, fideles autem Deo reuelante cognoscunt & intelligunt. Increduli uero qui in perditionem tendunt, ea quæ dicimus uidere non possunt, quia uelamē erroris & ignorātiæ est super cor eorum. In his qui pereūt. i. in corde eorum est opertum uelamine cæcitatis ipsorū, euangelium nostræ prædicationis. In qbus pereūtibus *deus excæcauit mentes infidelium huius seculi.* Deus excæcauit mētes infideliū, qui & filium suum misit dicentem. In iudicium ueni, ut qui nō uident, uideant: & qui uidēt, cæci fiant. Excęcauit autem non malitia, sed astutia. Nō.n. est iniquitas apud eum, cui dicitur: Misericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Illuminat ergo misericordia, excæcat iudicio utiq; æquissimo, etsi occultissimo. Pręcedit enim aliquid occultum in occultis, ubi ipse agat iustissimum examē iudicij sui, ut quorundam mentes excæcentur, & quorundam illuminentur, cui uerissime dictum est: Iudicia tua abyssus multa. Deus itaq; iustus mentes infide- *Ioan. 9.* *Psal. 100.* *Psal. 35.*

C lium huius seculi excæcauit.i.ex to to cęcas fecit. Erant.n.in Adam quodāmodo cæcatæ, sed non ita, quin si uellent, creatorem suum intueri possent. Quia uero noluerunt, excæcauit eas deus, quando lucem spiritus sancti præsentem subtraxit eis, & splendorem suę uisionis occultauit. Sic excæcauit mētes eorum propter infidelitatē. Ac si diceret eis: Nisi crediderItis, nō intelligetis. Et erant huius seculi.i.non pertinebāt ad aliud seculum, ubi est perpetua lux & felicitas. Vel Deus huius seculi excęcauit mētes infideliū. Idcirco.n.Deus quem prædicāt apostoli, dicitᷓ Deus huius seculi, ne in hoc seculo ubi tot mala fiunt, putaretur aliquis alius Deus esse. Non solum.n.inuisibiles creaturas, sed etiā hoc uisibile seculū regit Deus noster, nullusqᷓ Deus est pręter eum, qui & prauorum malitia bene utitur. Qui ad hoc excæcauit mentes infidelium, *ut non fulgeat eis illuminatio euangelij*: i. ut nō uideant fulgorem euangelij, qđ illuminat mentes credentium, nec appareat eis qđ euangelium sit lux, qua fideles illustrantur. Euangelij dico, *gloriæ Christi*, quia ibi prædicatur excellentia diuinitatis, et gloria resurrectionis eius, quam nolunt infideles audire. Nam pręditationem cōtumeliæ passionis eius libenter audiūt. Pręditationem uero gloriæ resurrectionis & diuinitatis eius ueram esse non credunt. Et hoc est quod non fulget eis illuminatio euangelij glorię Christi. *Qui est imago Dei*.i. omnino per omnia simillimus patri, sicut ipse dicit. Qui uidet me, uidet & patrem. Nam qualis est iste, talis est ille. Quantus est ille, tantus & iste. Sicut ille caret initio, sic & iste. Sicut ille est æternus & incōmutabilis, sic et iste. Sicut ille Deus, sic & iste. Sicut ille creator, sic et iste. Sicut ille scit omnia & potest, sic & iste. Et quod est ille, hoc et iste. Quia ergo iste de illo est, & consubstantia D lis atqꝫ coæternus & coæqualis est illi ac per omnia similis, recte uocatᷓ eius imago. Et hanc illius gloriam prædicat euangelium, cuius illuminatio fulget mentibus credentium, incredulis autem iusto Dei iudicio absconditur. Qui enim oculos ad lucem claudunt, iustum est ut eis lux occultetur.

*Esai 7. secundum septuaginta*

*Ioan. 14.*

*Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum, nos autem seruos uestros per Iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis Dei, & non ex nobis.*

*Gene. 1.*

Necqꝫ euangeliū adulteramus, necqꝫ nosipsos cōmendamus in manifestatione ueritatis. Quia *non prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum*.i. prædicatio nostra non tendit ad gloriam nostrā uel lucra, sed ad Christi gloriā, qui est saluator & rex suorum, & cuius dominio libenter subijcimur. Non gloriam nostrā, sicut pseudoapostoli consueuerunt, denūciamus, neqꝫ nos dicat propter nosipsos euangelizare, ut gloriosi appareamus, & quæstum nobis de rebus uestris faciamus. Qui.n.propria commoda quærit, non Christum prædicat, sed se, sicut illi qui suo uentri deseruiūt. Iesum pręditamus *dominum nostrum* esse. Sed *nos* esse dicimus *seruos*.i. ministros *uestros per Iesum*, qui nobis præcepit ut uobis seruiremus in ministerio prædicationis. Cum simus ministri, dicimus nos ꝓpter humilitatem seruos, ut appareat quia non ad gloriam nostram prædicamus euangeliū, sed ad claritatē Christi: cui obedimus, dum uobis in ministerio uerbi seruimus, non ꝓpter uestrum meritum, sed ꝓpter domini pręceptum. Nos (inquam) per Iesum hoc facimus, ut uobis in ministerio pędica

A tionis seruiamus, quia & Deus per eum maiora fecit nobis. *Quoniam deus qui* in mundi constitutione *dixit.i.*uerbo suo (quod est filius eius) fecit *de tenebris lucem splendescere*, quando dixit, Fiat lux, & facta est lux, ipse est *qui illuxit in cordibus nostris*. Et qui tunc per uerbum suum in mũdo corporalem fecit lucem, ipse nunc per idem uerbum in nobis spiritalẽ dedit lucem. Non sine initio semper fuerunt tenebræ, sed cœperunt esse, ex quo confusa moles cœli esse cœpit ac terrę, antequam lux ista esset facta, qua illuminaretur quod sine luce fuerat tenebrosum. Quid autem incõueniẽs, si mundanæ materiæ fuerãt tenebrosa primordia, ut accedente luce melius, quod factum est, uideretur, & tanquam proficientis, quod postea futurum erat, hoc modo significaretur affectio? Nam sicut suum de tenebris lux uisibilis initiũ sumpsit, ita post tunc lux inuisibilis, cui dictum est. Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino. Et quis hoc fecit, nisi ille qui cum tenebræ essent sup abyssum, dixit. Fiat lux, & facta est lux? Deus ergo est, q in separatione elementorum dixit.i.uerbo suo fecit de tenebris lucem splendescere, qui illuxit.i.lumen quod ipse est lucere fecit in cordib⁹ nostris, *ad illuminationem scientiæ claritatis Dei*, id est, ad hoc, ut illuminemus alios p sciẽtiam quã habemus de claritate Dei. Hæc est.n.sciẽtia claritatis eius, qua scimus ipsum esse lumen quo tenebræ nostræ illuminantur, ut qui aliquando fuimus increduli in ignorãtia.i.in tenebris, nunc exhibeamus lumen aliĵs. Quod.n.de tenebris lucem fecit, hoc significauit, quia eos qui in regione dissimilitudinis per ignorantiam abierant, et in tenebris positi erãt, illos illuminaret, illis uerbum prędicationis cõmitteret, et ita de tenebris lucem splendescere faceret. Illuxit ergo in cordibus nostris, B ut & nos luceamus uobis, ad hoc ut percipiatis illuminationem scientiæ claritatis Dei *in facie*.i.in cognitione *Christi Iesu*, quia per faciem unusquisq; cognoscitur. Ipse nostris mentibus illuxit. Sed hunc *thesaurum* diuitiarum æternæ sapiẽtiæ *habemus in uasis fictilibus*.i.in corporibus terrenis et fragilibus. Thesaurus iste est sacramentum Dei in Christo, quod fidelibus erogatur, incredulis autem absconditur. Hunc thesaurũ quo alios ditamus, & quo signa frequẽter operamur, habemus in uasis fictilibus, id est, in terrenis corporib⁹, per quæ ipsi nos infirmamur, qui sanitatem aliĵs sæpe conferimus, *ut sublimitas* mirabilium operum nostrorum & prędicationis *sit uirtutis Dei, & non ex nobis*, id est, appareat esse ex Dei uirtute, et non ex nostris uiribus. Quod nõ ita patesceret, si thesaurus iste angelis ad erogandum cõmissus fuisset. Et idcirco infirmis hominibus est commissus ad dispẽsandum aliĵs, ut huius thesauri sublimitas.i.tãta sapiẽtia, tanta eloquentia, tanta miraculorum ostensio, tanta in tribulationibus constantia, intelligatur esse uirtutis Dei, & nõ ex nobis. Fictilia uasa significant naturæ humanæ infirmitatem, quę nihil potest, nisi à Deo acceperit uirtutem, ut ad laudẽ suã deus per infirma uasa se prædicet, ut gloria illi detur, non homini, qui ex luto fictus est.

Gene.1.

Ephe.4.

Gene.1.

Gen. 2.

*In omnibus tribulationem patimur, sed nõ angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deiĵcimur, sed non perimus.*

Inde probat nos esse idoneos ad illuminationem aliorum, & ad erogationem diuini thesauri, quia *in omnibus* locis, uel in omnibus modis *tribulationem patimur, sed non* in animo *angustiamur*.i.non tantũ opprimimur, ut pu-

C pusillanimes effecti cedamus. In omnibus tribulationũ modis affligimur, qm̃ uincula, carceres & uerbera & cætera tribulationum genera in corporibus nostris sustinemus. Sed nõ angustiamur, imo dilatamur amplio ri latitudine cordis, ut intus regnet charitas, & spatietur animæ libertas, apud se habẽs thesauri cœlestis diuitias, qbus & aliorum ditet inopiam. *Aporiamur*.i.inopiam patimur. Quia πορία græce, dicitur facultas, abundantia α uero priuatiuum est. Aporiamur.i. sine lucro efficimur. Aporia nanq; est spoliatio omnium bonorum. Aporiamur ergo.i.bonis corporalibus priuamur, *sed non destituimur*, deo necessaria nobis ministrã te. Vel aporiamur.i.laborando sudamus. Nam poros uocamus foramina, per quæ sudor exit. Et inde aporiatus.i.sudans appellatur. Aporiamur ergo.i.in labore tribulationum desudamus, sed non destituimur à Deo, qui nos cõfortat ne deficiamus. Siue aporiamur.i.quasi sine poris efficimur, hoc est, sine sudore, dum uelut frigore cõstringimur egestatis necessitate. Sed non destituimur à thesauro cœlesti, quem habemus in uasis fictilibus. *Persecutionem patimur*.i. de loco ad locum fugamur, sed nõ derelinquimur in manus inimicorum, ne satisfaciant sibi de nobis. *Deijcimur*.i. uerberibus prosterni mur, sed non perimus.i.non mortificamur. Vel non perimus.i.à cõfessione ueritatis & prædicatione non cessamus. Tũc enim fieret nostrum perire, si sicut habent dominium in carne, dominarentur & prædicationi nostræ.

*Hic uidetur aliquid deesse.*

*Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestitur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, uita autem in nobis.*

D Quid per singula numeramus ea quæ patimur? Quia *semper* sumus *circumferentes*.i. exterius & in aperto ferẽtes, & ad exemplum alijs ostendentes *in corpore nostro mortificationem Iesu*, id est, quam Iesus pro nobis sustinuit, & nobis sustinendam reliquit. Hãc in nostro corpore semper circunferimus, quoniam ad eius imitationem assiduæ carnem mortificamus, ut et alijs exemplum abstinentię, præbeamus. Quod ideo facimus, *ut & uita Iesu*, sicut nunc mortificatio.i.ut gloriosa ĩmortalitas resurrectionis manifestetur omnibus etiam inimicis *in corporibus nostris*. Ecce quomodo circunferimus mortificationem Iesu. Quia uidelicet *nos qui* per obseruationem iustitiæ intus *uiuimus, semper tradimur in mortem*, id est, in pericula mortis *propter Iesum*, quem prædicamus. Vel nos qui uiuimus, semper tradimur in mortem, id est, cum præsentem uitam habeamus & uiuere possimus, nunquam recusamus in mortem tradi propter dominum Iesum. Et hoc ideo, *ut & uita Iesu*, id est, quã ipse iã habet ex quo resurrexit, manifestetur cunctis *in nostra carne*, quæ nunc est mortalis. Et quia mortificationẽ in nostro exteriori homine circunferimus, nec in mortem propter eius nomen tradi recusamus, ut & uitæ eius participes simus, *ergo mors* qua quotidie pro saluatore morimur, non est inutilis, sed operatur magnum quid *in nobis*, id est, uitam perpetuæ felicitatis. Sed econtrario uita qua delectamini in terrenis, operatur *in nobis* mortem æternam. Increpatiue hoc dicitur. Nos huic mundo quotidie morimur, ut Deo uiuamus: uos mũdo uiuitis, ut Deo moriamini. Mors operatur, id est, dominium exercet in nobis, uos ad uolu ptates uitę tenditis.

*Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum*

A *scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum,*
Psal.115. *& nos credimus, propter quod & loquimur, scien tes quoniam qui suscitabit Iesum, & nos cum Ie su suscitabit, & cõstituet nobiscum. Omnia enim ꝑpter uos, ut gratia abundans per multos in gra tiarum actione abundet in gloriam Dei.*

Semper qdem mors in nobis operatur, sed nos fidem Christi propter quã morimur, loqui non cessamus. Et hoc est, nos *habentes eundem spiritum fi dei*, quem habuerunt prophetæ, *sicut scriptum est*, dicente Dauid: *Credidi, propter quod locutus sum, & nos* similiter *credimus, propter quod & loquimur*, id est, oris confessione fidem nostram proferimus. Eundem spiritum fidei habemus. Non ait, scientiam fidei, sed spiritum fidei. Quod ꝑpterea dixit, ut intelligeremus quia fides etiam non petita conceditur, ut ei petenti alia
Roma.10. concedantur. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderũt? Ergo spiritus gratię facit ut habeamus fidem, ut per fidẽ impetremus orando, ut possimus facere qđ iubemur. Ipsa uero fides tenuit corda præcedentium, quæ repleuit corda sequentiũ. Spiritales quippe illi patres omnipotentem Deũ trinitatem ita esse crediderunt, sicut eãdem trinitatem noui patres aperte locuti sunt. Sed & eadem fides ĩcarnationis Christi saluauit eos, qua & nos saluamur: quia sicut nos credimus eum uenisse, passum esse, resurrexisse, ita & illi crediderunt uenturum, passurũ, resurrecturũ. Tp̃a uariata sunt, non fides. Habemus. n. eundem spiritum fidei, quem habuerunt illi, sicut scriptũ est in eorũ libris. Credidi, ꝑpter quod locutus sum. i. ꝑfecte credidi. Non. n. perfecte credunt, qui qđ credunt, loqui nolunt. Ad ipsam. n. fidẽ pertinet, etiam illud credere quod di
Matth.10. ctum est: Qui me confessus fuerit corãm hominibus, confitebor & ego eũ corãm patre meo: qui autẽ me negauerit corãm hoĩbus, negabo eum corãm angelis Dei. Iure ergo nõ ait, B credidi, & locutus sum: sed ꝑ hoc dicit se locutum, ꝗa credidit. Simul enim credidit, & qđ primum loquẽdo speraret, & ꝗa pœnã tacẽdo timere deberet. Illi crediderũt, & ꝑpterea locuti sunt. Et nos credimus, ꝑpter quod & loquimur. Hæc uox præcipue martyrum est. Si. n. tantũmodo credidissent, & nõ loquerentur, non paterentur. Credendo apprehenderunt uitam, et loquendo inuenerunt mortem. Sed mortẽ, in qua corpus corruptibile seminaretur, & incorruptio meteretur. Nullo metu suppliciorũ omittimus loqui ea quæ credimus, *scientes* pro certo *quoniam qui suscitauit Iesum*, ipse etiam *nos* propter confessionem eius fidei mortuos *suscitabit cum Iesu*, ponens in eadem gloria, *& constituet* nos in illa regione uiuentium, ut ultra non moriamur. Atq; *uobiscum* nos ibi cõstituet, ut qui unã fidẽ habemus, in uno regno simus. Nos uobiscum, non uos nobiscum, ut nõ inferiores, sed pares nobis sitis, si uolueritis. Et recte de uobis hoc asserimus. Nam *omnia propter uos* instruendos facimus, id est, quicqd loquimur & quicquid patimur, pro salute uestra totũ agimus, ut exemplo nostro uos ad similia prouocemus, & ad cœnã Dei perducamus. Et ita spectant ad uos omnia quæ facimus, *ut gratia Dei abundans* in nobis *abundet per multos*, id est, per uos, & per alios longe lateq; cumuletur, *in actione gratiarum*, ut semper in aduersis & prosperis Deo gratias agatis, uel de nobis illi grãs referatis, qui per nos uobis grãm suam infundit. Et abundet hæc gratia *in gloriã Dei*, ut ipse glorificetur ab oĩbus. Ideo cuncta facimus, ut abundans. i. copiosum Dei munus, qđ ipse paratus est omnib⁹ date, sed non omnes digni sunt accipere, non minuatur per paucos, sed abũdet per multos in actione grãrũ

C in gloriam Dei. Gloria.n.Dei est,ut multi referant illi gratias pro multitudine largiflui doni gratiæ eius.

*Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo, corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diẽ. Id n.qđ in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostra, supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ autem non uidentur, æterna sunt.*

Spem beatæ resurrectionis habemus, & abundantem grãm Dei per multos spargere ad gloriam ipsius studem⁹. *Propter quod non deficimus* in aduersis, sed officium nostrum cõstanter implemus. Non deficimus, q̃uis grauia patiamur. *Sed licet is homo noster qui foris est* expositus malis, id est, corpus, *corrũpatur* pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate, *tamen is qui intus est*.i.anima munita, ad quam nõ accedit human⁹ furor, *renouatur* in agnitiõe Dei *de die in diem*.i.assidue purior efficitur per ignẽ tribulationis. Vel de die in diem.i.de claritate in claritatem proficiens. Interior homo pro spiritu mẽtis positus est, exterior autem pro corpore atq; mortali uita. Non tñ utrunq; horum simul duos homines Apostolus unquam legit appellasse, sed unum quem Deus totũ fecerit, id est, & id quod interius est, & id qđ exterius. Sed totus iste homo, id est, iteriore & exteriore sui parte, inueterauit propter peccatũ, & pœnæ mortalitatis addictus est. Renouatur autem nunc secundum interiorem hominem, ubi secũdum sui creatoris imaginem reformatur. In resurrectione uero etiam exterior percipiet cœlestis habitudinis dignitatem. Renouatio interioris inchoatur à fide, boniſq; moribus augetur, & roboratur de die in diem. Non.n. momento uno fit ipsius cõuersationis renouatio, sicut momento uno fit in baptismo peccatorũ remissio. D Neq; enim uel unum quantulumcunq; remanet, quod non remittaẽ. Sed quemadmodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate quę febrib⁹ facta est, reualescere: itemq; aliud est infixum telum de corpore demere, aliud uulnus quod eo factũ est, secunda curatione sanare: ita prima curatio est causam remouere langoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum: secũda, ipsum sanare langorem, quod fit paulatim ꝓficiendo in renouatione huius imaginis. Quæ duo demonstrantur in psalmo, ubi canitur: Qui propitiaẽ omnibus iniquitatibus tuis, quod fit in baptismo. Et additur: Qui sanat omnes infirmitates tuas, quod fit quotidianis profectibus, cũ hæc imago magis ac magis renouatur. Nondum enim ex integro est renouata. Renouatur aũt quotidie proficiens in sanctitate, dũ transfert amorem à temporalibus ad æterna, à uisibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad spiritualia, & ab istis cupiditatem frenare uel munire. Atq; illorum se charitate alligare diligenter isistit. Corpus uero tanq̃ homo exterior, quanto est in hac uita diuturnius, magis magiſq; corrũpitur uel ætate, uel morbo, uel uarijs afflictionibus, donec ueniat ad ultimã, quæ ab omnibus mors uocatur. Quia ergo sancti quo exterius deficiunt, eo interius proficiũt, & quo magis exterius aduersa tolerant, eo uerius lumine interius coruscãt, recte dicunt, quia licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamẽ is qui intus est, de die in diem renouaẽ. Et ideo, inquiũt, non deficimus in pressuris, q̃a *id tribulationis nostra*.i.exiguũ tribulationis qđ nunc patimur, *quod est in præsenti*.i.in huius uitæ tpe, ubi nemo sine afflictionibus est, & est *momentaneum*,i.parum durans & ad toleran-

A dum *leue, operatur in nobis*, id est, in exteriori nostro sempiternam gloriam, & hoc *supra modum*, id est, supra quantitatem uniuersæ tribulationis. Paruis enim laboribus magna merces adquiritur, ut pro humiliatione leuis tribulationis supra modū sublimitas æternę glorię repēdatur. Et ad comparationem æternitatis, omne qđ in præsenti uita patimur, momētaneum est, licet diuturnum esse uideatur. Ideo supra modū tribulationis est magnitudo remunerationis: qa si recte censeamus, ęterna requies æterno labore fuerat emēda, sed De⁹ misericorditer ꝑ breuissimo labore dat æternam requiē, pro breui despectione sempiternā gloriam. Ideo supra modū. Vel supra modū. i. supra mensuram, & comprehensionem humanæ rationis, quia dabitur quod oculus non uidit, nec auris audiuit,
Esa.64. nec in cor hominis ascendit. Opera-
1.Cor.2. tur nobis in sublimitatem, id est, ut sublimemur usq; ad angelorꝫ celsitudinem, uel *in sublimitate*, id est, in cœlorum altitudine. Et contra momentaneum ac leue tribulationis operatur *æternum pondus gloriæ*, ut pro momētaneo æternum, pro leui pōdus, pro tribulatione gloriam accipiamus. Sine fine erit hæc gloria, sine fine erit requies ista, sine fine erit hæc lętitia, sine fine erit hæc remuneratio & incorruptio. Ideóq; pro nihilo reputamus quicquid molestiarum in præsenti seculo toleramus, *non contemplantibus*, id est, non appetentibus uel attendentibus *nobis ea quæ uidentur*, id est, quę corporeis oculis sunt subiecta, *sed ea quæ* uideri corporalr̄ nequeunt. Nam hęc uisibilia cito transeunt cū tempore, inuisibilia uero permanent sine fine. Sic enim uisibilia hæc sunt ad inuisibilia, quomodo figura ad ueritatē. Figura deperit, ueritas permanet. Et ideo iusti gaudēt exire de hoc seculo.

## CAPVT V. B

*Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes, si tamen uestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est à uita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.*

Non deficimus in momētaneis & leuibus tribulationibus, ꝑpter æternum gloriæ pondus quod expectamus. Nam *scimus quoniam si terrestris domus nostra*, id est, caro quę de terra est, & procliuis ad terrena, & domiciliū animæ *huius habitationis*, in qua habitamus quandiu uiuimus, *dissoluatur*, id est, destruatur pro Christo, scimus *quòd ædificationem*, id est, beatā mā̄sionem habemus statim *ex Deo*, scilicet domum ęternam in cœlis, *non manu* fabricatam, sed à Deo pręparatā, ut de temporali & terrena domo expulsi, in æternam & cœlestem recipiamur domum. Prędicatores enim ecclesiæ postq; de corporibus transeunt, nequaquam per morarum spatia (sicut antiqui patres) cœlestis patriæ perceptione differunt, sed mox ut à carnis colligatione exeunt, in cœlesti sede requiescunt, sicut in hac sententia demonstratur. Nō enim dicitur, habebimus domum æternam in cœlis, sed habemus: quia uidelicet protinus habetur illa domus, ex quo ista dissoluitur. Prius autem q̃ redemptor noster morte sua humani generis pœnam solueret, eos etiā qui cœlestis patrię uas sectati sunt, post egressum carnis īferni claustra tenuerunt, non ut pœna quasi peccatores plecteret, sed ut eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdum intercessio mediatoris aduenerat, ab

C ingressu regni reatus primæ culpæ prohiberet. Nunc aūt perfecti quiçp mox in regnum suscipiuntur. Domus æterna, mansio cœlestis est inter angelos, ubi uices temporū non inueniuntur. Supergreditur enim distentionem & omne spatium ætatis uolubile, cui semper inhærere Deo bonum est. Quæ domus uocať ædificatio, quia nunc operibus nostris bonis ædificať, ut in fine parata inueniatur. Vel domum hanc ęternam in cœlis, immortale corpus accipe, in quo resurgentes semper manebimus, cuius forma iam in cœlis est in domini corpore declarata. Domū dico non manu *factam*, quia corpus animale fit operatione uiri & fœminæ, sed corpus spiritale fiet per spiritum sine humana operatione. Non enim coitu parentum indigebimus ad resurgendum, sicut indiguimus ad nascendum. Aedificabitur autem domus ista diuinitus, quando fiet quod Ezechieli pręmonstratum est: Accesserūt, inquit, ossa ad ossa, unūquodçp ad iuncturam suam, & super ea nerui & carnes accesserunt, & extenta est in eis cutis desuper. Sic ędificabitur absçp manu domus animæ nostræ, quando corpus nostrū nutu diuino in integrum restituetur ex puluere. Et habebimus domum *æternam in cœlis. Nam in hoc* ut habeamus eam, *ingemiscimus*, id est, intus recētem semper gemitū habemus, uidelicet illam desiderantes, suspirantes & in precibus gemimus ex dilatione tantæ quietis & gloriæ. Nos dico, *cupientes superindui habitationem nostram, quæ est in cœlo*, id est, immortalitatis gloriam. Mors enim de terra est, resurrectio de cœlis. Tamen hac conditione cupimus eam superindui, si *uestiti* recepto corpore, *non inueniamur nudi*, id est, alieni à promissa gloria. Opus enim est ut anima corpore induta, superinduatur & gloria, quæ est immutatio in claritatem. In hoc. i. in consideratione tantæ glorię & desiderio ingemiscimus præ dilatione, & precibus insistimus, qa cupimus sup innouationem animæ quam iam accepimus, indui nos habitationem nostrā. i. dari nobis animę uestem non de terra. i. non corruptibilem, sed de cœlo. i. incorruptibilem & impassibilem ad instar cœlestium: si tū in illa resurrectione uestiti corpore, non inueniamur nudi Christo, sed Christum induti. Illis enim solis proderit ímortalitas, qui cū fuerint induti corpore, uestiti Christum inuenientur, hoc est, indumēto iustitiæ circūdati. Nec mirū si idcirco gemimus, qa nondum ad beatitudinem quam desideramus, peruenire possumus. Nam etiam de hac minori re gemitū habemus, qa corpore exuimur, ut illuc peruenire queamus. Et hoc est, *nam qui sumus in hoc tabernaculo*, id est, in hoc corpore quod est tabernaculum aīæ, ut in eo militet ad tempus Deo in uia pręsentis uitæ, *ingemiscimus grauati* sarcina carnis, & ingemiscimus *eo quòd nolumus expoliari* corpore, *sed superuestiri* stola ímortalitatis, *ut absorbeatur quod mortale est à uita*. i. ut ab ífirmitate ad ímortalitatem ēt ipsum corpus sine morte transferať. Si fieri posset, ita uellemus fieri ímortales, ut iam ueniret ipsa ímortalitas, & modo sicut sumus mutaret nos, ut mortale hoc nostrū à uita absorbereť, nō per mortē corpus ponereť, ut in fine iterum sumereť. Quāuis ergo à malis ad bona trāseamus, tū ipse trāsitus aliquātulū amarus est pp consortiū quoddā aīæ & corporis, & quandā in his duobus familiaritatē cōglutinationis atçp cōpagnis. Et ideo mortis diē differre conantur ēt illi, q post mortem se beatius credūt esse uictu ros. Tantā uim habet carnis & aīæ dulce cōsortium. Nemo. n. unçp carnē suā odio habuit. Et pptera non uult

Margin notes: Psal. 72. — Ezec. 37. — Ephes. 5. — Nota.

A uult anima uel ad tẽpus ab eius infirmitate discedere, quis eam se sine infirmitate in æternũ recepturã esse confidat. Et aggrauamur ergo corruptibili corpore, et ipsius aggrauationis causam, non naturam substantiamq́ corporis, sed eius corruptionem scientes, nolumus corpore spoliari, sed eius ĩmortalitate uestiri, qđ & ipsum tunc erit. Sed qa corruptibile non erit, non grauabit. Sub terrena tunica gemimus, ad cœlestem festinamus. Illã uolumus accipere, istã nolumus ponere. Ergo fiet hæc iniuria tanto illi uestimento cœlesti, ut ueniat nobis sup hos pãnos mortalitatis & corruptionis, ut hoc sit inferius, illud supius: hoc interius, illud exterius? Absit. Nõ ita uolumus superuestiri, ut sub ĩcorruptione maneat corruptio, sed ut absorbeat mortale á uita. i. ut sine aliqua læsione uita destruat in nobis mortalitatem, ut nusquam sit in nobis aliqd mortale, non infra, non supra, non intra, non extra. Nos ingemiscimus nolẽtes spoliari corpe, sed ĩmortale corpus habere. Sed *qui efficit*, id est, qui ex toto facit & format *nos in hoc ipsum*, ut ingemiscamus desiderio incorruptibilis corporis, nõ homo est, sed *Deus qui dedit nobis* huius rei ĩplendę *pignus.i.* donũ sancti *spũs.* Dedit nobis pignus spũs. i. dedit nobis spiritum sanctũ, q est nobis pignus & certitudo immortalitatis futuræ. Per spiritum enim quem dedit nobis, facit nos suspirare desiderio incorruptibilis uitæ: & certos reddit q hanc cõsequemur, cuius iam pignus tenemus.

*Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonã uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum. Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes, placere illi.*

Quandoqdem Deus facit nos ingemiscere desiderio immortaliũ corporum, et dedit nobis pignus huius rei spiritum sanctum, *igitur semper* sumus *audentes*, id est, semper audemus uelle corpus deponere, ut ad supernam gloriam perueniamus. Ideo uoluntas deponẽdi corpus uocatur audacia, quoniam res est difficilis & omnibus reformidanda. Propterea sumus audentes ad exuendum corpus, quia sumus *& scientes*, quòd quãdiu *sumus in corpore* mortali, *peregrinamur*, id est, remoti sumus *à domino*, qa non uidemus eũ, licet ipse sit ubiq;. Per hoc enim exules & peregrini sumus ab eo, quia longe proiecti á facie contemplationis eius, cæcitatis nostræ tenebras in hac ualle lachrymarum patimur. Adhuc enim nos antiqua nox grauat, & corruptibilis huius carnis oculos, quos hostis callidus ad concupiscentiam aperuit, iudex iustus á contuitu interni sui fulgoris premit. Quisq; enim arbitratur homini uitam istam mortalem adhuc gerenti posse contingere, ut dimoto atque discusso omni nubilo phantasiarum corporalium atq; carnalium, serenissima incommutabilis luce ueritatis potiatur, & mente penitus & consuetudine uitæ huius alienata, illi constanter & indeclinabiliter hæreat, nequaq̃ qd q̃rat intelligit. Iure ergo sumus audẽtes in depositione corporis, ut ueniamus ad manifestã uisionem sempiterni luminis, qa scimus qđ dũ sumus in hoc corruptibili corpore, peregrinamur á dño. i. extranei sumus ab illa pria beatorũ, in qua semper Deus sicuti est uidetur. Nã *per fidem* inuisibiliũ *ambulamus.i.* tendimus ad patriam uiuentiũ, in qua Deus apparet: & non per speciem. i. non per manifestam diuinitatis eius contemplationem. Contemplatio quippe merces est fidei, cui mercedi per fidẽ corda mundantur, sicut scriptum est: Fide mundãs *Act. 15.*

C corda eorum. Credenti colligitur meritum, uidenti redditur præmiũ. Qui ergo peregrinatur & per fidem ambulat, nondum est in patria, sed iam est in uia. Qui autem non credit, nec in patria est, nec in uia. Per fidem.n. ambulamus, & non per speciem. Incipitur à fide, ut perueniat ad speciẽ. In corpore nunc peregrinamur à domino & à patria nostra. Sed cũ hoc perpendamus, *audemus*.i.cum audacia istud magis eligimus ut separemur à corpore & præsentemur dño, ut eum in specie diuinitatis suæ uideamus, & apud eum maneamus. Nollemus.n.si fieri posset, expoliari, sed imortales fieri, & domino p̄sentari. sed cum sine expoliatione id fieri non possit, audemus optare expoliari, ut ad dominũ perueniamus, *& bonam uoluntatem habemus* i.non murmuramus de hoc, sed desideramus id bona uoluntate. Audemus inquã & bono animo uolumus *peregrinari*.i.remoueri *à corpore magis* q̃ hĩc morari, ut & præsentes simus ad Deum, & inhæreamus illi. Nõ enim satiat animam nisi incorruptibilis gaudiĩ uera et certa ęternitas. Et qa domino cupimus assistere, *ideo cõtendimus*.i.omnibus modis quibus possumus, corde, uerbo & opere conamur *illi placere, siue* nunc *absentes*.i.in hac uita peregrinantes, *siue præsentes*.i.in patria manentes. Hoc est, illa nitimur opari, per quæ nunc & in futuro illi placeamus. Modo
1. Cor. 15. contendimus, quia est pugna. Sed cum absorpta fuerit mors in uictoria, nulla iam erit pugna, nullusq́ lapsus, quia nulla corruptio. Et ideo iam non contendemus placere, sed omnino placebimus domino in regione uiuorum.

*Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.*

Et recte dixi præsentes, qa omnes p̄sentabimur Christo iudici, uel merito contendimus ut illi semp placea D mus, ne in iudicio displicentes damnemur. Nam *omnes nos*, cuiuscunq; sexus uel ætatis aut cõditionis sum⁹, *oportet*.i.necesse est *manifestari* uniuscuiusq; cogitationes et uerba et opera. Ibi uidebitur qs sit unusquisq;. modo.n.parum dignoscitur. Omnia nostra patebunt *ante tribunal*.i.ante iudiciariam sedem Christi, qñ corã Deo iudice astabimus. Pro magnitudine ptãtis & iudicis, magnitudo tribunalis & iudiciĩ æstimanda est. Quanto.n.maior potestas iudicis, tanto maior terror iudiciĩ sit necesse est. Omnes oĩno manifestabunť ante tribunal tanti iudicis, *ut unusquisq;* siue iustus, siue iniustus, ad similitudinem messorum *referat*.i.reportet illuc *propria* gesta *corporis, put gessit*.i.sicut ipse unũquodq; opus fecit, *siue bonum, siue malũ*. Eodem modo & eadem quantitate, qua gessit unusq́q; quodlibet opus, recitabit illud iudicandũ ante tribunal æterni iudicis. Vnusq́q; referet propria corporis.i.quæ gessit uel cogitauit dum in corpore fuit. Neq;.n. siquis maligna mente atq; impia cogitatione blasphemet, & id nullis mẽbris corporis operetur, ideo non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus gessit quo gessit & corpus. Prout gessit mẽte, lingua uel manu, dum esset in corpore referet unusquisq;, etiam paruuli, qui non per seipsos, sed per alios gesserunt. Nam si in illa parua ætate moriuntur, utique iudicantur, secundũ ppria gesta corporis, id est, secundũ ea quę gesserunt dum essent in corpore, quando per corda & ora gestantium crediderunt, uel non crediderunt, quando baptizati uel non baptizati sunt, qñ carnẽ Christi mãducauerũt uel nõ mãducauerũt, qñ eius sanguinem biberunt, uel non biberunt. Scdm hęc ergo quæ in corpore gesserunt, iudicantur, non scdm ea

A quę gesturi erant si diu hîc uiuerent. Nota. Neq; huic apostolicæ sententiæ aduersantur beneficia, quæ pro defunctis cõmendandis agimus, qa etiam meritum hoc sibi quisq; dum in corpore uiueret, cõparauit, ut ei possint ista pdesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non prosunt omnibus, nisi propter differentiam uitæ quam quisq; gessit in corpore? Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior sit ipsa damnatio.

*Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs uestris manifestos nos esse. Nõ iterum commendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.*

Et quia coràm Christo iudice necesse est nos omnes manifestari, ut recipiat unusquisq; prout gessit, *ergo scientes* hoc *suademus hominibus timorem domini*, id est, suademus illis ut per singula quæ nunc faciunt, timeant futurum domini iudicium, & desistãt à prauis operibus, ne tunc incipiant timere, cum iam non poterunt damnationem euitare. Vel qa necesse est oẽs manifestari ante tribunal Christi iudicis, ergo scientes timorem domini, id est, scientes ꝙ timendus sit dominus in suo iudicio, qui tamen subtiliter examinaturus est opera & cogitationes singulorũ, suademus hominibus ut timeant & prouideant sibi, ne in iudicium damnationis incurrant. Hominibus qdem hoc suademus, sed *manifesti sumus Deo*, si aliter agimus ꝙ docemus, id est, Deus nouit si est in nobis quod alijs suademus, & qua intentione facimus istã suasionem. Deo quidem scimus nos esse manifestos, qui uidet occulta nostra: *sed spero* etiam *in conscientijs uestris manifestos nos esse*. Manifesta erat puritas eorum Corinthijs, qa neq; aliquando in adulatione fuerant deprehensi, neq; prędicatio eorũ displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorum quicquã (ut assolet) occulte elicere tẽtauerãt, ut foris simplices turbis apparerẽt, intus uero dolosi essent. Ideo cõsciẽtias eorum pulsat, ut sibimet testes essent de ueritate. Ac si aperte uerbis alijs dicat: Licet uobis male de nobis locuti sint pestiferi homines, puto tamen quòd non recipiat uestra conscientia de nobis aliter suspicari ꝙ nouit, nec potestis magis alijs fidem accõmodare quàm uobismetipsis. Et quia modo se laudare uidebatur, subiungit: *Non iterum nos commendamus uobis*, Id est, sicut nec in prima epistola nosipsos uobis commendauimus, ut putastis, sic nec in ista nũc nos commendamus: quia per hæc quæ dicimus, laudem nostram à uobis non quærimus: *sed* propter utilitatem uestram *damus uobis* per hęc uerba *occasionem*, id est, materiam *gloriandi pro nobis* contra pseudoapostolos, ut gloriemini quia integram puræ ueritatis doctrinam à nobis suscepistis, & fallacem prędicationem pseudoapostolorum respuistis. Vel pro nobis quos Deo placere nostis, gloriemini, *ut habeatis* occasionẽ gloriandi *ad eos qui in facie gloriantur, & non corde*, id est, contra pseudoapostolos, qui per hypocrisim gloriantur de specie pietatis, & non de puritate cordis. Vel in facie, id est, in exterioribus, hoc est, in carnalibus obseruantijs gloriantur: & non in corde, id est, in spiritualibus, quæ fiunt in interiori homine. Pseudoapostoli animos Corinthiorum commouere uidebãtur in odium Apostoli, ut ab eorum cordibus fides apostolica facilius laberetur: & multi iactabãt se ab alijs apostolis didicisse, qui semper cum domino fuerant. Ideoq; nunc dicit se his dare occasionem, id est, rationem, per quam ipsi gloriarentur aduersus eos, quoniam apostolus erat

C à quo & isti didicerât, sicut & à quibus illi gloriabantur se doctos fuisse. Talis enim gloriatio in facie erat, nô in corde: quia de personis gloriabantur, non de ueritate.

*Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas enim Christi urget nos, aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*

De nobis, inquit, potestis gloriari: quia quicquid agimus, uel honor est Dei, uel utilitas proximi. *Siue enim mente excedimus* omnia temporalia ut contemplemur aeterna, *Deo* id facimus, *siue sobrij sumus*, id est, ab illa mentis ebrietate ad communem sensum eximus, hoc *uobis* fit, id est, pro utilitate uestra. Excessus mêtis est intentio ad superna, ita ut quodammodo de memoria labantur infima. In hoc mentis excessu fuerunt omnes sancti, quibus arcana Dei mundum istum excedentia reuelata sunt. De hoc excessu nunc dicitur: Siue mente excedimus, Deo. Quod enim Apostolus mente excedebat, Deo excedebat. Excedens enim mête omnem humanam fragilitatem, omnem seculi temporalitatem, omnia quaecunque nascendo & occidendo uanescunt transeuntia, habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione quantum poterat, de qua dicit, quòd audiuit ineffabilia uerba quae non licet homini loqui. Itaque si semper manere uellet in eo quod uiderat, & loqui non poterat, non leuaret alios ut & ipsi uidere hoc possent. Descendit ergo pro eorum subleuatione. Et hoc est quod additur: Siue sobrij sumus, uobis. Quid est, sobrij sumus? Sic loquimur, ut capere possitis. Haec agebat Apostolus, & boni rectores agere debent: quia tunc ad alta charitas mirabi-

Infra. 12.

Nota.

D liter surgit, cum ad se ima proximorum misericorditer attrahit: & quo benignius descendit ad infima, eo ualêtius recurrit ad summa. Sobrij, inquit, sumus uobis. Charitas enim Christi urget nos sic agere. Nam charitas Christi, quae sanctorum mentes ad superna subleuat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione et ad humilitatem condescensionis format. Itaque dicitur: Siue mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, uobis. *Charitas enim Christi nos urget.* Hoc est, Si ea tantum agere uellemus & ea tantum contemplari, quae mentis excessu ituemur, uobiscum non essemus, sed in supernis tanquam contemptis uobis. Et quando uos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursus urgente nos charitate Christi (qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens) consideraremus nos esse seruos, & non ingrati ei à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt, non contemneremus inferiora, & temperaremus nos eis, qui non possunt nobiscum uidere sublimia? Hoc ergo est, siue mente excedimus, Deo. Ille enim uidet quod uidemus in mentis excessu, ille solus reuelat secreta sua. Vobis autem proficit quando sobrij sumus, id est, quando ab illo mentis excessu, qui mentem ipsam debriat & à sensu temporalium immutat, ad communem sensum descendimus, ut à uobis intelligi possimus. Charitas Christi nos urget ad uos inclinari, *aestimantes hoc, quoniam si unus* Christus *mortuus est pro omnibus* ad uitam praedestinatis, *ergo omnes* participatione mortis eius *mortui sunt* in hoc quod prius erât, id est, secundum hoc quòd ueteris hominis membra fuerunt. Ideo libenter

Philip. 2.

A ad eos debemus inclinari, qui iam p baptismum Christo sunt cōmortui. Vel si unus Christus mortuus est p omnibus.i.ut omnes uiuant, ergo necesse est fateri quia omnes mortui sunt in anima per peccatum, quorū uiuificatio quæsita est morte unius qui peccato solus carebat, nec mortis animæ particeps esse poterat. Et idcirco nos debemus ad eos instruēdos humiliari, pro quibus uiuificandis saluator usq; ad mortem dignatus est inclinari. Omnes itaq; mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dempta matre Dei, siue originalibus, siue etiam uoluntate additis, uel ignorando, uel sciendo, nec faciendo quod iustum est. *Et pro omnibus* mortuis *mortuus est* unus Christus .i. nullum habens omnino peccatū, qui solus hostia sufficiens fuit pro peccatis omnium, *ut qui* per remissionem peccatorum, *uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis* omnibus *mortuus est*, propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā, ut credentes in eum qui iustificat impium, ex impietate iustificati, tanq̄ ex morte uiuificati, ad primam resurrectionem quæ nunc est, pertinere possimus. Nō ergo sibi uiuat qsq;, sed Christo, faciens nō suam, sed ipsius uoluntatem, ut possit dicere. Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, & anima mea illi uiuet. Illi utiq;, non sibi. Debet.n. uita humana in se deficere, in Christo proficere, qui mortuus est ut nos moreremur peccatis, & resurrexit, ut resurgeremus ad opera iustitiæ. Et qd est aliud non sibi, sed illi uiuant, nisi ut non secundū carnē uiuant in spe terrenorum & corruptibilium bonorum, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quæ iam ex ipsis in Christo facta est?

Nota.

Roma.4.

Gala.2.

Psal 21.

*Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnē Christum, sed nunc iam non nouimus.* B

Suo more uitam nostram futurā, quæ iam in Christo capite nostro resurgente completa est, ita spe certa meditatur Apostolus, tanq̄ iam adsit præsensq; teneatur. Quæ utiq; uita non erit secdm carnem, sicut Christi non est secdm carnem. Carnē nāq; hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam, sed corruptionem mortalitatemq; carnis uult intelligi, quę tunc non erit in nobis, sicut iam in Christo non est. Quia, inquit, resurrectio Christi nos resurgere fecit, *itaq; ex hoc* tempore resurrectionis neminē eorū pro quibus Christus mortuus est & resurrexit, & qui iam non sibi uiuunt, sed illi, *nouimus secundum carnem*. id est, secundū carnis corruptionem propter spem futuræ imortalitatis, in cuius expectatione uiuūt, quæ in Christo iam non spes, sed res est. *Et si cognouimus Christum secundum carnem*.i. secundum carnis mortalitatem, cum adhuc moriturus esset, *sed*.i. tamen *iam non nouimus*, quia illud eius mortale iam induit imortalitatem. Noueramus ergo Christum secdm carnē, id est, secdm carnis mortalitatem anteq̄ resurgeret, sed nunc iam non nouimus, quia resurgēs a mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Nam si Christus secundum hæreticos ideo non habuit carnē, quia dixit Apostolus nunc iam non nosse Christum secundū carnē, nec illi habuerunt carnē, de quibus præmisit: itaq; nos amodo neminem nouimus secundū carnem. Sed quia illorum secum uitam futuram (ut diximus) tanq̄ præsentē meditabatur, qui resurgentes cōmutabūtur, amodo, inquit, neminem nouimus secundum carnem.i. tam certam spem tenemus futuræ nostrę incorruptionis & immortalitatis, ut amodo iam in ipsa notitia gaudeamus.

Roma.6.

*Si qua ergo in Christo noua creatura uetera*

C *transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta* Apoc. 21. *ipsorum, & posuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.*

Et quia Christus iam non est secũ dum carnem, nec aliquis eorum qui ei uiuit, *ergo siqua noua creatura*, hoc est, siquis innouatur, esse potest in Christo, nunc patet quòd uetera corruptionis transierunt, & *ecce facta sunt omnia noua* imortalitatis. Qm̃ omnes in Christo, etsi nondum re, iam tamen spe imortales sumus, uetera transierunt, & facta sunt omnia noua. Omnis ergo noua creatura. i. populus ĩnouatus per fidem, ut habeat iterim in re, quod in spe postea perficiatur, in Christo habet iam quod in se sperat: itaq; nunc uetera transierunt secundum spem, quia modo iam non est tempus ueteris testamenti, quo temporale atq; carnale regnum expectetur à Deo: & facta sunt omnia noua scd̃m eandem spem, ut regnum cœlorum, ubi nulla erit mors atque corruptio, promissum teneamus. In resurrectione autem mortuorũ non iam scd̃m spem, sed scd̃m rem: & uetera transibunt, cum inimica nouissima destruetur mors: & fient omnia noua, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc imortalitatem. Quod iam in Christo factum est, quem scd̃m rem iam nouerat Apostolus non scd̃m carnem. Eorum uero pro q̃bus mortuus est & resurrexit, nondum scd̃m rem, sed scd̃m spem, neminem nouerat scd̃m carnem. Sed & moraliter uetera. i. ueteris hominis uitia transierunt, & facta sunt omnia noua. i. noui hominis opera. Ad ueterem quippe homi D nem pertinet, præsentem mundum quærere, transitoria ex concupiscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiã non habere, ex dolore malitiæ de ꝓximi læsione cogitare, sua indigentibus nõ dare, ad multiplicandum aliena quærere, nullum pure propter Deum diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione ꝓximi gaudere. Cuncta hæc uetusti sunt hominis, quæ uidelicet trahim⁹ de radice corruptionis. Sed qui iam ista exuperat, & ad præcepta dominica menrem in benignitate commutat, de hoc recte dicitur, quia uetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Tunc enim in nostris mentibus noua fiunt, cum à nobis uetusti hominis uitia transierunt. Dixi quia in Christo noua creatura & facta sint omnia noua. Sed tamen *ex Deo* patre sunt omnia hæc noua, quę uel in moribus, uel in spe, uel in re consistunt. Ex patre sunt omnia, quæ per Christum uel in Christo habemus, quia et ipse Christus ex patre est. Nihil nouitatis est nobis, sed omnia sunt ex Deo, qui ex antiquis inimicis *reconciliauit nos sibi per Christum* mediatorem. Quia. n. creatura humana peccauerat in Deum, nec pœnitebat ut reuerteretur ad eum, Deus opus suum nolẽs perire, misit filium suũ, per quem prædicata remissione peccatorum, recõciliaret sibi per ipsum, per quem eos creauerat. Per Christum nos reconciliauit sibi, *& dedit nobis ministerium reconciliationis*. i. iniunxit nobis legationem, ut per orbem discurrentes, ministraremus ubiq; doctrinam euangelij, per cuius obseruantiam omnes Deo reconciliarentur, & in amicitiam reuocarẽtur. Vere per ipsum & per nos dedit hominibus reconciliationem. *Quoniam in Christo quidem erat* ipse *Deus reconciliaus sibi mundum, & in nobis posuit uerbum reconcilia-*

A *tionis*. Deus erat in Christo, qui ait;
Ioan. 14. Pater in me manēs, ipse facit opera. Pater enim est in filio, qa una est eorum substantia. Deus ergo erat in Christo conuersante inter homines reconcilians sibi mundum.i.homi-
Ioan. 17. nes de mundo, pro quibus ipse Christus ait: Vt mundus credat quia tu
1. Ioan. 5. me misisti. Mūdus enim in hoc loco non ille intelligitur, qui totus in ma
Ioan. 3. ligno positus est, sed ille pro quo misit Deus filiū suum, ut saluetur mundus per ipsum.i.ecclesia per mundi latitudinem fundata. Hunc mundū sibi Deus recōciliauit hoc modo, uidelicet *non reputans illis delicta ipsorum*, ut pro his puniret illos, sed tam originalia ꝙ actualia dimisit omnia in baptismo. In Christo quidem erat per naturam, sed in nobis per gratiam: quia posuit in nobis.i.in īteriori nostro uerbum.i.prędicationem reconciliationis. Hoc est, per spiritum sanctū illuminauit corda nostra, & docuit quibus rationibus ei possemus homines reconciliare, conuertendo eos ad fidem & pœnitentiam & ad bonam operationem. Et quandoquidem post Christum posuit nos recōciliatores, *ergo pro Christo*.i.uice Christi *fungimur legatione Dei*. Christus enim ꝓprie fuit legatus patris, sed nos pro eo fungimur legatione, ut uice eius prædicemus reconciliationem gentibus. Legatione dei ad uos fūgimur, *tanquam Deo* uos ad reconciliationem *exhortante per nos*. Ipse.n.in nobis loquitur, & uerba eius sunt ea quæ ex ore nostro processerunt, ideoq́ libenter nobis obtemperare debetis. Et quia uice Christi sumus directi, *obsecramus pro Christo*.i.tanꝙ uos Christus obsecret, *reconciliamini Deo*. Obsecramus uos.i.per omnia sacra adiuramus, ut reconciliemini Deo per pœnitentiam, cui per peccatum estis inimici. Nemo enim reconciliatur nisi ex inimicitijs, & nihil inter Deum & homines facit inimicitias nisi peccatū. B

Plerunq; autem homo qui alteri homini irascitur discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Pensemus facta ueritatis, ut uideamus quo taceat nostræ prauitas actionis. Ecce īter nos & Deum discordiam peccando fecimus, & tamen ad nos Deus suos legatos prior misit, ut nos ipsi qui peccauimus, ad pacē Dei rogati ueniamus. Erubescat ergo humana superbia. Confundatur quisq; si non satisfaciat proximo, quando post culpā nostram, ut ei recōciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat Deus. Qūo autem ei reconciliaremur, nisi deleretur peccatum, quod inter nos & ipsum erat & nos ab eo separabat? Proinde cum dixisset Apostolus, obsecramꝰ pro Christo, recōciliamini Deo, quasi diceremus qūo poterimus reconciliari Deo, subiunxit: *Eum qui non nouerat peccatum*.i.Christum qui non nouerat peccatum per experientiam, licet nosset illud per sapientiam, *fecit pro nobis* Deus pater peccatum.i.sacrificium pro peccato. Bene ergo possumus ei reconciliari, q sanguine Christi sui delet omne peccatum nostrū, si nos illud pœnitendo damnemus. Qui uidelicet Christus.peccatū non nouit, quia nunꝙ peccati delectationem sensit. Sed per sapientiā qua ipse peccatū damnat, nouit ipse peccatum.i.nouit hoc esse malum. non ergo fecit ipse peccatū, sed eum Deus pro nobis peccatum fecit, hoc est, ut dixi, sacrificium pro peccato. In lege enim peccata uocabantur, sacrificia quę pro peccatis offerebantur. Et eodē modo locutionis appellatur nūc Christus peccatum, quia pro peccato est oblatus. Similitudo etiam carnis peccati, ī qua uenit, dicta est peccatum. Misit, inquit, Deus filiū suū Roma. 8.
in similitudine carnis peccati, & de

C peccato damnauit peccatum in carne. Id est, de similitudine carnis peccati, quæ ipsius erat, damnauit peccatum in carne peccati, quæ nostra est. Eum itaq; qui non nouerat peccatum. i. Christum, pro nobis peccatum fecit Deus, cui reconciliandi sumus. i. sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari ualeremus. Ideo fecit eum peccatum, *ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Ipse ergo peccatum, ut nos iustitia, nec nostra, sed Dei: nec in nobis, sed in ipso, sicut ipse peccatum non suum, sed nostrum: nec in se, sed in nobis constitutũ similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est. Hæc est illa iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo iustificati sumus. Vt efficeremur, inquit, nõ solum iusti, sed etiam iustitia. i. ut per

*Colos. 1.* nos alij fiant iusti. Efficeremur iustitia Dei in ipso. i. in eius corpore quod est ecclesia, cui ipse est caput.

CAPVT VI.

*Adiuuãtes autem exhortamur, ne in uacuum*

*Esaiæ. 49.* *gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Deus per Christum pro peccatis nostris imolatum reconciliat uos sibi. Sed nos adiuuamus opus reconciliationis huius. Dei. n. sumus adiutores. Nos ministerio prædicationis nostræ *adiuuantes* beneficiũ diuinę operationis, *exhortamur* uos *ne in uacuum gratiam Dei recipiatis*, quã uobis offert. Gratia Dei est remissio peccatorũ. Quam in uacuum recipit, quisquis in bonis operibus se postea nõ exercet. Gratia Dei est facultas bene con-

*Ioan. 15.* cessa diuinitus homini, de qua dicitur, sine me nihil potestis facere. Quã in uacuum recipit, qui cum Dei gratia non laborat, nec adiũgit studium suum, ut possit Dei pręcepta ipso adiutore implere. In uacuum. i. in hoc ut sit ei res uacua, recipit hanc grãm qui bonis operibus eã implere nõ fa-

D tagit. Sed nos ad bene cũ auxilio gratiæ agẽdum uos exhortamur, ne per desidiam uestram in uacuum eam recepisse inueniamini Et hoc facimus, ut dictum est, adiuuantes opus cœlestis gratiæ & reconciliationis, uel adiuuantes uos ipsos nostris meritis & orationibus atq; sermonibus. Siue ita: Nos prædictis causis & rationibus uos adiuuantes. i. ad reconciliationem prouocantes, exhortamur ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. i. ne falsis apostolis credẽtes, ita recipiatis & intelligatis baptismum & fidem, quam suscepistis, ut eat in uacuũ. i. transeat uobis in rem uacuam, & omni plenitudine utilitatis priuatam. Illi enim qui putant solam fidem Christi sine carnali obseruantia legis non sufficere ad iustitiã & salutem æternam, gratiam Dei. i. fidem ipsam intelligunt quasi rẽ uacuam. i. non refertam innocentia & omnium uirtutum perfectione. Et sicut hanc fidei gratiam putãt uacuã, sic fit eis uacua: quia per eam nec remissionem peccatorum, nec aliquã gratiam cõsequuntur. Sed uos eam nolite recipere sic, nolite sic de ea sentire, ut uobis eat in uacuum. i. ut fiat omni commodo uestro uacua. Vere nõ debetis eam putare uacuam, nec uobis facere uacuam, quia nõ est uacua, sed bonis operibus referta. Nam ipse Deus qui gratiam istam humano generi offert, ait in Esaia: *Tempore accepto.* i. tempore quod est mihi uel hominibus acceptum, *exaudiui te* orãtem pro peccatis tuis. Nõ est ergo uacua hæc gratia, in cuius tempore Deus orantes exaudit. Quod tẽpus est ho- *Esaiæ. 49.*
minibus gratum, & cum omni amplexu cordis acceptũ. Plus. n. est acceptũ quam acceptabile: quoniam acceptabile dicitur, quod est habile ut recipiatur: acceptum uero, quod iam mentis deuotione receptum est. Et postquam hoc tempus tibi fuerit acceptum

A ptum.i.postq; hoc susceperis, exaudit Deus preces tuas, quas tempore legis non exaudiebat. Tempore (inquit) accepto. i. tempore gratiæ, qd' accepisti ueniens ad fidem, exaudiui te deprecantem pro remissione culparum tuarũ, *& in die salutis*. i. in hoc eodem tempore gratiæ, quo uera salus de cœlo ad homines uenit, & lux fidei atq; iustitię tenebras infidelitatis atq; peccatorum effugauit, *adiuui te* de assecutione uirtutum. Lex autem non adiuuabat, sed tantum præcipiebat. Sub gratia uero Deus nos (inquit) adiuuat, ut bona quæ præcipit, facere ualeamus. Nam ideo adiuui te, quia ipse liberum ĩ nobis arbitrium restituit, & ex libero arbitrio nostro laboram⁹, & diuina gratia adiuuante potentes efficimur, sine qua nihil facere possemus. Hoc Deus ecclesiæ de gentibus p propheta dixit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. hoc eidem ecclesiæ de gentibus conuersę replicat nunc Apostolus, & exponẽdo subiungit: Ecce. i. nõ ultra differtur illud tempus, sed nunc pręsentialiter est *tempus acceptabile*, quod omnes gratanter accipere debent, ut & ipsi fiant Deo acceptabiles: *& ecce nunc* pręsentialiter est *dies salutis*. i. lucidum tempus gratiæ, in quo per bona opera possint homines æternam promereri salutem. Ex quo enim saluator in carne apparuit, semper est acceptabile tempus, & dies salutis usq; ad finem seculi. Vnicuiq; tamen finitur hoc tempus in hora obitus sui. Dies enim salutis per Christi gratiã est uita præsens, quoniam apta est ad bene operandum: & concludetur nocte iudicij, in qua nemo poterit operari. Et ideo adesse tempus dicit Apostolus, quo possint ad indulgentiam proficere peccatores: diem adesse dicit, quo morbis mortalibus animarum possit adhiberi medicina salutis. Sequitur.

B *Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei.* 1. Cor. 4.

Exhortati sumus uos ne in uacuũ gratiam Dei recipiatis, & exhortamur ut nemini sitis *dantes ullam offensionem*. Cauete ne malo exemplo uestro seu uerbo prauo detis alicui fratrũ ullam offensionem. i. ne faciatis eum offendere, ut cadat per uos in peccatum: ne sitis ei offendiculum, ut exẽplo prauitatis uestræ offendat corruens in nequitiam, uel ne offendatis eũ. i. ne cõturbetis & irasci faciatis eum. Idcirco uidete ne male uiuẽdo uel loquendo pręparetis offensionem ulli proximorum, ne ꝑpter uos *uituperetur ministerium* nostræ prædicationis, qui uos docuimus qualiter agere debeatis. Qui. n. uos male agere uiderint, putabunt nos ita docuisse, & incipient nostram doctrinam uituperare. Non detis inquam ulli offensionem, sed potius *exhibeamus nosmetipsos in omnibus* & uos *sicut Dei ministros*. Vt melius exhortetur eos, coniungit se illis, ac uelut seipsum admonet, quia infirmitatem illorum quasi suam ęstimat: et si profecerint, profectus illorum ipsius erit. Exhibeamus, inquit. i. offeramus Deo, nosmetipsos. i. me & uos. Vt ergo unusquisq; seipsum exhibeat, exhibeamus. i. offeramus & demonstremus nos in omnibus sicut Dei ministros. Ac si dicat: Non uos admoneo ut omnes sitis apostoli, uel ministerium prædicationis assumatis, sed ut sitis sicut ministri dei. i. in omnibus ministros diuinæ prædicationis imitemini, ut similitudo religio-

C sae conuersationis eorum exprimat in uobis. Et si nō omnes sumus ministri, omnes tamen sicut ministros Dei nosipsos exhibeamus, ut sicut illi uiuunt, ita & nos uiuamus. Et hoc faciamus *in patientia*, quae sit multa. i. sustinēs multa, & neq; murmurans contra Deum, neq; indignans cōtra hominem qui mala intulerit. Haec ita generaliter omnibus dicuntur christianis. Specialiter uero ministris euangelicę prędicationis hoc modo possunt dici: Nos, q alios exhortamur ne in uacuū gratiam Dei recipiant, ita conuersationem nostrā cauta circūspectione custodiamus, ut nemini simus dantes ullam offensionem. i. nosipsi faciamus quae alijs facienda suademus, non faciamus quae prohibemus: ne si aliter docere & aliter facere uisi fuerimus, exemplo nostro caeteros offendere faciamus. Infirmus enim quisq; plus attendit facta praelati sui q̄ uerba, & putat sibi licere quicquid illum uiderit agere. Et ita praelatus qui male uiuit, licet bene doceat, offensionem subditis parat. Nemini ergo simus dantes ullam offensionem, ut nō uituperetur ministerium nostrum. Vituperabitur enim, & linguis obtrectantium lacerabitur, non si fecerimus mala solum quę improbamus, sed ēt si non fecerimus bona q̄ docemus.

Nota. Neminē offēdamus, sed in omnibus uerbis et actibus nostris exhibeamus nosmetipsos sicut decet dei ministros. i. ut ex operib⁹ nostris homines Deū glorificent, & nos intus Deo placeamus. Et id faciamus in multa patientia, per quam & indisciplinatos mores fratrum tolerando paulatim corrigamus, & infidelium persecutiones fortiter sustineamus. Nam subsequenter ostenditur per partes, q̄ multa debeat esse ista patientia. Nec solum ministris. i. prę latis ecclesiae iubenē ista, sed & subiectis, ut pręmisimus, qui similes in D moribus debēt esse bonis ministris. Multam (inquit) patientiam habeamus *in tribulationibus* i. in pressuris & uexationibus, quae nobis inferentur à prauis hominibus *in necessitatibus*. i. in egestatibus cibi uel potus uel indumenti: *in angustijs*. i. in solicitudinibus & curis animi atq; timore poenarum, unde mens angustiatur: *in plagis*. i. in uerberibus, sicut est uirgarū caesio: *in carceribus*, id est, ī tenebrosis & foetentibus locis reclusi: *in seditionibus*, id est, in cōmotionibus populi contra nos. Si populus contra nos insurgat, & cum quodam tumultu conet nos à bono opere reuocare, nos patienter feramus, & à bono non separemur. Sed & *in laboribus* habeam⁹ patientiam. i. si praui homines longis itineribus aut grauib⁹ operibus nos laborare cogūt, uel si labore manuum nostrarum nobis uictū quaesierim⁹. Et *in uigilijs*. i. si necesse fuerit nos uigilare, ut per noctem operemur unde uiuam⁹, uel in uigilijs ad psallendum & orandum. Atq; *in ieiunijs*, quae uel sponte facimus, uel indigentia facere coegerit, aut quaelibet necessitas. In his omnibus patiētiam teneamus, & nos ut Dei ministros exhibeamus. Ministri. n. sunt quicunq; bene operantur, quia Deo ministrant. i. deseruiunt. Excepto igitur praedicationis officio & altaris ministerio, omnes agnoscamu⁹ nos esse Dei ministros, & ut tanti domini famulos, exhibeamus nos idoneos *in castitate* mentis & corporis, & *in scientia*, ne fatuis uirginibus similes, amittamus per imprudentiam meritum castitatis. Habeamus ergo scientiam scripturarum, uel scientiā qua prudēter agere bona sciamus, & mala respuere. Et ut ministros Dei nos exhibeamus *in longanimitate*. i. in longa animi expectatione, qua patienter usq; in finem perseueremus, aduersa Matth. 25.

A præsentis uitæ ferendo & gaudia sequentis uitæ sperando. *Et in suauitate,* ne per rancorem animi efficiamur illis asperi, à quibus lõganimiter mala toleramus, sed per dulcedinẽ mentis simus illis suaues & blandi, ut nec uerbo nec opere nostro illis uel alijs generemus asperitatem amaritudinis. Et *in spiritu sancto,* ut omnia benigne & syncere faciamus, sicut spiritus sanctus docet. Et *in charitate non ficta,* ut affectum dilectionis non tantum in uultu & uerbo, sed etiam in corde habeamus, ne simus de illis, q
Psal. 27. loquuntur pacem cum ꝓximo suo, mala autem in cordibus eorũ. Atq; *in uerbo ueritatis* prædicando uel loquẽdo, ut habeat puram ueritatem sine falsitatis admistione uel prædicatio nostra uel locutio. Et *in uirtute Dei,* ut non nostris uiribus, sed dono uirtutis diuinæ credamus nos posse quicquid boni poterimus agere. Omnia hæc in Apostolo maxime præfulgebant, & in talibus ducebatur eius conuersatio, qui nunc secũ hortatur ministros euangelij & omnes Christi seruos, ut taliter uiuere studeant. Feruens enim Dei amor facile tolerat omnes aduersitates, & assequitur omnes uirtutes. Adhuc autem subiungit Apostolus in admonitione.

*Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonã famã, ut seductores, & ueraces, sicut qui ignoti, & cogniti, quasi moriẽtes, & ecce uiuimus, ut castigati, et non mortificati, quasi tristes, semper aũt gaudentes, sicut egentes, multos aũt locupletãtes, tanquã nihil habentes & omnia possidentes.*

Exhibeamus (inquit) nosipsos ut Dei ministros *per arma iustitiæ,* quibus regnum peccati debellemus. i. ꝑ uirtutes uitijs contrarias, ut humilitas dejiciat superbiam, largitas extirpet auaritiam, beneuolentia inuidiã, & sic cæteræ uirtutes destruant opposita sibi uitia. Virtutes enim sunt arma iustitię, quibus muniri debemus *à dextris & à sinistris* i. à parte prosperorum & à parte aduersorum, ut contra prospera & aduersa uirtutum armis semp muniti, nec prosperis eleuemur, nec aduersis pturbemur, nec blandis ad uoluptatem demulceamur, nec asperis ad desperationẽ premamur. Et audite quę sint dextra & sinistra. i. ꝓspera & aduersa. Per gloriam & ignobilitatem &c. usq;. Tãquam nihil habentes, & omnia possidẽtes. Dextra. n. iustorum sunt, gloria, bona fama, & quòd ueraces sũt, quòd cognoscuntur, quòd uiuunt, quòd non mortificantur, quòd gaudent, quòd multos ditant, quòd omnia possident. Sinistra uero, ꝙ ignobiles & infames habentur, quòd seductores putantur, quòd ignorãtur, quòd moriuntur, quòd castigantur, quòd contristantur, ꝙ egent, quòd nihil habere uidentur. Sed milites Christi per arma iustitiæ à dextris & à sinistris muniti debent incedere, ut hinc & inde diabolum expugnantes, & in propseris timeant, & in aduersis confidant. Exhibeamus ergo nos ut Dei ministros *per gloriam & ignobilitatem.* i. quando in gloria & ueneratione apud hoĩes erimus, non inde extollamur: & quando nos iudicabunt esse ignobiles atq; contemptibiles, non inde frangamur. Eodẽ modo agamus *per infamiam & bonam famam.* i. si falsò ĩfamamur de aliquo crimine, uel si bonam famam habemus de religiosa cõuersatione, utrũque per patientiam æquanimiter ducamus, ut nos nec detrahentes dejiciant, nec laudantes extollant, quia contingit nonnunꝗ utrosque mentiri. Item exhibeamus nos *ut seductores & ueraces.* i. ad uiam ueritatis adducamus eos qui errant, ut cæteri qui in errore perseuerant, iudicent nos esse seductores, cum simus ueraces. Si. n. seducere, aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quęrendum

C est unde & quo. Si à malo ad bonũ, bonus seductor est, unde & Hieremias ait: Seduxisti me domine, & seductus sum. Si autem quis aliquem seducẽdo ducat à bono ad malum, malus seductor est. In hanc ergo partem, qua seducuntur homines à malo ad bonum, utinam omnes seductores & uocemur & simus. Sed infideles aut quilibet errãtes uocabũt nos malos seductores, si quos poterimus, ex socijs eorum ad fidem & religiosam conuersationem attraxerimus. Erimus.n. ueraces & uera docentes, sed illi putabunt nos esse fallaces, & falsitate alios seducentes. Nos dico apud alios habiti *sicut qui* sunt à Deo ignoti.i. reprobati, & apud alios à Deo cogniti.i. approbati. Vel ita sumus, sicut illi qui sunt ignoti, quia infideles & superbi non dignantur eos aspicere & agnoscere, uel agnitos abijciunt, & tamen fideles & religiosi nos agnoscũt. Et tormentis sumus *quasi morientes.* quia tandiu torquemur ab impijs, donec credamur esse mortui, *& ecce* Deo liberante uiuimus, quõ eripimur à morte & restituimur uitæ. Sumus enim *ut castigati* quia ĩfideles putant se nos duris uerberibus ac minis castigasse, ne ulterius nouã religionem prædicemus: *& non* sumus mortificati, quia nec corporis nec animę necem ab illis ꝑtulimus. Corpus enim nostrum adhuc uiuit, anima quoq; uitam non amisit, quia infidelibus nõ cessit, ut à prædicatione uel cõfessione ueritatis sileret. Etsi multi martyres occiduntur, ecclesia tamen non moritur. Atq; electi Dei dum super se exterius rapti in altum animum figunt, quæq; in hac uita patiuntur, quasi longe infra labentia à se aliena aspiciunt, & (ut ita dixerim) dũ mente extra carnem fieri decertant, penè ipsa quæ tolerant, ignorant. Hæc autem de se suiq; similib⁹ ita loquitur apostolus, ut omnes fideles ad ea tolleranda uel agenda exhortetur. Acsi discipulis dicat: Nos qui magistri sumus, ita uiuimus: uos autẽ qui nos imitari debetis, exemplũ nostræ cõuersationis insequimini. Qui & adiungit: quasi tristes (subaudi) foris apparemus, propter molestias tribulationum quas patimur, sed semper sumus gaudentes intus propter spẽ futuræ remunerationis. Non solum enim non contristamur in aduersis, sed etiam gaudemus, & hoc semper. Et sumus *sicut egentes,* quia nihil in pręsenti seculo uidemur habere, sed tamen multos sumus locupletantes, quia spiritales diuitias largimur credentibus. Sumus.n. tanquam penitus *nihil habentes,* quia nihil proprium carnaliter habemus, etiã omnia possidemus.i. non solum pecunias, sed etiam ipsos pecuniarum dominos, qui se nobis tradunt, & res suas ad pedes nostros ponunt. Similiter & uos, licet in aduersis quasi tristes appareatis, semper tamen per spem intus gaudete. Et si habetis diuitias, estote quasi egentes, quamuis nõ sitis egẽtes.i. in spiritu pauperes estote, sed multos eleemosynarũ uestrarum beneficijs locupletare curate. Estote tãquam nihil habẽtes.i. mentis despectu cuncta quæ habetis pro nihilo ducentes, & tali cogitatione sitis omnia uestra possidentes, quia tunc mens uestra per hæc non tenebitur in imis. Sed & quilibet sancti pauperes omnia possident etiam tẽporalia, quõ nihil deest timentibus Deum. Apostoli uero cum nihil habere uiderentur, in hoc erant omnia possidentes, quòd cum essent principes ecclesiarum, habebant potestatem sumendi ex rebus subiectorum quæcunq; sibi forent necessaria. Notandum autem quia in his quæ sunt aduersa, dictum est quasi, ut, sicut, tanq;: in his uero quæ sunt ꝓspera, non

Hiere. 20.
Matth. 10.
Marc. 6.
Luc. 7.

A non est dictum. Ait enim: Quasi tristes, semper autem gaudentes &c. Tristitia nostra habet, quasi: gaudiũ autem nostrum non habet, quasi: q̃a spes qua gaudemus, certa est. Tristitia uero nostra quasi, habet, quia in somnijs transit. Qui somnium indicat, addit quasi. Quasi sedebã, quasi loquebar, quasi prandebam, quasi equitabam, quasi disputabam. Totum quasi, q̃a cum euigilauerit, non inuenit quod uidebat. Quasi thesaurũ inueneram, dicit mẽdicus. Si quasi non esset, mendicus nõ esset. Sed q̃a quasi erat, mendicus est. Itaq; q nũc ad letitias seculares oculos aperiũt, & corda claudunt, trãsit quasi eorũ, & uenit uerum ipsorũ. Quasi ipsorũ, felicitas est seculi: uerum ipsorũ, pœna est. Nostrũ aũt quasi, tristitia est: gaudium non est quasi: Non.n. ait Apl's, quasi gaudentes, semp autem tristantes: aut quasi tristes, & quasi gaudentes: sed ait, quasi tristes, semper autem gaudentes, & item, Sicut egẽtes, et ibi est sicut uel quasi. Multos aũt ditantes, hic nõ est quasi uel sicut. Nihil habebat Apostolus, oĩa sua dimiserat, diuitias nullas possidebat, tñ addidit: Tanq̃ nihil habẽtes. & ipsum.n. nihil habere Apostoli, quasi nihil habere erat. Et omnia possidentes, ibi nõ dixit quasi. Quia quasi egebat, non autem quasi, sed uere multos ditabat. Nã & sanctis qui erant in Hierusalem, uictum ministrabat. Quasi nihil habebat, non autem quasi, sed omnia possidebat. Itaq; in his quæ existimantur aduersa, quæ superius per ignobilitatem & infamiã præsignauit, quæq; à sinistris esse descripsit, addidit quasi, uel sicut, aut tanq̃. In his uero quæ prospera reputantur, & dextræ partes appellãtur, quæq; uocabulo gratiæ & bonæ famæ præmonstrauit, non apposuit quasi, uel aliquid tale. In prosperis enim uel dextris est ueritas, in aduersis autem & sinistris B umbra uel similitudo, non ipsa res. Quę autem à dextris descripsit, sunt arma dextra iustorũ. Illa etiam quæ à sinistris denotauit, sinistra sunt arma eorũ. Efficiunt.n. uiro pfecto arma iustitiæ, si hæc illata sibi magna nimirum sustinuerit, q̃a per hæc dimicãs, & istis ipsis q̃b⁹ ĩpugnari putaĩ aduersis, tanq̃ armis utẽdo, eisq; uelut arcu & gladio scutoq; ualidissimo contra illos q hæc ingerunt, munitus, profectũ suæ patientiæ & uirtutis adquiret & gloriosum cõstantiæ triumphũ, nec aduersis deiectus nec prosperis elatus, nec ad læuã tristibus impulsus, nec ad dexterã lætis motus, sed in medio per uiam rectam indeclinabiliter gradiens.

*Os nostrum patet ad uos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filijs dico, dilatamini & uos. Nolite ducere iugum cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?*

Solent plerunq; etiam iusti laudare bona quæ dicũt, nõ quò ipsi suis laudibus inhient, sed quò auditores suos ad audiendi solicitudinem accendant, ut dum eorum uoce præferuntur, ab eorum cordibus ardentiori affectu rapiantur. Vnde nunc Apostolus cum mira Corinthijs et multa dixisset, adiunxit: *Os nostrum patet ad uos ô Corinthij, cor nostrũ dilatatum est.* Et hoc ẽt causa libertatis dixit ac puræ cõsciẽtię. Male.n. sibi cõscia mẽs loqui trepidat, sensum perdit, in uerbis errat. Et est sensus: Ita prouocati sumus profectu uestro, ut tacere nõ possimus. Profectus enim discipulorum aperit os magistri. Os nostrũ patet ad uos, quoniam multa diximus ac dicimus ad uos corrigẽdos

C & instruendos quæ gratanter accipere cũcta debetis. Et ideo patet ad uos os nostrum, quia charitate dilatatum est cor nostrũ. Lata dilectio cordis nostri, quæ uos omnes complectitur, non sinit ut taceamus ea

Matth. 12. quæ prosunt uobis. Ex abundantia enim cordis os loquitur: & ubi charitas est, non sunt angustiæ. Cor nostrum dilatatum est. Cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc munus est Dei, ut in præceptis eius nõ timore pœnæ angustemur, sed dilectione & delectatione iustitiæ dilatemur. Cor nostrum dilatatum est. Licet enim caro nostra sit tribulationibus & pressuris angusta, cor tamen intus latitudine liberũ, gaudet exterioribus pœnis. Charitas enim non angustatur. Siquis uult non angustari in terra, in latitudine charitatis habitet. Quicquid enim fecerit ei homo, non eum angustat, quia illud diligit qd' non nocet. Et quia nostrum cor ita dilatatum est, atq; nostrum os patẽs, ideo *non angustiamini in nobis*, id est, nolite putare q; habeatis in nostro magisterio uel nostræ conuersationis exemplo ullam sciẽtiæ uel boni operis stricturam & inopiã. Nos enim dicimus & facimus quicquid erga uos dicere & facere debemus. sed poti9 *angustiamini in uisceribus uestris*, id est, intelligite q; angustia & paruitas scientiæ & boni operis quam habetis, est in cordibus uestris quæ dura sunt ad intelligẽdum & faciendum. Qui enim nobis pseudo præfertis apostolos, putatis q; angustia & paruitas intelligentiæ uestræ uel sanctitatis, sit in nobis, id est, in nostra culpa, cũ ipsa sit potius in cordibus uestris, id est, in culpa duritię mentium uestrarũ, quia non sunt dilatatę sicut cor nostrũ. Sed nũc dico uobis tanq; filijs. i. tanq; illis q exẽplum meũ, cum sim pater uester, sequi debetis, dilatamini & uos, sicut ego dilatatus sum. i. per intellectum D dilatamini auxilio gratię Dei, ut maiora ipsius dona capiatis. Dilatamini per amorẽ iustitiæ, ut copiam uirtutum capiatis in latitudine mentis uestræ. Vos dico habentes in futuro *eandem remunerationem* quam ego, si nũc ita dilatati fueritis ut ego; dilatemini in amplitudine charitatis, ut omnes homines pie diligatis, & non per timoris angustiã, sed p amoris latitudinem bona faciatis. *dilatamini & uos* in bonis operibus per libertatẽ amoris, & *nolite iugum* antiquæ seruitutis quæ in lege est, *ducere cum infidelibus*. i. cũ pseudoapostolis, qui fidẽ Christi conantur eneruare, & carnales obseruantias legis statuere. Ipsi. n. cũ sint sub iugo seruitutis, ubi omnia per timorem fiunt, student uobis suadere, ut abiecta lege libertatis. i. libertate charitatis, subijciatis colla uestra cũ eis iugo legis. Sed uos nolite participes fieri seruitutis eorũ, qa uos estis iusti per fidem, illi uero iniqui per legis transgressionẽ. Et *quæ participatio est iustitia cum iniquitate?* Nulla. Qm̃ mox annullatur iustitia, si participationem habuerit cũ inigtate: & ideo ne pereat iustitia uestra, caueat habere participationẽ cũ inigtate illorũ. Nulla cõmunio uel in cibo uel ĩ potu uel in aliquo sacramento uos eis coniungat, cũ sint ob iniquitatẽ p̃fidiæ ab ecclesia separati. *Aut quæ societas luci ad tenebras?* Id est, ĩ quo possunt habere cõmuniorem illi, qui sunt lux sufficiens ad aliorũ illuminationem, cum illis qui sunt tenebræ. i. cæci, & cæcantes alios? Nulla societas est lucis & tenebrarũ, qa lux huius mũdi obscuratur, si se sociauerit tenebris: His non est societas, Sed *Christi ad Belial*. i. ad diabolum *quæ conuentio* potest fieri? Id est, illi in qbus habitat Christus, & qui sunt membra Christi, in quo conuenire possunt cum illis, in qbus habitat diabolus, & qui sunt

A membra diaboli? In nullo. Quia mox deserit eos Christus, si se membris satanæ coniunxerint. Belial interpretatur absque iugo, & significat illum angelum, qui nec Deo subiectus esse uoluit. Cuius membra sunt omnes qui præceptis Dei nolunt subijci. *Aut quæ pars fideli*. i. Christiano *cum infideli*. i. cum pseudoapostolo fidem catholicam destruente? Nulla est his pars communis. Sed *templo Dei* i. illis in quibus habitat Deus, *quis cõsensus* potest esse *cum idolis*, id est, cum sacrificijs carnalium obseruantiarum, quæ nõ iam Deo, sed diabolo offerunt, & idololatriæ deputatur. Nullus eis consensus adinuicem. Tot modis ostensum est, communionem pseudoapostolorum esse uitandam. Possunt & aliter forsitan hæc uerba tractari. Nolite iugum ducere iniquitatis cum infidelibus. i. cum gentibus, ut subditi sitis iugo peccati sicut illi, cum debeatis in libertate charitatis seruire iustitię. Quæ. n. participatio est iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? nulla participatio est iustitiæ & iniquitati, non solum quæ foris, sed etiam quæ intus in ecclesia est. Nouit enim dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Nulla enim societas est luci & tenebris, nõ solum quæ foris, sed etiam quę intus sunt. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullę. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat. Si dixerimus quod societatem habemus cum Deo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Nõ est ergo societas luci et tenebris. Quid igitur faciem⁹? Societas cum Deo hãda est. Alia spes uitę ęternę nulla est. Deus uero lux est, & tenebræ in eo nõ sunt ullæ. Iniqtates autem & peccata, sunt tenebrę. Iniqtatib⁹ & peccatis premimur, ne societatem cum Deo habere possimus. Quę ergo spes est? Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis B peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quo facto societatem habebimus cum illo, quia lux erimus in ipso. Quę autem cõuẽtio xpi ad Belial? Belial (ut diximus) interpretatur absque iugo. Quicunque ergo nõ Dei, sed suam uoluntatem sequuntur, hoc uocabulo possunt designari, quia sunt absque iugo timoris Dei, absque iugo disciplinæ spiritalis. Et sępe tales dicunt se Christianos. Sed quæ cõuentio Christi ad Belial? Christ⁹ humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: isti autem extollunt semetipsos, nolentes obedientiæ iugo subijci. Quæ igitur cõuentio istis & Christo? Nõ sit itaque sine Dei iugo, quicunque uult cõuenire Christo. Aut quæ pars fideli cum infideli? Vel quis cõsensus templo Dei cum idolis? Hoc recte dictum est illis Corinthiorum, qui cum infidelibus manducabant sacrificia idolorum. Potest & aliter intelligi: Fidelis. n. dominus in omnibus uerbis suis, quoniam fideliter adimplet uel adimplebit quæcunque locutus est. Ille autem est infidelis, qui uerba sua negligit adimplere, ut faciat bona quæ se facturum promisit. Quę igitur pars est fideli Deo cum infideli homine? Qui enim mandata Dei adimplere noluerit fideliter, quam partem cum Deo habere poterit? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. & auaritia est idolorum seruitus. Cur ergo illi qui sunt uel debent esse templum Dei, consentiunt auaris, nec redarguunt eos? Cur non timent ne per hunc consensum Deus, qui in eis habitare solet, deserat eos, & fiant etiam ipsi habitaculum satanæ?

Marginalia: Iudic. 19. — 2 Timo. 2. — 1. Ioan. 1. — 1. Ioan. 2. — 1. Ioan. 1. — Ibid. — Iudic. 9. — Philip. 2. — Psal. 144. — 1. Cor. 3. — Colo. 3. — 1. Cor. 4. — & 6. — Leui. 26. — Hiere. 31. — Esa. 52.

*Vos enim estis templum Dei uiui, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erũt mihi populus. Propter quod exite de medio eorũ,*

C *& separamini, dicit dominus, et immundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, & ego ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.*

Recte dixi qa templum Dei cõsensum non habet cum idolis. *Vos enim estis* ipsum tẽplum non deorum mortuorum, sed *Dei uiui*. i. uos estis in quorum cordibus habitat & præsidet Deus qui in se uiuens est, & uitã suis dat æternam: sicut econtrario idola sunt mortua suis cultoribus, qa eis sunt causa mortis æternæ. Ita estis templum Dei, sicut ipse Deus p scripturam testamẽti ueteris dixit: *Quoniam inhabitabo in illis*. i. in mentibus illorum.
Leui.26.
Cum Deus ubiq; sit, in illis tñ habitat, qui eius sentiunt beneficium, & faciũt uoluntatẽ. Inhabitabo, inqt, in illis *& inambulabo inter eos*. i. promouebo illos in prouectu uirtutum. Inambulat. n. Deus in nobis pręsentia suæ maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis. Quam enim latum est ubi deambulat Deus. *et ero*, inquit, *illorum Deus*, id est, illi me solum colẽt Deum, qa non erunt de illis, quorum Deus uẽter est, uel qui uitiũ quodlibet pro Deo colunt, & ego protegã illos ab incursu uitiorum, atq; dabo illis successum uirtutũ *& ipsi erunt mihi populus*, id est, ita mihi erunt deuoti et dediti in unitate concordiæ, ut non sint de hoc mundo. *Propter quod*, id est, quia promitto me in uobis habitare & inambulare, *exite de medio eorum*, id est, de medio pseudoapostolorũ, *& separamini* ab eis. Quãdiu enim patimini eos morari inter uos, & sustinetis prædicationẽ eorum, tandiu estis in medio eorum, id est, intra consortium eorum, et irretiti errore ipsorum. Exite de medio eorũ, ne sitis in medio cõmunionis eorum, conclusi in eodem reatu. Et ita exite, ut separemini, id est, ut seorsum parati sitis ad bene agendum, sequestrati à cõmunione eorum. Et hoc dicit ac præ
Philip.3

cipit dominus, non ego. *Et ne tetigeritis immundũ*. i. carnales obseruãtias, quas illi suadent uobis, quæ iam post dominis resurrectionem non ualent ad emundationem, sed ad contaminationem eorum qui tangũt, id est, custodiunt eas. & si ita uos à cõmunione peruersitatis eorum separaueritis, ut sancte et iuste uiuatis, *ego recipiam uos* in cœleste regnum, quos à paradiso eieceram. Vel exite de medio peruersorũ qui sunt in ecclesia. exite non corporaliter, sed spiritaliter. i. facite qđ pertinet ad correptionem eorum, quãtum pro uniuscuiusq; gradu atque persona salua pace fieri potest. Qui enim sic agit, liber exit de medio nequitiæ & damnationis eorum. Obiurgando. n. criminosos, exit de medio eorum liber in conspectũ Dei, cui neq; Deus sua peccata imputat, quia nõ fecit: neque aliena, quia non approbauit: neque per negligentiam; quia non tacuit, neq; per superbiam, quia in unitate permansit. Sic ergo spiritaliter exite de medio eorum, non scindentes unitatem ecclesiæ, sed increpantes peruersitatem nequitiæ, ne maius malum committatis in separatione bonorum, quam fugitis in coniunctione malorum. & separamini non corporaliter ab eis, sed spiritualiter à consortio prauitatis eorum. Et immundum ne tetigeritis, id est, peccato eorum ne consentietis. Tolerandi sunt enim ubiq; proximi, quia Abel fieri non ualet, quẽ Caim malitia nõ exercet. Vnum uero est, pro quo uitari malorũ societas debeat, ne fortasse corrigi non ualent, ad imitationem trahant &. cũ ipsi à sua nequitia non mutetur, eos qui sibi cõiuncti fuerint, peruertunt. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Sicut ergo perfecti uiri peruersos pximos nõ debẽt fugere, qa & eos sæpe ad rectitudinem trahũt, & ipsi ad peruersitatem
I.Cor.15.

A nunquam trahūtur: ita infirmi quicunq; societatem declinare debent prauorū, ne mala quæ frequēter aspiciunt & corrigere non ualent, delectentur imitari. Vnde nunc eis apte dicitur: Exite de medio eorum & separamini. Hoc enim agendum est, non more schismaticorum, sed more eorum qui causa religionis petūt eremum uel remotiorem locum. Et ne tetigeritis immundum, id est, immūditiam coinquinationis eorum, cum ipsi tangere participando noluerit munditiam uestræ sanctitatis. Et ego (sicut dictum est) uos olim abiectos nūc recipiam in cœlestem gloriam: *Et uobis* in illa regni gloria receptis *ero in patrem*, id est, ero pater, & ita uos diligens ut pater, quia me ipsum uobis perpetualiter dabo. *et uos eritis mihi in filios & filias.* i. eritis mihi filij et filię, hoc ē, eritis mihi simi-

1. Ioan. 3. les, ut scriptū est: Similes ei erimus qm̄ uidebimus eum sicut est. Non solum. n. in filios eritis mihi. i. ad gloriam meā, sed & in filias. Qđ uel propter utrūq; sexum, uel ꝑpter fortes & infirmos dicitur, uel qa maior diligentia cultus & custodiæ filiabus adhiberi solet, q̄ filijs: Et ideo ꝑ filias uoluit fortassis ostendere, qa sic se habebit erga fideles animas, sicut pater erga filias, ornando peste iucunditatis, et remouendo uoluntatē totius turpitudinis, ut sponso cœlesti semp placeant in ornatu decoris & amore puritatis. Et ide nolite (inqt) dubitare, qa hęc *dicit dominus omnipotens*. i. ille ꝑmittit uobis ista, qui oīa potest facere. Notandum quod Apostolus hæc uel iuxta sensum, uel iuxta lrām ex diuersis scripturarū locis posuit. Nam qđ ait, inhabitabo in illis et inambulabo inter eos, & ero illorū Deus, & ipsi erūt mihi populus,

Ezec. 37 sic legimus apud Ezechielē: Dabo sanctificationem meam in medio eorum in ꝑpetuū, & erit tabernaculū meum in eis, & ero eis Deus, et ipsi B erūt mihi populus. Nam ꝓ eo qđ dictū est, dabo sanctificationem meā in medio eorū, Apl's posuit, inhabitabo in illis. Et pro eo qđ dictum est, erit tabernaculum meū in eis, Apostolus subiecit, inambulabo in illis. Tabernaculum. n. est in itinere. Sed & in Leuitico reperitur hæc sententia, præter quòd ibi est secūda persona. Sic. n. dictū est: Ponam taberna- Leuit. 26.
culū meū in medio uestri, ambulabo inter uos, et ero uester Deus uosq; eritis mihi populus. Quod autem subiunxit Apostolus, propter quod exite de medio eorum et separamini. dicit dominus: & immundū ne tetigeritis, et ego recipiā uos, ita legit' in Esaia: Recedite recedite, exite inde, Esa. 52.
pollutū nolite tāgere, exite de medio eius, mundamini, et cōgregabit uos Deus Israel. Illud uero quod sequitur, et ego ero uobis in patrē, et uos eritis mihi in filios et filias, nō facile (sicut reor) ī nostris codicibus apparet unde sumptum sit, nisi forte ex eo quod ꝑ Hieremiā dixit, & factus sum Israeli pater: & ꝑ Esaiā, af- Hiere. 31.
fer filios meos de longinquo, & fi- Esa. 43.
lias meas ab extremis terræ, uel ex aliquo simili loco. Sequitur.

CAPVT VII.

*Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spūs, perficientes sanctificationem in timore Dei.*

Quoniam Dñs præcepit ut exeamus de medio coinquinationis peccantium, & tanta nobis inde bona promisit, *ergo charissimi* nos qui tales habemus promissiones. i. qbus pro missa sunt talia, si nos separauerim⁹ à contaminatione malorum, *mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, & perficiamus sanctificationem utriusq;. Inquinamētum carnis est, quod per carnem cōmittitur, sicut luxuria, homicidium, & similia. Inquinamentum spiritus, quando so-

C la cogitatione peccatur, sicut mētis elatione uel inuidia siue odio. Emūdemus ergo nos non tantum ab inquinamento, sed prorsus ab omni inquinamento carnis, ut omnia uitia carnalia fugiamus. Et ab omni inquinamento spiritus, ut cōnsensum peccati, & caetera omnia quae spiritum inquinant, expellamus à cordibus nostris. Tunc uero perficimus sanctificationem carnis & spiritus, si utraq; munda seruamus, et bonis actibus insudamus. Haec.n. sanctificatio utriusq; facta est diuinitus in baptismo. Sed nos pficimus eam, si per membra corporis insistimus bonis operibus, & mentem intus magis ac magis adornamus sacris uirtutibus. Quae perficienda est in timore domini, ut semper uereamur dominum offendere, sine cuius gratia nihil boni possumus agere. Qui.n. sine timore domini uult bonum aliquod facere superbus est, & perdit quicqd facit. Vel mundemus nos ab omni inquinamento carnis. i. ab omni contaminatione carnalis obseruantiae, & simus *perficientes sanctificationem* spiritus. i. spiritalis obseruātiae quam coepimus facere ut spiritaliter legem impleamus, non carnaliter, & hoc *in timore domini*, qui legem dedit, nō ut carnaliter obseruaretur semper, sed tantum usque ad tempus correptionis.

*Capite nos. Neminem laesimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem uestram dico. Praediximus enim quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.*

Nos ita uos admonemus. Et uos *capite nos*. i. accipite quod dicimus, accipite spūalem cibū quem uobis offerimus. Vel capite nos, nō pseudo apostolos. i. nostrum exemplū, non illorū accipite in omnibus imitandum. Aut capite nos. i. considerate quales sumus. Et debetis nos capere, quia neminem uestrū lęsimus im D properando ei praeterita crimina, sicut pseudo, qui uobis ueterē improperant idololatriam: & neminem uestrum corrupimus. i. nullius aīae integritatem uiolauimus, sicut pseudo q multos ex uobis corruperunt, uitiando castitatem fidei & integritatem innocentiae. Neminem uestrū circūuenimus. i. nullum astuta circūuentione fraudulēter decepimus, ut ei per nos aut per subditos nr̄os bona sua subtraheremus, sicut pseudo qui uos adulatione callida blande circūueniunt, & res uestras artificiose subtrahunt. *Non ad cōdemnationem uestram dico*, id est, non uos abijcio, sed ut corrigamini moneo. Qui.n. aliquem condemnat, non illi dimittit. Et est sensus apertior: Non me excusando uos condemno, quasi tales sitis. Non propterea haec cōmemoro, ut callide dicā uos fecisse, quod me fecisse nego. Nō.n. possum ita de uobis sentire, quos tātum diligo, sicut dixi superius, eo q dilectio uestra tātam me faciat habere fiduciā. Praedixi.n.q in cordibus nostris estis epistola. *Praediximus q in cordibus nostris estis* .i. cura & solicitudo urae salutis manet in cordibus nostris *ad commoriendum & conuiuendum*. i. ad hoc ut uos nobiscū pro Christo, si necesse fuerit, moriamini, & uobiscū i regno Christi ppetualiter uiuatis. Ex praedictis uult illos cognoscere quo aīo nunc loquatur ad eos. Quos.n. participes uult habere & ad praesentes passiones pro Christo & ad futurā uitam, nō utiq; illos abijcit, sed ut participatione dignos faciat exhortat. Vel in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendū. i. ad hoc, ut nos uobiscū moriamur et uiuam⁹: hoc est, si uos sustinetis mortem peccati in aīa, nos aestimemus illam mortē esse nostrā: & si uos in obseruatiōe iustitię uiuitis, nos cre-

A damus tunc nosipsos uiuere. Perfecta.n.charitas profectum uel detrimentum aliorum credit suum.

*Multa mihi fiducia est apud uos, multa mihi gloriatio p uobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.*

Ideo estis in cordibus nostris, quoniam *multa fiducia est mihi apud uos*, i. multum cõfido de uestra correctione & salute, dũ cõsidero ea quæ apud uos sunt. & *multa gloriatio* est *mihi pro uobis*. i. multum glorior apud alios pro uestra religione. Videte ne frustra cõfidam de uobis, uidete n: in uacuum glorier pro uobis. *Repletus etiam sum consolatione* cum audissem uestram correctionem, & *superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*. i. gaudiũ qđ de uestra emendatione habeo superat omnẽ mœrorẽ tribulationũ nostrarũ, quas in animo partim sustinemus ꝓ peccatis uestris. Multa (inquit) fiducia mihi est apud uos. Fiducia hæc de primæ epistolæ correctione est, quã quia nõ aspere susceperunt, fiduciã dederunt admonẽdi se. Visi sunt.n. uelle corrigere se. Vnde gloriatur ꝓ eis, animumq́; suũ ex hac parte consolatum pronũciat, intantum ut in omni pressura superabũdare se gaudio dicat. Videns enim esse spem in his, pro quibus angustias patitur, gaudet cũ tribulatur, certus se mercedem à Deo recepturum adquisitę salutis eorum.

*Nam & cum uenissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed oẽm tribulationem passi sumus. Foris pugna, intus timores.*

Memorat quæ patiebaẽ causa credentium, ut eos prouocet ad charitatem & cõpassionẽ. dixi qa superabundo gaudio in tribulatione nr̃a. Nam tribulationẽ passi sumus non solum in Asia, sed & *cum uenissemus* ad Macedones, ut eis uitæ uiam monstraremus, *nullam requiem habuit caro nostra*, sed incessanter uexata est assiduis tribulationibus. Caro nõ habuit requiẽ. Ac si aperte dicatur: Quia spiritus requiem habuit, dum per profectum animæ persecutionũ supplicia caro tolerauit. Spiritus.n. requieuit in spe futuræ retributionis, dum caro laboraret in dolore pręsentis afflictionis. Nõ permissi sumus respirare, *sed omnem tribulationem* ꝑtulimus: quia & in corpore flagellati sumus, & animo timebamus pro his, quos ad fidem conuerteramus. Foris.n. id est, in corpore nostro erant pugnæ suppliciorũ, intus, id est, in corde nostro timores, ne hi qui nuper erãt cõuersi, deficerent. Nunc intelligerem' Apostolum memorare seditionẽ & plagas & carcerem, quę legiẽ in Philippis cum Syla pertulisse, et iterum seditiones ac persecutiones in Thessalonica & Berrhœa, nisi sciremus Apostolum nequaq́; adhuc uenisse Corinthũ, quando illa pertulit. Hęc autem quæ nunc memorat, post conuersionem Corinthiorũ passus est, Actuu. 16 quando uice secũda perrexit in Macedoniam, nec referuntur in actibus apostolorũ. Foris erant pugnæ corpori dum cæderentur, & intus animo timores. Illic.n. est timor, ubi & intellectus est. Sed timor iste erat (sicut dictum est) propter eos qui crediderant, ne passione eius scandalizarẽtur. Nam sibi quid iam timeret qui patiebatur? Vel foris erant illis pugnæ, qa impugnabantur ab infidelibus q sunt extra ecclesiã intus. i. in ecclesia timores, qa timebanẽ ne diabolus ibi aliquid operareẽ. Foris pugnę ab apertis inimicis, intus timores à falsis fratribus. Sic & ecclesia semꝑ habet inimicos, & quos ferat foris, et quos gemat intus. Foris facilius euitabiles, intus difficilius tolerabiles. Sunt.n. falsi frẽs, sunt mali filij, & tñ filij, qui non contra nos blasphemãt Christum, sed nobiscũ adorant Christum, & in nobis ꝑsequuntur Christũ, sicut Absalon pa- 2.Reg. 15

G trent suum. De his est timor in ecclesia, ne cęteros ad imitationē sui pertrahāt. Valde enim periculosum est infirmis, habitare cum talibus.

*Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrum desiderium, uestrum fletum, uestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem.*

Nos grauem tribulationem passi sumus. *Sed Deus qui cōsolatur humiles*. i. humiliatos passionibus pro suo nomine, *consolatus est nos in aduentu Titi* reuertētis a uobis, ut nobis eēt solatio. Nā q̃a Deus suorū non est īmemor, sed semp dat eis in aduersitate solatiū, accelerauit aduentum Titi, ut refrigerio nobis eēt positis in feruore tribulationis. Magna. n. consolatio est patientis, si secum habeat condolentem. Et magna nobis cōsolatio fuit, dum nostræ prædicationis adesse uideremus adiutorem. *Sed non solum in aduentu eius* consolatus est nos Deus, *sed etiam in consolatione qua* ipse Titus, q̃ dolorem habebat de inobediētia uestra, *consolatus est in uobis*, id est, consolationem accepit de pœnitētia uestra. Nā q̃a uidi Titū consolatū ī uobis, & ego cōsolatus sum in uestra emēdatione. Ipse enim consolatus est in uestra uoluntate ad conuersionem prompta, *referens nobis uestrum desiderium* de emendatione, *uestrum fletum* de commissis, *uestram æmulationem*. i. īdignationem contra pseudoapostolos *pro me*, id est, pro mea defensione, *ita ut magis gauderem* de uestra correctione, q̃ dolebam de nostra tribulatione. Nunciauit Titus illos habere desideriū emēdandi se, et flere pro his quæ male egerant, & æmulationem habere pro Apostolo. Addiscētes enim quæ promissa sunt bene uiuentibus, incitati sunt desiderio bene agendi, ut æterna pręmia mererentur adipisci. Et correpti non nitebantur excusare, sed flebant dolētes quia peccauerant. Intelligentes charitatē Apostoli erga se, cœperunt illum contra aduersarios defendere. Vnde ipse magis gauisus est, q̃a non solum se correxerant, sed etiam amplius profecerant. Profectus enim illorū augmentauit eius gaudium. Vel desiderium habebant uidendi Apostolum, et flebāt præ desiderio eius, & alter æmulabatur alterius desideriū pro Apostolo uidendo. D

*Quoniam etsi contristaui uos in epistola, non me pœnitet. Et si pœniteret, uidens quòd epistola illa (etsi ad horam) uos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur.* 1. Petri. 2.

Vere magnum percepi gaudium, referente Tito quæ in uobis gesta sunt. Quia *etsi contristaui uos*, id est, si errores uestros seuerius corripui in prima *epistola, non me pœnitet* asperè scripsisse, quia hoc causa poscebat, & bonus effectus est secutus. Non me modo pœnitet, quòd uos durius increpans contristaui, quia uester profectus facit me nō pœnitere. *Et si me* pœniteret propter charitatem quia uos contristaui, *nunc gaudeo*, quia profuit quòd uos contristaui. Gaudeo uidens *quòd epistola illa* tam aspera *uos cōtristauit, et si ad horam*, id est, quamuis paruo tempore. Perpendo enim utilitatem, quæ processit ex illa tam breui tristitia. Gaudeo enim, non ideo *quia contristati estis*, *sed* ideo *quia ad pœnitentiam estis contristati*, id est, non mihi gaudium facit uestra tristitia, sed uestra pœnitentia, quæ non potuit esse sine tristitia. Gaudeo quia cum pudore estis contristati, non cum ira. Qui enim reprehensus pudorem patitur, corrigere se promittit. Qui autem irascitur, peiorem

A se futurum ostendit. De hac tristitia gaudeo, quia *contristati estis secundum deum.* id est, secundum uoluntatem & inspirationem Dei, *ut in nullo* .i. nec in contristatione uestra *patiamini detrimentum ex nobis*, sed ad profectum omnia prouenniant. Detrimentum. n. auditor ex prædicatione doctoris patitur, quando præceptis eius inobediens existit, & priori peccato peccatum inobedientiæ adiungit. Quia secundum deum contristati estis, idcirco detrimentum non patiemini, sed commodum assequemini. Nam *tristitia quæ est secundum Deum*, id est, qua quis dolet se fecisse quod Deus odit, *operatur pœnitentiam* ducentem *in salutem* nõ transitoriam, sed stabilem et æternam. Qui.n. in de tristis est, quia hoc ei in seipso displicet quod Deo displicet, elaborat illud pœnitendo delere & Deo satisfacere, ut possit ad salutem quam peccando amiserat, peruenire. Agit.n. pœnitentiam, & sperat Dei misericordiam. Sed econtrario *tristitia seculi* i. qua peccator qui se non uult corrigere, tristis est & dolet, atque erubescit se detectum esse in hoc seculo, ubi nil uerecundiæ de suis nequitijs uult habere, operatur æternam mortem. Et ideo cauete tristitiam illã. Tristitia enim seculi est aut de uerecundia reprehensæ culpæ, aut de amissis reb9 præsentibus, aut de alienis nõ inuadis, aut de aliena felicitate, uel de aliqua huiusmodi re torqueri. Dum ergo tali quis tristitia tenetur, cor eius à principe mortis diabolo possidet, & mortem in eo tristitia hæc operatur. Tristitia uero secundum Deum est, aut sua aut aliena peccata lugere. Et ideo pœnitentiam operatur, quæ ducit ad salutem.

*Ecce enim hoc ipsum secundum Deum cõtristari uos, quantam in uobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationẽ, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam.*

Verè tristitia quæ secundum deum cor afficit, operatur pœnitentiam in salutem. Nam operatur ea quæ conducunt. *Ecce enim* in uobisipsis hoc apparet, in uobisipsis hoc experti estis. Quia *hoc ipsum contristari nos secundum Deum*, id est, hoc ipsum quod contristati estis secundum Deum, licet paruum uideatur esse, quantam.i. quàm magnam *operatur in uobis solicitudinem* emendandi quod deliquistis, uel ne amplius delinquatis. Nec solum solicitudinem ne denuo peccetis, *sed & defensionem* aduersus impugnationes dæmonum, quia non iam finitis uos ab eis uinci, sed strenue uosipsos defenditis. Et non solum defensionẽ aduersum inimicos, *sed indignationem* contra uos ipsos pro malis quæ fecistis. Nec tantum indignationem, *sed & timorem*, ne damnemini pro peccatis quæ cõmisistis, uel ne deinceps in culpas cadatis, quoniam beatus homo qui semper est pauidus. Nec solũ timorem, *sed & desiderium*, quo desideratis i melius proueh. Et nõ solum desiderium, *sed & æmulationem*.i. zelum atque feruorẽ imitandi me uel alios bonos. Neque tantũmodo æmulationem bene agendi ad exemplum sanctorum, sed & uindictam, quia punitis in uobisipsis mala quę fecistis. Hæc omnia operatur in uobis hoc, quod secundum Deum contristati estis: & ideo patet quod tristitia quæ secundum Deũ est, operatur pœnitentiam in salutem: quia generat omnes has uirtutes, quę ducunt ad æternam salutem. Vel solicitudinem.i. mentis uigilantiam aduersus deceptiones pseudoapostolorum: et defensionem, ut me seu uos ipsos defendatis contra illos: & indignationem, ut illis uel cæteris male agentibus indignemini: & timorem gehennalis pœnæ, atque desiderium cœlestis glorię: uel timorem.i. suspicionẽ uestrę fragilitatis, ne per eam uobis contingat ut cadatis: & desiderium rectè semper uiuendi: & æmulatio-

Prouer.28.
Psal.25.
Ioan.2.

C nem, ut zelus domus Dei uos comedat, & ardeatis intrinsecus feruore corrigendi ea quæ male fiunt in ecclesia.i.in plebe christiana: & uindictam, ut eodem zelo Dei puniatis peccantes, sicut ecclesiæ disciplina exigit. Omnia hæc bona prodeunt ex tristitia quę est secũdum Deum, idcirco supra dixi, quia non me pœnitet, quòd uos ita contristaui.

*In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negocio. Igitur etsi scripsi uobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro uobis coràm Deo. Ideo quoque consolati sumus.*

Vt uniuersaliter dicam, quid uobis tristitia quæ scd͂m Deum est, cõtulerit, *in omnibus exhibuistis uos esse incontaminatos, negocio*.i. ut sitis incõtaminati christiano negocio agẽdo, ut libere possitis aliorũ peccata punire contaminatus.n. authoritatem non habet in alios uindicare. Vel exhibuistis uos esse incontaminatos.i. probastis uos esse immunes à negocio. i. à peccato illius qui patris uxorem habuit. Quia scd͂m disciplinam uindicastis in eum, ostendistis uos non iam esse contaminatos negocio iniquitatis illius, cui antea consentiendo inquinati eratis. Et quia incontaminati estis, igitur apparet quia nõ ꝑpter illos principaliter scripsi, sed magis propter ecclesiam. Et hoc est: *igitur etsi scripsi uobis* de illis, non scripsi *propter eum qui fecit iniuriam* patri, tollens uxorem eius, *nec propter eum qui passus est* .i.ꝑpter patrem cui uxor ablata est. nam & ipse grauiter peccauit, negligens uxoris suæ salutem, uel filij, & scienter ferens & silenter tantum flagitium. sed potius scripsi pro omnibus uobis *ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro uobis*.i. ut manifestaremus uobis ꝙ soliciti & studiosi simus de uestra salute *coràm Deo* qui uidet occulta intẽtionis uestræ. Hanc uobis manifestare uoluimus, ut & uos eam sciretis, quam in diuinis obtutibus habemus. Nam iniustos emendando, & pollutos sanctificando, & ecclesiæ reconciliando totius populi solicitudinẽ me habere demonstro. Quia in uno male agẽte multi confunduntur, et in uno cõtumeliam patiẽte multi indignantur, & quia pro salute & emendatione omnium uestrum scripsi de illis, & euenit quod intendebam, ideo consolati sumus dum uos audiremus esse correctos. Vel exhibuistis uos esse incontaminatos à negocio seculari, quo prius eratis contaminati, cum dicerem uobis, Audet aliquis uestrum habẽs negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Contaminati.n. eratis hoc negocio dum dicerẽ: Omnino delictum est in uobis, ꝙ iudicia habetis inter uos. Et quia nunc uos exhibuistis ab eo esse incõtaminatos, igit͛ etsi scripsi uobis, non scripsi principaliter propter eum qui fecit iniuriam uel qui passus est.i. propter quẽlibet eorũ q iniurias & fraudes fratribus faciebant, uel patiebãtur à fratribus, sed magis pro omnibus uobis, ut omnes talia facere caueretis. Et scripsi ad hoc, ut manifestarem uobis me pro uobis coràm Deo solicitum esse. Et quia nũc estis à tali negocio incontaminati, ideo consolationem habemus in uobis. 1.Cor.6. Ibidem.

*In consolatione autem nostra abũdantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus ẽ spiritus eius ab omnibus uobis. Et siquid apud illum de uobis gloriatus sum, non sum confusus. Sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscera eius abundantius in uobis sunt, reminiscentis omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus cõfido in uobis.*

Nos in hoc quidem consolati sumus, ꝙ icõtaminatos uos exhibui-

A stis negocio, sed amplius de gaudio Titi quod habet in uobis. Cum audisset apostolus eos per primam epistolā increpatos uelle se corrigere, consolationem accepit. A Tito etiā discens quia dolorem paterentur erroris sui, auctus est in consolatione & repletus gaudio, quia uolūtas eorum in opere cœperat probari, Tito id cū lætitia referente. Et hoc est qd̄ dicit: Nos cōsolati sumus de uestra melioratione. Sed *in consolatione nostra abundantius magis gauisi sumus super*. i. de, *gaudio Titi*. De utroq; n. i. de correctione uestra & de gaudio Titi abundātius gauisi sumus, q̄ tristaremur de tribulatiōe nostra, sed magis de gaudio *Titi, quia spiritus eius*, qui mœrore, p uestra subuersione defecerat, *refectus est ab omnibus uobis*, non quia iam omnes sitis correcti, sed quia iam quiddā sperat de reliquis. Spiritus eius, qui fame bonorum operum uestrorum defecerat, refectus est à uobis illo cibo, de quo dominus ait: Meus
Ioan. 4 cibus est ut faciam uolūtatem eius qui misit me. *Et si gloriatus sum apud illum de uobis quid*. i. aliqd boni de uobis asserens, *non sum confusus*, id est, non erubui de hac gloriatione. Anteq; pergeret Titus ad eos, audiuit ab apostolo quia erant bonæ uoluntatis in emendandis uitijs. Ac per hoc regresso illo & idem referente, nō erubuit apostolus, sed alacer factus est, quia non aliter inuenerat Titus q̄ audierat ab eo. Non sum (inquit) cōfusus pro uobis. *sed sicut omnia* quæ audistis à nobis, *locuti sumus nobis in ueritate* sine aliqua falsitatis admistione, *ita & gloriatio nostra que fuit* de uobis *ad Titum, facta est*, non solū uera, sed (ut plus dicam) ipsa *ueritas*, id est, apparuit ei ueritas, dum uideret ita esse ut dixerā. Efficientia enim uestræ correctionis tam uera facta est, q̄ & prædicatio nostra. Veritas enim arguentis apparet, si hi qui arguuntur, incipiunt se emendare: quia dum correcti imutātur, testimonium perhibent arguenti. Vos (inquam) spiritum eius refecistis, & me uera de uobis illi dixisse probastis. Et ideo *uiscera eius*... affectiones dilectionis eius *abundantius sunt in uobis* q̄ in alijs, quia uidit profectum uestrum. Sancti enim animus ī omni bono est. Viscera cordis eius sunt in uobis, *reminiscentis omnium uestrum obedientiam quomodo*. i. q̄ accurate *excepistis eum cum omni timore* cordis *& tremore* corporis. Sciētes Corinthij ab apostolo missum esse Titum, & se in multis uitijs ab apostolo fuisse reprehēsos, territi sunt in aduentu eius. Et quia uitam suam cœperant emendare, solliciti erant obedire præceptis eius, ut regressus apostoli animum mitigaret eis. Quamobrem Titus eos laudauit, qa in eo reueriti sunt apostolum. Ideo subiungit: *Gaudeo* uos ita profecisse, *quòd in omnibus* rebus *confido in uobis*, id est, confido q̄ in omnibus amodo bene agetis. Non solum enim in bona uoluntate eorum lætatus est, sed et in operibus bonis, quibus ea quę peccauerāt, emendabāt. Et ideo sicut sapiens medicus iam penè sanata uulnera lenissimis medicamentis curabat, ut prioris increpationis ustura sanaretur.

CAPVT VIII.

*Notam autem facimus uobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundātia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum, quia secundum uirtutem (testimonium illis reddo) & supra uirtutem uoluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij, quod fit in sanctos, & non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum domino, deinde nobis per uoluntatem Dei, ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam istā.*

Postq; correcti sunt, hortatur eos ad bene agendum, & exemplo eccle

C siarum Macedoniæ ad misericordiã illos prouocat, ut non putent graue quod uiderint Philippẽses uel alios iam fecisse. Et quia supradixerat, cũ uenissemus in Macedoniam, nullã requiem habuit caro nostra, ne quis putaret ꝙ nullum ibi fructum fecisset, sed solummodo pœnas sustinuisset, qđ nõ multũ ad cõmẽdationem ualeret, ostendit multos ibi fuisse cõuersos, & ad culmẽ pfectionis subito perductos. Quasi dicat: Hucusq; notam fecimus uobis consolationẽ, quam de uestra correctione habuimus in tribulatione, quã apud Macedones pertulimus. Sed nunc notificamus *uobis gratiam Dei*, i. gratuitam largitionem spiritalium bonorum, *quæ data est* diuinitus *in ecclesijs Macedoniæ*. Nos. n. non defecimus in tribulatione, sed perstitimus fortiter, donec ibi multę construerentur ecclesię. Et data est illis tanta gratia, *quod in multo experimento tribulationis*, i. cum multas experirẽtur tribulationes, *abundantia gaudij ipsorum* semper ãbũdauit. Quia deuoto animo perceperunt uerbum Dei, idcirco diuinitus eis data ẽ gratia, ut in tribulatione Pauli & Sylæ, quam supra memoraui, non scandalizarentur, sed de spe pmissa gauderẽt, & se passionibus eorum pbatos ostenderent. Et hoc est, in multo experimento nostræ uel etiam suæ tribulationis, abundãtia gaudij æterni ipsorum, quod de spe cœlestium prę miorum conceperant, nõ minorata ęst, sed abundauit. *Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias*. Quasi dicat: In tribulationibus quas patiẽdo experti sunt, & etiã de bonis suis pauperibus Christi copiose largiti sunt. Quia & altissima, i. profundissima et humillima: uel altissima, i. nobilissima & præconijs extollenda paupertas eorum abundauit in diuitias, i. maior facta est dum tẽderet diuitias dare. Vel abundauit in diuitias dan

Sup. 7.

D das, i. cum esset magna illis paupertas, abundanter tamen erogauerunt sanctis diuitias. Quia cum tenues essent substantia facultatum, animus ipsorum diues inuentus est in ministerio sanctorum. Diuitias dico, *simplicitatis eorum*, quia simplici intentione ex eo quod habebãt, erogauerũt non ut hominibus, sed ut soli Deo placerent. Non. n. duplici, sed simplici corde dederunt, qui non inde quęsierunt remunerationem ab hominibus & Deo, sed tantum à Deo. Vere paupertas eorum abũdauit in diuitias, *quia secundum uirtutem* rerum suarum *reddo illis* inde *testimonium*, i. assero, quia scdm quod uires eorum sufferre poterant erogauerunt) & *etiam supra uirtutem fuerunt* ad dandum *uoluntarij*, qm̃ amplius uolebant dare, ꝙ eorum uires admittebant. Non. n. coacti, sed uoluntarij in hoc fuerũt etiã supra uirtutem facultatum suarũ, quia etiã de suis rebus necessarijs, quibus uita illorum carere non poterat obtulerunt nemine cogente. Ipsi dico *obsecrantes nos*, i. cum adiuratione sacrorum deprecantes, ut de suis rebus facerẽt *gratiam*, i. grauitam donationem *& communicationem*, i. ut sua bona non quasi propria sibi retinerent sed quasi cõmunia sanctis impenderent, quę cõmunicatio esset *ministerij quod fit in sanctos*, i. in hoc fierent bona eorum cõmunia, ut ex his ministraretur in sustentationẽ sanctorũ qui erant in Hierusalem. Tam simpliciter & deuote obtulerunt quod ultra uires eorum erat, ut cũ lachrymis deprecantes offerrent, ut uel sic cogerent accipi à se quod accipiendum non uidebatur, quia plus erat ꝙ poterat eorum substãtia: ne forte eis postea egestas pœnitentiam boni operis suaderet. Sed quia tales se ostenderunt, ut puro animo iam prę sentia postponentes futuris promissionibus, confidentia fidei se confirmarent,

A materet, accipe ab eis uisum est, ne boni, cordis gratia fructum amitteret. *Et non egerunt sicut speravimus*, ut quasi pro redimendis culpis suis hoc darent, ut parceremus uitijs eorum, *sed dederunt domino* non solum res suas, *sed & semetipsos* quasi sacrificium imaculatum. Primum *domino*, ut ei soli seruirent, se deuouerunt: *deinde & nobis* se dederunt, ut essent parati nobis in omnib⁹ obedire: & hoc *per uoluntatem Dei*, q̄ uult homines subdi uicarijs suis, ut ipsi à nobis admoniti, operarētur singula mandata domini iuxta modum nostræ iussionis. Et idcirco ab his accipere debuimus quod offerebant, quia prius emendātes errores pristinos & uitæ ac morum uitia, ultra q̄ sperabamus, Deo se uouerūt. Visum est enī simpliciter illos hoc agere, ut nō timeret cui offerebatur accipere: quia non utiq; hoc animo offerebant, ut redimentes præpositos suos muneribus sibi mulcerent, ut uitia eorum non arguerent, quia munera excæcant oculos sapientiū, & peruertunt uerba iustorum. Dantes ergo se primum Deo dum emendāt uitia, deinde nobis dum sanctis offerunt sumptus, contristari nō debuerunt, qui penè ante q̄ inciperēt, pfecti esse uoluerunt. Horum igitur exemplo libenter ea quæ cœpistis, in ministerio sanctorum uos Corinthij debetis perficere. Ita .n. instituerunt, & ita prouocati sumus largitate eorum, *ut rogaremus Titum*, ut ad simile opus uos animaret, *ut quemadmodum cœpit* uos, postq̄ correcti estis, ad benè agendum informare, *ita perficiat in uobis etiam gratiam istam*, ut scilicet uos ad dandum. Quoniam Titi affectū syncerum nouerat apostolus circa istos, necnon & hos obediētes ei, idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat, ut quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ fructum in eis habuit, haberet etiam in hac gratia, ut B ad ministerium sanctorum promptos eos faceret, ut quia iam uitia emendabant, huius largitatis fructum facerent.

Deute. 16.

*Sed sicut in omnibus abundatis fide, et sermone, & scientia & omni solicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut et in hac gratia abundetis, non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem etiam uestræ charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est, qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nunc uero et facto perficite, ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.*

Rogauimus Titū ut uos moneat ad gratiā largitatis. Sed & ego uos ad hanc moneo, ut in hac abūdetis, *sicut in omnibus* rebus *abundatis fide*, quia in omnibus recta fides iam uobis abundat: *& sermone*, i. gratia loquendi uel in una lingua uel in plurib⁹ abūdatis: *& scientia* scripturarum, uel peritia quarumlibet rerum diuinitus concessa. Sunt enim nonnulli qui satis abūndant in sermone, sed tamen parum habent scientiæ: & sunt alij qui scientia abundant, sed eloquentiam sermonis nō habent. Vobis autem concessit deus abundāter utrūque, & sermonem scilicet & sciētiā. & abundatis in *omni solicitudine* q̄a sufficienter in omnibus estis soliciti, in quibus uos oportet solicitos esse. *insuper* abundatis *& charitate in nos* .i. uestra charitas transit abundanter in nos, quia copiose nos diligitis. Et sicut iam in his uirtutibus abūdatis, ita suadeo *ut & in hac gratia* largitatis *abundetis*, quatenus de uestris rebus abundanter iuxta modum possibilitatis uestræ sanctis impendatis. Non

Nota.

C *quasi imperans* hoc uobis *dico*, ne uidear uos ad hoc inuitos cogere, quos ad bene agendum spõtaneos uolo semper esse, & ne uos fiatis trãsgressores imperij mei. Non quasi imperãs, sed quasi consulens dico ut sanctis necessaria mittatis, & *comprobans*. i. probatum Deo & hominibus ostendere uolens, *bonum ingenium uestrae charitatis per solicitudinem aliorum*. i. ꝑ hoc quòd pro alijs. i. pro sanctis eritis soliciti, releuantes inopiam eorum, ut uideamini nõ didicisse, sed naturaliter possidere misericordiam & largitatem. Ita uolo comprobare uestram charitatem esse ingeniosam & prudẽtem, cũ sine imperio meo susceperit pauperum Christi solicitudinẽ, mittens eis unde releuent egestatem. Vel per solicitudinem aliorum .i. Macedonum, quos refero uobis solicitos esse de sustentatione sanctorum pauperum, uolo comprobare etiam bonum ingenium uestrae charitatis, ut ostendam charitatem uestram habere bonum ingenium, cum sine iussu meo coeperit sua spõte facere ea quę audit Macedones fecisse. Et iustum est ut in hac gratia abundetis, atq; pauperibus temporalia bona largiter ministretis: quia uosipsi *scitis* quã tam *gratiam* uobis Dei filius cõtulit, ꝙ misericorditer erga uos egit, qui pauper pro uobis temporaliter fieri uoluit, ut uos permanentium diuitiarum participes efficeremini. Hãc eius gratiam scitis, quia *cum esset diues* in sua maiestate *propter uos egenus factus est* in mundo, *ut uos illius inopia* diuitijs spiritalibus repleremini. Si ergo ille qui omniũ creator & dominus est, pro uobis paupertatẽ sustinuit, cur uos pro eius amore partem diuitiarum uestrarum eius membris indigentibus non tribuatis? Diues erat. Vnde. n. homines sunt diuites? Auro, argento, familia, terra. Sed omnia

Ioan. 1. per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, per quem factae sunt diuitiae, D etiam illae quae nõ sunt uerę diuitię? Per illum. n. & illae diuitiae, ingeniũ, memoria, uita, ipsius corporis sanitas, sensus, confirmatioq; membrorum. Etenim cum haec salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illum & illae maiores diuitiae, fides, pietas, iustitia, charitas, boni mores. Nemo enim & has habet, nisi per eum qui iustificat impiũ. Ecce ꝙ diues. Quis enim diues, qui habet qđ uult alio faciente, an qui facit qđ uult & aliũ habentem? Puto quia ditior est, qui fecit quod habes: quia quod ille habet, tu non habes. Diues est, cum sit in forma Dei ęqualis omnino patri. Sed egenus propter nos factus est, Philip. 2.
quando semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Non autem dictum est, egenus factus est cum diues fuisset: sed egenus factus est cũ diues esset. Paupertatẽ enim assumpsit, & diuitias non amisit. Intus diues, foris pauper. Latens deus in diuitijs, apparẽs homo in paupertate. Quia eius paupertate sumus ditati, quia in sanguine eius peccatorũ nostrorum conscissus est saccus. Per illum sanguinem abiecimus pannos iniquitatis, ut indueremur stolam ĩmortalitatis. Ne ergo diuitias expauesceremus, & ad eum accedere cũ nostra mendicitate non auderemus, pauperem se exhibuit. i. deus nasci dignatus est homo, uirtutem suę potestatis humilians, ut hominibus diuitias suae diuinitatis adquireret, & eos consortes diuinę naturę faceret. Qui tamen in diuinitatis suae diuitijs nobis inuisibilis permanens, mira nos poterat uirtutib⁹ ditare: sed ut ad internas diuitias rediret homo, foras apparere dignatus est pauper deus. Quia uidelicet minus nos amasset, nisi & paupertatem nostrã susciperet: nec uim nobis suae dilectionis ostenderet, nisi hoc quòd a

A nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. Et hoc est quod nunc Apostolus, ut ad largitatis gratiam uiscera nostræ compassionis accenderet, ait: Propter uos egenus factus est cum diues esset. Et his uerbis hortatur au ditores, ut largiēdo quasi pauperes fiant, ut prosit paupertas eorum sicut Christi paupertas nobis profuit. *Et in hoc*, inquit. i. in consideratione tāti beneficij Dei, *do uobis consilium*, ut scilicet ad similitudinē Christi paupertatem subire non recusetis, ut à sanctis paupertatem effugetis. *Hoc enim uobis est utile*, ut per imitationem paupertatis Christi tēdatis ad diuitias eius. Hoc uobis est utile, quia magis prodest facientibus quàm accipientibus. Vtile est uobis, *qui iam cœpistis* hoc *non solum facere, sed etiam uelle ab anno priore*. i. præterito, uel à priore anno uestræ conuersationis usque nunc. Facile quippe est in bono opere obedire etiam nolentem, sed hæc magna in uobis uirtus extitit, qui hoc bonum quod uobis nūc suadeo, & ante uoluistis. Sed *nunc* etiam id *facto perficite* quod iam uoluntate fecistis, ut non solum uelitis in corde, sed etiā compleatis in opere. Ita facto peragite, quod uoluntate iamdudum cœpistis agere, *ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis*, ita promptus *sit & animus perficiendi*. i. sicut prōptus est animus uester ad uolendum, ita prōptus sit & ad perficiendum *ex eo*. i. secundum id *quod habetis* siue plus, siue minus, ut unusquisque tantū det quātum potest: quoniam uoluntas retinēs quod dare posset, infructuosa est. Idcirco uobis suadeo dare ex eo quod habetis, quia *si uoluntas est prompta & parata dare secundum id quod habet, accepta est* deo secundum illud quod ita tribuit, *non secundum id quod non habet*. Acsi aperte dicat: Ne putetis me ab aliquo supra uires exigere, aut tantū à paupere quantum à diuite expetere. Omnes enim æqualiter dant, si unusquisque ex tāto dat quantum habet. Quia. n. Corinthij ad hoc opus ministerij prouocātur, hoc eis indicitur, ut nō plus tribuant quàm possunt: ne forte plus offerentes, coacti, non uoluntarij, uiderētur sine mercede facturi: quia qui coactus aliquid facit, mercedē non habet. Et ideo dicitur eis, quia si uoluntas est prompta dando secundum id quod habet, accepta est Deo, non secundum id quod non habet. Ille. n. dat ex eo quod habet, qui sibi necessaria retinet, & cętera quibus carere potest, largitur pauperibus. Qui uero de his tribuit quæ suo usui necessaria sunt, ille dat secundum id quod non habet. i. ultra uires suas: quoniam illa quibus indiget quasi non habet, quia carere nō potest, et idcirco ad dandum illa nō habet. Propter quod nunc dicitur Corinthijs qui tenaces sunt, quia uolūtas quę sua sponte tribuit secundum id quod habet, ut sibi scilicet necessaria retineat, placens est Deo: non illa quæ coacta tribuit secundum id quod non habet. i. quod sine murmuratione ferre non potest. Non. n. intelligendum est, non esse Deo acceptum siquis deuoto corde obtulerit etiam ultra suum posse, cum Macedones inde multū sint laudati, quoniam supra uirtutem fuerunt ad dandum uoluntarij. Illi enim non indiguerunt admonitione ut Corinthij, sed ultro obtulerunt cum precibus, ut probarent se tota uoluntate hoc facere, ut plus offerrent quàm poterant. ideoque fuit acceptabile. Quāto enim amplius obtulerunt, tanto plus accepturi sunt. Corinthijs uero tanquā adhuc infirmantibus parcitur. unde & subditur.

*Non enim ut alijs sit remissio, nobis autē tribulatio, sed ex æqualitate in præsenti tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia uestra inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est; Qui*

C *multum, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.* Exodi.16.

Iure dixi uolūtatem esse acceptā, si prompta fuerit dare secundum id quod habet. *Non enim* suadeo uobis tm̄ dare, *ut alijs* q̄bus dederitis, *fit remissio*.i.inopię alleuatio et relaxatio, sed *uobis tribulatio*.i.inopia nimia. Hęc procul dubio Apostolus condescendendo infirmis (ut præmisimus) intulit, qm̄ quibusdam inopiam ferre non ualētibus tolerabilius est minus tribuere, q̄ post largitatem suam ex inopiæ angustia murmurare. cū. n. dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem cōtra se impatientiæ exquirit. Prius ergo præparandus est animus patientiæ, & tunc aut multa aut cuncta sunt largienda, ne dū minus ęquanimiter inopia irruens fertur, & p̄missæ largitatis merces pereat, et adhuc mentem deterius murmuratio subsequens perdat. Nō hoc (inquit) sua deo ut alij ociose uiuant de bonis uestris, & tribulatione famis uos cruciemini: Sed ut ex æqualitate subueniatis illis *in præsenti tempore*.i. ut unusquisq; quantum habet, ad tempus diuidat cum sanctis, quia non plus exigitur q̄ sibi retinere debet, dicente scriptura, diliges proximum tuū sicut teipsum. &, Qui habet duas tunicas, det nō habenti. Vel in præsenti tempore breuis huius uitæ cōmunicate illis uestras diuitias, ut et ipsi in æterna uita communicent uobis suas. Et hoc est quod subditur: *uestra abundantia* carnalium bonorum suppleat, et si non ex toto compleat illorum corporalem inopiam, qui omnia mundi deseruerunt, *ut illorum* spiritalis *abundantia fit supplementum* spiritalis *uestræ inopiæ*. Hoc iubet apostolus, ut quia iuxta tempus sancti inopiā patiebantur, deserentes omnia mundi, & se solis diuinis operibus mancipantes, ut orationi uel doctrinæ in-

Leuit.19. Luc.3

D sistant ad profectum multorum, cæteri fideles qui negocijs uel artibus insistunt, aut paternas habent facultates, ministrent, eorū inopiæ, ut iterū sancti illic ubi diuites sunt, et isti inopes .i. in spiritalibus & æternis cōmunicent eis, quasi uicem rependentes ministerio eorum. Nam cum pauci sint qui spiritalia dona percipiunt, & multi qui rebus temporalibus abūdant, per hoc se diuites uirtutibus pauperum inserunt, qđ eisdem sanctis pauperibus de suis diuitijs solatia ministrēt. Vestra, inqt, abundantia illorū inopiā suppleat, ut & illorum abundantia uestrę inopię sit supplemētum, ut uidelicet solicitè perpendamus, q̄a & eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoq; uidebimus: & qui abundantes aspicimus, si largiri negligimus, quandoq; inopes erimus. Qui itaq; nunc in hoc tempore subsidiū pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quę quod acceperit, uberius reddit. Restat ergo ut nunquam elatio surgat ex munere, quando uidelicet diues ex eo quod pauperi tribuit, agit, ut in perpetuum pauper non sit. Qui enim uiuunt in seculo, non habent merita ad uitam æternam sufficientia. Sed quia pauperes Christi, quorum est regnum cœlorum, per eleemosynas amicos & debitores sibi fecerunt, per merita eorū consequentur quod per se non merentur: *ut tūc fiat* utrorunq; *æqualitas*, non quia nō differāt, sed quia omnes idem regnū habebunt, et unicuiq; sufficiet quod habebit. Vel æqualitas est, ut q̄a isti in hoc tempore ministrant sanctis, reddātur eis uices ab eis in futuro, quia debitores illi faciunt sanctos. Æqualitas ipsa est pax nostræ Hierusalem, ut opera misericordiæ corporalia iungantur operibus prædicationis

Matth.5.

A cationis spiritalibus, et fiat pax dando & accipiendo. Fiat æqualitas in regno, *sicut scriptum est* in signo. *Qui multum*, subaudi collegerat de manna, id est, amplius q̃ gomor, *non abundauit*, id est, non plus habuit q̃ gomor. *&* *qui modicum* collegerat, id est, minus quàm gomor, *non minorauit*. i. non minus habuit q̃ gomor. Quãdo enim uentum est ad epulas, omnes æqualiter habuerũt, hoc significante Deo, quia populus suus qui per desertũ huius uitæ graditur ad terrã promissionis æternæ, æqualitatem habiturus in conuiuio est supernæ refectionis, qa omnes Deum uidebunt. Et qui multum hîc laborauit, atq; plurima merita congregauit, non plus quantum ad æternam uitam pertinet habebit, q̃ ille qui modicum bonæ operationis egit. Vnde dicitur i euangelio, qa illi qui diuersis horis ad uineę culturam accesserunt, omnes pariter in uespera denarium acceperunt. Tunc ergo fiet æqualitas, qa oẽs habebũt uitę ęternę ęqualitatem. Oẽs erunt in æqualitate, qa omnes erunt in æternitate. Non. n. longior erit uita sanctorũ pauperum, q̃ uita electorũ secularium. Tamen sancti pauperes maiorem habebunt in carne & in anima gloriam & beatitudinem. Idcirco autem æquabuntur ita diuites sanctis pauperibus in pceptione denarĳ uitæ perennis, quia nunc æquant sibi illos in diuitĳs suis non secundum paritatem, sed ut sustententur de rebus eorum sicut ipsi. Rex. n. de toto regno suo non plus habet nisi uictum & indumentũ, quo carere præsens uita non potest. Et idcirco diues pauperẽ sibi æquat, si ei cibos & uestimenta præbeat, licet ipse plus retineat q̃ largiť. Qui multum (inquit) habuit nõ abundauit, quia scilicet quod plus habebat, dedit indigenti: & qui modicum, nõ minorauit, qa accepit ab illo q abũdauit. Vult nos oĩa cõmu B niter possidere, ut & perfecti doctrinam non abscondant, & habentes substantiam eis nõ denegent uictũ. Plus etiam in spe futuri seculi habẽt sancti, q̃ hi qui in isto tempore uidẽtur diuites: & tamen utriq; (sicur dictum est) in illo seculo ęquabuntur, ut sicut istorũ beneficio nunc sustentatur inopia sanctorũ, ita & hi beneficio sanctorũ tunc diuites fiant. Nõ enim totos se dederunt Deo, ut hîc pauperes, illic essent diuites, ideo uidentur illic esse pauperes. Sed ditabuntur sanctorũ suffragio, quorũ se uirtutibus inseruerunt, dum eos ad bene agẽdum sustentarent, ministrãdo illis necessaria: qa q recipit iustũ in noĩe iusti, mercedẽ iusti accipiet.

Exo 16.

Matth. 20.

Matth. 10.

*Gratias autem ago deo, qui dedit eandem solicitudinem pro nobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua uoluntate profectus est ad uos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ in hac gratia, quæ ministratur à nobis ad domini gloriam et destinatam uoluntatem nostram, deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis. Prouidemus enim bona non solum corám Deo, sed etiam corám hominibus. Misimus autẽ cum illis et fratrem nostrum, quẽ probauimus in multis sæpe solicitum esse, nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in uos, siue pro Tito, qui est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo quæ est charitatis nostræ & nostræ gloriæ pro uobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum Dei.*

Roma. 12.

Deus quia iustus est, sciẽs Corinthios uelle proficere, Titi affectum accendit erga eos, ut adimpleret exhortatione sua uoluntatem illorum in opere bono: qui uidens profectũ illorum, lętatus est in eis. Et hoc est: Ego quidem (inquit) solicite uos ad opus misericordiæ prouoco, sed *gra-*

C tias ago Deo, qui per spiritum sanctum dedit in corde Titi eandem solicitudinem, quã ego habeo pro uobis, ut non deficiatis, sed pficiatis in opere bono: quoniam non repugnauit, sed exhortationem nostram suscepit qua exhortabamur eum ire ad uos incitãdos Exhortationem quidem nostram suscepit, uoluntatem uero nõ per nos habuit, quia iam habebat. Et uoluntate qdem propria solicitus erat pro uobis, sed exhortatione nr͂a factus est solicitior. Et cum ita solicitior factus esset, pfectus est ad uos sua uoluntate, quam illi Deus ĩspirauerat. Vel suscepit exhortationem. i. suscepit hoc onus laboris, ut uos exhortaretur ad largitatem sustentationis sanctorꝝ: sed dum propter uestrum profectũ esset factus *solicitior, profectus est ad uos sua uoluntate*, id est, uidens uos proficere circa bonos actus, solicitior factus est erga curam uestræ salutis, ita ut uoluntarius proficisceretur ad uos, qui prius etiam rogatus excusabat ire propter uitia uestra. Ipse qdem profectus est sponte. Sed nos *misimus etiam cum illo fratrem* illum egregium, *cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias*. Hoc de Luca ĩtelligitur, q laudem in euangelio præ cæteris habet: quia ubicunq; recitatur euangelium, laudatur Lucas, qui tam eleganter illud scribere meruit. Sed *non solum* laudatur ubiq; de euangelij descriptione, sed etiam *ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ*, ut mecũ pergat quocunq; uado peregrinans ad prædicandum, & sit mihi comes & adiutor ubiq; *in hac gratia, quæ ministratur à* uobis, id est, in hac largitione eleemosynarum facienda, cuius nos ministri sumus *ad domini gloriam*, ut dominus noster Iesus Christus inde glorificetur: *& ad uoluntatem nostram*, qua uolumus ut bene detis: uoluntatem dico, destinatam ad huiusmodi studium, & deditam ac diuinitus præordinatã. Vel in hac spiritali gratia noui testamẽti, quæ gentibus per euangelium ministratur à nobis ad gloriam domini, & ad cõplendam uoluntatem nostram, qua uolumus ut gentes saluæ fiant, quæ uoluntas ad hoc destinata est. Lucã cõmendat Apostolus, qa hunc ignorabant Corinthij, ut scirent in quanta iam eẽnt boni opinione, ad quos tales uiri mittebantur, ut congauderent cum eis, augẽtes eos in fide operationis Dei, ad cuius gloriam solicite hoc agebãt, ut ipse agnosceretur in his. Nõnulli uero senserunt id & de Barnaba posse intelligi, qa & ipse ordinatus est comes peregrinationis Pauli, quãdo cũ eo missus est ad gentes, licet cum eo non perseuerauit. Lucas aũt perseuerauit. Et cõstitutus est comes eius in hac eleemosynarꝝ gratia, qa hoc decreuerũt apostoli, ut ipse & Barnabas prædicarent gẽtibus, sed tantũ memores essent sanctorꝝ pauperum qui erãt in Iudæa, ut quandiu fames illa duraret, mitterent eis uictualia. Et Barnabæ laus erat in euãgelio, qđ strenue prędicauerat per omnes ecclesias, in qbus cum Paulo fuerat. Sed hoc dissonare uidetur, ut hunc Paulus fratrem & nõ potius apl̃m uel socium nominet: & q hũc cum Tito quasi minorem misisse se dicat, & non potius Titum cum eo: uel q hunc Corinthijs quasi ignotum cõmendet, cum in priore epistola declarauerit hunc eis incognitum nõ esse, dicẽs: Aut solus ego, & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi, id est, stipendia sumẽdi. De Luca uero congrua sunt omnia, quia etsi nunc apud nos Lucas maior est Tito, apud animos tamẽ Corinthiorꝝ minor erat, ideoq; conuenienter missus esse cum eo dicitur. Excellentiã uero Titi nouerãt Corinthij, qa ipse Corinthius erat. Misimus (inqt) cũ Ti-

D

Actuũ. 13.

Actuũ. 15.

1. Cor. 9.

A to comitē nostræ peregrinationis, q per omnes ecclesias in euāgelio laudatur, *deuitantes hoc, nequis nos uituperet*.i. reprehendat *in hac* eleemosynarū *plenitudine*, quæ ministratur *à nobis*.i. quæ nostro ministerio fit. Nisi .n. testes idoneos et boni testimonij secū apostolus habuisset, īfirmi uel infideles cum tantam largitionem tam ꝗ copiosam uiderent, aliquid super Apostolo sinistre possent æstimare ui putarent eum tanꝙ sibi accipere & in suos cōuertere ea quę accipiebat ad supplēdas necessitates sanctoꝝ, per se offerenda uel distribuenda indigētibus. Sed ut omnem prauam suspicionem à se remoueret, multos idoneos adhibuit testes ī hac gratia plenarie pauperibus ministranda. Ideo (inquit) deuitamus uituperium, qa *prouidemus bona*.i. ꝓuidemus ut ea quæ facimus, sint bona *nō solum coram Deo, sed etiam corā hominibus*. Coràm Deo sufficit nobis bona conscientia, sed coràm hominibus necessaria est bona fama. Propter nos.n. conscientia nostra sufficit nobis, sed propter homines fama nostra non pollui, sed pollere debet in eis. Qui.n. fidens conscientiæ, negligit famā suam, crudelis est, quoniam salutem proximoꝝ spernit. Vel ideo se dixit Apostolus deuitare, nequis eum uituperaret in hac plenitudine doctrinæ ac miraculorū, quia negligens circa curam sanctoꝝ iudicari posset, si segnius ea quæ illis erant necessaria, procuraret, quoniam illi & Barnabæ iniunxerant priores apostoli, ut memores essent pauperum, sicut iam diximus. Ne ergo diceretur de eo, bene qdem p̄dicat, & religiose uiuit, sed non est memor sanctoꝝ pauperum, ut sibi fuerat iniūctum, cum ipse in oībus esset inuituperabilis, nec in hac parte indiligens iudicari uoluit, sed ad faciendā sanctis largitionē credētes ex gētibus monuit, quatenus & hoc ope cōpleto, in oībus appareret B eius solicitudo & ꝓuidētia. Prouidemus.n. (inqt) bona non solū coràm Deo, sed ēt corà hoībus. Prouidit bona corà Deo, dū qd' iubet Deus circa ministerium sanctoꝝ fieri doceret. Prouidit bona corà hoībus, dum tales ad hoc opus suadendum mitteret, qui non facerent eis scandalum: sed ꝓbitate sua ꝓuocarent eos, ne bona eius doctrina per improuidos ministros in uituperationem caderet. Nec solum (inquit) duos istos misimus, sed ēt fratrem alium cum illis, quem qdam dicunt esse Apollo, sed incertum est. *Quem sæpe probauimus in multis solicitum esse* de uestra salute, sed *nunc* experti sumus eum *multo solicitiorem* pro uobis, cū audisset uos esse correctos, certus quia obedietis ad bene agendū. Solicitior (inquā) factus est uidendi & exhortandi ad ministerium sanctoꝝ pro hac confidētia uestræ īmutationis in melius: *siue pro Tito*, qui de uobis ei multa retulit, qui non mentiretur, *qui est socius meus*, pergens mecum ubiqꝫ ad prędicandum: *& in uobis* est *adiutor* meus .i. in uestra cōuersione & correctione. Ipse est adiutor meus in uobis, *siue* cæteri *fratres nostri*, quos ad uos direxi, qui sunt *apostoli*.i. fundatores *ecclesiarum, gloria Christi*, quia in locis illis prædicauerūt Christum, ubi nunꝙ fuerat: & ad gloriam construxerunt ecclesias ex his, quos ad fidem conuerterunt. Vel fratres nostri priores apostoli, qui cum dn̄o in carne fuerūt, sunt adiutores mei in uobis: siue qa nōnunꝙ per uos transierunt, & uobis aliquid meliorationis contulerunt, siue quia suę prędicationis fama ac usqꝫ uobis ꝓuenerūt. Et qn̄qdem tales misimus uiros ad uos, ergo suscipite eos cum honore & dilectione sicut oportet. Scilicet *ostendite* nunc *in illos ostensionem uestra charitatis*.i. charitatem quā ostendere consueui

Actuū .15.

C ftis honorifice fufcipiendo cæteros fratres, nunc oftendite fufcipiendo iftos accuratius, ut bona quæ de uobis audierūt, ꝓbent effe uera. Et oftēfionem *gloriæ noftræ pro uobis* .i. opa charitatis, quæ fimiliter oftendere foletis in fufceptione fratrum, unde & nos gloriamur ꝓ uobis apud alias ecclefias, nunc oftendite in iftos, reuerentius & deuotius eos fufcipiendo. Et hoc facite *in facie* & in confpectu *ecclefiarum*, ut cæteræ ecclefiæ cognofcant uera effe bona quæ de uobis audierunt, & accipiant à uobis bonum exemplum.

CAPVT IX.

*Nam de minifterio quod fit in fanctos, ex abūdanti eft mihi fcribere uobis. Scio enim promptū animū ueftrum, pro quo de uobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata eft ab anno præterito, & ueftra amulatio prouocauit plurimos. Mifimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, (ut quēamodum dixi) parati fitis, ne cum uenerint Macedones mecum, et inuenerint uos imparatos, erubefcamus nos, ut non dicamus uos, in hac fubftātia. Neceffarium ergo exiftimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, et præparent repromiffam benedictionem hāc paratam effe fic quafi benedictionem, non quafi auaritiam.*

De receptione iuftoꝝ uos admoneo. *nam de minifterio quod fit in fanctos*, nō neceffe eft ut uos admoneam. De illo enim minifterio *eft mihi ex abundanti*, id eft, ex fuperfluo *fcribere uobis*. Superfluum eft. n. fi cōmoneas eū quē fcis facturum. Sed tamen ut diligentiam meam oftendam, & uos promtiores faciā, non eft ociofum fi fcribo, ut fciatis magna uos diligentia debere peragere, qđ frequēter uobis intimatur. Ideo autē uidetur fuperfluum ut uobis de hac re fcribam, quia *fcio animum ueftrum* ad hanc largitionem faciendā effe *promptum*, *pro quo* animo ueftro ad hāc gratiam deuoto *glorior apud Macedonas*. uidete nē fruftra. Solet. n. fe meliorem præbere ille, de quo bene fentitur ab alio. Idcirco *de uobis* glorior, *quoniam* non folum Corinthus, quæ eft metropolis ciuitas, fed etiam uniuerfa *Achaia* quæ eft magna regio, *parata eft ab anno præterito* dare quod fanctis mittatur. *& ueftra æmulatio*, id eft, feruor imitādi uos *prouocauit plurimos* ad hoc pietatis opus. Cæteræ enim ecclefiæ dum audiunt Corinthios prius multis erroribus fuiffe implicatos, poftea uero correctos & mifericordiæ operibus intētos, æmulationes eorū incitatæ funt ad bonū opus, quafi cogitātes apud fe & dicentes, quia fi hi qui poft acceptam fidem male conuerfati fuerant, hanc cœperunt habere uoluntatem, cur non magis illi, in quibus hæc uitia non funt reperta? Ego qdē (inquit) glorior in fplendore animi ueftri, qui promptus eft ad largiendum. fed *mifimus fratres*, non *ut* uos ad hoc exhortarentur, ad quod ex animo parati eftis: fed ut uos faciāt memores, ne circa uotum & ꝓmiffionē exiftatis negligentes. Et hoc eft, animus quidem uefter prōptus eft, fed mifimus prędictos fratres ad uos, *ut fitis parati* ad ꝓferendum quod dederitis, *ne* fi imparati fueritis, *euacuetur* in hac parte totū quod gloriamur de uobis. Mifimus (inquā) illos, *ut quēadmodum dixi* illis uos effe paratos, *fitis parati* uel quemadmodum dixi uobis, fitis parati: fiue quemadmodū dixi Macedonibus, *ne forte cum uenerint mecum Macedones*, & inuenerint uos imparatos, *erubefcamus nos in hac fubftantia* .i. in hac re poffeffa, in hac diuitiarum fubftantia, quæ pauperes fuftētare debuit. Dixi ne erubefcamus nos qui de uobis gloriabamur, *ut non dicamus* uos erubefcere, id eft, ut ueftram erubefcentiam taceamus. Vefter. n. pudor erit maximus in noftra uerecundia, fi inuenta fuerit impræparatio ueftra. Nam fi hoc inuētū non fuerit, quod teftificatus fum de uobis,

A de uobis, & ego erubescã in uobis, qui substantiam sanctis promissam non reddidistis: & uos amplius cõfundemini, qui nec ꝓpterea qđ testis uobis fui studuistis agere, ut medixisse uerꝙ de uobis probaretis. Ne *ergo* contingat ut & uos & nos grauiter erubescamus, *necessarium existimaui rogare* prædictos *fratres, ut* me *præueniant* euntes *ad uos, & præparent* interim *benedictionem*, id est, largam & charitatiuã donationem: benedictionem dico, *re promissam*, quia iam promisistis, & re promisistis eam: & præparando faciant *hanc esse paratam* in aduentu nostro, *sic quasi benedictionem*, id est, quasi opus charitatis, *non quasi auaritiam*, id est, non quasi strictam dationem, de qua doleat qui dederit. Auaritia.n. uocatur datio, quæ fit tenaci & parco ac tristi animo: benedictio autẽ, quæ fit largo & alacri animo. Tractum est hoc uocabulum à patriarchis, q benedictione sua filios suos omniũ fertilitate bonoꝝ replebant, ut Isaac benedicens Iacob & Esau, & ut Iacob benedicens Effraim & Manassen.

Gene. 27. & 48.

*Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

Hoc loco ad magna largiendi studia mentes audientiũ accendit Apostolus, ne qui multa dare põt, pauca largiatur. Fratres, inquit, præcesserunt me ut præparẽt dationem uestram, sed ego cur large detis pręscribo, quia *hoc dico* uobis, quod *qui parce seminat*, id est, auare tribuit, *parce* etiam *metet*, id est, parũ in futuro seculo recipiet. Parcus.n. est auarus, cui extorquetur quod dat, dum compelli tur tribuere uel ꝓpter uerecũdiam, uel propter longam multoꝝ admonitionem. Huic parua messis est, qa parco animo dedit, licet magna uideatur dedisse. Ecõtrario uidua quæ in gazophylacium misit duo minuta, laudata est misisse, plus quã omnes diuites: quia largo animo totũ quod habebat misit, cum cæteri parco animo mitterent, & multo maiora q̃ mittebãt, sibi retinerẽt. Et ideo parce seminabant, quamuis multa seminare uiderentur: quia tantum seminare nolebant, quantum poterãt. Dare enim nõ est amittere, sed seminare: ad tempus carere, ut postmodũ multiplicius habeatur. Sed qui parce seminat, id est, qui nõ uult large tribuere cum possit, parce & metet, id est, exiguum remunerationis colliget: quia sicut ipse nunc est parcus ad tribuendum, ita & Deus erit parcus ad retribuendum. *& qui seminat in benedictionibus*. i. qui tribuit uolũtate bona sub spe futuræ remunerationis, hic *metet de benedictionibus*, quando cũ cęteris eleemosynariis audiet, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ: qa esuriui, & dedistis mihi mãducare. Seminat.n. in benedictionibus ubi plus pensatur affectus q̃ cẽsus. i. pro posse suo bona large tribuit in beneuolis affectionibus, & idcirco de benedictionibus Dei metet fructum uitæ perennis.

Marc. 12. Luc. 21.

Matth. 25.

*Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.*

Eccle. 35.

Et qa de benedictionibus supnis metet, qui nũc in bñdictionibus bonæ uolũtatis seminat. i. læto et largo aĩo dat, siue parũ, siue multũ sit illđ qđ dat, ideo *unusquisq;* det *prout destinauit in corde suo*. i. sicut deliberauit et pręordinauit in cõsilio suæ rõnis & uoluntatis, ut qcquid in corde suo disposuit se daturũ, det: & eo deuotionis affectu quo ꝓposuit, det: scilicet *non ex tristitia aut ex necessitate*. i. non inuitus aut coactus. Eleemosyna.n. plerũq; fit à tristibus & murmurantibus, ut careãt tędio ĩterpellantis, nõ ut uiscera reficiãt indigẽtis: sed non est acceptabilis Deo talis datio. Et

C ideo nō ex tristitia, sed ex lętitia cordis est dandum qđ datur: q̄a ex his qui tribuunt, hunc eligit Deus, ut ei retribuat qui deuoto animo tribuit quasi thesaurizans apud Deū. Sunt enim nonnulli qui multū rogati ab aliquibus, tędio precis sibi factæ ad dandū compelluntur importunitate postulationis assiduæ: & sic dant tristes & inuiti, non ex affectu dile-
Luc. 18. ctionis aut piæ compassionis. Nonnulli sunt etiam, qui licet nō sint tristes uel coactione dolentes, tñ quando largiuntur, faciunt ex necessitate: siue quia omnes alij dant, siue q̄a multi ut largiantur, admonēt: & cū sic honestate sua non possint nō date, quadam necessitate ad dandū coguntur. Sed quisquis dationem suā Deo uult esse gratam, non det ex tristitia uel ex necessitate, sed ex lætitia & ex uoluntate: quia *hilarem datorem diligit Deus*, id est, illum qui per charitatem lætus et hilaris ac serenus spe supernæ retributionis tribuit.

*Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne*
Psal. 111. *opus bonum, sicut scriptū est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.*

Ego q̄dem uos admoneo ad hanc largitatis gratiam, sed Deus potens est facere in uobis quod admoneo. Ego enim uerba exhortationis edere possum, sed ille mentes uestras in
1. Cor. 3. melius promouere potest: quia ego quidem plantare & rigare possum, ille autem dare sufficit incrementū. Et ideo potentiam eius adesse uobis exopto, ut sicut in emendatione uitiorum & ueritate doctrinæ corda uestra tetigit, ita & in gratia largitatis faueat cœptis uestris. Ipse est.n. potens facere ubertim *abundare in nobis* non solum istam, sed & *omnem gratiā, ita ut in omnibus* rebus *semper habentes omnem sufficientiam*, id est, non indigentes aliquando his quæ ad salutem necessaria sunt, *abundetis in omne opus bonum*, id est, in largitione sicut in cæteris. Si enim solam uobis sufficientiā elegeritis poteritis in Dei opere abūdare quia illud uobis retinendo qđ sufficit, cætera in usus pauperum expēdetis, & hoc erit abundare in opere bono. Licet.n. exigui hominis paruum sit munus, abundat tamen, q̄a bono animo fit. Exteriora enim nostra domino quamlibet parua sufficiunt. Cor namq; & non substantiam pensat, nec perpēdit quantū in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Qui.n. plus habet, plus offerre debet. Ita potest Deus omnem gratiā facere in uobis abundare, ut sine dāno uestro alijs beneficia largientes, abundetis tendentes per largitatem in omne opus bonū, *sicut scriptum est*, id est, ut neque sit in uobis auaritia, neq; pdigalitas, sed bona uestra diffuse & rationabiliter detis cum bona intentione, nō pro temporali cōmodo, sed pro æterna remuneratione, sicut iustum uirum fecisse dicit scriptura: *Dispersit*, id est, non uni om- Psal. 111.
nia tribuit, sed diuerso modo his & illis sparsit: ut pluribus proficeret, & unicuiq; iuxta quod decebat. Per hoc auaritia remouetur. Et dedit nō indiscrete omnibus, neq; diuitibus aut histrionibus, sed cum ratione & discretione solis *pauperibus*, qui in hoc seculo nō possent ei reddere. Per hoc remouetur uitiū auaritiæ contrariū, id est, prodigalitas, & etiam appetitio temporalis retributionis. Et ideo *iustitia eius*, id est, iustum opus misericordiæ eius *manet in seculum seculi*, id est, in æternum: quia ex eo quod temporaliter iuste egit, æternam habet iustitiam & uitam. Iustus enim est, q̄ bona mūdi communia reputat, qui sciens Deum omnia cōmuniter omnibus dare, quia solem suum oriri facit omnibus & pluit omnibus, & Matth. 5.
terram dedit omnibus: idcirco diui

A dit cum his qui copiam terræ nõ habent, ne beneficiĳs Dei priuati uideātur. Et quia sibi soli non detinet qđ à Deo scit omnibus datum, sed credit esse iustum ut habens det nõ habenti, idcirco iustitia eius manet in æternum, quia in futuro seculo hāc secum habebit in perpetuum. Et si huius, qui pauperibus dedit, iustitia manet in ęternũ, quanto magis eius q ministrauit sanctis? Pauperes.n dici possunt, qui publice egeni sunt. Sancti autem discernuntur ab his, qa ipsi sunt serui Dei, insistentes orationibus ac ieiuniĳs, & putam uitam ducentes.

*Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem* Deo.

Vos debetis alacriter ministrare sanctis ob spem supernæ retributionis. Sed & in hac uita penuriam nõ timeatis, quia Deus *qui administrat semen seminanti, præstabit* ei etiam *panem ad manducandum* interim, donec ex illo semine frugem colligat. *& multiplicabit semen uestrum*, quod ĩ terram misistis, ut inde copiosa messis exurgat, unde plures eleemosynas facere possitis. Omnia Dei sunt, et semina et nascentia, & Dei nutu crescunt & multiplicātur ad usus hominum. Deus ergo qui hęc dat, & ipse iubet de his dari illis q indigent. Ac per hoc qui dat iuxta uolũtatem Dei, augetur ei diuinit⁹, ut habeat unde adhuc amplius largiatur. Vult enim Deus ut fideles q habent huius mundi substantiam ministrent necessitatibus sanctorũ, ut nihil illis desit, q celsiorem sanctitatis gradũ in ecclesia tenere uoluerunt, ut spei secularis uincula cũcta præciderent, & animum liberũ diuinæ militiæ dedicarent: & quisq; eis bene ministrauerit amplificetur illi semper unde largius ministrare possit. Deus itaq; qui administrat semen seminanti, unde in futuro anno uiuat & eleemosynas faciat, præstabit interim & panem, id est, subsidium uitæ præsentis, nõ ad superfluitatem, sed ad mãducandũ, id est ad necessarium usum. Et ne sitis soliciti de tempore futuro, qa ipse propter alimenta præsentia quæ uobis largieť, non dimittet quin semen uestrum multiplicet, & fruges crescere faciat, ut semper magis ac magis dare sufficiatis, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ, id est, multo abundantiora incrementa dabit frugibus, quas promeretur iustitia uestra. Iustitia enim est, ut qa Deus dat, retribuat ex eo & homo illi cui deest. Et qa uos huiusmodi iustitiam seruatis, ut sicut Deus uobis non habentibus tribuit, ita & uos aliĳs qui non habent tribuatis, idcirco diuinitus augentur incremẽta frugum uestrarũ, *ut in omnibus* necessariĳs *locupletati* rebus, *abundetis in omnem simplicitatem*, id est, in omnem largitionem nõ duplici, sed simplici animo factam. Qui enim bene & simpliciter sanctis ministrat, amplificatur ei nutu diuino, ut habeat unde semper largiri possit, & in præsenti locupletatus & in futuro seculo. Semel.n. seminans bis metet, id est, ex una operatione bona hîc et in futuro retributionem percipiet. Ipse tñ non duplici intentione debet operari bonũ, ut inde quærat & ĩ isto et in alio seculo remunerationẽ, ne computeť in eis, de qbus dictum est, Receperũt mercedem suam: sed simplici corde solã in supernis retributionẽ appetat, licet Deus illi & in hoc seculo retribuat. Potest semẽ intelligi, qcqd pro Deo dať. Et ipse q administrat semẽ seminanti.i. q dat eleemosynario rẽ quam pauperi tribuat, præstabit ēt panem ad manducandũ.i. præbebit Matth. 5.

C unde possit uiuere. Et multiplicabit semen uestrũ .i. multipliciter abũdare faciet rem uestram, quam seminatis dãdo pauperibus, ut habeatis & quẽ largius seminetis, & unde uiuatis. Et augebit incrementa frugũ iustitiæ uestræ .i. augmentabit eleemosynas uestras, pro quibus frugem æternæ retributionis accipiet iustitia uestra. Iustitia enim est obseruatio mãdatorum Dei, & inde fruges .i. fructus æternæ remunerationis proueniũt. Incrementa frugis huius, sunt eleemosynæ, pro quarum merito & hîc uirtutes augẽtur, & in futuro gloria crescit. Vel incrementa cœlestium frugum uestrarum sunt affectiones dandi largius, et subueniendi indigẽtibus: quia quanto maiori affectu piæ compassionis subuenit quis indigẽtiæ proximi, tãto maiorem sibi frugem acquirit æternæ refectionis. Et Deus sic augebit semen uestrũ & frugem, ut locupletati in oĩbus corporalibus & spiritualibus rebus, abundetis .i. interius bona uolũtate, et exterius bona operatione. Abũdetis dico, tẽdentes in omnem simplicitatẽ .i. in hoc ut puro & simplici corde faciatis omnia, ut à solo Deo retributionẽm de oĩbus quæratis, ut neque subiectionem à pauperibus, neque laudem ab hominibus desideretis, nec ullam in hac uita remuneratione, *quæ* simplicitas uestræ intentionis in opere bono *operatur per nos gratiarũ actionem Deo* .i. facit nos agere gratias Deo, qui uobis inspirauit hãc uolũtatem, ut ita simplici intẽtione faciatis ĩ sanctos collationem, & cætera quæ pertinẽt ad aĩæ urẽ salutẽ. Vel per nos prædicatores & exhortatores operatur gratiarum actionẽ .i. agit ut illi qui beneficia suscipiunt, gratias agant Deo.

*Quoniam ministerium huius officij non solũ supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multos gratiarũ actione in domino, per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis uestræ, in euangelio Christi, & simplicitate communicationis uestræ in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentem gratiam Dei in uobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.* D

Idcirco pro uestra sim plicitate .i. pro largitione simplici animo facta aguntur Deo gratiæ, quoniam multa bona continentur in ea. *Quoniam ministerium huius officij* .i. ministratio quæ per officium nostrũ à uobis exhibetur sanctis, *non solum supplet ea quæ desunt sanctis* .i. nõ solum repellit indigentiam sanctorum, qui non laborant, sed orationibus & diuinæ contemplationi uacant, *sed etiam* plus operatur, scilicet *abundat gratiarũ actione* facta *per multos in domino* .i. causa & incitamentum est multis ut agant gratias pro uobis in operatione domini, quæ refulget in uobis. Hoc est dicere: Ministratio nostra quæ fit per dispensationem officij nostri, non solum necessarios sumptus exhibet sanctis, sed etiam in hoc abundat, ut nõ hi soli qui beneficio uestro sustentantur, sed & alij multi grãs pro uobis agãt Deo, cõmẽdantes factum uestrum dño, ut paucis tribuẽtes, à multorũ obsecrationibus Deo cõmendemini. Per multos agantur pro uobis grãe, & hoc *per probationem ministerij huius* .i. per hoc quod experiũtur, siue laudãt hãc ministrationem uestrã. Multos dico *glorificantes Deum in obedientia confessionis uestræ, in euangelio Xpi*. Probãtes enim mentẽ urãm in hoc opere, glorificãt in uobis Deũ, cuius spe firmati, obeditis euãgelio Christi: & quod ore confitemini, actione demõstratis. Inde glorificãt Deũ, quia uos obedistis faciẽtes opera quæ exigit confessio xpianæ fidei, & hoc in euangelio .i. in præceptis euangelij Christi. & glorificãt illũ et in *simplicitate uestræ cõmunicationis*, id est, in eo quod non duplici, sed simplici spe facitis uestra bona communia *in illos* san-

ctos, qui sunt Hierosolymis, *& in omnes* alios quos uidetis egentes. Glorificant etiam Deum *in obsecratione ipsorum pro uobis.* i. in eo quod ipsi quos sustentatis, obsecrant pro uobis. Ipsorum dico, *desiderantium uos* uidere i cœlesti regno, uel etiam in præsenti seculo, ut gaudeant ex conspectu uestro. Quis. n. non cupiat oculis uidere necessitatibus suis propter dei nomen subiectos? Ipsi uos desiderāt uidere, & hoc *propter gratiam Dei eminentem in uobis.* i. propterea quia deus tam excellēter gratiam suam accumulauit in uobis, ut ita sanctis egentibus cōmunicetis ob affectum piæ dilectionis. Et quia tot bona hinc & inde ꝓcedunt ex hoc ministerio, idcirco *gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.* i. de dono charitatis quod in uobis et in sanctis illis posuit: quod quantum sit & quàm multiplex, uel ꝙ honestum & quàm iustum & quàm utile, nemo pōt manifeste narrare. Tanta pinguedine sanctæ lætitiæ perfusus est apostolus dum loqueretur de alterna indigentia, & de alterno supplemento indigentiæ prouincialium Christi & militū Christi, hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem de spiritalibus in istos, ut nunc in fine sermonis exclamaret, & tanquam sanctorum gaudiorum sagina eructaret, dicens: Gratias Deo super inenarrabili dono eius. Inenarrabile enim donum Dei est, quod incitat homines ad bene agendum, quādo bona operantur propter spem eorum quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, neque cor hominis excogitauit. 1. Cor. 2.

CAPVT. X.

*Ipse autem ego Paulus obsecro uos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter uos, absens autem confido in uobis. Rogo autem uos, ne præsens audeā per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus.*

Ad incorrectos loquitur, qui pseudapostolos sequebantur, et eum ferocem putabant, quia mordaciter ī priore epistola uitiosos increpauit. Quasi dicat: Correctos ad eleemosynas inuitaui, sed uos alios obsecro ego ipse, idem uobis existens qui & illis, cum tamen uos sitis alij. Ego Paulus. i. humilis uel mirabilis, obsecro uos humiliter, ut mores uestros emendetis. Vel præmissi fratres hortati sunt ad ministerium sanctorum eos de uobis, ꝗ correcti fuerant, sed nūc *ego Paulus ipse* non alius, *obsecro uos* obnixe ꝙ corrigi debuistis, sed distulistis, ut ultra nō differatis. Obsecro uos *per mansuetudinem Christi.* id est, per eam mansuetudinem, qua Christus cum se posset uindicare, sustinuit iniuriosos ut corrigeret eos. & per modestiam eius, qua culpas eorum modesto pœnitentiæ flagello per baptismum deleuit, dicente illis Petro: Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisꝗ uestrū, &c. Mansuetus erga nos fuit Christus, quando sine aliqua ultione per baptismū nobis peccata dimisit. Modestus fuit, quando etsi non absꝗ ultione, non tamen immoderata, sed tolerabili et modesta tribulationum punitione, nos ad uitam perennem reuocauit. Mansuetus est Christus, pie parcendo et tolerando: modestus est, moderata ultione puniendo. Et mansuetudo atꝗ modestia Christi, cuius imitator sum, est causa cur nō imperās, sed obsecrans uobis loquor, quia et lenis sum exemplo Christi ad parcēdum, & modeste ad modificate puniendum seuerus. *qui in facie quidem.* i. in præsentia & uisione corporis *sum inter uos humilis*, & quasi cōtemptibilis, sed *absens confido in uobis.* i. confidenter per epistolam uos reprehēdo. Et uos putatis ꝙ tantū absens. i. in epistola cōfidentiam seueritatis habeā, Act. 2.

C & nõ præsens facie. Sed *rogo uos ne præsens audeam*.i. rogo ut uosipsos corrigatis, ne cum uenero audacter puniã *per eam confidentiam, qua* tãtũ putor absens confidere. Apostoli confidentia est, fiducia sibi datæ potestatis à Christo, cuius uicarius est, ut uindicet in eos qui sub noie Christi agentes, non obaudiunt ut se corrigant, in quibus reprehenduntur. Et nunc absens obsecrat eos, ne præsens audeat in eos uindicare per hanc confidentiam.i. ne cum præsens fuerit, cogatur irasci propter uitia eorum, ut componẽtes se qui adhuc non emẽdauerant, molliãt sibi rigorem eius, ut moderatos eos inueniens, pressa seueritate, lætetur in eis. Rogo (inqt) ne præsens audeam.i. ne cum p̃sens adero, ꝓpter uitia uos audacter (ut ius ecclesiasticę correctionis exigit) feriam per eam confidentiam uelut arrogantiæ, qua nõnullis *existimor audere in quosdam* incorreptos, dũ peccantes punio, sicut eum qui fornicatus fuerat. Vnde quidam uestrum putãt me nimis audacem per fiduciam arrogantiæ & dominationis, quia uel tales audeo punire. *Qui nos arbitrantur tanquam secundum carnem ambulemus*, idest, tanq̃ scd̃m morem carnalium agamus. Vel arbitrantur nos tanq̃ secũdum carnem ambulemus, non recipiendo spiritalia quæ dicimus: sic nos existimant quasi carnalia loquãmur, quæ recipienda non sint. Ideo enim nos arbitrantur secũdum carnem ambulare, id est, carnali sensu prædicare, quia qui spernit spiritalia, putat illa esse carnalia.

*In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionẽ munitionum. Consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obsequium Christi, & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia.*

D. Ipsi nos arbitrantur, ut dixi, tanq̃ scd̃m carnem ambulemus. Et merito dixi tanquam, quia nõ re uera secundum carnem ambulamus, ut illi putant. *In carne enim ambulantes*.i. in corpore uitam pręsentem ducentes, *non militamus secundum carnem*.i. non exercemus pro carnali cõmodo militiã à Deo nobis datam: nec carnaliter, sed spiritaliter militamus, licet ĩ carne fragili degamus. Spiritaliter.n. militat, qui spiritaliter uiuit, q̃a contra spiritales nequitias pugnat. Secũdum carnem uero militat, qui desiderijs carnis obtemperat. Potest & ita intelligi, ut hi militare scd̃m carnem dicantur, qui uetus testamentũ carnaliter intelligunt: q̃ uero sequũtur intelligentiam spiritualem, sint q̃dem in carne, quia eandem habẽt literam quam Iudæi, sed nõ iuxta carnem militent, à carne ad spiritũ transcendentes. Non scd̃m carnem militamus. *Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed* spiritalia & *potentia Deo* regi nostro, cui militamus. Non.n. materialem lanceã uel ensem baiulamus sed potentius hostes nostros uerbo deijcimus, q̃ alij carnalibus armis. Arma.n. nostra sunt, sermo prædicationis, sapientia, miracula, charitas, & aliæ uirtutes. Ideo arma, quia repugnant uitijs, et debellant regnum diaboli. Potentia Deo, ut per hæc ualenter expugnemus inimicos eius, & subijciamus ei orbẽ uniuersum. Sicut.n. terrenus imperator p suos milites uindicat suum regnũ, ita & Christus per nos defendit unius dei professionem & disciplinam. Et arma nostra sunt ei potẽtia *ad destructionem munitionum*.i. secularium doctrinarum & argumentorum uel astutiarum, quibus peruersi homines corda sua muniunt & circũdant, ne sermo ueritatis ad ea ptingere ualeat, quoniam ars apl̃icæ prædicationis

A munitiones hmōi ualēter penetrat, & euertit uirtute gratię spiritalis. Et nos (ut dictum est) Christo militamus, *destruentes consilia*. i. pmeditatas ipiorū hominū uel dęmonū calliditates. Consiliū. n. est, faciēdi uel nō faciēdi excogitata mentis ratio. Est ēt cōsilium, qđ dat puersus ei quē sub specie consulendi seducit, dum quasi rationabiliter ostendit ei utile esse quod admonet. Vnde dicit, qa beatus uir qui non abijt in consilio impiorum. Sed nos hmōi consilia destruimus, dum ad effectum ea peruenire non sinimus. Et destruimus *omnem* superbā *altitudinem* cordis, siue tyrannorum, siue sapientium seculi, *extollentem se aduersus scientiam Dei*. i. cōtra sensum euangelicę ueritatis. Nam et illi qui in sublimitate secularium dignitatum erāt positi, & illi qui celsitudinem mundanæ sapientiæ erant assecuti, extollebāt se superbo fastu, repugnātes aduersus humilem sciētiam diuinæ prædicationis: sed iam detecta est extollentia taliū, & scientia ueritatis subiecit sibi mundum. Dæmones etiam se extollebant, dū in idolis colerentur, aduersus scientiam unius Dei: necnon & hæretici aduersus scientiam catholicæ ueritatis, sed destructi sunt apostolicis machinis. Et etiam sumus *redigentes in captiuitatem omnem intellectum*. i. captum nostris rationibus astringimus omnē intellectum peruersæ doctrinę, & captiuū ducimus eum usq; *in obsequium Christi*. Captiuat. n. intellectum, qui cōtradicentem ratione uincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat, humilem ac mansuetum inducit. Et sumus etiam *habentes in promptu* .i. in manifesto et ueloci effectu, quia nihil nos remordet quo minus, *audeamus*, *ulcisci omnem inobedientiam*. i. punire culpas eorum, qui nobis obedire noluerunt ut se corrigerēt. Quod faciemus, *cum impleta fuerit uestra obedientia*. i cum uos reliqui omnes ex dilectione fueritis in oībus obedientes. B

Psal 1.

*Quæ secundum faciem sunt, uidete. Siquis cōfidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem & non in destructionem uestram, non erubescā. Vt autem non existimer tanquam terrere uos per epistolas, quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis, hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.*

Nunc uult eos quæ palā sunt considerare. i. ea quę dicturus est, q̄ sunt aperta dījudicare. uelut si dicat: Si uobis non sufficiunt ea quæ dixi, pro quibus me potius q̄ pseudoapostolos sequi debeatis, qa forsitan ea nō satis patenter intellexistis, *uidete hæc* q̄ subiungo, *quæ sunt secundum faciem* ita euidentia, sicut ea quæ sunt oculis subiecta. Hæc. s. siquis confidit &c. Vel ita: Videte ea quæ sunt scdm faciem. i. considerate diligenter opera eorum, qui tātummodo corām oculis hominum facere bona studēt, ne forte uos per hæc seducant. Ista uidete. i. intelligite, quę nunc subījcio, quia sunt secundum faciem. i. cunctis perspicua. s. *Siquis confidit sibi se esse Christi*. i. siquis merito bonæ uitę sibi certus est q̄ ipse sit Christi. i. de electis Christi, qui sunt eius possessio, *hoc cogitet iterum apud se*. i. apud subtilitatem suæ rationis, ut uim rationis nō excedat, nec ppter honorem suū, nec propter odium nostrum: *quia sicut ipse Christi est* per quæcunq; Christi bona, *ita & nos* per eadē bona sumus Christi. His loquitur, quorum tangit superbiam, qui de se ipsis pręsumentes inflatione animi, minus, q̄ dignum erat de Apostolo sentiebant, quasi non egerent pceptis ei9. Quos admonet, ut si de se cōsiderēt quia erant serui Christi, nō utiq; de

C berēt de Apostolo dubitare, sed etiā de eo uel similiter sentire, cum utiq; magis præferre sibi deberent magistrum. Sed ipse nunc humilitatem illos in se docet, æquans se illis, cum esset uas electionis & doctor gētiū. Hoc ergo uult illos considerare, qđ utiq; clara luce uidet, qa cū de apostolo nemo credentiū non plus ęstimaret q̃ de se, quanto magis nemo minus q̃ de se debeat ęstimare? Hos itaq; contestatur ac docet, ne elatione mentis meritum bonæ uitæ perdant: quia qui scit se aliquid esse, humiliat se ut maior fiat. Recte dixi nos esse Christi, ut ille dicitur qui se nobis præfert. Nam etiam excellentius sumus nos Christi per potestatem quam præsumptor ille non habet. Et hoc est: *Nam etsi amplius &c.* i. si me potestatem à Deo accepisse dixero, uerum me apostolum prædicando, non erubescam, quia uerum dicam, nō gloria elatus, sed uestrę ędificationis causa compulsus. Pseudo autem usurpatam in destructionem uestram uolunt exercere potestatē. *Non erubescam si amplius aliquid* quàm illi *gloriatus fuero de potestate* nostri apostolatus, *quam nobis* non illis *dominus dedit in ædificationem, & non in destructionem uestram* .i. ut uos in uirtutibus ædificemus, non ut tyrannidem exercendo uos destruamus, uel exemplo malo siue praua doctrina subuertam⁹, ut pseudo faciunt. Hæc dicendo, significat, quia superius se humiliauit ipsis se comparando, cū si se erexerit nō erubescat, quia potestatem prædicandi & absoluendi accepit à Christo, ut saluet, non ut perdat obaudientes: et ut religiosos mores eorum ędificet, non ut destruat. Sic & unusquisque prælatus ecclesiæ potestatem diuinitus accepit, ut subiectis prosit, non ut eis noceat. Si ergo iste qui à domino missus est, inclinat se inferiorib⁹ & comparat, quanto magis illi qui nullius erant testimonij, comparare D se non debebant, nō dicam præferre, maioribus? Nos, inquit, habemus potestatem ædificandi uos & puniē di peruersos. Sed *ut non existimer tanquam terrere uos per epistolas*, dum absens scribo, quia incorrectis non parcam cū præsens fuero, quasi qui non audeā implere quod minatus sum, *hoc cogitet*.i. hoc sciat, *qui eiusmodi est*.i. qui ita de me opinatur, *quia quales*.i. q̃ aperti *sumus in uerbo per epistolas* dum sumus *absentes, tales* erimus *& præsentes in facto*.i. ī exhibitione correptionis peccantiū. Hoc dicit occasione præmissæ sentētiæ, qua dixerat se habere in promptu ulcisci omnem inobediētiam. Vt (inquit) nō existimer &c. Ille potest uideri per epistolas terrere, qui neq; authoritatis alicuius est, neq; p̄sens fiduciam habet arguendi: absens autem ideo audet, quia præsens timet. Vt non existimer tanq̃ terrere uos per epistolas, quæ existimatio inde potest uenire, q; quidam *inquiunt, quoniam epistolæ quidem graues*.i. ponderosæ ad intelligendum, *et fortes* ad terrendum, *sed præsentia corporis* eius est *infirma*, non ualens exercere seueritatem, *& sermo eius contemptibilis*.i. incōpositus, & rusticanus: quisquis eiusmodi uerbis mihi derogat, sciat quia quod p̱ epistolas minamur, per facta complebimus, qm̄ à domino potestatē accepimus, & ideo qđ absentes minamur, præsentes implebimus. Cui autem non est data potestas, absens potest audere, præsens autem pudorem patitur & timorem. Sed ego nō erubesco nec metuo dum corripio, qm̄ fiducia potestatis hoc ago. Sciēdum quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ira per suā malitiam excitatas debemus ęquaminiter tolerare, ut nobis meritū crescat. Aliquando autem etiam compescere eas debemus, ne dū de nobis mala

A la disseminãt, eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocētium corrumpant. Vnde nunc apostolus derogantes sibi Corinthios rationibus compescit, ne malam de eo famam spargentes, nocerent alij qui doctrinam eius audire poterant. Notandum etiam, quia ex eo quod dicunt, quoniã epistolæ graues sunt et fortes, nec dicunt, epistola grauis est & fortis, ostendunt se duas iam epistolas ab apostolo accepisse, præter istam de qua nunc tractamus, quã nondum uiderant. Sequitur.

*Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi usque ad uos. Non enim quasi non pertingentes ad uos, superextendimus nos. Vsq; ad uos enim peruenimus in euangelio Christi, non immensum gloriantes in alienis laboribus. Spem autem habentes crescentis fidei uestræ, in uobis magnificari secundum regulam nostram, in abundantia etiam in illa, quæ ultra uos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quæ præparata sunt gloriari.*

Vere (inquit) tales sumus in facto, quales in uerbo: quia non facimus nos similes pseudoapostolis, qui potestatem usurpant & uitia palpant. Et hoc est: Non *audemus inserere & comparare nos quibusdam, qui seipsos commẽdãt*, i. nõ possumus de nobis maiora iactare ꝙ sumus, nec audemus ita deum cõtemnere, ut similes simus qbusdã, qui se malunt suis laudibus ꝙ Dei gratia cõmendare. Pseudo.n. semetipsos cõmendabant, qui nõ accepta potestate dominari uolebant, nomini suo uendicantes authoritatẽ. Qui autem mittitur, non sibi sed ei à quo mittitur, uendicat potestatem. Non audemus illis nos inserere qui non missi prædicant. i. nõ audemus nos in numero eorum ponere, ut gloriã nostram, sicut illi suam quæramus, B quia dominũ reueremur à quo missi sumus, ut nihil ultra concessum ꝑ sumamus. Quicquid.n. contra deũ fit audacia est. Nec audemus nos illis comparare. i. similes uel pares illis facere, ne sicut illi pereamus. i. ꝓpter timorem Dei non audemus (ut illi) uobis adulari, & uitijs uestris blandiri. Hæc non facimus, *sed ipsi in nobis*, non extra, sumus *metientes nosmet ipsos*, non aliud ꝙ iniũctum est usurpando: & sumus *comparantes nosmetipsos nobis*, quia scd̃m quod officium nostrum exigit facimus, dum nec plus nec aliud dicimus uel monemus, ꝙ facere possumus aut debemus. Qđ illi non faciunt, cõtra quos nũc agitur. i. pseudo q seipsos ultra ꝙ oportet magnificare conantur. Sed *nos non gloriabimur in immensum*. i. nõ assumemꝰ nobis authoritatem ultra mensurã, sed scd̃m mensuram. Tanta se uti dicit potestate, quanta concessa est ab authore, nec mensuram egredi. Idcirco nõ superba erit gloria, in qua nõ egreditur terminũ datæ potestatis. Gloriam uero pro authoritate posuit, qua utebatur in correptionibꝰ ut saluos eos faceret. Nec tamen se gloriari dicit in extollentia potestatis, sed ad ædificationẽ illorũ. Corripiens.n. constanter uitiosos, gloriabatur in emẽdatione illorum: & potestas data proficiebat saluti illorũ, non elationi suæ. Duobus ergo modis non gloriabatur in imensum. i. & scd̃m datam sibi potestatẽ, & qa non ultra ꝙ prædicatio eius personabat, uindicabat sibi authoritatẽ. In his.n. authoritatem debito sibi iure uendicabat, quod ipse per euangelium ad fidem conuerterat. Cæteris autem non tali fiducia loquebatur, quia erant in aliena regula. i. in parte alius euangelistæ. Non gloriabimur. i. potestatem non exercebimus in imensum. i. ultra modum nostræ

C mensuræ, *sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi usq; ad uos*.i. iuxta mēsuram regiminis, qđ deus nobis dedit, ut ad uos regendos nostra potestas pertingeret. Nā monente Christo uobis euāgelizauimus, & ita nos fecit usq; ad uos pertingere. *Non enim superextendimus nos quasi non pertingentes* usq; *ad uos*.i. non nos extendimus super alterius prouinciam, dum in uobis ius potestatis uendicamus, quasi non pertingeret usq; ad uos ius nostræ potestatis. Nō.n. hoc usurpatione facimus, sed præcepto: nec quasi non missi peruenimus ad uos in pdicatione, sed destinati Deo mittēte ad uos. Super extendi autem est, ultra extendi quā cōceditur, uel super episcopatum alterius extendi. Sed non ultra q̃ oportet, nec super aliorum prouincias extendimur: quia super eos quos alij prædicatores ante nos in fide fundauerunt, non nobis ius debitæ potestatis arrogamus. Nam *usq; ad nos peruenimus*.i. dum ad diuersas gentes prędicando tenderemus, peruenimus usq; ad uos *in euangelio*.i. in prædicatione Christi, & nomen eius nos primi uobis annunciauimus, *non glorian tes in immensum*.i. ultra mēsuram *in alienis laboribus*.i. ubi alius fundamētum fidei posuisset. Ideo. n. tam fiducialiter uobis loquimur, quia non labore alterius ad fidē estis adducti. Nō ergo extra mensuram gloriamur, q ī labore nostro gloriamur. Sed pseudoapostoli in īmēsum gloriabantur in alienis laboribus, quia semper ad fideles ibant, qui signa minime requirebant, quæ illi facere nequibant. Ideo se superextēdebant.i. super eos qui ab alijs ad fidē adducti fuerant, extendebant, & in eis dominiū exercere uolebāt. Quia illam puinciam his Deus concesserat, cum singulas regiones sanctis prædicatoribus distribueret: & propterea uagabundi per omnes discurrebant, super triticí sationem zizania seminātes. Sed D nos non gloriamur in īmēsum.i. ultra q̃ nobis Deus mensus est, quia non quærimus gloriam in locis ubi ante nos alij prædicatores laborauerunt: sed *habentes spem crescentis fidei uestræ*, id est, sperantes per fidem uestram crescentem ac proficientem magnificari apud deum *in nobis*, quia quanto fides uestra quam per nos didicistis, profecerit in uirtutibus, tāto & nos apud Deum maius meritū habemus. sperantes dico, magnificari in uobis *secundum regulam nostram*.i. secū dum normam rectè uiuendi & credendi, quam uobis tradidimus, parati sumus *euangelizare etiam in illa* loca *quæ ultra uos sunt*. Non.n. sufficit nobis usq; ad uos peruenisse, sed cum uestra fides creuerit, transiemus, *in abundantia* gratiæ Dei & miraculorū etiā ad illas gentes, quæ ultra uos sunt euangelium prędicare. Profectus.n. uestrę fidei nos accēdit, ut nō simus pigri & alios adhuc ad fidem uocare, qui exemplo uestri possint in ea proficere. Vel etiam apud homines speramus in uobis magnificari, ut dum uos ita pficere uiderint, agnoscant esse ueros apostolos, & libēter etiam ipsi doctrinam nostram excipiant. Et speramus ita magnificari scđm regulam.i. regimen nostrū sub quo bene proficitis. Non.n. habem⁹ spem gloriandi *in aliena regula*.i. in his qui sunt sub regula cuiuslibet alterius apostoli. In abundantia etiam euangelizandi, non in paucis locis speramus euangelizare, etiam in illa loca transeuntes quæ sunt ultra uos. In abundantia, uel quia prædicatio hæc abundabit super prædicationē quam ad uos habuimus, uel quia cœlestium donorum abundantia erit in ea. Et euāgelizabimus ibi, non in aliena regula.i. in alieno regimine, qa nec illi qui ultra uos sunt,

A de alieno regimine sunt. Speramus (inquam) illuc euangelizare. & nõ speramus i aliena regula *gloriari in his* uirtutum incrementis, *quæ preparata sunt* ab alijs prędicatoribus. Manifestum est quia uir prudens nõ in his confidit, necq gloriã sperat, quæ alio rum laboribus constat. Ideo apostolus non audet in hos qui alijs prędicantibus crediderunt, ne in alienis laboribus gloriari uideatur: sed hoc nititur, ut eis prædicet quibus non erat annunciatum, ut gloriam labore suo adquirat.

1.Cor.1. *Qui autem gloriatur, in domino glorietur.*
Hiere.9. *Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commend. t.*

Significat apostolus ipsam euangelizandi confidentiam & gloriam domino esse dandam, cuius gratia est, ut qui in potestate euangelica cõfidit, Deo authore confidat, ut quæstus omnis negocij diuini domino in lucrum ueniat. Sed qui non accepit potestatem à domino, nõ potest in domino gloriari, quia suam gloriam quærit. Ego, inquit, non gloriabor in aliena regula. Similiter autẽ *qui gloriatur* i. uult potestatem exercere, *in domino glorietur.* i. in mensura à domino sibi data. Vel ita: Spem habeo gloriandi, non tamen in me, sed ĩ domino. Nam nullus in se debet gloriari. Sed quicunq de aliquo bono gloriatur, glorietur in dño. i. omnẽ gloriã retorqueat & adscribat non sibi, sed dño. Quicquid. n. boni habem⁹ uel agimus, hoc non à nobis, sed tantum à domino habemus quod agimus. Ideo non in se, sed in domino quisq debet gloriari: quia *qui seipsum commendat.* i. qui suam gloriam in prædicatione quærit, qui extra dominũ gloriatur, ille *non est probatus* à Deo uel ab hominibus, sed ille *quem Deus commendat* miraculis & gratia sanctæ cõuersationis. Illum Deus cõmendat, & ille probatus est, quem habet dignum & mittit ut prædicet donum B eius. Quem uero non mittit, illum non commendat. Ipse autem se commendat, qui non missus prædicat. Ac per hoc idoneus non est, sed præsumptor & reprobus.

CAPVT XI.

*Vtinam sustineretis modicum quid insipientia mea, sed & supportate me. Aemulor enim uos Dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu.* Gene 3.

Incipiens uera de semetipso narrare, insipientem se dicit: quia ad laudem eius uidentur pertinere quæ dicturus est, & per Dei sapientiam dictum à Salomone fuerat, Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua Sed hic dolore compellitur in laudem suam erumpere, propter salutem ipsorum qui cũ de eius præceptis bene sentire deberẽt, indigne sentiebant. Et hoc non Apostolo, sed ipsis nocebat. Ideoq profectum eorum quærit, et in eo qđ quasi glorianter loqui uidetur, Glorior, inquit, de regimine, quod uidetur insipientia. Sed *utinam sustineretis* .i. uellẽ ut sine indignatione sustineretis *modicum quid insipientiæ meæ* .i. parum aliqd gloriationis meæ, quæ uidetur insipientia. Modicum gloriationis meę sustinete, qa multo plus possem gloriari. Opto ut hanc insipientiã meã uel in modico sustineatis, *sed & p̃cipio* ac quasi ex debito rogo, ut me supportetis in hac insipientia gloriationis. supportate inquã me ut subiecti, quia *æmulor uos.* i. casto amore inflãmor ad custodiendam mentis nostræ castitatem: et hoc facio nõ mea, sed *Dei æmulatione,* quia non mihi, sed Deo uos æmulor. Quæ locuturus est amore eorum dicturum se ostendit, ut non magis ad laudem eius ꝓficiat, sed ad eorum profectum. Actũ Prouer. 27.

C dicat: Non stimulo liuoris inflāmor humani, sed uos tanq̃ pater æmulatiōe diuina custodio, ut imaculatos possim coniungere cœlesti spōso. *Despondi enim uos* .i. annulo fidei uos despōsaui non multis, sed uni, nō adultero, *sed uiro uirginem castam exhibere Christo*. i. ut uos omnes unam uirginem incōtaminatam assignē iudici Christo. Omnis. n. ecclesia uirgo est ī mēte. Virginitas. n. mentis est integra fides, solida spes, syncera charitas. Ergo & ecclesia imitās domini sui matrem, qm̃ corpore non potuit, mente tñ & mater & uirgo est. Nullo itaque modo uirginitatem matris suæ nascēdo Christus ademit, qui ecclesiam suam de fornicatione dęmonū redimendo uirginem fecit. Nunc desponsata est ecclesia & uirgo est, cū se cōtinet à corruptione seculari: sed tunc nuptura est, qñ spōsus eius in claritate ueniet, & eā secum in regni thalamum perpetuo mansuram introducet. Ego, inquit, uos huic tam digno uiro ita desponsaui, ut imaculatos ei uos in die iudicij exhibeam. Sed timeo ne uirginitas ī uobis uioletur, & ad amplexū sponsi non perueniatis. Sicut. n. membris corporis uiolatur in quodam loco, sic seductio linguæ uiolat uirginitatem cordis. *Timeo ne sicut* antiquus *serpens Euam*
Gene. 3. *seduxit astutia sua, ita corrumpantur* ab eodē serpente *uestri sensus*. i. uestræ mentes. Non. n. carnis, sed cordis uirginitatē serpens ille i. diabolus corrumpere quærit. Et sicut adulter homo lætatur nequitia sua cum carnem corrūpit, sic diabolus lætatur quādo mentem corrumpit. Reuera. n. corrumpitur mens & fides eorum, qui pręponunt mendacium ueritati. Qui ergo mendacium ædificāt in hominibus quid ab eis expellunt nisi ueritatē? Immittunt diabolū, excludūt Christum: immittunt adulterum, excludunt sponsum. Quando enim mentem falsitas possidet, tūc serpens eā possidet. D Timeo ne sicut serpēs Euā seduxit astutia sua. i. ne sicut diabolus in serpente latens, & per os eius eloquens Euam seduxit, ita corrumpantur sensus uestri ab eodem fallaci deceptore in falsis apostolis latente & per os eorum loquente, *& excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu*. i. corruant à paradiso simplicis fidei christianę, quę nil alienum recipit, sed simplicem ueritatem sine admistione falsitatis retinet. Serpens nanq; Euam mentiendo de deo seduxit, dicens solo terrore deum eis cōminatū esse mortē, non illaturum, si peccassent. Ita & pseudoapostoli dicebant, ideo euangelij præcepta addita esse, ut uel sic lex custodiretur, & ea sola sufficeret custodita. Sed & nūc serpens similiter seduxit, gehennam propter solū terrorē afferens nominari: eam autem aut non esse oino, aut non æternam esse confirmans. Adhuc mussitat ille serpens & non tacet. Quærit pollicitatione quadā scientię deijcere de paradiso ecclesię, quem nō p̄mittat redire ad illū paradisum, unde primo eiectus ē. Quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur ī ecclesia. Nemo seducat nos, ab isto paradiso. Sufficiat quod hinc lapsi sumus, uel experti corrigamur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem, ipse aliquando promittit impunitatem, sicut & ibi promisit, dicens: Nequaquam morte moriemini. Ipse talia suggerit, ut modo male uiuāt christiani. Gene. 3. Nunquid omnes, inquit, perditurus est Deus? Nunquid omnes damnaturus est Deus? Et ita corrumpit sensus multorum, ac pecare facit, ut expellantur à sedibus iustorum.

*Nam si is qui uenit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimo*

enim

A *enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum uobis.*

Ideo dixi me timere ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, sic & isti uos corrumpant, qui prædicant eãdem fidem quam nos, & per astutiam suam & seductionem ueritati miscent uenenum falsitatis. Si enim aliam fidem, & oĩno aliud prædicarent ꝙ nos prædicamus, non adeo uos decipere possent. Et hoc est. *Nam si is prædicator qui uenit* & à Deo mittitur, prędicat. i. prędicaret *nobis alium Christum quem non prædicauimus* i. meliorẽ: aut per eius doctrinam accipitis, id est, acciperitis, *alium spiritum* sanctiorem *quem non accepistis* per nos, *aut aliud euangelium* reciperetis ab eo *quod non recepistis* à nobis, *recte pateremini* eius dominationem. Possetis enim dicere, prædicatio huius melior est ꝙ Pauli. Nunc uero cum eundem Christũ prædicet, & ex sua parte plura respuenda addat, pati nõ debetis. Vel ita: Vere simplicitas est in Christo, non duplicitas: quia unus est Christus non duo Christi: & unus spiritus Christi, atq; unum euangelium. Nam si is doctor qui post nos uenit ad uos &c. Hoc de quolibet uero prędicatore nunc est intelligendum. Locutus. n. fuerat de pseudoapostolis corruptoribus fidei, & nunc adiungit de ueris prędicatoribus: quia plebs Corinthiorũ uariis erroribus fluctuabat, ut aliqui fauerẽt pseudo apostolis, quidam autẽ eis, à qbus compositis uerbis eadem audiebãt quæ ab Apostolo audierant: alij uero apostolis fauebant, qui cum domino fuerant: et Paulo derogabant, quia in carne dominum secutus nõ fuerat. Vnde nunc tali sensu loquitur: Si ipse idem Christus ab his prędicatur, qui à nobis annunciatur, et idem euangelium, quid causæ est ut nos inferiores habeamur, cum nihil amplius ab illis ꝙ à nobis dicatur? B Nam etsi prædicator qui uenit ad uos, prædicaret uobis excellentiorẽ Christum quem nõ prædicauimus, quod fieri non potest: aut per eum acciperetis alium meliorem spiritũ, quẽ per nos nõ accepistis: uel aliud euangelium, quod à nobis non recepistis, id est, aliam de humana redẽptione prædicationem (qđ esse non potest) recte pateremini talẽ doctorem ad contemptum nostri. Sed qa hoc non est, non recte patimini illũ ad depressionem nostri. Cur autem dicit, recte pateremini, si alius uobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus, uel aliud euangelium uobis traditũ fuisset, cum dicat Galatis, siquis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit? Galat. 1. Si enim Galatis peruersum erat accipere aliud ꝙ ab apostolis erat traditum, quomodo Corinthijs rectum erat, si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciẽs Apostolus nunquã alium Christũ nisi hũc qui crucifixus est, prædicari, idcirco ait quia recte pateremini, si uobis alius potior Christus ab his qui ueniunt, prædicatus fuisset. Galatis autẽ anathẽma dixit, si aliud audirent, quod non utiq; maius esset, sed cõtrariũ. Quia uero posset dici quod etsi eadem cæteri pđicauerint quæ & iste, melius tamen ea prædicauerint, remouet hoc. Nõ recte, inquit, patimini. Ego *enim existimo*, id est, pro certo scio, sed dubitationem uestram uerbo existimationis increpo: ego, inquam, existimo *me nihil minus fecisse* uobis *à magnis apostolis*, id est, ꝙ fecissent magni apostoli, ne putetis uos minus ꝙ cæteræ ecclesiæ aliquid accepisse, qbus prædicauerunt cæteri: & idcirco opera mea illis me coęquãt. Non uult grãm inferiorẽ in se uideri, qa similr̃ docuit, & eadẽ fecit quę faciebant apħi, qui ꝓpensiores uide-

C bantur, qa priores cœperāt docere, & fuerant cum domino, unde maioris authoritatis esse putabātur, cum huius apostoli electio cum testimonio sit, & amplius cæteris laborauerit, atq; dominum in uia & in tēplo uiderit, & uerba eius audierit. Non minus, inquit, feci. *Nam etsi sum imperitus sermone*, quia non adorno uerba, uel impeditam habeo linguam, sed, id est, tamen, nō sum imperitus sciētia, qm̄ scio qcquid & magni. Hoc non ad apostolos pertinet, quia nō erant eloquentes, utpote sine literis, pleni tamen spiritu sancto: sed pseudoapostolos tangit, quos præferebant apostolo causa accurati sermonis, cum in religione uis sermonis sit necessaria, non sonus dulcis. Valde tamen se humiliat, qui se imperitum in sermone fatetur: cui ptæ magnitudine eloquentiæ ac sapientiæ Festus ait: Insanis Paule, insanis: multæ te literæ ad insaniam perducunt. Hoc ergo dicens, non se loqui nescire uoluit intelligi, sed ꝓpter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam cōmendari uolebant. Qui tamen in eo se dixit imperitum, quod non habet crimē: in eo autem quod non deest sine culpa, & cum adest adquirit salutem, non se imperitum ꝓnunciauit. Qui imperitus est in sermone, reus non est apud Deum: qui autem scientiam Dei nō habet, reus est ignorantię, quia non licet ignorare, maxime quod ptinet ad salutem. Ideo Apostolus spreta eloquētia id agebat, ut fides teste uirtute acceptabilis esset, ut non fidem eloquentia cōmendaret, sed uirtus, cui cedit eloquentia. Etsi imperitus, inquit, sum in sermone. i. etsi non curo illam secularem peritiā sermonis, ut adaptē pulchre positaꝝ dictionū consonantiā, tn̄ non potestis me uocare imperitū in scientia, qui tam bene scio rei ueritatē, & tam ꝓfunde loq de Deo sicut & aliꝭ, uel subtilius. In scientia D diuinoꝝ non sum imperitus. Sed et uos hoc nostis. nā *manifestus sum uobis in omnibus*. i. in scientia, in miraculis, in sanctitate uel potentia, et his similibus. Et ideo scitis me habere etiā loquendi peritiā. Vnde peius est, qa fauentes aliꝭ in sermonis peritia, in qua me nō inferiorē esse scitis, postponitis me illis, cum uideatis ꝓ me nō solum impleri pdicationē, sed & signa atq; prodigia fieri apostolica.

*Aut nunquid peccatū feci, meipsum humiliās ut uos exaltemini, quoniam gratis euangelium Dei euangelizaui uobis? Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium uestrū. Et cum essem apud uos et egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui uenerunt à Macedonia. Et in omnibus sine onere me uobis seruaui & seruabo. Est ueritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio nō infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo uos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.*

Non feci, inqt, min⁹ q̄ aliꝭ, sed possem dicere quia plus feci, qm̄ gratis prædicaui. Nō feci minus. Aut si minus, nunqd in hoc peccaui? *Nunquid peccatum feci, meipsum humilians* operando manibus meis, unde uictū quærerē & haberem, *ut uos exaltemini*. i. ad uirtutum alta ꝓficiatis, abiecto iugo falsoꝝ aploꝝ quo deprimimini? Vere me humiliaui, *quoniam gratis*. i. nil exigendo à uobis, *euangelium Dei euangelizaui uobis*. Qm̄ inflati erāt eo q; sumptus ab eis accipere noluit, & ꝓpter hoc alios ei præponebāt, idcirco nūquid peccaui, ait, qa me humiliaui, ut me indignū ad accipiendum iudicarem, qa inde mihi irascimini, cum hoc nō peccati sit, sed gł̃iæ? Se ipsum enim humiliauit, qn̄ stipendia sibi debita non exegit. Quæ ꝓpter duas causas accipere noluit, ne & pseudo apostolis similis inueniretur, q non

A ad gloriam Dei, sed ad suam utilitatem prędicabant, ut nō occasionem acciperent deprędandi: alio.n.nō accipiente nō pōt alter multum expetere: & ne uigor euangelicæ potestatis torpesceret, qm̄ qui à peccātibus accipit, arguēdi authoritatem amittit. Sic ergo exaltantur, cum ideo ab illis nō accipitur, ut à pseudoapostolis qui eos deprimebant eripiantur, & correpti emendentur, à morte ad uitā, & à uitijs ad uirtutes eleuati. Vobis, inquit euangeliū gratis prædicaui, sed ab alijs interim uictū habui. Nam *alias ecclesias expoliaui*.i. multa ab his quæ in uos impendere assumpsi, *accipiens stipendium ad ministerium uestrum*.i. accipiens unde uiuerem: dum uobis euangelium ministrarē, necesse fuit ut ab alijs panē corporis acciperem. *& cum essem apud uos & egerem* his quę corpori sunt necessaria, nulli uestrum *fui oneresus*, accipiēdo aliquam corporis sustentationem ab eo. Hoc Apostolus Corinthijs dū inter eos esset, nunquā dicere uoluit, ne scilicet quod erga eum ab illis factū ex bona uoluntate nō fuerat, fieret ex iussione: & cum innotesceret eorū misericordia, remaneret uoluntas ignota. Postmodum uero longe postius hoc eis scripsit, ne scilicet omnimode incorrepti remanerent, & quales magistro in tenacia fuerant, alijs fratribus tales eēnt. Vere & in hoc magister gentium sua negligens, aliena curās, impleuit quod ait: Nemo qd̄ suum est quærat, sed quod alterius. Tātam enim illic inopiam pertulit, ut uictus sui graui necessitate laboraret, & panem terrę à discipulis nō accepit, quibus panem cœli prędicauit. Insistebat uerbo pro uita audiētium, insistebat labori manuum pro uita corporis sui. De terris quoque alijs ei stipendia à discipulis mittebātur, ut Corinthijs p̄dicare sufficeret. Cū essem (inqt) apud uos, & egerem, nulli uestrū onerosus fui accipiendo aliqd, ne.s. putaretis me lucri terreni causa euangelium prædicarē. *Nam quod mihi deerat* post spolia ecclesiarū & laborem manuum *suppleuerunt fratres qui uenerunt à Macedonia*. A Macedonibus semper accepit, quia subuersi à pseudoapostolis non fuerāt. Et sicut à Corinthijs accipiendū nō erat, ne illis in scādalum proficeret, sic itē, à Macedonibus accipiendū erat, ne bene seminantes fructū amitterent. Non.n. idcirco dabant, ut uitia sua palpari uellent. Macedones quod mihi deerat suppleuerunt. Et non solum stipendijs, sed etiā *in omnibus* uerbis & factis *seruaui me uobis sine onere*, qa non me iactaui de genere cōtra uos, nec aliqd huiusmodi feci: & adhuc me semper uobis talem seruabo, ne dem exemplū rapacitatis uel falsitatis falsis ap̄lis. *Est ueritas Christi in me*.i. uerax Christus in me loquitur, *quoniā hæc gloriatio*.i. hæc causa gloriationis quod gratis prędico, quod à licitis abstineo p̄pter salutem uestram, *non infringetur*, sed integra, p̄seuerabit in me in oībus *regionibus Achaiæ*. Gloria est.n. à licitis abstinere, maxime pro aliorū salute. Non infringetur in me gloria hæc in regionib⁹ uestris. Et quare putatis me hoc facere? Putatis quod hoc ideo faciā, *quia non diligo uos*.i. quod odio uestri abstineam à rebus uestris, ut pseudo dicūt. Deus qui occulta cordis nouit, ipse scit quia non ideo munera uestra respuo, quod uos non diligam: sed ideo magis qa uos amo, ut hoc ipsum prosit uobis quod nihil à uobis accipio. Non propter odium uestri dona uestra nolo, sed ut auferā pseudoapostolis occasionem accipiendi pecunias uestras: quia si nō acceperint nō diu p̄dicabunt. Non idcirco hoc facio quia uos non diligam: sed quod in hac re facio, ēt adhuc faciam.i. semper à uestris mu- B

al. incorrecti. (margin)

1.Cor. 10. (margin)

C neribus abstinebo, ut exemplo meo *amputem occasionem* sumendi uestra bona: occasionem dico, *eorum qui* per me uolunt inuenire occasionem accipiẽdi res uestras. Ideo illis auferam huiusmodi occasionẽ, *ut in eo quo gloriantur, inueniantur sicut & nos*. i. similes nobis. Gloria pseudoapostolorum in pecunijs erat accipiendis, & ideo Apostolus hoc refutauit, ne illis similis uideretur: qa nisi ab Apostolo fuisset uitatum, maior occasio illis data fuisset accipiendi, uel etiã extorquendi, quãdo in hac re formam ab Apostolo datam ostenderent. Erant etiã quidam pseudo, qui imitantes Apostolum, pro seculari gloria nihil uolebant accipere: acciperent tamen libenter, si prius Apostolum accipere uiderẽt. Vnde nũc dicit se ideo nihil uelle accipere, ut illis amputet occasionem accipiendi, et permaneant in similitudine sui, in quo multũ gloriãtur. s. ut semp sint non accipiẽtes.

*Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirũ. Ipse enim satanas trãsfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur uelut ministri iustitiæ. Quorum finis erit secundum opera ipsorum.*

Volo illis auferre occasionem accipiendi res uestras. multum. n. desiderãt inuenire occasionem qua possint eas accipere, licet fingant se nolle quicquam sumere. *Nam eiusmodi pseudo*, id est, falsi *apostoli sunt operarij subdoli*, id est, operantes sub dolo simulationis, qa callide sub specie religionis decipiunt. Subdoli sunt, quia non amore uitæ perennis, sed amore pecuniarum prædicant Christum, nomen sibi apostolicum usurpantes, cum nequaquam sint missi. Subdolus enim operarius aliud fingit & aliud agit, sicut & isti sub specie simplicis prædicationis Christi Belluinam rapacitatem contegunt. Tales ut placeant & placendo accipiant, necesse est adulentur, & adulando D decipiant illa dicẽtes q̃ placeãt, nõ q̃ expediant audienti. Sũt itaq; operarij subdoli, dum sic operãtur, & huiusmodi artibus *transfigurant se in apostolos Christi*, id est, transmutant speciem suæ falsitatis, assumẽdo figuram uerorum apostolorum, ut dum malitia callide tegitur & figura sanctitatis cernitur, possint incautos decipere. Et quia ueris apostolis similes uolunt apparere, non accipio res uestras, ut me non accipiente, nec ipsi se transfigurent in apl'os ueritatis, ut ita decipiant. *Et non* est mirum de ministris satanæ, si hoc faciant. Nam *ipse satanas* cui seruiunt, *transfigurat se in angelum lucis*, id est, assumit præclarum habitum, & apparet hominibus ut credat̃ sanctus angelus, et ita decipiat. Et cum sic se transfigurat, opus est nobis iudicare & dignoscere, ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam qñ sensus corporis fallit, mentem uero non mouet à uera rectaq́; sententia, qua quisq; uitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum. Vel cum se bonum fingẽs ea facit uel dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cũ uero p hæc aliena ad sua icipit ducere, tũc eũ dignoscere, nec ire post eum, magna et necessaria uigilãtia opus ẽ. Sed nemo põt oẽs mortiferos dolos eius euader̃, nisi regat atq; tueat̃ Deus. Et ipsa hui9 rei difficultas ad hoc utilis est, ut nemo spẽ ponat in se uel in alio hoĩe, sed ĩ solo Deo. Et quandoquidem satanas (qui interpretatur aduersarius, quia humanæ saluti aduersatur) ita se trãsformat, & pollicẽdo bona humanis aspectibus lucis se angelum simulat, *ergo magnum nõ est, si ministri eius transfigurentur* ut appareant *uelut ministri iustitiæ*, id est, si pseudoapostoli mentiãtur se socios apostolorum Christi, ut *Nota.*

A sti, ut ita decipiant audientes. Quorum satanæ ministrorum *finis erit secundum opera ipsorum*, quia in fine iudicabuntur secundum simulatas actiones suas, qui nō propter dominum, sed propter suum uentrem prædicauerunt, simulantes se ministros Dei. Finis eorum erit scdm opera ipsorum, qa sicut cura uētris & opera quæ pro uētre fiunt, intereunt, sic & ipsi interibūt.

*Iterum dico: Nequis me putet insipientem esse. Alioquin uelut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.*

Supra iam dixit, utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, & nunc hoc repetit, qm̄ semper proponit quod multis postpositis prosequatur. Quod ergo superius propo suit, modo incipit narrare. Dixi, inquit, ut sustineretis aliquid insipientiæ. i. gloriationis meæ: & nunc *iterū dico*, ut nemo *putet insipientē me esse* in hac gloriatione, qa non glorior ea intentione qua illi, sed pro uestra utilitate. Alioquin. i. si non uultis me insipientē non putare, *accipite me* nō re uera insipiētem, sed *uelut insipientem*, dum uideor me laudare, *ut & ego* sicut illi *modicum quid glorier* scdm carnem. Modicum, qa in uobis, non in sensu est gloriatio mea. Non. n. uere ad gloriam suam Aplˢ hæc loqtur, sed dolens: qa se contempto falsos apostolos glorificabant, cogitur inuitus bona sua detegere: nec inde reprehensibilis est, sed magis laudabilis. Nam iustus quisque si in humili cogitatione pmanens, exigente causa uel dolore bona de se ueracia dixerit, intantum à iustitia non recessit, inquantū à ueritate nullo modo discrepauit. Aplˢ ergo multa de se storia pro discipulorum ædificatione narrat, sed hæc narrando non peccat, qa à ueritatis tramite & attestatione certa & humili corde non recedit. Dixi, inquit, me B uelut insipientem: qa *quod loquor in hac substantia gloriæ*, id est, in gloria carnis quam putant substantiam, *non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia*. Secūdum Deum modo non loquitur: qa ad carnis tumorem hęc pertinēt: nec de inflatione carnis apud dominū surgit gloria, apud quem sola humilitas gloriosa est, sed quasi in insipiētia. Non plenā dixit insipientiā, sed quasi insipientiam, ueritas enim est. Sed qa elatio uitiosa res est, ideo quamuis uerum sit quod dicitur, quasi insipientia tamen est, unūquenque laudare se, cum dicat sapientia: Laudet te alienus, et non os tuum: extraneus. & non labia tua. Plena aūt insipientia est, si se falsis laudibus qs attollir. Ille enim de uero est superbus, hic de falso stultus. Substantia tantum gloriationis in hac causa carnalis est, quia sicut flos fœni, ita decedit gloria ista. Velut in insipientia loquor. Nam quia *multi gloriantur secundū carnem*, id est, quoniam pseudoapostoli nobilitatem sibi carnis uendicant, & inde sibi defendūt generis prętogatiuā, quoniam filij dicuntur Abrahæ, *& ego gloriabor*, quia & ego filius sum Abrahæ. Sed nihil apud dominum pdest filiū esse Abrahæ, si desit iustitia uel fides Abrahæ, quia fides est quæ saluat, non ppago generis Abrahæ. Gloriari se dicit secundum carnem, sed hoc insipientiæ deputat, ut gloriam hanc exinaniat, & se coactum in laudem carnis erupisse doceat. Ob hoc enim gloriatur, ut ostendat se excellentius habere omnia etiam carnaliter, in quibus pseudoapostoli gloriabantur: & sic ipse potius qui sine falsitate Christum prædicat, suscipiatur, & susceptores eius saluificentur.

Prouer. 27

Esa. 40.

Iacob. 1.

*Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis*

C *extollitur, si quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.*

Dixi ut me uelut insipientem accipiatis, ut et ego modicū quid glorier secundum carnem. Nam *libenter suffertis insipientes*, id est, non coacti, sed uoluntarij sustinetis falsos apostolos, qui nobilitate generis & circuncisione carnis gloriantur, atq; nos ipsos ad insipientiā suā pertrahere conantur. Et qa non bona patiētia suffertis illos taliter gloriātes, iustum est ut me potius sufferatis gloriantem: quia non pro extollentia mei, sed pro utilitate uestra gloriabor. Illos insipientes .i. scdm carnem gloriantes & scdm carnē sapientes, suffertis libenter, quod mirum est, cum uos *ipsi sitis sapientes*. i. cœlesti sapientia per doctrinam meam imbuti. Inde enim magis estis reprehēsibiles, qa cum sitis euāgelica sapientia per me imbuti, nunc libenter suffertis istos deceptores, qui uos ad insipientiam carnalis intelligentiæ & obseruātiæ legis inducere uolunt. *Sustinetis enim si quis eorū uos ex libertate Christi redigit in seruitutem* legis, quæ ex seruili timore seruatur. Vel insipientes suffertis, cum uos ipsi sitis non qdem omnes, sed quidam in sensu diuinorū sapientes. Vel insipientes suffertis, cū sitis sapiētes, id est, in hoc probatur uos nō esse sapiētes, qa libenter suffertis insipientes. Amicus enim stultorū efficietur similis. & uere in eo quod eorū peruersitatem sufferre uultis, sapiētes nō estis: qa tam hebetes estis, q hāc iniuriam sustinetis, si qs illorum uos à libertate euangelij redigit in seruitutē legis. Vel per partes ostendo qualiter suffertis insipiētes. Nam sustinetis iugum eorū si qs ipsorū uos in seruitutem legis redigere uelit: & *si quis eorum deuorat*, id est, cum magna ingluuie bona uestra comedens cōsumit: & *si quis*, id est, si aliquis accipit more accipitris res uestras, quas ego uobis parcens accipere nolo: & *si quis talium extollitur* iactādo se de nobilitate gñis, illū quoq; sustinetis: & *si quis eorum cædit uos in faciem*, id est, contumeliam improperij uobis coràm positus ingerit, cōtemnens uos quia carnaliter circuncisi non estis & idola coluistis, illum et suffertis. In faciem nāq; cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. In faciē ergo uos cædit, qui conuiciorū ictibus uultum uestrum feriens erubescere facit. *Secūdum ignobilitatem dico* uos ita cædi, quam uobis pseudoapostoli obijciunt, quia estis ex genere idololatrarum: quoniam ipsa ignobilitatis obiectio, est faciei percussio. Et dum ipsi uobis obtrectāt quia estis incircuncisi, ac de se gloriātur quia sunt ex semine Abrahæ, se præferentes & nos humiliantes, uos ita sustinetis eos & nobis præfertis, *quasi nos infirmi fuerimus in hac parte*, id est, impotētes in hac gloriatione carnalis nobilitatis. Hoc est, ita patimini uos cædi ab illis, & non à nobis, quasi non possemus similiter contemptoria uerba uobis irrogare, extollēdo nos de genere, & uos despiciendo. Non enim infirmi sumus in hac parte gloriæ. infirmi nāq; iudicabantur illi, qui de alijs nationibus applicati fuerāt generi Abrahæ. Sed nos in hac re firmi sumus, quia de Abrahæ stirpe descendimus. Cur ergo falsos apłos nobis in hac carnis glia præfertis, in qua non sumus inferiores? D

*In quo quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt? & ego. Israelitæ sunt? & ego. Semen Abrahæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego.*

Non sumus infirmi in hac parte gloriationis, quia in quocunq; *audet quis eorū* gloriari, audeo similiter *& ego*, & hoc *dico in insipiētia*, qa temeritas est ut qs se iactet siue laudet, cum dicat (ut præmisimus) sapientia, laudet

A te alienus, et non os tuũ: extraneus, & nõ labia tua. et iccirco in insipientia dico me audere in eo, in quo audent hi, q se iactãt φ sunt filĳ Abrahæ, ut illos insipiẽtes esse designem, et gloriam ipsorum adnihilem. Vere in nullo sum eis inferior. Quia sunt ipsi Hebræi, id est, de genere Heber patriarchæ, & ego similr sum Hebræus genere & lingua. Per interrogationẽ enim et responsionem legendi sunt isti uersiculi, ut ĩterrogetur, sunt Hebræi? & respõdeatur, & ego sum Hebræus. sunt ipsi Israelitæ? id est, de genere Iacob, qui & Israel diuinit9 est appellatus: & ego non minus sum Israelita, id est, filius eiusdem egregĳ patris. & sunt ipsi *semen Abrahæ*? id est, nõ proselyti, sed naturales filĳ Abrahæ. & ego similiter sum semen eiusdẽ patriarchæ. Cur ergo in his mihi præferuntur, in quibus ego nõ sum illis impar? & sunt ipsi *ministri Christi* secundum quod dicunt? & ego ueraciter sum Xpi minister. Ipsi enim se dicunt esse Christi ministros, ut p hoc decipiant: sed ego sine mẽdacio sum minister eius, ut omnes quos potero ad eum pertraham.

Prouer. 27

*Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui.*

Sciendum quia iusti atq perfecti aliquando uirtutes suas prædicant, & bona quæ diuinitus acceperunt narrant, non ut ipsi apud homines sua ostensione proficiant, sed ut eos qbus prædicant, exemplo suo ad uitam trahãt. Vnde nũc Apl's quoties fustibus cæsus, quoties lapidatus, quoties naufragium ptulit, quanta p ueritate sustinuit, φ ad tertiũ cœlum raptus, φ ĩ paradisum ductus sit, Corinthĳs narrat, ut eorum à falsis prædicatoribus sensum auertat: ut dum innotesceret qualis ipse esset, il B li eis uilescerent, quos ab eis cognouerat inique uenerari. Quod pfecti cũ faciunt. i. cum uirtutes pprias loquũtur, in hoc quoq omnipotentis domini imitatores sunt, qui laudes suas hoĩbus loquitur ut ab hoĩbus cognoscatur. Nam cum per scripturam suam præcipiat, dicens: Laudet te os alienum, & non os tuum, qũo facit ipse quod phibet? Sed si uirtutes suas omnipotens dominus taceret, cum nullus agnosceret: si nullus agnosceret, nullus amaret: si nullus amaret, nullus ad uitã rediret. Vnde per Psalmistam dicitur: Virtutẽ operum suorum annunciabit populo suo, ut det illis hæreditatem gẽtium. Virtutes enim suas annunciat, non ut laudibus suis ipse pficiat, sed ut hi qui hæc ex sua laude cognouerunt, ad perpetuam hęreditatem ueniant. Iusti itaq & perfecti etiam cum uirtutes quas habent infirmis loquuntur, reprehensibiles non sunt: qa per suam uitam quã referunt, aliorum animas ad uitam q̃runt. Iure ergo Paulus uirtutes pprias Corinthĳs narrat, ut cuius meriti sit apud dñm, illis innotescat: quatenus meritũ eius cognoscentes, doctrinã eius per quã saluentur, libenter suscipiant: & falsos apostolos p quos seducebãtur, respuant. Ipsi, inqt, gloriãtur se esse ministros Christi, licet ĩ ueritate nõ sint ei9 ministri: et ego ueraciter sum qđ illi se esse fingũt. Et plus ẽt φ ipsi, sum ego minister Xpi, uel plusφ cæteri prędicatores Christi. Et hoc *dico ut minus sapiens*, qa non est hoĩs laudare seipsum. Vera de se dicens, minus sapientem se pnunciat, ut intelligatur coactus in laudem suã prorupisse. Nam qui spõte ea refert, quę ad laudem eius pficiant, nõ se fatet insipientẽ. Ostẽdit ergo quę sint quę faciũt illum ministrũ Xpi plus esse φ sunt relią prędicatores. Occasio

Prouer. 7

Nota.

Psal. 110.

Nota.

C ne.n.inuenta,omnium tangit personas,etiam apostolorum,dolens quia gratia Dei minor in illo iudicabatur, cum ipse eadem operaretur,quæ cæteri apostoli,et pro fide maiora toleraret exitia. Plus sum ego minister Christi quam sunt alij prædicatores, comprobatus *in laboribus plurimis*,quia plus illis omnibus in ministerio prædicationis euangelicæ laboraui.Nam & ipsi laborauerunt,sed ego durius & multiplicius: quia et plura aduersa pertuli,et pluribus gentibus prædicaui, & plura scripsi,et stipendium non accepi. Et *in carceribus* sum comprobatus minister Christi abundantius quam illi quos mihi præfertis:quia si ipsi pro ministerio prædicationis fuere in carcere, ego tamen sæpius & diutius. Et *in plagis supra modum* eorum,uel supra modum humanæ uirtutis: quia si illi cæsi sunt, ego tamen atrocius et multiplicius. Et *in mortibus frequenter*, quia sæpe cruciatus sum usque ad mortem.Ego *a Iudæis accepi quinquies quadragenas una minus* percussiones .i. quinquies flagellatus sum à Iudæis secundum legem Moysi,quasi transgressor legis,quia nouam gratiam prædicabam, accipiens singulis uicibus plagas trigintanouem.

Deut.25. Præceptum quippe legis erat,ut quasi iudices delinquentem uerberarent, ita modum uindictæ temperarent,ut plagarum modus quadragenarium numerum non excederet. Vnde ipsi unam percussionem quasi pro misericordia mihi condonauerunt in unaquaque ex illis quinque uicibus,quibus me uer-

Actu.16. berauerunt.Ego *ter uirgis cæsus sum* à gentibus,sicut in Philippis.ego à Iudæis *semel lapidatus sum* in Lystris. Ego *ter naufragium feci*,id est,periculum nauis fractæ pertuli dum maria transnauigarem,ut multis gentibus euangelizarem.Possent hæc naufragia fortassis intelligi contigisse in illa nauigatione, qua Romam uenit Apostolus:sed quando scribebat hanc epistolam,nondum ascenderat Hierosolymam,ubi captus est à Iudæis et post à Festo præside Romam missus. D

Nam in superioribus epistolæ huius multa locutus est Corinthijs de præparatione eleemosynæ, quam portaturus erat in Hierusalem.Omnes ergo tribulationes & pericula,quæ commemorantur in hac epistola, prius acciderunt quam iret Hierosolymam. Non autem leguntur omnia in Actibus apostolorum,quia & ibi reperiuntur multa,quæ in his epistolis nequaquam aperte commemorantur. Nam & hoc quod subiungit, nescitur quando factum sit:*nocte & die in profundo maris fui*.Quod tamen iuxta literam intelligendum est,id est,quia Apostolus casu aliquo deueniens in profundum maris, die simul et nocte ibi demoratus sit ac deinde liber ad terram Deo gubernante redierit: unde & inter cætera diuina miracula adscribitur,quod homo tanto tempore sub undis retentus, neque à circunstantibus undis præfocari, neque à belluis maris deuorari potuerit. Quid est.n mirabilius, Petrum super aquas ambulasse, an Paulum sub aquis die ac nocte uixisse? Quod si in utrusque apostoli tam dissimili miraculo aliquid mysticum requirimus, Paulus non solum tertio naufragus, sed etiam nocte et die in profundo maris positus,atque ubique protectus & liberatus à domino, significat iustos de omnibus periculis diuinitus eruendos: nec tantum de tentationibus extrinsecus ingruentibus saluandos, sed etsi mortis ipsius uiderentur gurgite depressi,atque ab humanis rebus absconditi, nihilominus uirtute sui conditoris eos esse reuocandos ad uitam. Petrus uero super undas uento commotas incedens,sed ubi ob timorem mergi cœpit dextera Christi erectus, significat eosdem iustos omnia impiorum tentamenta ac persecutiones diabolico instinctu sibi illatas, fide inuicta superate

A & calcare: nec posse oino seculi fluctibus immergi, q̃ præsentis semper Dei contemplantur auxiliũ, qui etsi ut homines aliq̃n titubauerint, mox diuinitus erecti confirmentur. Post hæc memorat apostolus alia pericula, uariosq́ labores, ut se terra mariq́ pro Christo uexatum secundum carnem ostendat, & in omnibus locis uel in omnibus afflictionum modis se pro euangelio laborasse doceat. Ait enim:

*In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in uigilijs multis, in fame et siti, in ieiunijs multis, in frigore et nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?*

*Sæpe in itineribus* probatus sum (inquit) minister Christi: *periculis fluminum*, quæ pertuli: quia dum semper de loco ad locum pergerem, ut nomen Christi ubiq; manifestarem, frequenter inueniebam flumina, quæ non sine periculo transire poteram. Et *periculis latronum*, q̃m diabolus inuidens itineri meo, latrones mihi excitabat, cum nihil ferrem quod latrones cuperent. Et *periculis ex genere* meo, id est, ex Iudæis, qui mihi plusquam cæteris apostolis inuidebant, & me semper interficere quærebant: q̃a fortius & euidentius cæteris nouã gratiã & abolitionem ueteris obseruantiæ p̃dicabam, cũ prius fuissem ęmulator legis & persecutor sectatorum gratiæ. Et *periculis ex gentibus*, q̃a & gentiles me quærebãt occidere propter destructionem idololatriæ & prædicationem unius Dei. Et *periculis in ciuitate*, sicut in Epheso ubi propter defensionem Dianæ cũ impetu cucurrere unanimiter in theatrum, & cũ uellem intrare in furentem populũ, ut paterer martyrium, non permisere rũt discipuli. Et *periculis in solitudine*, q̃a dum iter facerem, passus sum in deserto periculum uel à bestijs, uel ab hominibus, uel à potus, uel à cibi penuria. Et *periculis in mari*, q̃a & ibi uel ab hominibus uel ab indigentia uel à tempestatibus p̃tuli pericula. Nã & cum essem in Græcia, factæ sunt mihi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam. Et *periculis in falsis fratribus*, .i. q̃ christianismum susceperant, & Iudaismum non reliquerant, sed legẽ carnaliter obseruabant, & me persequebantur eo quod prędicarem Christo legem iam cessare dicerem. Fuere & alij falsi fratres, sicut Demas & Hermogenes qui dilexere hoc seculum, & nunc talibus plena est ecclesia. Cætera.n. pericula quiescere possunt, pericula uero à falsis fratribus quiescere usq; in finem seculi nõ nouerũt. Item probatus sum minister Christi plusq̃ cæteri *in labore* manuũ quo quærebam uictum, *& ærumna*.i. molestia doloris uel paupertatis. Et *in uigilijs multis*, quia non solum dieb⁹, sed & noctibus prædicabam, et causa orationis sæpe uigilabã, atq; manibus meis opus aliquod, unde uictum haberem, nonnunq̃ per noctẽ faciebam. Et *in fame ac siti*, quia dum nihil à discipulis acciperem, necesse erat ut per inopiam famem & sitim tolerarem. Tunc etiam fame ac siti laborabam, q̃n persecutores meos frequenter de loco ad locum fugiebam. Et *in ieiunijs multis*, quia sæpe ieiunaui eo q̃ non haberem q̃d ederẽ. Sępe etiam sponte me ieiunijs maceraui, castigans corpus meum & seruituti subijciens. *In frigore* etiam *& nuditate* laboraui, dum tenuitas ac disruptio uestium mihi esset in hyeme. Et hæc omnia pro Christo pertuli, cuius sum minister. Sed *præter illa quæ extrinsecus sunt*.i. præter illa mala quæ exterius in corpore tolero, angit me

Actuũ. 19. · Actuũ. 20. · 2. Timo. 4 · 2. Timo. 1. · 1. Cor 9. · B

C *quotidiana instantia mea*, quæ nec una hora remittitur. Et quæ est illa? solicitudo simul *omnium ecclesiarum*, quia quotidie insto solicitudini salutis omniũ, qui sunt in uniuersis ecclesiis. Vere magnam de his semper gero solicitudinem. Nam quis fidelium infirmatur in fide, uel in conscientia, uel in actione, *& ego non infirmor?* id est, non compatior illi & condescendo, ut possim infirmitati eius quam uelut meam doleo, adhibere medicinam? Et *quis scandalizatur*, i. pedibus actionũ offendit, ut cursus boni operis eius retardetur, uel etiã ipse cadat in culpam, siue aliquo errore turbetur fides eius, *& ego non uror?* id est, zelo dei inflãmor? Valde enim mens mea cruciatur igne spiritalis zeli, dum infirmos quosq; ęterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspicit. Vror sicut aurum ad purgationem igne pῆ doloris, qm̃ affectus iste magis purgat, q̃a de charitate ueni. Quãto.n. maior charitas, tanto maiores plagę de peccatis alienis Non.n. uror tanq̃ irascens peccantibus, sed tanq̃ dolens pro illis. Vnde scriptum est: Qui apponit sciẽtiã, apponit dolorẽ. Enumerat itaq;
Ecle.1. (sicut lectum est) apostolus bella quæ extrinsecus tolerat, dicens: Periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In hoc autẽ bello quot contra aduersarium spicula intorqueat, adiungit: In labore & ærumna, in uigilijs multis, i fame & siti: in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Sed inter tot certamina deprehensus, dicit quãto uigiliarũ munimine etiã castra custodiat. Nã post hęc exteriora quę narrauit, protinus interiora cœpit dicere, subiungẽs: Præter illa quę extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo

omnium ecclesiarum Ecce in se bel- D la fortiter suscepit, & tuendis se proximis misericorditer impendit. Narrat mala quæ patitur, subiungit bona quæ impartitur. Pensemus ergo cuius charitatis sit, plus de utilitate proximorum, q̃ de sua afflictione curare. Pensemus cuius laboris sit, uno eodemq; tempore foris aduersa tolerare, & intus infirma protegere. In se.n. cõtemnit uulnera corporis, & in alijs sanat uulnera cordis. Valde autem minoris laboris est aur docere cum nihil toleras, aut tolerare cum nihil doces. Sed Apostolus ad utrunq; se solerter extendit, quia sic exteriora bella suscipit, ut solicite cogitet ne proximorum interiora iacerentur. Vnde non immerito plus omnibus se laborasse fatetur. Quis itaque huic in honore aliquem audeat præponere, qui cunctis præest in labore? Qui & subiungit.

*Si gloriari oportet, quæ infirmitatis mea sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quòd non mẽtior. Damasci præpositus gentis Aretha regis, cu-* Act.9. *stodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.*

*Si gloriari oportet*, non expedit quidẽ. Si oportet, inquit, gloriari, sicut & oportet pro uobis, gloriabor, nõ in potẽtia uel genere, sed in his *quæ sunt infirmitatis mea*. i. in passionibus quas pro Christo patior, licet hoc uideat abiectio. Si.n. gloriandum est christiano, in humilitate gloriãdum est, de qua crescit apud deum. Sed pseudoapostoli quia non habent merita passionum, in quibus gloriari possint, gloriantur in sublimitate generis. Ne autem me puteris aliquid falsi dicere, Deum uobis adhibeo testẽ ueritatis. Deus.n. qui nouit omnia, ipse scit quia non mentior. Deus, q secundũ humanitatẽ Christi, Deus eius est: & secundũ diuinitatẽ eius,

A est pater ipsius, ipse *qui est benedictus in omnia secula sem .i.* fert mihi testimonium *quod non mentior* in omnibus supradictis, uel in hoc quod subiungo. Quia et post conuersionem meã dũ essem *Damasci, præpositus gentis Arethæ regis custodiebat* ipsam ciuitatem .i. portas eius, *ut me comprehenderet* quatenus inde placeret Iudæis qui mihi insidiabãtur, & diligens in officio sibi credito uideretur, si eum quem perturbatorem audiret, causa quietis interficeret. Portas custodiebat, quia me in ciuitate esse nouerat, sed inuenire nõ poterat. uel quia intus me cõprehendere nolebat, ne uiolaret ius ciuitatis. Et interim ego *per fenestram in sporta demissus sum* à fratribus *per murum, & sic effugi manus eius* Non ita fugit Paulus, sicut fugere solet mercenarius relinquens oues lupo uenienti: qa lupus
Ioan.10.
ille non oues, sed ipsum pastorẽ quęrebat, & ideo pastor seipsum utilitati eorum fugiendo seruauit. Neque eo recedente deserta est ecclesia, quę ibi erat, necessario ministerio, sed ab alijs fratribus ibidem cõstitutis, qđ oportebat impletum est. Eis quippe uolentibus hoc Apostolus fecit, ut seipsum seruaret ecclesiæ, quem proprie persecutor ille quęrebat. Qñ.n. quisq; prælatorum ecclesiæ specialiter à persecutoribus quæritur, tunc debet ille fugere, sic tamẽ, ut ab alijs qui non ita requiruntur, non deseratur ecclesia: sed præbeant uerbi cibaria conseruis suis, quos aliter uiuere nõ posse nouere. Cum autem omnibus simul instat cõmune periculũ, tunc aut simul omnes .i. prælati & subditi ad alia loca transeant, aut simul omnes ibidem maneant. Necesse etiam est ut per omne quod agimus, in mentis trutina positũ hinc pondus laboris, illinc fructum mercedis pensemus. Cum.n. pondus laboris fructum retributiõis superat, tũc laborem quisq; inoxie declinat, dum modo se in alijs exerceat, in quibus lucro fructum pondus laboris uincat. Cum uero subsequente quãtitate fructuum mẽsura laboris aut ęquatur aut uincitur, tunc labor nõ sine gaui culpa declinatur. Propterea doctor egregius cum Damasci ualde obstinatas mentes persequentium cerneret, eorum noluit aduersitati confligere: quia & semetipsum quem profuturũ multis nouerat, ui dit posse reficere, et aut nullis se illic aut paucis prodesse. Secessum ergo à certamine petijt, & pugnaturũ felicius ad alia se bella seruauit. Nõ.n. loco uirtus, sed locus uirtuti defuit. Et idcirco fortissimus miles ab obsidionis angustia certaminis campum quæsiuit: ubi & mysticum aliquid præsignatum est. Nam hoc est fugij genus usq; hodie in ecclesia seruatur, quando quis antiqui hostis insidijs, uel huius seculi laqueis circunfusus, spei fideiq; suæ munimine saluatur. Murus.n. Damasci quę sanguinem bibens interpretatur, aduersitas seculi est. Prępositus Damasci, psecutor aliqs potẽs in hoc mũdo. Rex Arethas q interpretatur descensio, diabolus intelligitur. Sporta, quæ iuncis palmisq; solet confici spei fideiq; cõiunctionem designat. Iuncus enim uiriditatem fidei, palma uero spem uitæ æternæ significat. Quisquis ergo se muro aduersitatis cinctum uidet, sportã uirtutis qua euadat, festinus ascendat. Apostolus uero postquam hanc euasionem suam retulit, protinus addidit.

CAPVT. XII.

*Si gloriari oportet, non expedit quidem.*

*Si gloriari oportet.* .i. si ideo gloriãdum mihi est quia euasi, qm̃ manus insidiantium à perpetratione homicidij ĩmunes seruaui, *expedit quidem* gloriari: quoniã qui gloriatur mortẽ se euasisse, quæ pro fide infertur, significat inane uideri pro Christo pati. Vel si

C pptet pseudoapostolos oportet me gloriari i hac gloriatione mea & in supradictis, non tamen expedit propter superbiam, quia ex humilitate crescimus, & auxilium dei mitibus proficit, nō elatis. Non expedit quidem, sed tamen propter uestram utilitatem necesse est gloriari.

*Veniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiuscemodi usq; ad tertium cœlum. Et scio huiuscemodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana uerba quæ non licet homini loqui.*

Hactenus, inquit, narraui tribulationes & pericula de quibus me dominus eripuit. & nunc narrando *ueniam ad uisiones & reuelationes domini*. i. ad secreta quæ de domino uidi & aperte intellexi, non ut Pharao, qui uidit

Gene. 41. septem spicarum uisionem et nō intellexit, quia nō est reuelatum quid significarent. Ego. n. mysticas uisiones aspexi, & reuelante domino qd in his sapientiæ contineretur, intellexi. Et audite uisiones: Scio hominē &c. Ostēdit quod subleuatus est, ut perinde quanta & qualia sint quę illi ostensa & dicta sunt, possint intelligi, ne sicut qbusdam uidebatur, iunior cęteris apostolis crederetur. De seipso. n. quasi de alio loquitur, ut iactantiam caueat, quia hoc refert qđ ad laudem maximā pertinet. Et qd deperit ueritati, quando & res ipsa dicitur, et modo quodam dicendi iactantia deuitatur. Scio, inquit, *hominem in Christo* existentem *ante annos quatuordecim raptum usq; ad tertium cœlum*. Ex quo ita raptus ē apostolus, usq; ad tempus quo scripsit hanc epistolā, completi sunt anni quatuordecim. Quod ideo annotauit, ut intelligeretur multo maioris meriti esse dum ista scriberet, q̄ fuerat dum ea uidisset: & quia non iactantia, sed necessitate diceret, quę per tot annos tacue D rat. Scio, inquit, hominem raptum, *siue in corpore nescio, siue extra corpus*. i. scio quia raptus est homo ille, sed nescio utrum cum corpore, an sine corpore. Hoc nescio, *Deus scit*. i. solito mihi iuramento uobis istud confirmo. Iuratio. n. est qđ dicitur deus scit. Huiusmodi hominem scio raptū usque ad tertium cœlum. *Et scio huiuscemodi hominem raptum in paradisum* Bis. n. raptus est homo ille. i. in tertium cœlum & rursus in paradisum, de quo dominus latroni promisit. Hodie mecum eris in paradiso. Ignorauit autem utrum quādo sic raptus est ī corpore fuerit, qūo est aīa in corpore cum Luc. 23. corpus uiuere dicitur, siue uigilātis, siue dormientis, siue in extasi à sensibus corporis alienata, an oīno de corpore exierit, ut mortuū corpus iaceret, donec peracta illa demōstratione membris mortuis anima redderetur, & non quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. De tertio autem cœlo multa possunt dici: Nouem enim sunt ordines angelorum, qui iuxta Dionysium in tres ternas distinctiones distributi sunt. Prima. n. triplex eorum dispositio. i. illa q̄ terris est uicinior, constat ex Angelis & Archangelis & Principatib⁹, media uero ex Potestatibus & Virtutibus & Dominationibus, suprema autē ex Thronis et Cherubin atque Seraphim. Prima igitur dispositio, primum cœlum recte potest accipi: secunda uero scđm cœlum, tertia autē tertium cœlum. Apostolus itaq; raptus in tertium cœlum, intelligitur supremis angelorum choris īterfuisse. i. īter agmina Seraphim siue Cherubim secreta dei uidisse. Qui & in paradisum raptus est, siue terrenum siue cœlestem: *& audiuit ibi arcana uerba* id est, intimationem de secreta dei essentia,

A sentia, *quæ non licet hominem loqui*. i. quæ nõ licet ei pandere ulli mortalium, uel quæ nullus homo poteſt in hac uita loqui. Vel per tres cœlos tria genera uiſionum intelligamus: primũ corporale, ſcdm ſpirituale, tertium intellectuale. Ecce.n.in hoc uno præ
*Leuit*. 19. cepto, cũ legitur, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, tria occurrunt genera uiſionum: unum per oculos, quibus ipſæ literæ uidentur: alterũ per ſpiritũ hominis, quo proximus & abſens cogitatur: tertium cœlum per concurſum mentis, quo ipſa dilectio intellecta conſpicitur. Corporali.n.uiſione uidetur cœlum & terra et omnia corporeis oculis conſpicua. Spirituali uiſione cernuntur in ſpiritu corporales imagines, ſicut ſę pe per cognitionẽ uoluimus in animo ſimilitudines rerũ corporaliũ. Intellectuali uiſione cernuntur illæ res, quæ nõ habẽt imagines ſui ſimiles, ſicut eſt charitas, gaudium, pax, patientia, & cætera hmõi. Præſtantior autẽ eſt uiſio ſpiritualis ꝙ corporalis, & rurſus præſtantior intellectualis. Quod.n.nõ imaginaliter, ſed proprie uidetur & non per corpus, hoc ea uiſione uidetur, quæ omnes cæteras ſuperat. Corporea uiſio
*Daniel*. 5. ne uidit Balthaſar digitos manus ſcribentis in pariete. Spirituali uiſio ne uidit Petrus uas plenũ diuerſis
*Actuũ*. 10. animalibus. Intellectuali uiſione uidetur ſapientia, ueritas, charitas, & ipſe Deus. Quapropter ſi hoc tertiũ uiſionis genus, qđ ſuperius eſt non ſolum omni corporali, quo per corporis ſenſus corpora ſentiuntur, ſed etiam omni illo ſpirituali generẽ quo ſimilitudines corporum ſpiritu, nõ mẽte cernuntur, tertium cœlum appellauit apoſtolus, in hoc uidetẽ claritas Dei non per aliquam corporaliter uel ſpiritualiter figuratam ſignificationem, tanꝗ per ſpeculũ in ænigmate, ſed facie ad faciẽ, per ſpeciem ſcilicet, qua Deus quicqd quã B tulumcunqꝫ eum mens quæ non eſt
quod ipſe, etiam ab omni terrena labe mundata, ab omni corpore & ſimilitudine corporis alienata & abrepta, capere poteſt. Cur autem non credamus quod tanto apoſtolo, doctori gentium, rapto uſqꝫ ad iſtã excellẽtiſſimam uiſionẽ, uoluerit deus demonſtrare uitam, in qua poſt hãc uitam uidendus eſt in æternum? Et cur non dicatur iſte paradiſus, excepto illo, in quo corporaliter uixit Adam? Si.n.proprie qdam nemoroſus locus, tranſlato autẽ uerbo omnis etiã ſpiritualis quaſi regio, ubi animæ bene eſt merito paradiſus dici poteſt, non ſolũmodo tertium cœlum, quicquid illud eſt, quod profecto magnum ſublimiterqꝫ præclarũ eſt, ſed etiam in ipſo homine lætitia quædam bonæ conſcientiæ, paradiſus eſt. Si ergo primum cœlum recte accipimus generali nomine hoc omne corporeum, quicquid eſt ſuper aquas et terram, ſecũdũ aũt in ſimilitudine corporali, ꝙ ſpiritu cernitẽ, ſicut illud unde animalibus plenus ĩ ecſtaſi Petro diſcus ille ſubmiſſus eſt: tertium uero quod mente cõſpicitur, ita & ſecreta & remota & omnino abrepta à ſenſibus carnis atqꝫ *Actuũ*. 10.
mũdata, ut ea quæ in illo cœlo ſunt, & ipſam Dei ſubſtantiam, uerbũqꝫ *Pſalm*. 32.
domini per quod facta ſunt omnia, in charitate ſpiritus ſancti ineffabiliter ualet uidere & audire, nõ incongruenter arbitramur & illuc apoſtolum eſſe raptum, & ibi fortaſſis eſſe paradiſum omnibus meliorẽ, & (ſi dici oportet) paradiſum paradiſorũ. Nec contrarium eſt huic intelligentiæ illud quod Moyſi dominus ait, Non uidebit me homo & uiuet: qa *Exodi*. 33.
neceſſe eſt abſtrahi ab hac uita mentem qñ in illius ineffabilitatẽ uiſionis aſſumitur, ſicut Apoſtoli mens diuinitus rapta eſt ex hac uita ad an

*Locus eſt ſecurus*.

C gelicā uitam ante quam per istam cōmunē mortem carne solueretur. Et ibi perfruens Dei allocutione, audiuit ineffabilia uerba quæ nō licet homini loqui. Ideo cum prędicaret, dixit quod posset hominibus dici, & tenuit apud se qđ nō posset dici. Ergo audiatur id qđ possumus mēte comprehendere, & id quod non possumus credatur. Si illi diceremᵘˢ, rogamus te, explica magnitudinem ipsius, non'ne forte responderet nobis, non est ualde magnus quem uidi, si à me potest explicari?

*Pro huiuscemodi gloriabor, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi uoluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicā. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me.*

*Pro huiuscemodi* homine uel uisione *gloriabor*. i. cōmendabo me, sed *pro me* filio Abrahę uel circunciso nihil gloriabor, *nisi in infirmitatibus meis*. i. in tribulationibᵘˢ quas patior. Pro huiusmodi homine. i. qui tam dignus est Deo, ut ad hanc uisionum excellentiam subleuaretur, gloriari se dicit, & non uult aperte dicere quod de se loquitur, ne laudare se uideatur. Et sic pro se non gloriatur, dum nō apte de se profitetur. In infirmitatibus autem gloriatur, quia exponere pressuras passionum & infirmitates angustiarum non uidetur gloriosum, sed flebile. Idcirco in his secure se fatetur gloriari, sciēs quia ad perfectū perducunt cœlestium remunerationum. Quid. n. tam gloriosum in futurum christiano, ꝙ exitia pro Christo illata narrare? Pro isto homine gloriabor, nō pro me Nam etiam *si uoluero* pro me gloriari. i. meritū meū quod apud Deum habeo profiteri, *non ero insipiens* in hac gloriatione, licet quibusdam uidear esse. Non. n. falsa loquar, sed ueritatem de meipso dicam: & ideo non in meipso, sed in ipsa ueritate quę superior me est, huDmiliter & ueraciter gloriabor. Et de pluribus quidem adhuc gloriari poteram, sed *parco*. i. parce refero, *ne quis me existimet supra id quod uidet in me*. i. ne quis me putet excellentioris esse naturæ ꝙ suis oculis comprehendere ualeat, & incipiat errare in me, credens me diuinam uel angelicam habere naturam, sicut illi qui de me & Barnaba dicebant, dij similes facti hominum descenderunt ad nos. Illi enim existimabant nos esse supra id quod uidebant in nobis, quia cū uiderent in nobis terrenum & mortale corpus, existimabant nos cœlestes & immortales, et propterea parco gloriari, ne si plura retulero, putet quisquam me esse supra id quod uidet in me. i. supra naturam humanitatis quam cernit in me: aut supra id quod audit ab alijs aliqđ referri *ex me*. Vel ne quis existimet supra id quod uidet in me, siue audit de me. i. ne quis me arbitretur ultra gloriā meam tendere ꝙ limes meritorum admittit. Omnes sancti non solum gloriam supra modum suum omnīno nō appetunt, sed etiā hoc ipsum uideri refugiunt, quod esse meruere. Vnde nunc prædicator egregius cōtra pseudoapostolos loquens dum uirtutes eximias operationis suę per discipulorum eruditione narraret, dum tot pericula tolerasse coaceruatā persecutione describeret, & post hæc usque ad tertium cœlum, rursumq́ in paradisum raptum se esse memoraret, ubi tanta agnoscere potuisset, quāta loqui omnino nō posset, erat de se adhuc fortasse mirabiliora locuturus, sed ab humana laude alta cōsideratione se temperans, subdit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. i. ne si cætera dixero, putet me aliquis esse supra naturam humanæ infirmitatis, cū non nisi īfirmitas in me uideatur, uel ab

Actuū. 14.

A aliis qui uident, audiatur. Habebat ergo adhuc de se dicēdum aliquid, quod parcit dicere. Sed egit utrunque doctor egregius, ut & loquēdo quæ egerat, discipulos instrueret, & tacē do se intra humilitatis limitem custodiret. Nimis itaque esset īgratus, si de se discipulis tanta taceret: & fortasse minus incautus, si de se omnia discipulis proderet. Sed mirabiliter (ut dictum est) egit utrunque, ut & loquendo erudiret audiētium uitam, & tacendo custodiret suam.

*Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, ut me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui ut discederet a me, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi.*

Ego, inquit, tam magna, tamque sublimia diuinitus uidi. *Et ne magnitudo* tam ingentium *reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ*. Non me extulit, sed ne me extolleret, prouidit mihi deus remedium, quod ad uersus elationem quæ euenire poterat, opponeret. Valde.n. timenda est elatio de abundantia gratiarum, ne quis de dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatem, & quanto

Eccle.3. maior est, humiliet se in oībus. Apostolus iste, quāuis ex persecutore factus prædicator, abundātiorem gratiā assecutus est in omni labore apostolico quam cæteri apostoli, ut magis deus ostēderet suum esse quod dat,

Nota. non hominis, quomodo solent medici potentiam artis suæ in desperatis ostēdere. Cū ergo esset magnę gratię, et magna dona à deo percepisset, quia ex abundantia gratiæ & reuelationum poterat ei elatio subrepere, idcirco Deus q nouit omnia antequam fiant, apposuit ei quendam monitorem humanæ infirmitatis in similitudinem triumphantium, qui bus in curru retro comes adhærebat, per singulas acclamationes ci- B uium dicens: Hominem te memento. Ne extollar, inquit, ex magnitudine reuelationū datus est mihi à Deo .i. ad meam utilitatem, ut me in humilitate custodiat, stimulus carnis, id est, pungens carnem meam. & qs est stimulus iste? *angelus satanæ*, i. angelus malignus, missus à satana, *ut me colaphizet* .i. ut me percutiat, reprimens omnem motum superbiæ, excitando mihi semper tribulationes aut corporis infirmitates, uel tentando (ut quidam aiunt) per libidinem. Tentatio autem cui non consentitur, nō est peccatū, sed materia exercendæ uirtutis. Nam stimulus iste forsitan concupiscentia carnis erat. Quibus malis Apostolus considera tis in corpore mortis suę, in quo bellum intestinum cum inuisibili hoste gerebat, remedium salutis suę nullū penitus nisi solam gratiam Dei in Christo Iesu liberantem se inuenisse Romanis loqtur. Sed & dolore quo Roma. 7. dā corporis traditur exagitatus uehementer. Dolores autem corporū plerunque immittuntur ab angelis satanæ. Sed hoc non possunt nisi per missi. Nam & Iob sic probatus est. Permissus est ad eum probādum satanas, & pcussit eum ulcere ita ut Iob.2. uermib⁹ putresceret. Sic & angelus satanę quasi libenter permissus est colaphizare Apostolum, sed tū apostolus curabatur. Hoc ergo remedium diuinitus accepit, ut p iniquū angelum semper iniurijs & tentationibus pressus, non posset ex reuelationibus extolli, quia ociosum pectus ex his quæ uiderat, intumescere posset. Secreto.n. dispēsationis ordine, unde seuire permittitur iniquitas diaboli, inde pie perficitur benignitas Dei. Elatos enim in sanctitate uiros non amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe non essent qui de sanctitatis gloria superbirent: & tanto

C sub eius iure caderent, quanto se in suis uirtutibus eleuarent. Sed miro dispensationis ordine, dũ tentantur, humiliantur: dum humiliãtur, eius esse desinunt. Apl'us uero & priusq̃ morbum elationis incurreret, puidẽte superno medico, accipit medicamentum humilitatis. Et q̃a illud qđ medicus apposuerat, molestum erat ei, rogauit ut auferret. *Propter quod* (inquit) *ter dominum rogaui* qui trinus est deus, *ut discederet à me* stimulus ille, & rogaui dominum ut à me tolleret acre medicamentum quod mihi apposuerat. Et non fecit quod petebã, sed quod mihi expediebat: quia non est magnum exaudiri ad uoluntatẽ, sed magnũ exaudiri ad utilitatem. Nã *dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea*.i. hoc tibi satis est, ut habeas gratiã meã, & ideo noli superfluam carnis sanitatem quærere, quia non iratus, sed gratiosus te uro. Ego noui quid apposuerim, ego noui unde ægrotes, ego noui unde saneris. Quid.n. tibi utile sit, magis ego noui q̃ tu. *Nam uirtus in infirmitate perficitur*.i. uirtus ad pfectionem ducitur per infirmitatem cõtrariam, cum qua legitime certat, ut postea coronetur. Virtus in infirmitate perficitur, quia infirmitatis actio fit uirtutis perfectio, ut p̃sente infirmitate & tentatione reprimatur uirtutis elatio, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in ueritate cognitio, & in humilitate cõfessio. Et quia infirmitas ita proficit uirtuti, *igitur libẽter*.i. nõ minus, sed libens *gloriabor in infirmitatibus meis*, ad hoc datis, *ut inhabitet in me uirtus Christi*.i. summam gloriam deputabo q̃ in me sum infirmus, ut fortem me faciat Christi uirtus. Tunc gloriatur Apostolus, q̃n iniurijs humiliatur, à Christo autẽ uirtus tolerandi præbetur, ut quia prius asperæ fastidiendæ iniuriæ uidebantur, postea libenter susciperentur, ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se patitur, dummodo à Christo curetur, postq̃ cognouit prodesse quod nocere putabat, sciens quia plus addit medicina dei ad salutem, quàm infirmitas detrahit sanitati. D

*Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.*

Virtus (ut dictum est) in infirmitate perficitur. *Propter quod placeo mihi*.i. multum delector *in infirmitatibus meis*. Omnes superiores passiones atq̃ inferiores hoc loco infirmitatum nomine definiuit Apostolus, eo q̃ humanæ infirmitati ista p̃ualeant. Vt ergo discipulos instrueret, summa de se retulit: ut uero se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in uirtutibus suis, sed in infirmitatibus fixit. Placeo, ĩquit, in infirmitatibus meis, & *in contumelijs*, nõ in honoribus seculi. & *in necessitatibus*, non in epulis uel in ocio, sicut pseudoapostoli, qui causa uentris prædicabant: & *in persecutionibus*, non in salutationibus & susceptione adulationis: & *in angustijs*, non in iactantia elationis & superatione diuitiarum. Et hoc *pro Christo*, non pro aliquo crimine. q̃a beati q̃ persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nõ.n. omnes beati qui persecutionem & aduersa patiuntur, sed qui iustitiæ causa patiuntur. Vel placeo mihi in infirmitatibus carnis, in cõtumelijs uerborũ, in necessitatibus.i. in indigentia necessariorum: in psecutionibus de loco ad locum: in angustijs.i. in anxietatibus animi pro Christo illatis. Et iure placeo in talibus, quia q̃n *infirmor* in talibus exterius, *tunc potens sum* interius.i. quando aliqua sua p̃dictatum tribulationũ affligor, tunc à deo datur mihi potentia superandi. Tunc enim uincit christianus Matth.5. 1. Petri.3.

C nus, cum perire putat: & tunc perit perfidia, cum se uicisse gratulatur.

*Factus sum insipiens, uos me coegistis. ego enim à uobis debui commendari.*

Post omnem cōmendationem suā ostendit q̄a nō ad iactantiam suam ista retulit. In his (inquit) quæ hactenus ad cōmendationem meam narraui, *factus sum insipiens*, secūdum quod in exterioribus uerbis sonat, q̄a uideor merita mea prædicasse: sed hoc non iactanter, sed necessitate cōpulsus feci pro uestra utilitate: quia *uos me coegistis* ita loqui, qui de me non recta sentiebatis, & falsos apostolos mihi præferebatis: & ideo non mea culpa, sed uestra est quod de me talia sum locutus. Coactum se dicit, Sup. eod. ut quid esset ostenderet. Et utiq; nō est insipiens qui de se uera locutus est, quia superius ait: Si uoluero gloriari, non ero insipiēs. ueritatē enim dicam. Sed nūc inclinat se, & præ nimia humilitate uel cordis dolore se fatetur insipientem, ut declaret quia non uoluntate merita sua manifestauit. Insipientis enim est suos narrare labores, & proprias iactare uirtutes. Iustus aūt nunq̄ bona sua detegit, nisi eum aut proximorꝝ utilitas, aut certe nimia necessitas cogat, sicut Apostolus, cū uirtutes suas enumerasset, coactum se dicit hoc fecisse. Nam si uirtutes suas tacuisset, discipuli nō cognouissent eum. Si non cognouissent eum, non omitterent præferre illi falsos apostolos, & dicta illorꝝ dictis illius. Sicq; ignorantia dignitatis apostoli, causa esset ut semper in errore permanerent discipuli. Vt ergo eos ab errore reuocaret, coactus est manifestare q̄s esset. Vos (inquit) me coegistis, quia cum aliis de me satisfacere debuissetis, nunc iterū opus habetis ut ego ipse me cōmendem uobis. *Ego enim debui à uobis commendari*, id est, uos aduersus obtrectatores debuistis mihi testimonium ferre, apud quos ego eccle D siam institui, & signorꝝ prodigia feci, ut uos me tacentem defenderetis, quem in Christo patrem habetis.

*Nihil enim minus fui ab his, qui sunt supra modum apostoli. Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigiis & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quòd ego ipse non grauaui uos? Donate mihi hanc iniuriam.*

Reuera debui à uobis cōmendari cæteris. Nam *nihil minus fui* uobis uel in prædicatione, uel in miraculis *ab his*, id est, q̄ illi *qui sunt apostoli supra modum* meum, sicut quibusdam uidetur quia dominum in carne sunt secuti. Non fui uobis in actione minor, q̄ Petrus uel Ioānes siue Iacobus, qui sunt supra modum meum apostoli, non dignitate, sed tempore, cum ego plus illis laborauerim. Nā si de tempore mihi præscribendum putatis, Matt 3. ante cœpit Ioānes prædicare quàm Christus: & non Christus Ioānem, Ioan. 1. sed Ioannes Christum baptizauit. Andreas quoque prior secutus est Christum q̄ Petrus, nec tamen primatum accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo quibusdam non uideor Apostolus, cum eadem possim per Dei gratiam, quæ & cęteri apostoli? Illis non uidebatur Apostolus esse, qui eius prædicationem æmulatione legis respuebant, quasi esset inimicus traditionis Moysi, q̄a legem cessare dicebat: & cæteris apostolis fauebant, istum illis humiliātes, q̄a illi non tam constanter cōtra legem aliquid asserebant. Ideo dolet minorem se uideri, et compulsus ostendit quantę sit dignitatis. Nō fui, inquit, uobis in ope minor p̄cessoribꝰ meis: q̄a tametsi nihil sum, signa tn̄ apostolatus &c. Sic se humiliat, ut erigat. Patiētiam tn̄ primam memorat, q̄a diu illos portauit quasi impatientes ęgros, ut adhibita medicina signorꝝ

C atq; uirtutum, curaret uulnera erro
ris illorū. Ego quidem (inquit) nihil
sum, qa homo sum: sed apostolatus
quē mihi Christus ipse dedit, signa
in uobis ostendit. i. potentiam, uir-
tutes atq; ꝓdigia. *Tametsi. i. q̃uis nihil
sum*, secundum quod homo sum, uel
scd̃m quod quibusdam uidetur, qui
me nihil esse iudicant, tñ ea quæ fe
ci, me apl'm designāt: quoniam *signa
apostolatus mei facta sunt super uos*. i. quod
desuper descēdant in uos à patre lu-
minum per doctrinā meam, ut cre-
deretis, ut cōuerteremini, ac religio-
se cōuersaremini, signum & demon
stratio est apostolatus mei. Et hoc fa
ctum est *in omni patientia* mea, qm̃ pa-
tienter oía sustinui, quæ mihi à uo-
bis uel pro uobis illata sunt mala.
Nam & cōtemptum & paupertatē,
aliasq; molestias apud uos pertuli:
& mores uestros, ut paulatim eos
corrigerem, longanimiter sustinui.
Nec sola patientia uos ad fidem &
morum meliorationem adduxi, sed
etiam *signis & prodigijs & uirtutibus*. Di-
stat autem inter signum et ꝓdigium
atq; uirtutem, qa signum est genus
prodigij, uirtus uero genus utriusq;.
Virtus enim uocari potest omne mi
raculum: signum aũt illud tantum,
quod in quocunq; tempore aliquid
significat: prodigium uero, quod in
futuro tantum. Prodigium uero ap-
pellatum est quasi porrò dictum, ꝙ
porrò dicat, porrò significet, & ali-
quid futurũ esse portendat, sicut sa
nationes corporū quę per apostolos
fiebant, sanationes animarū porten-
debant. Nihil (inquit) uobis minus
feci, q̃ fecissent priores apostoli, imo
amplius. Nam *quid est quod minus habui
stis præ cæteris ecclesijs*. i. quid minus ac-
cepistis per me, q̃ cęterę ecclesię per
alios apostolos, *nisi quòd ego ipse non gra
uaui uos*? id est, non accepi stipendium
à uobis, sicut cæteri prædicatores à
suis accipiunt. Gratis. n. euāgelium
prædicaui uobis, quod nullis cōces- D
sum est alijs ecclesijs. *Donate mihi hanc
iniuriam*. i. si tam imprudentes uel ma
litiosi estis, ut hoc putetis iniuriam,
ignoscite mihi. Date mihi ueniā hu-
ius facti, pro quo laude dign⁹ sum,
non reprehēsione. Hoc. n. non est in-
iuria, sed misericordia & amicitia.

*Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, &
non ero grauis uobis. Nō enim quæro quæ uestra
sunt, sed uos. nec enim debent filij parentibus the
saurizare, sed parentes filijs. Ego autem libētissi
me impendam & superimpēdar ipse pro anima-
bus uestris, licet plus uos diligens minus diligar*.

Ne forte putaretur inter initia sti-
pendijs abstinuisse ad cōmendatio-
nem suā, postea uero mercedē euan-
gelicæ prædicationis uelle accipere,
ostendit in ea se uolũtate durare, ne
factum suum postea mutare uidere-
tur, et esset quod obtrectatoribus re
prehenderet. Non grauaui (inquit)
uos, sed nec grauabo. Quia *eccce hoc ter
tio*. i. hac tertia uice, *paratus sum uenire ad
uos, et non ero uobis grauis*, ut de uestro qc
quam accipiam, sicut nec aliqd à uo
bis sumpsi. Non tertio uenit ad eos,
sed tertio paratus fuit uenire. Non
ero grauis uobis accipiendo mune-
ra uestra, qa *non quæro ea quæ sunt uestra,
sed uos* ipsos. i. non pecunias uestras,
sed uos ipsos lucrari uolo ex prædi-
catione mea, ut uos habeā mecum
in æterno Christi regno. Non quæ-
ro uestra: *nec enim debēt filij parentibus the
saurizare*. i. diuitias congregare, quod
facitis pseudoapostolis: *sed parētes filijs*
debent diuitias præparare, qđ pseu-
do non faciunt uobis. Cōsueto usu
nunc loquit̃. Consuetudo enim est,
ut carnales parentes filijs suis the-
saurizent. Spiritales uero patres di-
gnũ est ut à filijs suis accipiāt sum-
ptus. Sed Apostolus intantum pro-
bat se nolle accipere, ut trāsferat cau
sam carnalis patris ad spiritalem, ut
non solum non accipiat ab eis, sed
si fieri possit, ipse eis tribuat. Quo

A dicto tãgit eos, ut intelligatur quantus sit, & quid mereantur qui tanti apostoli prouidentiam neglegũt. Parentes (inquit) debent filijs suis thesauros præparare, sed ego nõ solum thesauros, sed et meipm paratus sum impendere. Tanto enim affectu charitatis erga uos *ego* moueor, quod non inuitus, sed *libentissime impendam* uobis uel carnalia uel spiritalia bona, & post omnia si opus fuerit, ego *ipse super impendar pro animabus uestris*, ut moriar pro salute animarum uestrarum *licet plus uos diligens, minus diligar* à uobis. Qui enim tãtam habet charitatem, ut paratus sit pro fratribus etiam mori, pfecta est in illo charitas. Et ego dũ pro uobis mortem excipere sum paratus, perfecte uos diligere comprobor. Plus enim uos diligo, non accipiẽdo res uestras, quàm si eas acciperẽ: uos autem minus quàm debetis, uel minus quàm pseudoapostolos, diligitis me: quia me plus amare debetis, maxime p quem uiã uitæ didicistis.

*Sed esto. Ego uos non grauaui, sed cum essem astutus, dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad uos, circũueni uos? Rogaui Titum & misi cum illo fratrem. Nũquid Titus uos circũuenit? Non'ne eodem spiritu ambulauimus? Non'ne eisdem uestigijs?*

Nihil eorum quæ possent ei ex aduerso proponi, tacet, ut se per omnia purget. Quia nihil per circũuentionem egit apud eos, sed pura uirtute sibi simpliciter & illis dupliciter cõsuluit, ut ipse nihil præter futuram supernę beatitudinis retributionem quæreret, & illis apud dominũ prouideret, atque sensum eorum non acciperet. Forte enim suspicarenĩ ideo illum sua dona contempsisse, quia parua erant quæ offerebãtur, ut magna consequeretur: & circũspiciens merita sua, non pecuniam refutaret, sed numerum indignum sibi æstimans contemneret. Ego, inquit, non accepi uestra, sed paratus sum uobis impendere mea: & inde minus à uobis diligor, quia non intelligitis quàm charitatiua mente hoc feci. *Sed esto*, hoc est, sit id est, nunc concedamus istud, quia *ego non grauaui uos* per meipsum, accipiẽdo res uestras: *sed cum essem astutus, dolo uos cepi*, id est, decepi uos callida arte simulationis, extrahẽdo uobis per alios bona uestra. Ironice dicit, nam pseudoapostoli affirmabant eum sic agere. Vel inquit: Talia de me suspicamini, sed effectu rei probatur quia falsa sunt quæ putãtis. *Nunquid enim per aliquem eorũ quos misi ad uos, circũueni* & artificiose decepi *uos*, ut callide uobis per eos extorquerem res uestras? Hoc est quod dicit, quia quos misit, non illis hoc intimauerũt, ut si uellent placatum habere Apostolum, dignam quantitatem psonæ illius offerrent: quoniam ideo noluisset accipere, quia minus quàm dignum erat offerebatur. Quod cõpositum Apostoli astutia intelligerent, ut quod egit, non per contemptum, sed per auaritiam egisse putaretur. Vere (inquit) non circunueni uos per aliquem legatorum meorum, quia per Titum id non feci, per quem facilius hoc possem implere. Nam *rogaui Titum* ut ad uos pergeret, quia illi facilius obediebatis, *& misi cum illo fratrem*, cuius laus est in euãgelio, qui intelligitur Lucas. *Nunquid Titus*, cuius dictis facile acquiescebatis, *circumuenit uos*, callide uobis suadens ut mihi mitteretis aliquid? Nequaquam. *Non'ne* enim *ambulauimus*, id est, perseuerauimus, *eodem spiritu*, id est, eadem uoluntate qua cœpimus, ut sicut in principio nihil accipere à uobis uoluimus, ita & deinceps? Et *non'ne eisdem uestigijs* quibus cœpimus, id est, eisdem passibus actionum semper ambulauimus, ut non in accipiendo perseueraremus? Vna enim in bono sententia nostra esse probatur, exclusa

C omni suspicione auaritiæ, quãdo ab his quos misi, nihil tale dictum aut factum est, in quo deprehenderetur auaritia. Vel ita: Nõ circũuenit uos Titus, sicut nec ego circũueneram. Quia non'ne eodem spiritu, id est, eadem bona uoluntate ambulauimus ego & ille? Et non'ne eisdem uestigijs ego et ille ambulauimus, idest, eisdem operationibus per quas ap-
Matt.12. paret uoluntas? Vnaquæq; enim arbor ex fructu suo cognoscitur.

*Olim putatis quòd excusemus nos apud uos? Coràm Deo in Christo loquimur, omnia autem charissimi propter ædificationem uestram.*

*Olim putatis*, id est, dudum æstimatis, *quòd excusemus nos apud uos*, id est, q; causam excusationis quasi reus dicam, quia non grauaui uos? Iandiu est, quòd de nobis dubitatis, arbitrantes quia nõ simpliciter agamus uobiscum, quoniam pseudoapostolis credidistis, qui dicunt nos tergiuersatione quadam dona uestra respuere, ut maiora possimus accipere. Et putatis quòd huiusmodi fictam cõscientiam excusemus apud uos? Sed nos *coràm Deo in Christo loquimur*. Coràm Deo (sicut supra dictum est) loquitur, qui in omni quod dicit, humanos fauores non appetit, sed omnipotentis Dei præsentiæ intendit: nec suam, sed authoris gloriam requirit. In Christo autem loquitur, cuius sermo totus in Christi ueritate p̃sistit, ut nec mẽdax sit, nec aliud quam Christum prædicet. Et nos ita coràm Deo loqmur in Christo. Sed *omnia* hæc loquimur & facimus *propter uestram ædificationẽ*, ut bene de nobis sentiatis, & falsos apostolos repellatis, atq; per doctrinam nostrã in Christi templum ædificemini. Ædificationi enim uestræ proficit, quicquid de tribulationibus nostris & reuelationibus supra diximus, et quòd malam de nobis suspitionem à cordibus uestris tollimus, uel q̃d censum uestrum idcirco non suscepimus, ne authoritatem nostræ potestatis, qua uitiosos arguimus, inclinaremus. Sine dubio enim p̃dest ei, qui corripitur ut emendet, si præpositus eius ideo oblata refutet, ut libere arguat. D

*Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem non uultis: ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos: ne iterum cum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeã multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.* Galat.5.

Omnia (ut præfatus sum) propter uestram ædificationẽ uobis loquor aut facio. Nam *timeo ne cum uenero, inueniam uos* incorrectos quales *non uolo* uos iuenire, quod forte erit, quia ad utrunq; se habet, & ex libertate arbitrij uestri potest quodlibet horum contingere. Ideo præparate uos, ne inueniam uos in uitijs perdurãtes, quales iuenire nolo: *& ego inueniar*, id est, sentiar *à uobis* seuerus & asper, & peccata uestra iuste puniens, *qualem non uultis* inuenire. Ille enim inuenit aliquem qualem non uult, qui se talẽ facit, ut discordet ab illo. Et ideo tales uos exhibete, ut non discordetis à mea sanctitate, ut cum uenero, possimus iuicem gaudere. Scilicet *ne forte sint inter uos contentiones*, & cætera q̃ in priore epistola reprehendi, quando personis deferentes, & alterum alteri præponentes, diffidebatis ab
inuicem. Contentio est, ubi non ra- 1.Cor.1.
tione aliquid, sed animi pertinacia defenditur. Æmulatio est hoc loco inuidia. Animositas est magna commoti animi aduersus alterum pertinacia, qualis erat in illis, qui iudicia habebant inter se, quæ deterebãt ad
infideles determinanda, & inde ira- 1.Cor.6.
scebantur ad inuicem. Dissensio est, ubi non omnes in una uoluntate &

A in uno sensu concordant, sed diuersa uolunt, & partes faciunt. Detractio est, quando quis bona alterius deorsum trahit.i.loquẽdo humiliat ea & premit, uel de ipsis bonis aliqua trahit, ut pauciora seu minora quã sunt ostendat ea esse. Susurratio est, qñ quis murmurat et nõ in facie loquitur alicui, sed de illo aliis male loquitur. Inflatio est, qñ quis tumore cordis turgescit interius. Seditio est cõmotio ciuium inuicem contra se. Et timeo, inquit, ne uitia hæc iter uos reperiantur, cum uenero, ne sint inter uos cõtentiones de meritis prælatorum, ut erãt dũ diceretis, ego quidem
1.Cor.1. sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego uero Cephæ. Et *æmulationes*, id est, inuidiæ propter meliora charismata per quas minores solent inuidere maioribus. Et *animositates* in repetitione rerum & ultione, propter quas solebatis apud infideles iudicio contendere. Et *dissen*
1.Cor 6. *siones*, id est, mẽtium diuersitates aut uoluntatum diuisiones. Et *detractiones*, per quas alius loquẽdo detrahit & aufert quicquid potest ex bene gestis alterius. Atque *susurrationes* per quas latenter seminantur discordiæ. Et *inflationes*, per quas nonnulli quasi de excellentioribus meritis itumescũt, & alios despiciũt. Atque *seditiones*.i.tumultus irascentium atque litigantiũ in populo usque ad percussiones. Timeo inquam ne in uobis talia reperiam, *ne* scilicet *cum uenero, humiliet me iterum Deus apud uos*, id est, ne sicut dolui pro peccatis uestris, ita rursum doleam pro impœnitudine uestra, *& lugeam ibi multos ex his qui ante* primã epistolam *peccauerunt*, & adhuc permanẽtes in sua nequitia, *non egerunt pœnitentiam*. Illis in peccato perdurantibus, se dicit humiliari & lugere: quia ut pius pater incipit culpas filiorũ deflere, & se pro his in orationibus & ieiuniis affligere. Quis.n. pater non gaudeat bene agentibus filiis? Si iterum necesse est lugeat, si praue cõ B uersẽt. Ideo admonet ut siqui non egerunt pœnitentiam, sicut alios significat egisse, nũc agant eam, ut ue niẽs sine tristitia sit cum illis. Cum enim dicit, et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerũt pœnitentiã, probat quosdam ex his pœnitentiam egisse, quosdam uero non agere. Agenda est autem pœnitentia omnibus qui peccauerũt, quia non sufficit mores in melius cõmutare, et à factis malis recedere, nisi & de his quæ facta sunt, satisfaciat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificiũ, cooperãtibus eleemosynis. Non egerunt, inquit, pœnitentiam *super immunditia*, id est, de immundissima perpetratione libidinis quæ fit inter mares, uel ab uno solo: *& fornicatione*, quæ fit cum publicis meretricibus, quæ prostant in fornicibus, unde etiam fornicatio dicitur: *& impudicitia*, quæ fit cũ fœminis suæ consanguinitatis, sicut cum sorore uel nepte, siue fratris uxore, & uocatur incestus. Et cum de his tam execrãdis libidinum perpetrationibus pœnitentiam fieri suadeat Apostolus, patet quia non est ulla criminũ tam horrenda macula, quæ per pœnitentiam deleri non possit. Nota.

CAPVT XIII.

*Ecce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorũ uel trium testium stabit omne uerbũ. Prædixi enim & prædico ut præsens uobis & nunc absens, his qui ante peccauerunt et cæteris omnibus, quoniã si uenero iterum, non parcam.* Deute.17. Matth.18. Hebræ.10 Ioan.8.

Timeo (inquit) ne tales uos inueniam quales nolo, & inueniar à uobis durus cum uenero. Ideóque ne differatis pœnitentiam agere, quia ego non differã uenire. Nam *ecce* certum sit uobis quia in proximo *uenio ad uos hoc tertio* apparatu. Non dixit quòd bis uenerit, & hac tertia uice uenturus sit, sed quòd bis se præparauerit

A & nos qui multo minores sumus, ex eadem uirtute uicturi simus.

*Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi uos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobi estis?*

Dixi quia nos uiuemus in uobis. Nam fidē accepistis à nobis. Et ideo *tentate*, id est, discutite & probate *uosmetipsos, si estis in fide* & si uos esse in fide uideritis, tunc nos in uobis uiuere cognoscatis. Dum auditis qa nos pro fide tot tribulationes patimur, tentate, id est, probate uosmetipsos: & si estis in fide, *ipsi uos probate*. Acsi dicatur: Persecutionum certamina ad mētem reducite, & cordis uestri intima atq; occulta pensantes, quales inter supplicia ualeatis existere inuenite. *An non cognoscitis uosmetipsos*, id est, non cognoscitis quales sitis intus, scilicet *quia* per fidem quam à nobis accepistis, *est Christus Iesus in uobis?* Qui enim fidei sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse. Et uos ita scitis eum in uobis esse, *nisi forte reprobi estis.* Hoc est enim reprobū esse, nescire fidem professionis suæ. Reprobus enim est, id est, retro à ꝓbitate alienus, qui probitatem fidei & bonæ operationis quā in baptismo accepit, ignorat uel deseruit. Et uos cognoscitis quia per sensum fidei & per affectū dilectionis, ac strenuitatem rectę actionis est Christus in uobis, nisi forte reprobi estis, id est, ab eo quod prius cœpistis, retro conuersi & à Deo reiecti.

*Spero autem quòd cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autē Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, uos autem potentes estis. Hoc & oramus uestram cōsummationem. Ideo enim hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secūdū potestatem quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.*

B Prouocat eos ad sciētiam fidei & rectæ uitæ. Cum enim cœperint scire apostoli sui certam authoritatem & meritum apud Deum, poterunt & ipsi circa se esse soliciti. In uobis (inquit) habitare Christum cognoscitis, nisi forte reprobi estis. Sed qcquid de uobis sit, de nobis *spero quòd* amodo cognoscetis, *quia nos non sumus reprobi*, sed electi Dei. Dum. n. falsos apostolos nobis pferretis, illos putabatis diuinitus electos esse, nos autem reprobatos. Sed spero quia per huius epistolæ doctrinam cognoscetis, quòd non nos, sed illi sunt reprobi: & ideo relictis illis, monita nostra sequemini. Vel qui Christū in nobis tentabatis, uolentes experiri si possemus in peccantes uindicare, spero qđ cognoscetis quia nos non sumus reprobi, id est, per aliquā culpam à nostra potestate priuati, cum uideritis nos delinquētes apud uos potenter arguere. Sed *oramus Deum* ut hoc non eueniat, oramus Deum *ut nihil mali faciatis*, ꝓpter quod sit necesse ut à nobis arguamini. Poterat dicere, monemus uos ut nihil mali faciatis. Qđ qdē si diceret, certū diceret: qa & uolūtas nr̄a aliqd agit, sed sola non sufficit. Maluit tamen dicere, oramus, ut gratiam cōmendaret, ut intelligerent quando non faciunt aliquid mali, non sua uoluntate sola se uitare malū, sed adiutorio Dei implere quod iussum est. Oramus (inquit) Deum, sine quo nihil ualet humanæ uoluntatis arbitrium, ut nihil mali faciatis, *non ut nos probati appareamus*, id est, non ut in authoritate uideamur uobis peccātibus: sed potius *ut uos quod bonum est faciatis, nos autem ut* quasi *reprobi simus*, id est, quasi sine potestate. Non orat ut ipse sit reprobus, sed ut his bene agentibus, dum non audent corripere, quasi humilientur, & humiliati uel reprobi appareant. Probati enim à Deo uiden-

C tur, dum iudicat peccatores authoritate concessa. Si ergo quos iudicent non sint, cessante in his authoritate, quasi reprobi uidētur. Nam ne putentur & iniuste posse dominari, apte subditur: Nō.n.possumus &c. Simus, inqt, id est, pareamus reprobi, non habentes quod uindicemus. *Nō enim possumus aliquid aduersus ueritatem*, id est, potestas non est nobis data contra ueritatem, ut arguamus eos qui in ueritate ambulant, id est, bene uiuūt: *sed pro ueritate* tuenda, ut uindicemus in eos qui inimici sunt legis. Ideóq; cessabit potestas, si illi quod bonum est fecerint. Vnde Romanis dictum est: Vis nō timere po
Roma. 13. testatē? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Qui ergo potestatem nō timet, bonum operando, euacuata est apud eum potestas. Hoc est quasi reprobum esse, quia hoc in eo cessat, unde pbatur potestas. Ob hoc autem oramus Deum ut nihil mali faciatis, quia *gaudemus nos quoniam sumus infirmi*, id est, quòd non est necesse ut nostra uirtus appareat puniēdo peccantes. Hoc est enim infirmari, potestatem non exercere. Gaudemus, si nos taliter infirmi sumus: sed *uos potentes estis*, id est, si bene agentes uitia uincitis, ut prohibeatis à uobis uindictam aut correptionē. Tunc enim potentes estis, quando uitijs fortiter pualentes, ptātem nr̄am non timetis. *Hoc etiam oramus* agere *uestram consummationem*, id est, rogamus uos ut in eo perficiamini, ne peccetis, consummati in uirtute bonæ uitę & incorrupta fide. Et quia id uolo atq; oro, *ideo hæc* quę ad corruptionem uestram dixi, *scribo uobis absens, ut* cum fuero *præsens non agam* in uobis *durius* q̄ uolo, ut scilicet correctiores inueniam uos, & nō coràm hominibus increpem cū pudore, ne qui peccauerunt erubescāt in cœtu fraterno. Hæc scribo, ne durius q̄ uultis agam *secūdum potestatem* arguendi et puniendi reos, D *quam dominus mihi dedit in ædificationem, & non in destructionem*, id est, ut per hanc subiectos meos ædificem, & nō destruam. Si enim peccata illorum reliquero impunita, destruam, & non ædificabo: item si bene agentes puniero, destruam, & non ædificabo. Sed ita discrete exercenda est hęc potestas ad ædificationem, & non ad destructionem, ut bene agentes ad meliora hortemur, & male agentes arguamus, ut correpti ædificentur. Non enim destruuntur, qui arguuntur ut se corrigant, sed potius ædificantur. Sic exercēda est potestas, ut & pœnitētes absoluamus, & impœnitentes uinculo anathematis astringamus. Qui aliter agit, peruerse utitur hac potestate, & in oculis Dei se priuat ab ea.

*De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, et Deus pacis & dilectionis erit uobiscum.*

Hucusq; uos ad dilectionē & correctionem monui, ut de his quæ hactenꝰ male egistis, corrigamini. Sed *de cætero*, id est, de reliquo uitæ uestræ spatio, *gaudete*, id est, de cōscientia bonorum meritorꝝ gaudium habete, et peccata de quibus iterum contristari necesse sit, cauete. Et ut gaudere possitis, *estote perfecti* in bonis operibus. Et ut pfecti sitis, *exhortamini* alius alium, ut unusq́sq; magis magisq́; prouehatur in perfectione uirtutū. Et in ipsa perfectione *idipsum sapite* omnes, ut nō sit inter uos illa dissensio, sed unum sentiatis. Vel certe uos pfecti exhortamini minores ad eandem perfectionem, & uos minores idipsum sapite quod maiores, ne ab eis iam dissentiatis. Et omnis tā maiores q̄ minores, *habete* simul *pacem*, ne sit amplius in uobis prior discordia, sed sicut unius corporis mēbra sitis adinuicē oēs cōcordes. Et si hęc feceritis, tūc *Deus pacis et dilectionis*, id est

A Christus, *erit nobiscum* adiutor in omnibus & director. Christus enim est deus pacis & dilectionis, quia dixit suis, Pacem meam do uobis, et. Hoc est præceptum meum ut diligatis in uicem. Cum quib⁹ ipse est, sicut ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cõsummationem seculi. Sequitur.

1.Cor.1. Ioan. 14. Ioan.15. Matt.28.

*Salutate inuicem in osculo sancto. Salutãt nos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Amen.*

Vt pax sit inter uos, *Salutate inuicem in osculo* nõ doloso uel libidinoso, sed *sancto*.i. in Christo, uera pace pleno et casto. Et sic facere libenter debetis, quia ita optant *omnes sancti*. *Salutant* eñi *nos*, ut ex uoto salutationis eorũ proficiatis, & ipsorum sanctitatem imitemini. Illi uos salutant, & ego affectuosius, dicens: *Gratia domini nostri Iesu Christi*, qua gratis peccata condonantur, atq; salus tribuitur: *& charitas Dei* patris, qua nos ita dilexit, ut unigenitum suum pro nobis i mortem daret: *& communicatio sancti spiritus*, qui in utraq; re.i. in prædicta gratia & charitate cõmunicauit Christo et deo, cõmuniter & pariter operãs cũ illis humanam salutem, sit *cum omnibus nobis* maioribus atq; minoribus seu mediocribus. Trinitatis hic cõplexio est, & unitas potestatis, q̃ totius nostræ salutis perfectio est. Charitas.n. dimisit nobis saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus: & ut possideamus hanc gratiam salutis, cõmunicatio facit spiritus sancti. Hæc enim dilectos à Deo & saluatos gratia Christi tuetur, ut triũ perfectio, consummatio sit hominis in salute.

Ioan.3.

Secundæ ad Corinthios Epistolæ Finis.

## PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD GALATAS. B



Alatia est regio in Asia, cuius incolas Paulus ad fidẽ conuertit, ac bonis moribus informauit. Cũq; recessisset ab eis, ut et aliĳs gentibus more suo prædicaret, uenerunt pseudoapostoli: & prædicantes eis carnalem legis obseruationem, intantum eos subuerterunt, ut illorũ sentẽtĳs assensum uerbo & fauore (necdum tñ opere) præberent, ita ut circuncisionem & sabbatum, neomenias quoq; & cætera huiusmodi uellent obseruare. Nam prædicti seductores multis modis suadebant eis carnales obseruãtias, dicentes fidem Christi nõ posse sufficere ad plenam iustificationem & salutem, nisi ex antiquo more seruaretur. Et ideo suadere facilius poterant, quia Petrus & cæteri apostoli, qui cum domino fuerant, permiserunt ad tempus iudaizare primitiuam ecclesiam, ne scãdalum Iudæis facerent. Non.n. mox potuerunt destruere iudaismum, sed paulatim ad ueritatis synceritatem Iudæos conuerterũt: quia si in primo aditu omnes ritus illorum inciperent destruere, fidem nostrã potius abhorrerent q̃ susciperent. Paulus uero quia gẽtibus nullum ritum Mosaicæ legis habentibus prædicabat, discipulos suos nullatenus iudaizare sinebat, sed in obseruantia euãgelicæ ueritatis eos instruebat. Propterea pseudo magistri dicebant circuncisionẽ esse necessariam, qm̃ magni apostoli qui à domino Iesu instituti fuerant, hãc prædicabant: quod tñ nõ faciebant, sed propter scandalum euitandum intentione bona hanc adhuc seruari permittebant. Et ideo pessimi deceptores occasione ide accepta, circun

cisionem et carnales obseruantias il los prædicasse dicebant: atq; Paulū, qm̄ easdem obseruātias destruebat, inquantum poterant deprimebant, dicentes quia non uiderat Christū, & quia aliud q̄ cæteri apostoli qui dominum uiderant, prædicabat euā gelium, et ita nullo modo illi esse cre dendum. Intendit itaq; nunc Apostolus ab Epheso scribens, redarguere Galatas, qa pseudoapostolos receperant, & prędicationi eorum assensum præbebant, uolentes circuncidi & rigorem legis obseruare. Et prius insistit ac īmoratur in authoritatis suæ commendatione, ut postea maius pondus habeant uerba sua. Nam facta sui cōmēdatione, ingreditur carnales obseruantias multis modis & rationibus disputando destruere. Post secūdā ad Corinthios hæc congrue locata est, qm̄ affinitatem quādam cum illa obtinuit in modo reprehēsionis. In utraq;.n.reprehēduntur, qui pseudoapostolos recipiebant, & eorum prędicationi, postposito ueritatis apostolo, adgescebant. Et ob hoc etiam, quia in illa Corinthij reprehēduntur non solum ex receptione pseudoapostolorum, sed etiam quia multis et uarijs uitijs erant irretiti. Galatæ non alia de causa redarguūtur in ista, nisi qa pseudoapostolorū falsitati sine aliqua ratione animum implicabant. Ideo & ista sequitur post illam, qa cum in illa niteretur Apostolus in carnalium obseruantiarū destructionem, in ista fortius ad earum tendit adnihilationem. In illa multis modis denotat pseudoapostolos, in ista anathematizat illos. Sic aūt incipit.

EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS.

CAPVT I.

*Paulus Apostolus non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum uoluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen.* D

Vt ipsi recognoscāt eum qui mittit, præponit nomen suum, quod est *Paulus*, & nomen officij sui uel dignitatis subiungit.i.apostolus. Vult.n. illos authoritate sua ad se audiendū constringere. Illis nanq; (sicut dictū est) primo prædicauerat, & eorum apostolus erat. Quasi dicat: Vos Galatæ abijcite mendacium & fictorū falsitatem, ac sub specie ueri superinfusam simplicitati uestræ uenenositatem, & ad apostolum uestrū qui doctor est ueritatis, intendite: quia Paulus, qui īterpretatur electus uel mirabilis, scribit uobis & cuius nomen per multas ecclesias in authoritatem recipitur, quod nō est de pseudoapostolis, quia nec electi sunt diuinitus, nec in operatione signorum mirabiles existunt, nec ullius authoritatis apud fideles sunt. Et *Apostolus*, id est, uere missus.s.nō usurpans officium alterius, quoniā uerus existit Apostolus. Pseudo autē apostoli inuadunt aliorum officia, nec mittuntur, sed impudenter se ingerūt, & innocentium corda sub ueritatis specie fallunt. De qbus per Hieremiam dominus ait: Non misi eos, & non Hiere.14.
pręcepi eis, neq; locut⁹ sum ad eos. Et iterum: Non mittebam eos, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, Hiere.23.
& ipsi prophetabant. Ideoq; nullatenus est eis adquiescendum. Paulus uero (ut dictum est) Apostolus est.i. missus, *non ab hominibus*, sed à Deo. Quatuor modis fit apl'orū.i.missorū electio. A Deo, & nō ab hominibus: à Deo & ab hoībus: ab hominibus & nō à Deo: nec ab hominibus, nec

C à Deo, sed à diabolo uel à seipso. A Deo, & non ab hoībus, sicut Moyses & Aaron diuinitus missi sunt ad Pharaonem. A Deo & ab hoībus, sicut Iosue et Caleb missi sunt ad explorandam terram. Ab hominibus & non à Deo, sicut factū est, qñ pharisæi consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone, & miserunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicētes: Magister scim⁹ qa uerax es &c. Nec ab hominibus, nec à Deo, sed à diabolo uel à seipsis, sicut pseudoapostoli, qui istigante satana, sine electione se ingerūt, & in aliorum messem mittere falcem præsumunt. Paulus itaq; in primo genere electionis inuenitur: quia non ab hominibus, ut ab apostolis: neq; per hominem, ut per Ananiam, qui baptizauit eū, est electus in apostolum, sed per Iesum Christum, & per Deū patrem: nec per mortalem Christū, sicut Petrus & Andreas: sed per īmortalem, quia pater suscitauit eū à mortuis. Per hoc quod præmittit Christum, & subiungit patrem, īnuit eum esse patri æqualē: & quod nullus ad patris grām pertingit, nisi per eū, sicut ipse dixit: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Priores apostoli sunt electi per Christum adhuc ex parte hominem. i. mortalem. Paulus uero nouissimus Apostolus p̄ Christū iam Deum totū. i. ex omni parte immortalem. Hoc. n. ait, non ab hominib⁹, *neq; per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem*, quasi Christus Iesus non sit homo. Sequitur. n. qui suscitauit eum à mortuis, ut hic appareret cur dixerit, neq; per hominem. Proinde propter īmortalitatem iam nūc non homo Christus Deus, propter substantiā uero naturæ humanę, in qua ascendit in cœlum, & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Per quod īnuitur, quia cum Paulus differret à primis apostolis ex eo qđ dominum in carne non uiderat, nec ei in terra degenti cum cæteris adhæserat, suppletū est sibi ex ipsius Christi dignitate, quod deerat ex tempore, qa electus est ab īmortali & impassibili, ac per hoc adæquatur prioribus apostolis. Illi. n. tam longo tēpore Christum sequentes, uix potuerunt discere euangelium: hic autem breui spatio raptus in tertiū cœlum & in paradisum, non solum didicit inter angelos quæ docturus erat inter homines, sed & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui. Huius enim apostolatus cōsecratus est in cœlo, cæterorum autem in terra. Qua ergo electus est non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum, non mortalem sicut præcessores apostoli, sed resuscitatum & per Deum patrem, acquiescendum est incunctāter dictis eius, non falsitati pseudoapostolorū. Ac si dicat: Paulus talis & ita electus, scribit *ecclesijs Galatiæ*. i. conuenticulis fidelium, quæ sunt localiter in illa prouincia quæ uocatur Galatia, moraliter uero in transmigratione, qm̄ ad seruitutem legis ex libertate gratiæ cœperunt trāsmigrare. Galatia nāq; interpretaꝰ transmigrata, uel trāsmigratio. Et apte sic interpretatur eorū regio qui ad perfidiam à fide migrauerunt, ut et ipsa terra quā īhabitāt, nomine suo testetur instabilitatē eorum. Ego Paulus eis scribo, *& omnes fratres qui sunt mecum*, quos constat esse magnos apud Deum & apud ecclesias, qui de eorum subuersione sunt uehementer contristati. Quod ponit omnes fratres, retrahit multū illos ab errore: quia ostēdit nō tantū sibi displicere, sed etiam multitudini prędicatorum, quos Galatæ sic diligebant, ut eos nollēt offendere. De apostolo enim fortasse parum curarent, quia magnam de eo suspicionem fecerant illis pseudoapostoli, male lo-

Exodi. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Nume. 13.
Deute. 1
Matt. 22
Marc. 12.
Luc. 10.
1. Ioan. 2.
Actuū. 9.
Ioan. 1.
Ioan. 14.
1. Timo. 2.
2. Cor. 12.

C quętes de illo. Idcirco ponit omnes qui secum erant, ut uel propter illos Galatæ resipiscerent: quia citius resipiscit, qui suum errorem multis & maxime amicis displicere intelligit. Facta commendatione, ostendit eis optationem salutis ipsorum, subdens: *Gratia & pax sit uobis à Deo patre nostro, & à domino nostro Iesu Christo*. Ac si dicat: Quod uobis dico uel dicturus sum nō uenit ex maleuolo animo, sed ex nimia dilectione & uestræ correptionis solicitudine. Quod ex hoc patet, quia opto ut nō ira & discordia, sed gratia & pax sit uobis à patre & filio. Meruistis.n. iram, quia abiecistis gratiam & amisistis dei pacem, quia fecistis discordiam: sed nūc rogo ut finita ira dei, quæ super uos rediit, et discordia qua rebellare cœpistis, sit uobis reconciliatis gratia Dei, qua uobis peccata remittantur, & familiaris Dei amor tribuat: & pax, qua semper eius uoluntati mente & operibus concordetis. Et hæc gratia & pax detur uobis non à carnali obseruātia legis, sed à Deo patre et à Christo eius, qui Christus est noster dominus, quia dominium super nos acquisiuit, ubi nos de manu seductoris eripuit. Nam *semetipsum dedit* hostiā *pro peccatis nostris* delendis, nullas legis oblationes quærens, ut iusto sanguine suo principem iniquitatis potenter uinceret, ac nos à iugo eius liberans, *eriperet de præsenti seculo nequam*, ubi tot laqueos adhuc tendit ille deceptor. Nequam dicitur hoc seculum, tum quia seculum est inuitans nos ut illud sequamur, & generans nequitias ex cōcupiscentiis suis in cordibus sequentium suorum: tum quia nostris sensibus quinque præsens est, offerens se nobis per illecebras suas ad uidendū non uidenda, & audiendum non audienda, sicque de cæteris sensibus. Vel dicitur nequā, propter nequissimos homines qui in eo sūt, D sicut mala domus quę malos habet habitatores. Dedit (inquam) se dominus ut nos eriperet, & hoc secundum piam *uoluntatem Dei & patris nostri*, quia non legalibus sacrificiis, sed oblatione corporis Christi completa est patris uoluntas, qui in hac ereptione nostra se Deum & patrem nostrum esse declarat. Nam qui per unigenitum suum nos creauerat, per eūdem post lapsum culpę, ad antiquam uel sublimiorem dignitatem reducit, & affectu paternæ dilectionis nos in adoptiuos filios assumit. *Cui* pro hac ereptione nostra *est gloria* cum eodem filio & spiritu sancto, perseuerans *in secula seculorum*, id est, in uniuersitatem æternitatis. *Amen*, id est, uere.

*Miror quòd sic tam cito transfermini ab eo, qui uos uocauit in gratiā Christi, in aliud euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium Christi.*

Qui in aliis epistolis à gratiarum actione & laude solitus est incipere, in hac incipit à redargutione. Mentes.n. durę, nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malum cognoscerent quod egissent. Nam sæpe hi qui impudentes sunt, tantū se peccasse sentiūt, quantū de peccatis quæ fecerunt, increpantur: ut minores culpas suas æstiment, quasi minor inuectio castigat: & quas uehementer obiurgari uiderint, maiores esse deprehendant. Vnde necesse est ut semper sermo prædicantis cū auditorum debeat qualitate formari, ne aut uerecundis aspera, aut impudentibus leuia loquatur. Hoc itaque Paulus ostendens, alios leniter inchoat alloqui. Galatas uero, quos à fide discessisse cognouerat, ab ipso epistolę exordio post salutationē inuehendo redarguit. Et etiam quia omnes erant subuersi, uel iā in ipso motu, de quibus gratias ageret non habebat: ideo uelut ex quadam mētis cōmotione

A cõmotione de illorũ subuersione incipit, ut per hoc citius eos reuocet, & quasi ex abrupto inchoat. De re enim magna & insolita mirari consueuimus. Et idcirco ut ostẽdat eos deum grauiter offendisse, subito uelut abruptum ponit initium, dicẽs: *Miror quòd* uos prius in fide & bonis operibus instituti, nũc *transferimini sic*, id est, ita incaute & temere à noua libertate ad antiquam seruitutem, *tam cito*, i. tam breui spatio tẽporis: quia si per lõgi temporis assiduitatem seduceremini, nõ esset tam mirum, sed nunc est ualde mirandum. Non ait, translati estis: sed trãsferimini, ostendens eos nondum ad hoc peruenisse, ut Iudaicum ritum susciperẽt, sed in ipso motu perueniendi iam esse. Transferimini, inquit, & hoc non à malo ad bonum, sed à bono ad malũ: qm̃ *ab eo* patre, *qui uos* gratuita bonitate sua *uocauit in gratiam Christi*. i. ĩ remissionem peccatorum & iustificationem, quæ in Christo datur fidelibus, transferimini *in aliud euangelium*. i. in aliud dogma quod à pseudoapostolis prædicatur, & uidetur uobis esse euangelium. i. bonum nũcium. *quod* tamẽ *aliud non est* euangelium, qa non potest aliud esse nisi illud quod prędico. Quod autẽ pseudoapostoli prædicant, Antichristi pręnunciatio

1. Ioan. 2. est, non euangelium Christi. Non est (inquam) aliud euangelium præter illud quod prædico, *nisi sunt aliqui qui uos conturbant*. i. nisi quantum ad reputationem illorum, qui more lympidę aquę mentem reddunt uestrã turbulentã. Vel quòd transferimini nõ est aliud, nisi hoc quod sunt aliqui qui uos cõturbant, id est, qui syncerum uestræ fidei sensum admistione falsitatis fœtidum ac cœnosum faciunt, *& uolunt* etiam *conuertere euangelium Christi*. i. cum carnales obseruantiæ conuenienter sint uersæ in euangelium Christi, hoc est, umbra in ueritatem, ipsi uolunt ordine cõtrario ueritatem ad umbrã uertere, ut euangelium adnulletur, et carnales obseruantiæ teneantur. Vel transferimini in aliud euangelium, in testamẽti ueteris obseruantiam, quod tñ non est aliud. i. non est diuersum à nouo. Si enim spiritualiter ĩtelligatur uetus, nihil discrepat à nouo. Non est (inquam) aliud nisi sint aliqui qui uos conturbant. i. si desint illi qui carnaliter & peruerse illud exponunt, intelligetis uetus nihil esse aliud in sensu q̃ nouum. Conturbant. n. uelut aquam mentem uestram, ne puritatem habeatis aquæ illius, quę de Iesu uentre fluit credentib⁹: & in aliũ sensum conuertere euangelium, qđ fieri non potest, cum Ioannes dicat: Vos qđ audistis ab initio, maneat in uobis. Vnde per scripturas sanctas euangelium æternum & testamentum æternum appellatur, pro eo, qđ nunquam mutabitur, sicut testamẽtum uetus est mutatũ: sed ut à Christo datum est, permanebit. Ioan. 7. 1. Ioan. 2.

*Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet nobis, præterquam quod euãgelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Siquis uobis euãgelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.*

Ipsi uolunt (ut diximus) euangelium conuertere. Sed qcunq; illi sint omnes anathematizent. Quod non de quibuslibet nũc ita dico, sed etiã de me ac socijs meis, etiam de cœlesti angelo, quia si euangelizaremus uobis aliud euangelium, anathematizãdi essemus. *Licet* enim *nos* ipsi uellemus ea quæ uobis prędicauimus, ĩmutare, non esset nobis credendũ: *aut licet angelus de cœlo* uisibil̃r ueniens *euangelizet*, si fieri queat, *præterquam* hoc *quod euangelizauimus uobis, anathema*, id est, condemnatus sit. Non se tantummodo, sed etiam angelum posuit, ne si illos seductores posuisset, causa inuidiæ fecisse uideretur. Et per hoc

C ostendit, quia si ipse uel summus angelus pro annũciatione falsi dogmatis anathematizandus esset, multo magis pseudoapostoli. Vnde sententiam repetit ac ualidius cõfirmat, dicens de quolibet, quod de se et angelo dixerat: *Sicut prædiximus*, inquit, ego & omnes qui mecũ sunt, ita *& nunc iterum* repetẽs *dico. Si quis*, uel homo uel angelus, quicunq; ille sit, *euangelizauerit uobis præter id quod accepistis*. i. prædicauerit aliud quã quod uobis tradidimus, ut in prędicatione sua excedat regulam fidei quã didicistis, & exorbitet de uia ueritatis quam à nobis accepistis, *anathema sit* ille. i. condemnatus, uel anathema. i. alienatus ab ecclesia Dei. Anathema quippe condemnatus interpretatur, siue alienatus uel alienatio. In eo autem quod ait licet, nos aut angelus &c. uidebat posse fieri ut aliq ex his qui apostolicæ perfectionis esse credunt, adhuc deuient ad falsitatis annũciatio-
2. Cor. 11. nem, uidebat posse fallacem mediatorem transfigurare se in angelũ lucis, & aliquid falsum annunciare.

*Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

Quasi aliqs diceret, Tu Paule, cur sic aspere loqueris? Ideo ponit istud, ac si dicat: Merito sic loquor. Quia *suadeo modo hominibus, an Deo?* i. sit nunc suasio & exhortatio & prædicatio mea ad hominum uolũtatem & honorificentiam, an ad Dei uolũtatem & gloriam? Non ad hominũ, sed ad Dei gloriam spectat, quod ego nunc uobis suadeo. Olim uero seruiebat suasio mea uoluntati hominũ, cum ob gratiam pontificum traherẽ christianos, & suaderem illis ut à Christo recederent. Sed increpãdo loquitur apostolus per interrogationem, Vnde & adiungit: *An quæro hominibus placere*, subauditur sicut olim quærebam placere Iudæis, cum à principe sacerdotum literas accepissem pergens Damascum? Nequaq; illis iam placere quæro, quia *si adhuc* post baptismum *placerem hominibus*, prædicando carnales obseruantias, tunc *non* D
Act. 9.
*essem Christi seruus*. i. non seruassem spiritalia Christi pręcepta. In omnibus his cõtrarius est Paulus pseudoapostolis, quoniam suasio illorum spectabat ad honorem hominum, non ad Dei gloriam, dum suaderẽt credi, hominem posse iustificari ex operibus legis, non ex fide Christi: & ipsi quærebãt hominibus placere, id est, perfidis Iudęis, ob quorum gratiam se per mundum dispserant ad subuersionẽ fidelium. Aliter quoq; potest intelligi qđ Apostolus non quęrebat hominibus placere, quia non hoc in suis operibus intendebat, ut ipse laudaretur ab hominibus, sed ut per ea quę faciebat, glorificaretũr Deus. Quisquis enim se apud homines iactat, & ita uentilat bona opera sua, ut finem eorundem operum in laude hominum ponat, eãdemq; laudem hominum quasi mercedem computet operũ suorũ, necdum Christi seruus est. Quisqs uero bona quę facit aut loquitur, idcirco placere cupit hominibus, ut eos ad imitationẽ bonæ conuersationis trahat, uel ad Dei laudem corda eorum accendat, non hominibus quærit placere, sed 1. Cor. 10.
Deo. Hoc etenim modo Paulus placebat hominib9, qui se alibi per omnia omnibus placere testatur. Sed quia hypocritarum more, qui transitorias laudes, non salutem uinentiũ ex suis operibus quęrũt, nolebat hominibus placere, ideo nunc se illis placere denegat.

*Notum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi.* 1. Cor. 15.

Superius dixerat se apostolum es-

A se,non ab hominib9,neq; per hominem,sed per Iesum Christum:et hoc nunc probat, suamq; personam cōmendat,ut ea quæ post dicturus est, accipiant ut authentica. Multum.n. p pseudoapostolos iminuta fuerat apud Galatas eius authoritas. Non sum(inquit)missus ab homine, sed à Christo:nec suasio mea uoluntati hominum famulatur,sed dei,qa nec doctrinam quam prędico,accepi ab homine, sicut uos putabatis. Nam modo *notum facio uobis ô fratres*, qđ ignorabatis.s.quātæ authoritatis sit *euangelium,quod* iam uobis q̄ alījs *euangelizatum* i. prędicatum *est à me,quia non est secundum* authoritatem alicuius hominis,sed potius scđm authoritatē ipsius Christi. *Neque enim ego ab homine illud accepi*.i.non est mihi iniunctum ab homine. Quia uero posset nō iniunctum sibi fuisse ab homine, idcirco addit:*neq; etiam didici* illud ab homine. Non ab homine didici,*sed per reuelationem Iesu Christi*. Ipse me docuit,ipse met iniunxit mihi. Hic ostendit qa sicut antiq prophetæ de futura Christi incarnatione,passione ac resurrectione & ascensione per spiritū prophetiæ sunt docti,sic ipse hęc omnia de Christo iam præterita,per eūdem prophetię spiritum, ipso Christo docente,cognouit. Spiritus.n. prophetiæ non solum ex futuro tangit animum prophetizantis, sed etiam ex præterito,sicut nunc declaratur animum Pauli tetigisse. Nam & Moyses de pteritis prophetauit, dum ea scriberet quæ facta sunt in principio mūdi priusquā homo creatus esset.

*Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei,& expugnabam illam,& proficiebā in iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo,abūdantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.*

Ad commendationem sui,probat apertius qa non didicit euangelium ab homine. Nō didici,inquit, ab homine:nam nec ante cōuersionē meā, nec post conuersionem. Ante conuersionem non didici,sed potius persecutus sum ecclesiam. Hinc n.patet quia tunc euangelium nō didici, cuius erā inimicus. *Audistis enim* & uos ipsi *conuersationem meam* quę fuit *aliquando in iudaismo*.i.in Iudęorum religione, *quoniam supra modum* cæterorum Iudæorū *persequebār ecclesiam Dei* zelo legis accensus,fugando sanctos et ad pœnā trahēdo uinctos,*& expugnabam illam*.i. deuastabam,cupiens ipsam prorsus delere. Vel supra modū patientium, id est, supra q̄ quod possent fideles pati, & hæc agēs *proficiebam* scđm sciētiam & obseruantiā legis carnalem *in iudaismo*.i.in ritu iudaico:qa & carnaliter intelligebam scripturas,magisq; ac magis ipsas obseruabā. Et hoc non supra senes, qualis erat Gamaliel magister meus & cęteri tales quod uideretur mirum:sed *supra multos coætaneos meos*, nō supra omnes qui erant ætatis meę,& nō proselyti,sed *in genere meo*.i.in filījs Israel. Et quia plus intelligendo & adimplendo pficiebam, ideo & *abundantius* existebā *æmulator paternarum mearum traditionum*.i. feruentiori zelo conabar ulcisci in eos,qui ad euangelium cōuersi, uiolabant traditiones seniorum quas à parentibus acceperā. Vel omnia legis mandata carnalia prīnę traditiones uocantur,quia prius erant mandata Dei: sed nunc sunt traditiones hominum postquam ueritas apparens umbram repulit.

Actuū.22.

*Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, et uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini: neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos,sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum,et mansi apud eum diebus quindecim. Aliū autem*

A *apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo uobis, ecce coràm Deo, quia non mentior. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ.*

Probauit se ante cõuersionẽ euangelium nequaꝗ̃ didicisse, & incipit probare quia post cõuersionem hoc non didicit ab homine. Hoc modo, inquit, me habui ante cõuersionem, unde patet quia tũc euãgelium non didici: sed postꝗ̃ placuit Deo ut cor meũ illuminaret & cõuerteret, alio more uixi, in quo rursum apparet, quia nec tũc, nec post ab homine didici. Et hoc est: *Cum autem placuit ei* benigno patri &c. Placuit hoc Deo. i. non fuit hoc meritum meum sed solum Dei placitũ: *qui me segregauit.* i. seorsum à massa perditorum secreuit, *ex utero matris meæ.* i. occulto consilio pietatis suæ iam me eligens. Et hic notatur gratuita dei misericordia. Qua si dicat: Antequam aliqd boni egissem, sua gratia me prædestinauit ad uitã, & post *uocauit me per gratiam suam.* Hic necesse fuit ponere gratiam, qa post natiuitatẽ aliqd potuisset egisse boni, per quod meruisset uocari à Deo. Sed sicut segregatio, ita & uocatio eius gratis facta est. Vel ex utero meæ matris. i. de cæcitate synagogæ, ubi clausus tenebar, segregauit me. i. sequestrauit à multitudine cæterorum, quos in illa cæcitate reliqt. Sicut. n. uterus infantem ĩtra se clausum continet, nec eum aliquid uidere permittit, nec in ullam partẽ spatiari, sic cæca destructio disciplinæ q̃ est in synagoga, eos quos continet, nõ sinit lucem ueritatis aspicere, nec ĩ libertate charitatis spatiari, sed undiqꝫ miserabiliter coarctat, ut nec ad lucem, nec ad libertatẽ ꝓcedant. Sed de hoc synagogæ utero me deus segregauit, qñ à plebis cæca consuetudine me separauit, ut liber possem Christi lumen intueri, & in eius charitate dilatari. Et uocauit me ad hoc

Roma. 9.

*ut in me.* i. in corde meo, ubi uera existit cognitio, *reuelaret filium.* i. detegeret notitiam unigeniti sui, quæ mihi erat uelata, dum haberem super cor uelamen legis. Et ideo mihi reuelaret, *ut euangelizarem illum in gentibus.* i. prædicarem illum inter gentes. Postꝗ̃ ei placuit ut me sic uocaret, & filiũ suum mihi reuelaret, *continuo non acquieui carni & sanguini.* i. assensum mox præbere desij Iudæis & propinquis meis carnalibus, mihi sensu carnali suadentibus ut in carnali obseruantia legis permanerem. Illis non acquieui, qa erant caro & sanguis. i. carnaliter sapiebant, & carnaliter docebant: nec etiã ad spiritales magistros, id est, ad apostolos qui me in Christo præcesserant, & in Hierusalem manebant, ueni ut ab illis doctrinã quærerem: sed exiẽs de Damasco, ꝓfectus sum in Arabiam prædicare, ubi nullus apostolorum erat, & inde redij Damascũ. Finitisqꝫ tribus annis à tẽpore conuersionis meæ, quibus in Arabia & Damasco moratus sum, ueni in Hierusalem nõ discere euangeliũ, sed *uidere Petrũ.* ut illi spiritualiter adgauderem. Neqꝫ. n. ab illo tunc euangelium didici, qa nõ *mansi apud eum* nisi *diebus quindecim,* infra quod spatium discerem latitudinem tantæ scientiæ. Sed nec ab alijs apostolis didici, qa ibi præter Petrum *alium apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini.* i. cognatum saluatoris. Maria. n. uirgo mater domini, & Maria mater huius Iacobi sorores fuerũt, & ideo uocatus est ipse frater domini, q & primus episcopus fuit in Hierusalẽ. Cæteri apostoli iam per orbem erãt ad prædicãdum dispersi. Vnde qa Ioannes ibi deerat, credimus matrem domini iam in cœlum tũc assumptam fuisse, cuius sepulchrum ostenditur in ualle Iosaphat. Ego quidem talia uobis de me & apostolis refero, & fortasse uidentur uobis incredibilia,

sed

A sed hęc *quæ scribo uobis, ecce corãm Deo quia non mentior*: & hoc sic esse, est corãm Deo.i.manifestum est in pręsentia diuini cõspectus, quem nihil latere potest. Hoc loco iurat Apostolus, nec tamẽ peccat, quia uidebat quosdam Galatarum non aliter sibi credere. Non.n.à malo iurantis fuit hæc iuratio, sed à malo illorꝫ, quorꝫ incredulitas compulit eum iurare. *Deinde* profectus ab Hierusalem, *ueni in partes Syriæ & Ciliciæ*, ut & ibi pręgdicarem. Et hãc profectionem suam ideo memorat, ut sciãt Galatæ q̃ de loco ad locũ sępe transiens, non didicit euangelium ab homine, & indubitanter acquiescant eius doctrinæ.

Mat. 5.

*Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant Deum.*

Non solum ab apostolis non didici, sed nec à cæteris fidelibus q̃ erant in Iudæa, quippe quibus oĩno eram ignotus facie. Nondũ enim me post cõuersionem uiderant. Et propterea liquido constat, q̃ me nõ docuerũt euangelium. Nondũ me uiderãt nec cognouerãt facie, sed tñ ab alijs christianis fama currente audierant, *quoniam*. ille *qui aliquando nos* Christianos *persequebatur, nunc* pluribus *euangelizat fidem* Christianitatis, *quam aliquando expugnabat*. *Et in me*.i.in cõsideratione cõuersionis & conuersationis meæ *clarificabant*.i.clarum pręgdicabant *Deum*, qui me sic cõuerterat, & de tam crudeli tam pium fecerat. Hoc est, ego illis eram materia Deum glorificãdi, qui tam bene cõuersus eram. Vel in me.i.in consideratione prædicationis meæ clarificabant Deum & ipsi pręgdicando, quoniam audientes qđ ego constanter fidem prædicarem, quã impugnare solebã, & ipsi exemplo meo accenti, prouocabantur ad prædicandum Christum.

B

*Deinde post annos quatuordecim iterũ ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secũdum reuelationem. Et contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus, seorsum aũt his, qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem.*

In Syria & Cilicia pręgdicaueram. *Deinde* ascendi rursus in Hierusalem, quæ est in mõtanis, nec põt adiri nisi ascendendo, *ascendi (inquam) post annos quatuordecim*, ex quo prius ueneram Petrum uidere. Ideo tempus & numerum annorꝫ cõputat.i.antea tres & post quatuordecim, qui simul sunt decem & septem, ut per hoc sciatur, q̃ anteq̃ cõferret euãgelium, tanto ante tp̃e pręgdicauit. Et q̃ñ ab apostolis nihil accepit, constat q̃ à nullo accepit uel didicit. Ascẽdi in Hierusalem *cum Barnaba*, quem ad testimoniũ ducebam, *assumpto* etiam nobiscũ *Tito*, qui erat Gentilis & incircũcisus, duxi illũ ad testimoniũ meę pręgdicationis confirmandæ. s. ut cæteri Gentiles uidentes illum incircuncisum credere, crederent & ipsi absq; scrupulo. Si uero ipse Titus ibi fuisset circũcisus, pateret oĩbus me non recte docuisse qui nõ docuissem eũ circuncidi, sed incircuncisum duxissem socium. *Ascendi*, & hoc non temere, sed *secũdum reuelationem*.i. spiritu sancto mihi reuelante et admonente, ut per præsentiam meam ualidius adnullarenť carnales obseruãtias. Ascẽdi, *& euangelium quod in gentibus* conuertendis *prædico cum illis* Hierosolymitanis, qui prius dubitauerant de ueritate pręgdicationis meę, *contuli*, q̃ ego dixi euangeliũ meum, & illi dixerũt suũ, nullaq; in nr̃is sentẽtijs reperta est dissonantia. Propter hoc incepit totum ut per hoc Galatas retrahat à circuncisione & carnalib⁹ ceremonijs, q̃ñquidem sua prædicatio non dissentit à doctrina ipsorꝫ aplorꝫ: & Titus qui erat pręsens, non fuit cir-

C cuncisus, quis esset Gentilis. Tunc enim & isti non debent ulterius dubitare, qnquidē nec ecclesiæ Iudæorum quicquam potuerunt ei conferre. Ideo nanque fecit hanc collationem, qa de cœlo post ascensionem domini uocatus, nisi inueniret in carne apostolos, quibus cōmunicādo & cū quibus euangelium conferendo, eiusdē esse societatis appareret, ecclesia illi oīno non crederet. Vnde nunc necesse fuit, ut hanc collationem Galatis dubitantibus referret. Contuli cum illis Hierosolymitanis, non cū oib⁹, qa in turba non potest bene discuti ueritas. Si.n.in presentia oīum dixissem circuncisionem & carnales obseruantias nō esse faciendas, statim contra me uulgus indoctum cōclamasset. Et ideo non cum oībus, sed cum *his* tantū, *qui uidebantur esse aliquid*, id est, maioris authoritatis et scientię. Et hoc *seorsum*.i.à turba semotim. Nō quod aliqua falsa pluribus dixissem, ut seorsum paucioribus uera dicerem: sed qa non nulla tacueram, quæ par uuli portare non poterant: & necesse erat ut sapiētiā loquerer īter perfectos, quatenus cæteri apostoli & seniores perfectionem meā cognoscerent. Ideo ēt contulit Apl's euāgeliū suum cū euangelio illorum, ut auferret suspicionem ab ecclesiis Iudæorum, q putabant illū aliud longe diuersum euangeliū prędicasse & adhuc pdicare, qa neque cum dño fuerat cōuersatus, à quo esset instructus, nec cum aliquo aplorum, qui dñm in carne uiderant, ut exēplo doctrinæ eorum pdicaret gentibus. Vt ergo ab ecclesiis Hebræorum, sed & cęterorum per orbē fideliū hanc suspicionē auferret, idcirco (sicut & supra dictū est) contulit: cōtulit inquā, ne mō curreret uel olī cucurrisset in uacuū.i.sine fructu remunerationis. Per hoc.n.cōstaret qa illi qbus pdicabat, aut pdicauerat, mercedem habituri non essent, si nec remunerationem ex sua pdicatione D cōsecuturus esset. Vel qd' ait, *ne forte in uacuū currerem aut cucurrissem*, quasi per interrogationem dictum pōt intelligi, ad increpationem eorum qui hoc suspicabant, ut hinc appeat eum nō in uacuū currere uel cucurrisse, qa iam attestatione cæterorum cōprobat nihil ab euangelij ueritate dissentire.

*Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circūcidi, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neq; ad horā cessimus subiectioni, ut ueritas euāgelij permaneat apud nos.*

Non solū euangelio meo nihil addiderunt, sed neque Titum circuncidi fecerunt. Cum.n. mecum esset in illa collatione, & esset Gētilis.i. sicut natus fuerat, in preputio manēs, nō *est cōpulsus circuncidi*.i. nulla ratio ueritatis potuit ibi à quoquā pferri, ob quā ipse uel alius cogeret circuncidi. Et ne putetis qd' apl'i uoluissent illum cōpellere ut circuncideret, & ille cōtra uoluntatem eorum pmāsisset incircuncisus, sciatis qa nō pp aplos uel seniores dixi cōpulsus, *sed propter subintroductos falsos fratres*, *qui* intus quo cōferebam euangeliū meum, *subintroierunt explorare libertatem nostram*, qua per xpm ab omni seruitute legis sumus absoluti, uel qua ex libero arbitrio uoluntarie seruimus Deo, non timore pœnæ. Ad hoc (inquā) subintroierunt, *ut* uerbis et disputationib⁹ suis ad carnales obseruātias corā oībus qui aderant, nos cogerent, & sic à libertate gratiæ *in seruitutem* legis *nos redigerēt*. *Quibus neq;* uel *ad horā* uoluimus cedere, ut subijceremur seruituti legali, sed utiliter illis restitimus, *ut ueritas euangelij* quæ omnē hoīem absque legis operibus per fidem & opera charitatis posse saluari docet *permaneat apud nos*, sicut pdicaui uobis. Insidiabant Apostolo fratres falsi isti,

A explorantes si uiderent eum in aliquo uel circūcisioni uel cæteris carnalibus obseruantijs acquiescere, ut redigerent eum in seruitutē.i.ut iam in circuncisionē eos reuertere etiam ipsius Pauli exemplo uel attestatione, tanq̃ saluti necessariam prædicarent. Titū ergo circuncidere noluit, ne daret illis occasionem, qui sine illa circūcisione dicebāt credētes non posse saluari, et ad deceptionem gentium hoc etiam et Paulum sentire iactabant. Alibi uero Timotheū propterea circūcidit, ne Iudæis & maxime cognationi eius maternæ, qui ex gentibus in Christum crediderant, uiderentur sic detestari circuncisionem, sicut idololatria detestāda est, cum illā Deus fieri præceperit, hanc satanas persuaserit. Habebat itaque Apostolus hanc in Christo libertatem, & faciendi circūcisionē & non faciendi, ut ostenderet illa sacramenta nec tanq̃ sacrilega debere damnari, nec tanq̃ necessaria debere appeti. Et hanc libertatem subintrauerūt explorare prædicti calumniatores, scire uolentes an faceret in Tito qđ fecerat in Timotheo, ut iam exēplo eius circuncisionem omnibus necessario faciendam prædicaret.

Actu.16.

*Ab his autem qui uidebātur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerūt. Sed econtra, cum uidissent quòd creditū est mihi euangeliū præputij, sicut Petro circūcisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioānes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi et Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi aūt in circuncisionem, tantum, ut pauperum memores essemus. Quod etiam solicitus fui idipsum facere.*

Roma.2. Ephe.6. Colo.3. Actu.10. Iaco.2. 1. Petri.1.

Contuli qdem euāgelium cū apostolis et alijs senioribus qui erant in Hierusalem. Sed tū illi *qui uidebātur esse aliquid ab his* Hierosolymitanis.i.aliB cuius magnæ dignitatis, nihil mihi cōtulerunt. Hoc uidetur debuisse statim dicere, sed facit interpositionem, uelut siquis ei diceret: Tu dicis quia uidebanī esse aliquid, īmo nihil erāt, quia piscatores & idiotę fuerant. Et ad hoc quasi rñdet: Reuera autē erāt aliquid. Nam *quales aliquando* prius q̃ à Christo uocarētur, fuerint, siue piscatores, siue telonarij, siue illiterati, *nihil interest mea* ueritate uel mea snīa: quia non loquor secūdum illud qđ antea fuerant, sed secūdum id quod tunc erant. Præmissum erat, ut ueritas euangelij permaneat apud uos: & ad hanc ueritatem respicere uidetur quod nūc dicitur, nihil mea intereſt.i.nihil à mea ueritate distat, qualescunq; illi quondā fuerint. Refert & interest, hæc duo uerba, solēt cum genitiuis & possessiuoꝝ pronominum ablatiuis cōstrui. Vel etiam sine īterpositione potest legi. Qui ab his uidebantur esse aliquid, Petrus scilicet atq; Ioānes et Iacobus, nihil mea ueritate uel mea sentētia interest, quales fuerint.i.nihil scdm meā sententiā differt, quales loco et scientia quōdam fuerint, siue nobiles, siue ignobiles. Nō alijs apostolis derogat, sed quia Galatæ alios apostolos ultra modū magnificabant, huic eos præferentes, atq; ideo authoritatem huius uiliorem habebāt, ostendit se ęqualem esse & doctrinam ab eis non accepisse. Nihil interest, quales olim fuerint: quia *Deus non accipit personam hominis*.i.nō eligit dignitatem uel nobilitatem alicuius personæ. Nā me neq; despexit idcirco uel inferiorem iudicauit, qa nouissimus ueni, īmo parem illis oīno mōstrauit. Nam illi priores, *qui uidebantur esse magnū aliquid nihil contulerunt mihi* de scientia prędicationis: *sed econtra* fuit.i.ego illis contuli, qa prius fuerāt certi se bene prædicasse, & carnales obser-

Leui.19. Deu.1.10. & .16. 2.Para.19 Iob.34. Prouer.24 Sapien.6. Eccle.35. & .42.

C uantias debere destrui: sed nũc facti sunt certiores, me non ab ullo mortalium, sed ab ipso Christo doctũ, audientes idẽ prædicare. Nihil mihi contulerunt, sed econtra *cum uidissent quòd euangelium præputij creditum est mihi, sicut Petro* euangelium circũcisionis; id est, quod dominus euangelicam doctrinam sicut fideli dispensatori credidit, ut præputiatis gentibus euangelizem, quemadmodum Petro cõstituerat prædicare populo circuncisionis, dextras societatis mihi dederunt. Et uere mihi est creditum sicut Petro euangelium: quia qui Petrum fecit apostolum circuncisorũ, fecit et me apostolum gentium. Et hoc estt Nam *qui operatus est Petro,* id est, ad honorem & auxilium Petri, sublimando eum *in apostolatum circuncisionis,* id est, iudaici populi, tum per prædicationem, tum per miraculorum ostẽsionem, *operatus est & mihi* uirtutes miraculorũ atq; diuersas gratias & eloquentiam ualidæ prædicationis *inter gentes*. Hic ostendunt isti duo principales apostoli ad salutẽ duorum populorum fuisse electi, Petrus ad Iudæorum, Paulus ad gentium. *Et cum* pro certo *cognouissent gratiam* apostolatus & sapientiæ, *quæ mihi à Christo data est, Iacobus & Petrus & Ioannes qui uidebantur esse columnæ,* id est, erecti et fortes ac ĩmobiles, atq; roborãtes multitudinem aliorum, & continentes ac sustentantes, *dederunt mihi & Barnabæ dextras*. Iacobus hoc loco ponitur ante Petrum & Ioannẽ, propter primatum suum quem habebat in Hierusalem, ubi erat episcopus. Dexteras nobis dederunt societatis, id est, signum socialis amicitiæ & dignitatis apostolicæ, quod ab his quæ ipsi didicerant, in nullo discrepabamus. sicut.n. ĩuicem osculari, signum est pacis ac dilectionis, ita & iungere dexteras. Societatis dico, ita decretę, *ut nos in gentes* iremus p̃dicare, ipsi uero *in circuncisionem*: & illi essent partici- D
pes bñficij qđ ageremus in cõuersione gentiliũ nosq; simil'r essemus socij remunerationis ipsorũ pro cõuersione Iudæorũ. Licet Paulus dicat Barnabam secum esse receptũ in societate apl'orũ, non tñ sibi dicit esse æqualem in prędicatione: qa ipse est doctor gentium, qui scd̃m maiorem partem illas cõuertit ab Hierusalem Roma.15.
usq; in Illyricũ, prędicans per circuitum, ac deinde non solũ usq; Romã, sed etiã usq; in Hispaniã. Hęc oĩa ualent ad cõmendationem suę authoritatis, & etiam ad intentionẽ, ut eos reuocet à circuncisione & legis seruitute. Nihil contulerunt, sed etiam id rogauerũt *tantum, ut essemus memores pauperum* qui erant in Hierusalem, & pre Act.2.
tia rerũ suarũ pro Christo posuerant ad pedes apostolorũ. *Quod etiã*.i. habere memoriam eorũ & mittere eis alimoniam, ego *solicitus fui facere, hoc ipsum* studiose complens. Rectè Paulus ut ab obseruãtia legis Galatas reuocaret, prædictam euangelij sui collationem memorauit: qa idcirco tunc in Hierusalem ascendit, ut audiret qđ de legis obseruantia priores apostoli sentirẽt. Vnde Lucas refert de Pau Act.15.
lo & Barnaba, qa morati sunt Antiochiæ tempus non modicum cum discipulis: & qdam descẽdentes de Iudæa docebant fratres, qa nisi circuncidamini scd̃m morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabę aduersum illos, statuerũt ut descenderẽt Paulus & Barnabas & quidam alij ex alijs, ad apl'os & presbyteros in Hier'm super hac quęstione. Cum aũt uenissent Hierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis, nunciantes quanta Deus fecisset cũ illis. Surrexerunt autem quidam de hæresi pharisæorum qui crediderãt, dicẽtes qa oportet circũcidi eos, prę cipere quoq; seruare legem Moysi.

Conuenerũtq;

C Conueneruntq́ apostoli et seniores uidere de uerbo hoc &c. In hoc conuentu facta est pdicta euangelij Pauli collatio.

*Cum autem uenisset Cephas Antiochiã, in faciẽ ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm uenirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat, cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erãt. Et simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.*

Et hoc factum est, postq̃ Paulus & Barnabas à supradicto concilio cum Iuda et Syla reuersi sunt Antiochiam, ferentes epistolã apostolorum, in qua decretum erat, ne gẽtes cogerentur circũcidi uel iudaizare. Tũc enim scriptum est. Paulus autem & Barnabas demorabãtur Antiochię, docentes & euangelizantes cũ alijs pluribus uerbũ domini. Et eo tempore Petrus ĩtelligitur superuenisse, et quod nunc Paulus narrat, fecisse. Nihil, inqt, mihi in Hierusalem contulerunt Petrus & alij, sed *cum uenisset Cephas*. i. Petrus Antiochiam, ego illi contuli. Vel ita: Non solum in Hierusalem ego cõtuli Petro, sed etiam in Antiochia. Nam *restiti ei in faciem*. i. non in absentia eius ego derogaui illi, sed ante eum ueniens, aperte contradixi ei, & libere eum reprehendi, *quia reprehensibilis erat*, id est, dignus reprehensione. Nam *prius quã uenirent quidam* Iudæorum *ab Iacobo* de Hierosolymis Antiochiam, *edebat cum* cõuersis gentibus absq; ulla ciborum discretione, ita ut nec suillas carnes reprobaret: sed postmodum *cum uenissent Iudæi*, subtrahebat se à cõuiuio eorum ne Iudæi q nouiter ad fidẽ uenerãt & adhuc legẽ seruabant, scãdalizarent̃ in cibis, quos lex ĩmundos iudicauit. Et nõ ita subtrahebat se à Gentiliũ societate, ut saltẽ aliquoties cum illis, & aliquoties cũ Iudæis esset, sed & oĩno *segregabat se*. i. seorsum à grege Gentilium separatus, gregem suum D cum Iudæis faciebat. Et sic quadam simulatione dabat intelligi, hanc discretionem ciborum & alias carnales obseruantias esse necessarias ad iustificationem: Gentilesq́ conuersos ad Christum, non posse Iudæis credentibus adiũgi. Quod qdem peius erat, q̃ si fratres scandalizaret: quia deterius est ueritatem relinquere, q̃ permittere nasci scãdalum. Et ita segregabat se ac sequestrabat à grege & à cibis Gentilium, faciens de uno grege duos, cũ Christus de duobus unum fecisset: qa timebat nõ cibos Gentilium, sed Iudæos *qui erant ex circumcisione*, ne recederent à fide *& simulationi eius*, qua fingebat se cibos discernere, & Gentilium conuersationem abhorrere, *consenserunt cæteri Iudæi*, q prius erant cum eo, ac remouerunt se à cõuiuio & Gentilium consortio, *ita ut & Barnabas*, qui erat doctor gentium & gentes deberet synceriter instruere, utpote mecum ad gentes missus, *duceretur ab eis in illam simulationem* Iudaicæ comestionis & cõuersationis. Dixerat tñ Petrus in supradicto apostolorum & seniorum cõuentu: Quid tentatis imponere iugum sup ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Bene ergo sentiebat de abolitione legis, sed simulauit pro timore Iudæorum, ne occasione gentiũ à fide recederẽt, & sic perderet suũ gregem. Simulauit aũt & Paulus pro simili metu, qñ Timotheum circuncidit, & comam more Nanzarǽi nutriuit, quã in Cẽchreis rasit, uel qñ purificat⁹ in templo sacrificium obtulit. Petrus ergo utpote Iudæorum apl's, saluti Iudæorum prouidebat in hac simulatione, timens ne si corãm Iudæis cõmunes cibos ederet cũ gentibus, illi prædicationem eius respuerent & à fide discederẽt.

[Margin: Actu.16. ibidem. Actu.15. Actu.16 Actu.18. Actu.21.]

C Ideóque permittebat adhuc illis ut facerent circũcisionem, cęterosque ritus legis obseruarent, et ipse cum eis ex parte seruabat, ut paulatim eos ad fidem & ad euangelij puritatem alliceret. Et idcirco si qs Gentilium circuncidi uellet, in præsentia Iudæorũ non prohiberet, Paulus aũt magno fidei ardore succensus, præcepta legis teneri carnaliter noluit: & q gentium erat apl's, circuncisionẽ in gentibus fieri uetuit. Et qa Petrus uel in populo circũcisionis adhuc legis consuetudinem seruari uolebat, ut gentes conuersæ Iudæis inæquales iudicarenť, in faciem ei restitit, eũque in hac re fuisse reprehẽsibilem dicit. Et hoc eius studium non solum culpam, sed (quod maius est) hypocrisim (id est, simulationem) nominat. In qua simulatione Petrus (ut dictũ est) saluti Iudęorũ prouidebat, sed salutem gentiũ negligebat. Vnde Paulus gentium apl's, & de salute gentiũ solicitus, in faciem ei restitit. Ipse uero Petrus, quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis sanctę ac benignæ, pietate humilitatis accepit. Atque ita rarius & sanctius exẽplum posteris tribuit, quo nõ dedignarentur maiores (sicubi forte recti tramitem reliquissent) etiam à posterioribus corripi. Nec solum tunc patienter hanc reprehẽsionem pertulit, sed ẽt post dũ scđam scriberet epistolã, laudauit epistolas Pauli, in qbus re
2. Petri. 3. prehensionem istã legerat. Certe. n. nisi legisset Pauli epistolas, non laudasset. Si aũt legit, qa illic ipse reprehensibilis diceretur, inuenit. Amicus ergo ueritatis, laudauit etiam quod reprehensus est: atque ei et hoc ipsum placuit, qa in his nõ placuerat, quæ aliter q̃ debuerat sensit. Seque etiam minori fratri ad cõsensum dedit. tũc enĩ Paulus adhuc erat minor, q̃uis nunc sit æqualis, atque in eadem re factus est sequax minoris sui, ut etiã

in hoc pręiret, quatenus qui primus D erat in apostolatus culmine, esset primus et in humilitate. In hac itaque te est in Paulo laus iustæ libertatis, in Petro sanctæ humilitatis. Sunt uero nõnulli, qui nõ Petrũ apl'm principem, sed quendã aliũ eiusdem nõis, qui à Paulo reprehẽsus est, accipiũt. Qui si uerba Pauli studiosius legissent, ista nõ dicerẽt. Dicturus etení, Cũ uenisset Petrus Antiochiã, in faciẽ ei restiti, ut de quo Petro loqueretẽ ostẽderet, in ipsa narratione præmisit, dicens: Qui. n. operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quẽ & apl'm noiat, & pręfuisse euangelio circuncisionis narrat. Et neque adhuc inhærendo literę dicat hunc, quẽ Paulus reprehendit, non Petrũ, sed Cephã uocari, quãuis idem sit utrunque nomẽ, reuoluat quod ibidẽ p̃missum est, Iacobus & Cephas & Ioãnes, qui uidebanť esse columnæ. dextras mihi dederũt. Cõstat enim hũc Cephã, qui īter Iacobũ & Ioannem positus est, non minorẽ Ioanne uel Iacobo fuisse. Quòd si nullus Cephas pręter apl'm Petrũ inuenť, qui Iacobo et Ioãni ualeat æquari, fatendum necessario est, hunc Cephã esse cui Christus ait: Tu uocaberis Cephas, quòd interpretatur Petrus. Ioan. 1.

*Sed cum uidissem quod non recte ambularent ad ueritatem euangelij, dixi Cephæ corã omnibus: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis & nõ Iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, et nõ ex gentibus peccatores. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod* Roma. 3 *ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me consti-*

A *tuo Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, et tradidit seipsum pro me. Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

Petrus quidem & Barnabas simulabant, sed ego solus synceritatē seruans, increpaui publice fictionē eorum. Vidi enim quod non recte ambularent, id est, non utroq; pede pariter incederent, quia in uno claudicabant, quantū ad gentes, quarum salutem negligebant: quantum uero ad intentionem bonam de salute Iudæorum, recte ambulabant. Quantum ad gentes, nō recte ambulabant ad ueritatem euangelij tenēdam & prædicandam: quia per hoc peribat ueritas, si gentes iudaizarent. Veritas quippe euangelij est, ut homo iustificetur sola fide sine operibus legis, & ut omnes cibi naturaliter mundi esse credanē, atq; ut doctores ecclesiæ, nec Iudæorum nec Gentilium salutem negligant. Ipsi taliter agebant. Sed ego *cum uidissem quòd non recte*, sed sic xuose *ambularent ad ueritatem euangelij* seruandam & docendam, succensus diuino zelo, *dixi Cephæ corā omnibus* ea q̄ sequūtur. Si clam soli Petro Paulus ista diceret, Iudęis & gentibus nihil proficeret. Ideo cūctis audientibus dixit, ut cunctis proficeret. idcirco uoluit nō timide obtegere, sed fiden-
Actu.15. ter asserere, quod eum pariter senti-
Actu.10. re iam nouerat, siue q̄a euangelium cum eo contulerat, siue q̄a in Cornelij uocatione etiam diuinitus eum de hac re admonitū acceperat, siue quia antequā illi quos timebat uenissent Antiochiā, cū gentibus eū discūbentē uiderat. Nō ergo tunc eū q̄d in ea re uerum esset docebat, sed eius simulationē qua gentes exemplo suo iudaizare cogeret, arguebat. *Si tu*, inq̄t, *cum sis Iudæus, uiuis gentiliter*. i. īdiscrete cibis oībus uteris, nullumq; hoīem repu- B tans īmundum, *& non iudaice* i. nō cū ciborum discretione sicut Iudæi, *q̄uo*. i. qua rōne, qua utilitate, cogis exemplo tuo *gentes iudaizare?* i. Iudæorum ritū seq in discretione ciborum & receptione carnalium obseruantiarum, dum te ab his segregas, eo q̄ omnem creaturam Dei bonam esse credunt, & sine legis obseruantia per euāgelium iustificari quærūt? Tu qui naturaliter Iudæus es, reliqsti iudaizare, & gentes cogis iudaizare? Tu qui Iudæus eras, iudaismum deseruisti, et hi qui nunq̄ fuerūt Iudæi, assumēt iudaismum? Non uiuis Iudaice. i. non seruas Iudaicum morem in tuo uictu, q̄a scis nihil utilitatis ibi esse. Q̄uo ergo nunc gentes cogis iudaizare, quæ oīa quæ uident in te, putant saluti necessaria esse? Vere non debent iudaizare gentes, quia nunq̄ iustificarentur. Et uere nnnq̄ iustificarenē iudaizando, q̄a nec nos qui naturaliter sumus Iudæi, potuimus unquā iudaizando iustificari, ideoq; dimisimus legem, & confugimus ad fidē. Et hoc est: *Nos natura* sumus Iudæi. i. non proselyti, sed genere sumus Iudæi, ex semine Abrahæ prodeuntes, & legem Dei hn̄tes, *& non peccatores ex gentibus*. i. nō ita peccatores ut omnes gentes idololatræ & īmundæ. Peccatorum. n. nomen gentibus imposuerāt Iudæi iam uetusta quadam supbia, tanq̄ ipsi essent iusti, uidentes festucam in oculo alieno, & non trabem in suo. Non sumus, inquā, ex gentibus pctōres, à cultura Dei oīno remoti & peccatis dediti, sed naturaliter Iudæi. i. sub diuina lege nutriti. Sed tn̄ *scientes quòd non iustificatur* ullus unq̄ *homo ex operibus legis*, siue Iudæus, siue Gentilis, *nisi per fidem Christi*, quæ carnales obseruantias aufert, & spiritaliter īpleri legē facit, ut nos credimus. Opa sunt ex gr̄a, sed nō ex operibus gr̄a: q̄a ipsa prima est, ex qua

C imperrantur cætera. Ideo nullus ali quo modo iustificari ualet ex operibus, nisi per fidē quæ pcedit ex grā. Quod scientes, & nos quoq; Iudæi sicut gentes, *in Christo Iesu* positi, credimus in ipsum, *ut iustificemur ex fide Christi* per diuinam grām, *et non ex operibus legis* per uires nostras. *Propter quod*.i.qa nos Iudæi nequimus ex legis operibus iustificari, qui ex his essemus iustificati, siqs inde posset iustificari, *ex operibus legis* carnalibus *non iustificabitur omnis caro*.i.nullus in carne uiuēs, cōsequetur per hæc iustitiam. Dixit superius Iudęos nō esse ex gentib⁹ peccatores, & post subiecit qđ etiā ipsi iustificentur ex fide Christi. Oīs aūt qui iustificaf, iniustus erat.i.peccator. Videtur aūt fortassis alicui male intelligēti, qđ Christus Iudæis ad se uenientibus peccata prius ministraret, ut eos per fidem & grām suā postmodū iustificaret. Et hoc est qđ dicitur: Non sumus ex gētibus peccatores. Qđ.i. sed *si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus* etiam nos *ipsi peccatores*.i. si accedentes ad lumen Christi, uidimus in eo tenebras peccatorꝝ nostrorꝝ, quas prius cęci uidere non poteramus, & si ad subtilem regulā iustitiæ Christi propinquātes, ut ad eā dirigamur, animaduertimus deformem fortitudinem iniustitiæ nostræ, qui nos antea rectos arbitrabamur, nunqd ideo Christus nobis *minister est peccati*.i. nunqd idcirco consequens est, ut Christus ministret nobis peccatū, qui tollit peccata mundi? Absit hoc à fideliū cordibus, ut Christum putent alicui ministrare peccatum, qui pro abolitione peccatorum nostrorꝝ semetipsum obtulit sacrificiū. Nam & aliqd deforme latet in tenebris, sed in radio solis euidenter apparet, nec tñ sol deformitatem illam operaf. Sic & Iudæi qui se iustos antea putabant, illustrati lumine Christi uiderunt deformitates culparꝝ suarꝝ, quas Christus eis nō D ministrauerat ut facerent, sed ostēderat ut agnoscerent & corrigerēt. Vel ita: Ex operibus legis (ut dictū est) nemo iustificabif. Sed si nos Iudæi transeūtes ad Christū, et in illo quęrentes iustificari, qui in lege nequiuimus iustitiam adipisci, inuenti sumus etiam nos peccatores, sicut & Gentiles, qa cognitum est nos semp in corde legem transgressos esse, licet eam seruassemus in opere, nūqd Christus qui monuit ut legem relinqueremus, & ad se transiremus, est minister peccati, id est, ministrat nobis pctm̄ in eo, qđ iubet ut à rigore legis discedamus, & ad grām ueniamus? Absit ut ipse nobis peccatū in hoc ministraret. Non est.n.pctm̄, sic relinquere legē uel destruere: sed peccatum est, rursum ad eam redire uel eam reędificare. Nam *si quæ destruxi*, ut carnalia legis opera quæ iam in me & in aliis eueri, *iterū hæc reædifico*.i. rursum statuo, uel per simulationem ut Petrus, uel per prędicationē ut pseudoapostoli, *præuaricatorem me constituo*.i. contra ipsam legem facio, quæ se terminandam prænunciauit. Nam per authoritatem legis ipsam legem dimisi, quasi ei mortu⁹, nullū sensum eius habens. Et hoc est: *Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam*. Vere.n. destruxi ī me opa legis, qa sum mortuus legi.i.non uiuo iam in opibus legis, nec in eius carnali sensu: & ita sum mortuus p legē, qa ut in Xp̄m crederem, lex ipsa mihi prædicauit, et de sua terminatione ac euangelici dogmatis susceptione cōmonuit, dicēs per Moysen: Prophetā uobis suscitabit dn̄s Deus uester de fratrib⁹ uestris, tanq̄ me ipsum audietis. Id est, postq̄ Christus uenerit, nō ulterius durabit lex, sed nouam Xp̄i doctrinā audietis. Vel per legē spūitalē intellectā mortuus sum legi meæ, ne carnalē in ea uiuam, ut Deo uiuam,

Ioan. 1.

Deute. 18.

A non mihi.i.ut uoluntatem Dei, non meam in omni uita mea faciam. Qđ iam possum, qa *Christus confixus sum cruci*.i.cum Christo affixus sum cruci, socius passiõis Christi:hoc est,crux Christi extinguit in me ardorē peccati,ne iam in me uigeat:& ligat manus meas,ne ad illicitum opus extēdantur: & pedes,ne ad malum gradiantur. Sum quidem cum Christo crucifixus,sed tñ uiuo in uirtutibus .i. uigorem bene operãdi habeo *iam non ego* ille qui prius peccator eram, sed *uiuit in me Christus*.i.uiget & regnat in me Christi nouitas. Crucifixus sum,sed uiuo. Viuo, sed iam nõ ego qualis uixeram. Non ego uiuo,sed uiuit in me Christus. Quod est dicere: Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non uiuo,sed tamen essentialiter extinctus non sum,quia in Christo spiritaliter

1. Cor. 1. uiuo. Hoc est dicere: Nõ est in me iustitia mea,quæ ex lege est,in qua pręuaricator effectus sum, sed iustitia Dei,id est,quæ mihi ex Deo est,non ex me. Sic quippe in me uiuit, non ego,sed Christus, qui factus est nobis sapientia à Deo & iustitia & sanctificatio. Ego iam nõ uiuo,sed Christus in me,id est,non facio uoluntatem meã,sed eius qui habitat in me. sed tñ *quod nunc uiuo in carne*.i.quod nõ extinguor in carnis igne, qđ in corpore positus bene possem operari,*in fide uiuo*.i. non per laboriosa opera le-

Habac. 2. gis, sed per fidem *filij Dei*, cuius fides

Rom. 1. ualere potest. Iustus.n.uiuit ex fide, quandiu est in corpore. Et per hoc Christi fides efficientiã habet in me, quia ipse *dilexit me, & per* illam dilectionem tradidit ad mortem pro me redimendo seipsum qui tantus est, non aliud animal. Et propterea *non abijcio gratiam Dei*, qui me per passionē filij sui liberauit à peccatis, & dedit ueram iustitiam, quod lex facere nõ poterat.i.non quęro per legem iustificari,quod esset abijcere grãm. Nec B debeo eam abijcere, quia *si per legē iustitia,ergo Christus gratis*.i.frustra sine causa,sine utilitate *mortuus est*, cum absq; morte eius per legem iustificarētur obseruatores legis. Sed non frustra mortuus est,quia nec per legem,nec per aliam rem haberi poterat iustitia quæ duceret ad salutem, nisi per Christi mortem. Sequitur.

CAPVT III.

*O insensati Galatæ,quis uos fascinauit nõ credere ueritati,ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est & in uobis crucifixus? Hoc solum à uobis uolo discere,ex operibus legis spiritũ accepistis,an ex auditu fidei? Sic stulti estis,ut cum spiritu cœperitis,nunc carne cõsummemini? Tanta passi estis sine causa,si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum & operatur uirtutes in uobis,ex operibus legis, an ex auditu fidei. sicut Abraham credidit Deo, & reputatum est ei* Gene 15. *ad iustitiam? Cognoscite ergo, quia qui ex fide* Rom. 4. *sunt, hi sunt filij Abrahæ.* Iaco. 2.

Finita narratione,in qua docuit se non didicisse euangelium ab homine, ipsumq; euangelium suum cum apostolis se contulisse, ac deinceps de simulatione iudaizandi Petrum reprehendisse,uertit se ad increpationem Galatarum, & fortiter arguit dementiam illorũ, quia doctrinam eius quę tantis authoritatibus fulcitur, deseruerant, & falsitati pseudo apostolorum credebant. Vn.de subuersionem illorum attendens,prorupit subito in exclamationē, ut exagitando magnitudinem reatus illorũ, facilius reuocare eos possit. Quod quidem more rhetorum uidetur facere. O(inquit)*Galatæ insensati*.i.omni sensu rationis carentes sicut animalia bruta, *quis uos fascinauit*.i.liuido intuitu læsit, *non credere*.i.ut non credatis euãgelicæ ueritati? Re.n.uera insensati estis, qui mortiferam suasionem accipitis cuiuslibet pseudoapostoli,qui nullius nominis & authoritatis est,qui in populo latet, & cu

C ius etiam uocabulũ ignoro: meãq́ doctrinam postponitis, quam à solo Deo, non ab homine accepi, cui apostoli nihil noui in collatione euangelij contulere, sed à me certiores facti sunt. Quis uos fascinauit. i. respectu inuidiæ uos tenellos læsit, dolensq́ de promotu uestrę perfectionis ac si dei, solo liuore nocuit, sicut aliquis qui solo respectu dicit posse res alterius diminuere: & ita uos liuēti aspectu suo tabefecit, ut non credatis ueritati meæ prædicationis, sed falsitati sui praui dogmatis? Vel sicut incantatores, fascinãt & deludunt homines, ut credant uerum esse quod falsum est, ita nescio quis fascino suę deceptionis adeo uos incantauit, ac uerbis suis īmutauit, ut falsitatē pro ueritate teneatis. Vnde & scriptum
Sap. 4. est, quia fascinatio nugacitatis obscurat bona. Nõ credatis ueritati sicut insensati, *ante quorum īteriores oculos Iesus Christus præscriptus est.* i. præostensus & prænotatus à nobis, non in tabulis lapideis sicut lex, sed *& in uobis* .i. in cordibus uestris, est crucifixus: quia crux & passio eius qua redempti estis, erat maxime intimanda uobis. Vnde magis dementes estis, qui Christum uobis præmonstratũ, pro peccatis uestris crucifixũ negastis, nõ credentes uos ex fide posse iustificari, sed ex opibus legis, uel, tales olim fuistis, ut ante oculos uestros pscriptus eēt Iesus Christus crucifixus: quia ob compunctionem men
Nota. tis habendam, pingebatis eum crucifixum in locis illis ubi semp eum uidere possetis & memoria retinere. Vel ita estis insensati, ꝙ Iesus Christus pscriptus est, id est, exhęredatus ante oculos uestros, & non aduertitis. Illi. n. dicebantur proscripti, qui pro facto aliquo in exilium trusi, hęreditate & patria priuabant. Et Galatæ cum ad Apostoli prædicationē credidissent se per mortem Christi posse iustificari, facti sunt hæreditas D Christi, quam ipse sua morte de diaboli possessione eripuit. Sed post ab hac fide recedētes, et iustificationem in operibus legis quęrentes, quantũ in se erat, Christum exhæredebant, sese illi subtrahendo. Iesus Christus pscriptus est. i. damnatus & exhæredatus in uobis sibi sublatis: ipse dico, crucifixus, quod cum pondere legendum est, quasi qui tam caro precio uos acquisiuit in hæreditatē, patiēdo pro uobis crucis asperitatem. Vel dum per legem Christum deseritis, Christus à uobis proscriptus est. i. dãnatus sicut à Pilato. Et dum insufficientem creditis, à crucifixoribus nõ differtis. Vel pscriptio damnationis eius quæ à Pilato facta est, ita fuit uobis nota, quasi ante uos fuisset facta & in uobis. i. in intellectibus uestris crucifixio eius, ut sciretis qualiter facta fuerit, & qd contulerit. Cõmouerat illos per prædictam increpationem, & nunc consequenter probat illis, ꝙ lex nõ est obseruanda, quia non ex ea, sed ex fide ueniũt omnia bona. Quasi dicat: Licet insensati & fascinati sitis, tamen *hoc solum* quod dicturus sum, *uolo discere à uobis*, quia hoc tam euidens est, ut & stulti docere id queant: & si nihil aliud esset, hoc solum sufficeret ad probandum, quòd lex tenenda non est. Cum constat quòd spiritum accepistis, docete me utrum accepistis hunc ex operibus legis quæ nõdum feceratis, an ex fide quam à me audistis. Vel ita: Possem uti pluribus profundis argumentis, sed hoc solũ qđ planũ est, uolo discere à uobis. i. uolo ut respondeatis mihi, quia uel in hoc solo satis apparebit iustificationem non ex lege esse sed ex fide. Spiritum. i. spiritus sancti charismata, sicut loqui diuersis linguis, prophetare, infirmos sanare, & cætera huiusmodi: accepistis uos diuinitus *ex ope*

A *tribus legis, an ex auditu fidei*.i. utrum accepistis spiritum ex carnali obseruantia legis, an ex fide, quam solo auditu prædicationis sumpsistis? Non puto quod dicatis uos hæc spiritualia dona ex operibus legis accepisse, cũ sciatis adhuc legis opera tunc nulla fecisse. Restat igitur tãtum ex fide uos accepisse. Prius ex fide percepistis charismata, & nunc ex lege quæritis iustitiam? Ergo sic.i. tam *stulti estis ut cum spiritu cœperitis*.i. spiritale inceptum habueritis, dũ charismata per fidem acceperitis, *nũc carne consummemini*.i. carnali conuersatione in nihilum redigamini, dum bona spiritualia uestra per legis custodiã adnullatis? Cum spiritu sancto cœperitis uel spiritualiter uiuere, uel legem spiritaliter intelligere, nunc carne.i. uel carnali uita, uel lege carnaliter intellecta, consummamini.i. adnihilamini, amittẽdo quicquid boni habuistis. Et ideo *sine causa*, id est, sine utilitate uestra, *passi estis* ab aduersarijs tãta.i. tã magna & tam multa aduersa pro fide tuenda, quam nũc sponte relinquitis. Non tñ affirmando hæc dico, ne in desperationem cadatis, & adhuc profundius in barathrum pditionis demergamini: sed quia utrunq; est in uolũtate uestra, dico conditionaliter, qđ tãta aduersa pro Christo passi estis sine causa, *si tamen sine causa* hæc passi estis. Sine causa.n. passi estis, si ĩ hoc errore perseueretis: non sine causa, si resipiscatis. Et quandoqdem ita perdere potestis omnia bona per legis obseruantiam, ergo Deus qui etiam nunc *tribuit uobis spiritum* prophetiæ & sapientiæ, aliarumq; gratiarum, *& operatur in uobis uirtutes* miraculorũ, dat uobis hoc *ex operibus legis an ex* fide quã audistis? Idem interrogat quod superius, sed scdm præsens tẽpus, cum supra præteritum posuerit. Ne.n. ipsi ad primam interrogationẽ respondere possent, nos adhuc legis opera non feceramus, qm̃ spiritũ sanctum B accepimus, sed si fecissemus illa tũc, maiorem eiusdem spiritus gratiã acceptssemus p ea: idcirco uoluit eos interrogare secundo, quia neq; nunc respõdere possunt se ex operibus accipere spiritum. Ac si dicat: Nec in principio, nec nũc accepistis ex lege spiritum sanctum, sed ex fide. Et ita percepistis ex fide spiritum, sicut per fidem Abraham percepit iustitiam, qui *credidit Deo* promittenti, *& reputatum est ei ad iustitiam*.i. ex fide iustificatus.i. absq; legis operibus: quia credere est causa sufficiens iustificandi. Et quãdoquidem Abraham ex fide iustificatus est, *ergo cognoscite*.i. scitote, *quia qui ex fide sunt*.i. quorum esse est ex fide, *hi sunt filij Abrahæ*, id est, iusti ad exemplum Abrahæ.

*Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, quia bene dicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicũq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui nõ permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autẽ in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestũ est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis.* Gene. 22. Eccle. 44. Deute. 27. Habac. 2. Roma. 1. Leuiti. 18.

Non solum iustitia datur ex fide, sed & benedictio, quia scriptura dixit Abrahæ, quod gentes benedicentur in te.i. in tuę fidei conformitate. uel ita: Dixi quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ, & hoc non est nouum, sed antiquitus in scriptura notum. Quia scriptura.i. spiritus sanctus, uel Moyses scripturę compositor, prouidens.i. ostendens esse prouisum longe antequã fieret, *quia ex fide* non ex legis operibus, *iustificat gentes Deus, prænunciauit*.i. prænunciatum esse retulit *Abrahæ*, *quia* non tm̃ Iudęi, sed & omnes gentes benedicentur in te .i. in tua fide, & in Christo qui nasciturus est ex te. Benedictionẽ hic in-

A telligimus baptismi cõsecrationem & in bonis operibus iustificationẽ, ac perennis uitæ consecutionem. Et quia hoc scriptura prænunciauit, igitur illi *qui sunt ex fide* i. qui ex fide cœperunt spiritaliter esse, *benedicentur cum fideli Abraham*. i. benedictionem consequentur ex fide, sicut Abraham per fidem est benedictus, & cum tanto patriarcha sociabuntur. Et uere qui ex fide sunt, benedicentur. Nam qui ex operibus legis sunt, maledicenẽ. *Quicunq; enim sunt ex operibus legis*. i. quærunt iustificari ex carnalibus obseruantijs, *sub maledicto sunt*, ut nequeant euadere nisi Christo liberãte. i. merito suę transgressionis obnoxij sunt, & præparati maledictioni sempiternæ damnationis. Sic *enim scriptum est* in
Deute. 27. Deute. Maledictus. i. æterna maledictione damnatus erit, *omnis qui non permanserit* assidue, nõ dico, in quibusdã, sed *in omnibus quæ scripta sunt in libro legis*, nec ita dico, ut uel solum intelligat ea & uelit agere, *sed ut faciat ea*. i. opere compleat. Quod nullus adimplere
Actu. 15. ualet. Hoc est. n. iugum, quod (sicut Petrus ait) neq; nos, neq; patres nostri portare potuim⁹. Ideoq; nullus ab hoc maladicto liber est, qui iugo legis collum supposuit, & auxilium gratię non quęsiuit. Nemo. n. omnia legis præcepra unq; adimplere potuit. Maledictus erit, qui omnia illa nõ fecerit: sed tñ siquis ea fecerit, nõ inde iustificabitur. Et hoc est: *Quoniã*
Nota. *in lege nemo iustificatur apud Deum*, qui ueritatem inspicit, quamuis apud homines qui fallunrur, iustus uideaẽ, *manifestum est* ex uerbis Habacuch, q dicit *quia ex fide uiuit iustus* in anima. i.
Habac. 2. iustificatur ex fide, non ex lege. Vita enim animæ interim iustitia est, donec ad uisionem creatoris pueniat, qua perenniter uiuat, & hæc iustitia ex fide est. Iustus uiuit ex fide, id est, ex eo quod credit ea quæ non uidet. Sed *lex non est ex fide*. i. nihil man dat credendum, sed per timorem co- B git ad faciendum, dicens quod *qui fecerit ea* quæ ibi scripta sunt, nõ punietur, quia non est transgressus, sed tẽporaliter *uiuet in illis*, quæ carnaliter est operatus. Aliter enim plectereẽ.

*Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* Deute. 21.

Superius cũ diceret, Maledictus omnis qui non permãserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea, uisus est contra se agere, quia per hoc uidebatur circuncisionem & carnales obseruantias prędicare, ut qui eas seruarent, non damnarenẽ æterna maledictione. Et quasi responder nunc istud: Nos Iudæi quãdiu seruiuimus legi, fuimus sub maledicto: sed Christus morte sua delens peccata nostra, et nobis dans iustificationẽ, redemit nos de maledicto legis: ideoq; nõ est opus ut in ipsius legis umbra iam maneamus, postq; ueritas nobis illuxit. Vel ita: Ex lege est maledictum, nõ iustitia: sed *Christus nos* Iudæos qui sub maledicto eramus, *redemit de maledicto legis*. Cur ergo uos ad illud tenditis? Ipse nos à maledicto redemit, *factus pro nobis maledictum*. i. reputatus non solum maledictus, sed etiam ipsum maledictum. Vel factus in morte sua maledictum. i. hostia pro nostro maledicto, uidelicet caro mortalis quæ uocatur maledictum, quia maledicto, Deute. 21.
id est, peccato primi parentis facta est mortalis. *quia scriptum est* in Deut. Maledictus. i. morti addictus est *omnis qui pendet in ligno* crucis. Oĩs prorsus qui pendet in ligno, etiam filius Dei. Omnis. n. dixit, contra hæreticos, qui ueram redemptoris nostri mortem erant negaturi, et insipienti honorificentia illum à morte separaturi. Qui. n. semper benedictus est in

sua

A sua iustitia, maledictus ad horã fieri dignatus est propter delicta nostra in morte suscepta ex pœna nostra. Maledictus autem non à quocũq;, sed à Deo, sicut lex loquitur. Nisi.n. Deus odisset peccatum & mortẽ nostram, non ad eam suscipiẽdam atq; delendam filium suũ mitteret. Quid ergo mirum est, si maledictum est à Deo quod odit Deus? Tanto enim libentius dat nobis ĩmortalitatẽ, quę futura est Christo ueniente, quanto misericordius odit mortẽ nostram, quæ in ligno pependit. Qm̃ mors ipsa ex maledicto est, & maledictum est omne peccatum, uel ipsum quo fit ut sequatur suppliciũ, uel ipsum supplicium, quod & uocatur peccatum, quia fit ex peccato. Suscepit autem Iesus sine reatu supplicium nostrum, ut inde solueret reatũ nostrũ, & finiret etiam suppliciũ nostrum. Itaq; qa mors eius uera fuit, eo crucifixo, maledictum nostrum pependit in ligno. Ipse enim maledictum suscepit ꝑ nobis, quia mortuus est pro nobis. Nã pœna peccati nostri quam pertulit, per diuinæ sententiæ iustitiam ex maledictione uenit. Ita factus est maledictum pro nobis ut nos à maledicto liberaret, & benedictionem conferret, scilicet, ut benedictio promissa Abrahę qua dictũ est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, compleretur in iustificatione gentium per fidem Iesu Christi, qui est semen Abrahæ. Ita.n. nos Iudęos à maledicto redemit, ut etiam *in gentibus* quæ non erant sub maledicto legis, *fieret benedictio Abrahæ* de gentium credulitate *in Christo Iesu*, ut tãdẽ utriq; *accipiamus per fidem*, et non per legis opera *pollicitationem spiritus*, id est, beatitudinem, quã spiritus sanctus in arram datus promittit, uel pollicitationem spiritus, uel spiritum sanctum promissum credentibus, siue pollicitationem spiritus, id est, munera gratiarum à spiritu sancto promissa. B

Gene.22.

*Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt pmissiones, & semini eius. Non dicit, et seminibus, quasi in multis sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.* Hebræ.19 Gen.12. 22

Locutus sum superius scd̃m rationes & scd̃m scripturarum authoritates, ꝙ per fidem, non per legem datur spũs sanctus & iustitia & beatitudo: & nunc fratres hoc idem *dico secundum hominem*.i. scd̃m humanã consuetudinẽ, in qua licet sæpe desit firmitas, tñ firmum est testamentũ hominis.i. ab homine factum suis hęredibus. Sic & testamentũ diuinarum promissionum datum Abrahæ, non potest per subsequentem legem infirmari. Quãuis.n. scd̃m hominem loquar, tamen hominis cuiuscunq; testamentum.i. chirographũ, in quo cõstituit qui post se suam possideãt hæreditatem, postq; morte eius fuerit cõfirmatum. Mors enim testatoris, confirmatio est testamẽti, nemo alius ultra spernit illud, ut irritũ ducat uolens ex toto destruere, omnes hæredes auferendo & alios ibi ponendo: nec etiã superordinat, ut partim destruat & partim sic dimittat, alios ex hæredibus relinquendo, & alios tollẽdo, ac pro eis alios ponendo. Et si testamentum hominis iam mortui, & in puluerem reuersi, non mutatur, sed ita permanet, ut ille dũ adhuc uiueret constituit, quãto magis testamẽtum Dei uiuentis & ęterni sine ĩmutatione ꝑmanet? Nam sicut *hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat*, sic testamentum Dei factum Abrahæ & semini eius, in quo Deus cõstituit ut Abraham cum semine suo sit hæres patriæ cœlestis, non facit irritũ lex subsequẽs, neq; uel ex parte immutat. Abrahæ nanq; *dictæ sunt promissiones*.i. frequenter promissa est illi diuinitus hæreditas *& semini eius*, uelut dum sub specie ter Hebræ.9.

C rae Chanaan promitteretur ei terra
Gene. 12. uiuentium, dicent domino: Omnẽ terram quam conspicis, tibi dabo et semini tuo. *Non dicit & seminibus* tuis dabo terram hanc, *quasi in multis* semini bus. i. in multis filijs esset possidẽda *sed quasi in uno* semine. i. in uno filio sit obtinenda, *& semini tuo*, inquit, dabo illam, *qui est Christus*. Ideo posuit Qui, & non Quod, quia Quod relatiuũ nomen, positum inter proprium & appellatiuum, ad propriũ debet respicere, sicut hic ad Christum, licet Christus non sit pure nomen proprium. Abrahę dictę sunt promissiones & semini eius. Semen Abrahae Christus est, quia de Abraham pro
Luc. 1. cessit populus Israel: & de populo Israel nata est uirgo Maria, quae peperit Christum. Et quia et nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis et illis capiti cohęrentibus unus est Christus. Nã Christus unum est cũ oĩbus membris suis tanquam caput cum corpore suo, quod est ecclesia. Vnum ergo se
Ephe. 5. men posuit apostolus, ut ostenderet Galatas & alias gentes in fide non esse inferiores Iudaeis, nec Iudęos illis superiores, sed omnes semen in fide, quasi unum corpus Christi. Qđ ne ipsi post perceptionem torperent a bono ope, sed unusquisque fratrẽ suũ in sanctis actionibus studeret pręuenire, ut posset illum & in remunera
1. Cor. 3. tione pręcedere, quõ unusquisque pro
Ioan. 14. priam mercedem accipiet scđm suũ laborem, & in domo patris mansiones multae sunt. Ideo posuit promissiones pluraliter, ut p merita dignio
1. Cor. 15. ris uitae festinarent ad pręmiũ maioris gloriae, quia & stella a stella dif-
Matt. 20. fert in claritate. Sed tñ (ut diximus) unum est semen cui factae sunt istae promissiones quia unum remunerationis denarium omnes accipiẽt & omnes sunt unũ in Christo. Non. n. dicit deus Abrahae, Tibi & seminibus tuis dabo hęreditatem uel benedictionem, quasi in multis seminib⁹ uel filijs uelit hoc intelligi, sed quasi in uno. i. Christo, utpote re uera in uno semine Christo uolens itelligi & semini tuo, inquit, dabo haereditatem siue perpetuã benedictionẽ, qđ semen est Christus cũ corpore suo.

*Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos & triginta annos facta est, lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege haereditas, iam non ex promissione. Abrahae autem per repromissionem donauit Deus.*

Abrahae dictae sunt promissiones. Lex uero post data, non destruxit illas. Fecit. n. Deus Abrahae testamentum promissionum haereditatis, sed ego Paulus dico, quia *lex quae facta est* in Sina *post quadringentos & triginta annos* a tempore promissionum, *non facit irritum*. i. falsum, *hoc testamentum* diuinarum promissionum, cõfirmatũ non ab homine, sed a *Deo*, non facit hoc irritum *ad euacuandum promissionem* Dei, q̃ in eo facta est de aeterna haereditate. Quod faceret, si per eam daretur hęreditas regni coelorum. Hoc nãque sonant uerba istius uersiculi, quod lex illa quae data est sancto Moysi, non Gene. 12.
potest euacuare uel cassare promis- 15 & 22.
siones illas, quas longo ante tempo Gene. 46.
re deus Abrahę locutus fuerat. Post Exodi. 12.
quam enim dominus beato Abrahę 13 14. 19.
promissiones illas spondere dignatus est, descenderũt in Ægyptũ filij Israel, & habitauerunt ibi quadringentis triginta annis. Quibus expletis, exierunt inde, & ita dominus legem etiam dedit Moysi in monte Sina. Non ergo decebat ut lex tanto post tempore data, faceret irritum. i. cassum et falsum, hoc sanctum testamentum prius ab omnipotente deo confirmatum. Volebant. n. pseudo apostoli, ut lex faceret illud irritum, dũ conarenẽ asserere iustificationem & regni coelestis hęreditatẽ non per

C gratiam, ut Deus Abrahæ promiserat, sed per legis opa dari: & ita euacuaretur diuina promissio, & Deus fieret mendax. Sed nō facit lex illud irritum, ut pmissionem euacuet, dādo cultoribus suis hęreditatem salutis, quia *si ex lege*. i. ex legis operibus esset hęreditas. i. æterna beatitudo, iā non esset *ex promissione*. i. ex dono Dei, & ita fallax eēt pmissio. hoc est, si ex lege Moysi proueniret cœlestis hęreditas, pmissio quę facta est Abrahę, non esset uera, qm̄ ex illa non dareť hęreditas. Si est ex lege hęreditas, iam non est ex pmissione Sed est ex promissione, ergo non est ex lege. Et qđ sit ex pmissione, Apostolus subiungit, dicens: *Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus*, hoc est, hæreditatem donauit Deus Abrahæ non per legē quam non habuit, quę nōdum erat, sed per grām quam repromisit. Hoc cōstat omnibus, quia Abraham habet hæreditatem, qm̄ nullus id negare potest. Et cum habeat, aut per obseruantiam legis habet, aut per gratiam promissionis: sed per legis obseruantiam nō habet, quia lex nondum erat data, ergo per gratiam diuinę promissionis habet illam. Et si beatus Abraham ex gratia supernæ promissionis per fidem adeptus est hæreditatem, consequens est, ut & nos qui semen eius sumus, eandem hęreditatem ex gratia diuinę promissionis consequamur per fidem. Repromissionem ideo dixit, quia non semel Deus hæc Abrahæ promisit. *Gene. 12. 15 & 22.*

*Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē unius non est. Deus autem unus est.*

Poterat aliquis interrogare: Si lex hęreditatem patriæ cœlestis dare nō potuit, qd igitur data fuit post Abrahæ promissiones? Et ideo Apostolus ipse quæstionem sibi pponit, & ipse soluit. Quasi dicat: Quandoquidem ex lege non est iustitia neq; hæreditas, quia nec cultores suos iustificauit, nec regnum cœlorū illis aperuit. D *Quid igitur lex* utilitatis contulit. Quęrendum est. n. cur diuinitus data sit, qua utilitate, qua necessitate, data sit, quid cōmodi dederit, cur inter illa duo interuenerit. s. inter promissionē & rem promissam. Nūc ostendit quare data sit: *Posita est*, inquit, inter promissionem & pmissam hęreditatem, propter illos qui naturalem legem transgrediebantur, ut uel timore cessarent transgredi, & paulatim erudirētur ad hoc, ut bona ex amore facerent. Sed uideamus ordinem constructionis. *Lex ordinata per angelos in manu mediatoris, posita est* in populo Iudæorū *propter transgressiones, donec ueniret semen cui* deus *promiserat*. Lex est ordinata per angelos, quia non per seipsum Deus, sed per angelos Moysi *Act. 7.* loquebatur, & præcepta legis disponebat. Et quia in ipsis angelis Christus erat, qui est mediator Dei & hominum, ac per eos legem ordinabat, ideo dicitur ordinata fuisse per angelos in manu mediatoris. Ordinata est ergo. i. bono ordine posita inter promissionem & promissionis redditionem: ordinata est inter tempus naturalis legis, de qua conuicti fuerant homines, quod iuuare non potuit: & tēpus gratiæ, ante cuius aduentum erant conuincendi de lege scripta. Et ideo qui nunc legem post aduentum gratiæ reducit, contra ordinem qui diuinitus per angelos dispositus est facit. Ordinata est. n. ita, ut semper esset in manu mediatoris . i. in ptāte Christi, ut quandiu uellet maneret, & quādo uellet cessaret. Et tali ordine posita est in populo Iudæorum propter transgressiones illorum coercēdas, ut. s. audientes, Si quis hoc uel illud fecerit, morte moriatur, uel talem pœnā patiatur, saltem timore mortis aut pœnę desiste

A rent peccare. Nam propter iustos & prophetas non fuit posita, qui nõ timore pœnę, sed amore iustitiæ Deo seruiebant: & plenam habentes de Christo fidem, iam ad noui testamẽti gratiam pertinebant, & in filiorũ libertate iam uiuebãt: sed tñ ipsi, ꝑpter uarias causas eiusdẽ legis opera carnaliter faciebant, tum quia intelligebant illa esse futurarũ rerum signa, tum quia cæteris pro quibus ipsa lex data erat, exemplũ dare uolebant obseruandi eam. Si.n. qui sapientiores & sanctiores erãt, ipsi carnales obseruantias legis postponere uiderent, iã ppl's ille minus erudit⁹ putaret legem esse inutilem, nec custodiret eam. Illi autem qui timore pœnæ legem ipsam carnaliter obseruabant, & redemptionẽ humani generis expectabant, ac de aduentu redemptoris qualemcunq; fidem habebant, licet non ita plenam ut prophetę, per eundem redemptorem saluati sunt, & si non habẽt magnitudinem sublimioris gloriæ quam assecuti sunt prophetæ. Quia uero ex semine Abrahæ Christus erat nasciturus, in quo oĩum gẽtium fuerat benedictio repromissa & per quem patria cœlestis erat danda, & ab Abraham usq; ad ipsum Christum multa fuerant secula transitura, prouidẽs deus ne soboles dilecti sui Abrahæ cæteris nationibus misceretur, et paulatim familia eius fieret incerta, gregem Israeliticum quodam circũcisionis cauterio denotauit, ut uiuẽtes inter Ægyptios, Chananæos, Assyrios, hoc signaculo distinguerent. Quandiu.n. fuerunt in Ægypto, inter idololatras & imundos circuncidebantur, ut se populum dei dissimilem ab illis semper recognoscerent, nec opera eorum aliqñ facerent. Sed postq; in desertum peruenere, circũcisionem dimiserũt, pręsente ipso legislatore, quia omnes erãt Iudæi co- *Iosue. 5.*

lentes unum Deum, & gentes cum qbus in idololatria miscerentur, nõ uidebant. Statim autem ut Iordanis ripam transgressi sunt, circũcisionẽ quam intermiserant, repetierunt: ꝑpter quod & secunda uocata est illa circuncisio, quia inter gentes cõuersaturi, timebant ne ad idololatriam exemplo gentiũ declinarent, & ideo se illis dissimiles ostendere uolebãt. *Iosue. 5.* B

Vnde possumus uidere, circuncisionem & carnales legis obseruantias prophetis & cæteris iustis ad nouũ testamentum ꝑtinẽtib⁹, nullatenus fuisse necessarias, eo ꝙ nõ timorẽ pœnę, sed amore iustitię Deo seruirẽt et se ab oĩb⁹ idololatris dissimiles sine lege recognoscerẽt. Nũc quoq; iam nec signo circuncisionis, per quod Dei populus agnoscatur, opus est: quia modo nõ una gens est Dei, sed ex omnibus gentibus una cõgregatio, qa iam uenit expectatio gẽtium Christus. Itaq; non propter iustos, (ut diximus) posita est lex, sed propter cęterorum transgressiones refrę nandas, quæ uel pręcesserant, uel uoluntatibus eorum instabant. Et posita est donec ueniret semen Abrahæ cui Deus promiserat. i. ad hoc posita est, ut duraret donec ueniret Christus, cui pater promiserat supernam hęreditatem, ut cum corpore suo qđ est ecclesia, perenniter eam possideret. Qui ergo legem adhuc uult protelare, aut Christũ negat uenisse, aut Deum usq; ad aduẽtum eius legem posuisse. Apostolus uero qa mediatoris mentionem fecerat, uult ostendere de quo dicebat, & ꝙ misericorditer ille mediator curam nostræ salutis semper habeat. Ait.n. *Mediator autem unius non est.* Lex.n. est in manu mediatoris, sed mediator nõ est unius. Hoc satis notum est, quia mediator non est unius rei uel unius partis, sed duarum. Quod est dicere: Mediator, id est, cõciliator uel prælocutor, non *Gene. 49.*

A non est necessarius uni rei uel uni parti, sed duabus. Inter duos n. reconciliandos, necessarius est mediator qui utrique sit amicus. i. iter duos discordantes mediator. i. reconciliator debet currere, qui ualeat illos ad pacis cōcordiā reuocare, sicut Christus per humanitatē suā nobis amicus, & per diuinitatem suam patri sanguine suo pacē inter nos & Deū fecit. Mediator non est unius, sed *Deus est unus*. Igitur mediator non est Dei solius, sed Dei & hominū. Inter nos. n. & Deum Christus mediator est: ac per hoc dum per humanitatē suam nos Deo reconciliat, patri & sibi sanctoq; spiritui recōciliat, quoniam trinitas un⁹ Deus est. Vel ita: Mediator non est unius, sed duorum: qa duos discordes populos, Iudaicū & Gentilem, Christus pacificauit, faciens ex utroque unū Christianum populum. Christus est duorum mediator, sed Deus est unus: qa pater & filius nō sunt duo dij, sed un⁹ Deus. Quamuis .n. pater sit deus, & Christus Deus, uterque tamen unus est, non duo dij. Sed prior sententia melior est & uerior.

*Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. si. n. data esset lex, quæ posset uiuificare, uere ex lege* Roma. 3. *esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub* & 11. *peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.*

Quia dictū est superius, quod si ex lege est hæreditas, iam non est ex promissione, uidetetur alicui quod lex esset contraria promissioni. Et hoc nunc Apostolus quasi uice aduersarij obijcit sibijpsi, & refellit. Quando quidem (inquit) ex promissione nō potest hæreditas esse, si fuerit ex lege, *ergo lex est aduersus promissa Dei*. i. contraria præcedentibus promissis, quę Deus Abrahæ spoponderat. Absit ut lex Dei aduersetur promissis Dei. Non potest hoc esse, ut Deus legē dederit quæ aduersaretur promissis suis, qa iam in hoc sibijpsi Deus esset cōtrarius. B Nunquam lex subsequens aduersata est præcedentibus promissis: sed ut homines digne se præpararēt ad ea accipienda, iugiter admonuit. Vel ita: Quandoquidem lex propter trāsgressiones posita est, ergo est aduersus promissa Dei, ut per eam impleātur aliter quam Deus promisit. Absit hoc. Non est illis contraria, ut in aliquo obsistat, uel in aliā partem ea deflectat: quoniam aliter non pōt haberi cœlestis hæreditas, nisi quemadmodū Abrahæ promissum est. Lex enim nō potest illam hæreditatem dare, quia non pōt ueram iustitiam cōferre, sine qua nullus ad supernam hæreditatem ualet peruenire. Et uere nō potest iustificare, qa nec à morte peccati ualet animam uiuificare. *Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege est iustitia.* Si per Moysen data esset lex, quæ posset hoīes ab interna morte, quā præuaricatione protoparentis & sua iniquitate incurrerant, uiuificare, tunc sine dubio uerā iustitiam lex ipsa posset conferre, per quam et regno cœlorum homines essent idonei. Sed non est data lex quę posset uiuificare, imo quæ posset occidere. Litera enim occidit, spūs autē uiuificat. 2. Cor. 3. Litera. n. legis prohibēs peccatum, non uiuificat hominem, sed potius occidit, augendo concupiscentiā & iniquitatem præuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in corde per spiritum sanctū. Roma. 5. Lex ergo Moysi nō potuit uiuificare, qa hoc seruabat euangelicæ gratiæ. Qđ pulchre figuratū est, qñ Giezi percurrens cū baculo, 4. Reg. 4. non potuit mortuū suscitare: sed Eliseus post uenies, suscitauit eū. Puer .n. mortuus, humanū genus est, iacēs in morte peccati. Giezi cū baculo, Moyses cū terrore legis. Eliseus subsequens, Xp̄s post ueniens. Sed

C Giezi præmissus cum baculo nõ suscitauit mortuum: qa Moyses Christum præcedens cum terrore legis, non potuit humanũ genus à morte animæ suscitare, qm̃ iuxta Apostolum nõ est data lex quæ posset uiuificare. Elisæus uero potest ueniẽs, suscitauit puerũ: qa Christus in fine legis incarnatus apparẽs, humanũ genus ab æterna morte suscitauit. Lex itaq; non potuit uiuificare: quod si potuisset, tunc & iustificare ualeret. Vnde liquido patet, qa euangelica gratia quę mentẽ à peccati morte uiuificat, ueram præbet iustitiam, quę facit hoĩes idoneos hæreditati cœlorum. Non est data lex quæ posset uiuificare, sed potius scriptura .i. ipsa lex manens & scripta, uel quæ non dat spiritum, sed tantũ est scriptura, *conclusit omnia* hominum genera *sub peccato*.i. omnes Iudæos circũsepsit, ac sub peccati dñio detinuit, ut à nulla parte iugum peccati dum in lege tenerẽtur, possent euadere: uel qa tam difficilis erat, ut cum à nullo posset impleri, oẽs faceret præuaricatores & accusabiles redderet, quod.n. lex oĩa quæ cõtinebat sub peccato conclusisset, apte signauit piscina illa in Hierusalem, qnq; porticus hñs, in Ioan. 5. qbus iacebat multitudo magna languentiũ. Nam aqua piscinæ, uel plebem synagogæ, uel doctrinã legis figurauit. Quinq; porticus cingentes piscinam, qnq; libros legis concludentes synagogam. In qbus porticibus iacebat multitudo magna languẽtiũ, qm̃ scriptura legis (sicut nũc dicit) conclusit oĩa sub peccato, omnesq; qui intra legis ambitum claudebantur, iacebãt in languore peccati, expectantes medicũ Christũ, per quẽ sanarẽtur. Ideo aũt scriptura cõclusit sic omnia sub peccato, ut homines nota sua & legis infirmitate, properarent ad gratiam, & ita promissio benedictionis & hæreditas

Abrahæ daret eis credentibus nõ ex D operibus legis, sed *ex fide Iesu Christi*.

*Prius autem quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam non sumus sub pædagogo.*

Modo fides non liberat, et facit consequi pmissionem: sed priusq; cum Christo ueniret, custodiebamur sub lege. Lex.n. cõclusit omnia sub peccato, sed tamen fuit utilis: qa custodiebamur sub illa, priusq; spõte sua *ueniret fides*, nullis meritis nostris aduocati *sub lege custodiebamur conclusi*.i. cõstricti timore uelut serui, ut nos ita concluderet onere carnalium obseruantiarũ, ne per insolentiam & lasciuiam euagaremur ad idololatriam. Ideo conclusi custodiebamur, ut legis disciplina coerciti, duceremur *in eam fidem quæ* tempore Christi *reuelanda erat*, ubi multa sunt patefacta, quę prius erant clausa & uelata. Custodiebamur conclusi quasi in ergastulis seruire coacti, ut trãsiremus in eã fidem quæ erat reuelanda.i. in manifestissimã & plenariam fidem, quæ erat tpe gratiæ detegenda, qa in antiquis sanctis erat uelata. Et quia lex nos custodiuit ad fidem, *itaq; lex eadẽ fuit pædagogus noster*.i. nos sensu pueros ab illicitis cõprimens & ad recta dirigens timore pœnarũ. Quia.n. nos custodiuit donec ad fidem liberi ueniremus, idcirco pædagogus noster fuit.i. custodia ad tps, non ut semper maneret, sed sicut pædagogus cessaret. Sicut.n. pędagogus flagellat puerũ, ut hũc reddat aptũ ad regendam domum, & possidendam hæreditatem patris in ætate sua uirili, ita lex fuit nobis imposita custodia, ut onera legis grauia saltẽ metu pœnæ seruata nos reprimerent, ut idoneos hęredes summi patris nos facerẽt. Lex fuit nobis pædagogus *in Christo*, id est, in expectatione Christi, ut sic ue

A nientes ad fidem quasi pueri ad perfectionem, *iustificemur nunc ex fide*, & iustificati consequamur hæreditatem. Ante fidem fuimus sub pædagogo, id est, sub districtione et onere legis, sed postq̃ *uenit fides iam non sumus sub pædagogo* seruitutis legis, sed in libertatem charitatis, utpote non iam pueri sensibus, sed adulti.

Anselmus hæc duo uerbula, q̃ est, non legit. Roma.6. *Omnes enim filij Dei estis per fidem * quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unũ estis in Christo Iesu. Si autem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis, sc̃dm promißionem hæredes.*

Quasi dicerent Galatæ, Iudęi legẽ pædagogum habuerũt quę illos custodiuit, & ideo nunc filij possunt esse p gratiam, ut cœlestis patriæ hęreditatem accipiant: sed nos qui non habuimus pædagogum, nõ sumus filij: ideoq; necessarius est nobis pædagogus, id est, lex, ut possimus esse filij. Respõdere uidetur Apostolus: Non est uerũ. Nam *omnes per fidem* quã accepistis sine pędagogo, *facti estis filij Dei*, id est, apti hęreditatem possidere cœlestem. Vel potius ita cõtinuatur: Nos Iudæi tempore fidei pædagogum deserimus, quia omnes uos Gentiles qui non habuistis pædagogum, estis filij Dei per fidem. Nos ergo exemplo uestro pædagogum deserimus, & uos illũ accipitis, filij estis per fidem, existentes *in Christo Iesu*, id est, facti membra Christi, & participes innocentię ac sanctitatis eius, et ita digni possidere filiorũ hæreditatem. Et uere estis in Christo p fidẽ, quam suscepistis in baptismo. Nam quicunq;, id est, cuiuscũq; conditionis uel sexus uel ætatis, *baptizati estis in Christo*, id est, in Christi nomine, uel in Christo, id est, in Christi baptismo, quem ipse fieri decreuit in aqua & in spiritu ac in nomine trinitatis, *Christum induistis*, id est, Christum pro ueste accepistis, ut indumento iustitiæ illius circundati, nõ ostendatis ultra iam ab ulla parte quicquam in operibus & conuersatione uestra, nisi sanctitatem Christianitatis. Christum uestem accepistis, quod est uobis honor & contra tentationum ęstus protectio. In qua Christi induitione *non est Iudæus neque Græcus*, id est, in illa Christi conformitate nec Iudæus prodest, neq; Græcus obest: quia nec Iudæus propter iudaismum suum est ibi superior, neque Græcus propter græcitatem suam inferior. Sed nec seruus est ibi abiectior, quoniam sine discretione nationis ac cõditionis ac sexus estis omnes in Christo. Non estis ibi differentes, quia omnes uos siue Iudęi, siue Græci, siue serui, siue liberi, siue mares, siue fœminæ, *unum estis in Christo Iesu* per unitatem fidei & charitatis. Et si nos sic uiuificat fides, per quam in hac uita recte ambulatur, quanto perfectius atq; felicius nos efficiet ipsa species, qua uidebimus sicuti est id ad quod tendimus? Omnes enim unum estis in Christo, id est, in Christi corpore, et ita eius mẽbra estis effecti. Sed si uos membra Christi estis, id est, Christo uniti, *ergo semen Abrahæ estis*, futuri hæredes regni cœlorum non secundum carnem, sed *secundum promißionem* quam Deus fecit Abrahæ. Vos enim facti estis hæredes secundum promissionem Abrahę gratia Dei. Non de carne Abrahę fecit illi cohęredes Deus. Nam imitando fidem Abrahæ, facti estis filij Abrahæ.

B Ioan.3. Matth.

## CAPVT IIII.

*Dico autem: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deum filium suum, factum ex muliere, factum*

C *sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.*

Ab eo loco quo dixerat, iam non sumus sub pędagogo, fecit usq; nūc interpositionem propter Galatas. Modo autem exponit, qua similitudine uocauerat legem pædagogum, & adaptat similitudinem, atq; ostēdit quia non debuimus esse sub lege, postquam fides uenit. Quasi dicat: Superius dixi manifeste, quia priusq̄ ueniret fides, sub lege quasi sub pędagogo custodiebamur: postquam uero fides uenit, iam non sumus sub pædagogo, sed nunc dico id ipsum per similitudinem: Quia scilicet puer, qui patris sui futurus est *heres quanto tempore est paruulus* ætate & scientia, *nihil differt à seruo*, id est, cogitur alterius parēre uoluntati, & nullam potestatem habet, cum (id est, quamuis) sit iam secundum naturam *dominus omnium* quæ pater eius possidet. Nō quidem est seruus, sed tamen nihil differt à seruo: quia nō est speciose uestitus, nec est in libera potestate sua, sed sub custode qui illum seruat, & ducit quo ducendus est. quoniam παῖς puer dicitur, & ἄγω duco. Nō differt à seruo, *sed est sub tutoribus*, qui tuētur illum ab iniurijs: & sub actoribus, qui pro illo agant ea quæ necdū ipse ualet aut scit agere. Vel sub actoribus, id est, præceptoribus et morum īformatoribus, quorū authoritatem & grauitatem sequatur, & qui authoritate sua pro illo causas ipsius agant. & est sub illis *usq; ad tempus præfinitum à patre*. i. usq; ad quinq; annos, uel usq; ad aliud tpis spatium qd' pater eius prænordinauit, ut deinceps liberæ uoluntati suæ relaxetur. Simili mō seruiendū est & de populo Iudęorū q per Christi gratiā futurus erat regni cœlorū hæres: quia quandiu fuit sciētia & actione paruulus, seruili timore cōpressus sub disciplina legis q̄si sub districtione pędagogi, et coactus seruire præceptis diuinis, cum tñ futurus esset per Christū dominus omniū bonorū patriæ cœlestis. i. possessor cœlestiū diuitiarū. Quando erat paruulus cognitione Dei & uiribus resistendi peccato, non differebat à seruo: qa lex ei dominabatur, & minis eū terrebat ne peccare auderet. Nam erat sub tutoribus et actorib⁹. i. sub legis sermonibus, qui uelut tutores contra malignorū spirituū impugnationes, & contra Gentiliū ad idololatriam psuasiones defendebant, illum admonendo et increpando atq; puniendo, & uelut actores informauerunt mores eius, atq; causam ipsius apud Deū egerunt, dum per sacrificia & expiationes Deum ei placauerunt. Et sub his fuit usq; ad pfinitum tempus à patre. i. usq; ad aduentum Christi, in quo Deus constituit ut populus ille pfectus et liber fieret, et hęreditatem obtineret. Si uero prędictis tutoribus uel actoribus quandiu paruulus fuit, dedignaretur subijci, non posset idoneus esse opportuno tpe paternam hæreditatem adipisci. Nam hęc ita debere intelligi declarat ipse Apl's, dū cōsequenter similitudinem adaptat, dicēs: Ita, id est, similiter ut prædictus puer, & nos Iudæi *cum essemus paruuli* non ætate, sed intellectu & discretione ac mentis uiribus & operū actione, *eramus seruientes*. i. in seruitute legis uiuentes, *sub elementis mundi*. i. sub carnalibus obseruantijs qbus comprimebamur, ne libere lasciuire liceret. Sicut. n. pueri discūt elementa & cōiūctionem elementorū, nec tñ pñt intelligere pfunditatē sniarū quousq; sint in libera ptāte, postea uero se cōferunt ad liberales artes, nec tamen possunt ad harū sciētiam uenire nisi per elementa, sic Iudæi per carnales legis obseruātias instructi sunt. Ipsę fuerūt illis quasi elemēta, id est, pri- D

A mordia per quę uenerunt ad fidem, et ad maiorem Dei cognitionem, scilicet ad spiritalē intelligentiā ipsarū carnalium obseruantiarū. Quæ elementa dicūtur mundi, qa data sunt amatoribus huius mūdi, qui nesciebant appetere æterna et inuisibilia, sed tpalia & uisibilia: ideoq́ terroribus corporalium pœnarꝶ & promissionibus temporalium bonorū per legem pueriliter siue seruiliter compellendi erant ad Dei cultum. Elementa ergo mūdi, lex Moysi & omne uetus instrumentum ītelligitur, quibus & nos adhuc quasi elementis & religionis exordijs Deum discimus: qūo elemēta appellantur literæ, per quas syllabas ad uerba cōiungimus, et ad texendam orationē longa meditatione ꝓcedimus. Ars quoq; musica habet elementa sua, et geometria ab elemētis incipit linearum. Sic elementis ueteris instrumēti, ut ad euangelicā plenitudinem ueniat, sancti uiri erudiūt infantia. Vnde & cētesimus nonusdecimus Psalmus oēsq́ alij q literis ꝑnotantur, per Ethicam nos ducunt ad theologicam, & ab elementis occidentis literæ quæ destruitur, trāsire faciūt ad spiritū uiuificantem. Propter qđ & elemēta quasi eleuamēta dicuntur, quia nos eleuant à uisibilibus ad inuisibilium ītelligentiam. Sub qbus elemētis. i. sub lege & prophetis carnaliter intellectis, seruiliter tenebantur Iudæi, dū essent paruuli, & nescirent seipsos regere, ideoq́ indigerēt pędagogi districtione & instructione. Ita, inqt, dum essemus sensu paruuli, eramus seruientes sub elementis mundi usq; ad præfinitum tempus à patre. Sed postq̄ *uenit plenitudo temporis*. i. postq̄ impletū ē omne spatium illud tpis, in quo cœlestis pater ꝑfiniuerat nos sub legis q̄si sub pędagogi districtiōe more puerorū manere, & nos ī uirilis animi robur

profecissemus, nec iam pędagogi custodia indigeremus, tunc Deus pater, ut nos à uinculo pristinę seruitutis absolueret, misit nō angelū, non archāgelū, sed *filium suum* unigenitū. B
Misit eum. i. fecit incarnari, ut hominibus esset uisibilis: ipsum dico, secundum carnem *factum ex muliere*. i. ex fœmina matre, qui secundum diuinitatem non est factus, sed genitus à patre. Et *factum sub lege*. i. creatum secundū carnem sub legis obseruatione, ut susciperet circuncisionem, & portaretur ad tēplū cum hostijs iudaico more, sicut ueraciter fili⁹ Abrahæ cui promissus fuerat. Hunc ergo Deus factum ex muliere. i. maternæ carnis substantia sine uirili admistione conceptū, ad humanos aspectus hoīem uerum ꝓtulit: qui in diuina uirtute ac substantia manēs per oīa quod erat, ueram naturæ mortalis infirmitatem, quam nō habebat, induit. Vsus nanq; diuinarū scripturarum, & maxime Hebraicarꝶ, mulieres appellare consueuit, non corruptas, sed fœminas, sicut legimus, qa ædificauit dn̄s Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Vt autem Dei Gene 2.
filius nobis necessariam obediendi uirtutem præcipuo cōmendaret exēplo, factus est sub lege i. subdit⁹ est legi: non qa ipse quicq; legi deberet, qui unus est legislator & iudex, sed ut eos qui sub lege positi legis onera portare nequerant, sua cōpassione iuuaret, ac de seruili conditione quę sub lege erat, ereptos in adoptionem filiorꝶ quæ per gratiam est, sua largitate reduceret. Factus est sub lege, *ut eos qui sub lege erant redimeret*. i. à legis seruitute liberaret, sicut & mortem subire dignatus est, ut eos qui mortis dn̄ium euadere non poterāt, à morte redimeret. Factus est sub lege, nō ut ab ea expiaretur, sed ut eos q sub illa erant pressi & rei, liberaret:

ita ut nos omnes Iudæi & Gentiles reciperemus pariter *adoptionē filiorum*, qa nostram participauit naturā, & nos adoptauit ad suā. Propterea ergo uoluit sub lege fieri et legē implere, ut eos qui erāt sub onere legis cō pressi, à iugo legis redimeret: & nos omnes, tā iudæi q̄ Gentiles, p grām nouæ libertatis reciperem⁹ adoptionem filiorꝫ, quā in Adam perdideramus. i. efficeremur adoptiui filij, ac hæreditatē pr̄is æterni cōsequeremur.

*Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, abba pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius, & hæres per Deum.*

Modo repetit quod superius dixerat, Galatas eē filios Dei, ut ostendat similiter illos adoptiuos filios esse sicut Iudæos, quasi dicat: Dixi uos esse filios Dei per fidē. Nec frustra hoc estis. Sed *quoniam* uos Galatæ *estis* adoptiui *filij Dei*, sicut & nos Hebræi, *misit Deus spiritum* naturalis *filij sui in corda nostra* .i. spiritum sanctū

Ioan. 15. qui & à patre p̄cedit & à filio. Nam & missio qua mittitur à patre, ipsa est processio qua procedit à patre. Et ideo dicit eum Apostolus mitti à pr̄e & filio, ut ostendat eū ab utroq; procedere. Misit Deus pater spiritū filij sui in corda nr̄a. i. in corda omnium nostrū qui credimus, tam Iudæorꝫ q̄ Gentilium. Nam propter utrunq; populum misit eum *clamantem, abba pater*. Clamat enim in cordibus nostris ad Deum. i. magna piæ mētis deuotione facit nos intus clamare, ô abba pater. Abba nanq; & pater, idem est. Sed propter Iudæos clamat abba, & p̄pter Gentiles pater, ut ostendat ambos unum patrē habere Deum. Abba enim Hebraice, pater dicitur. Effectus ergo probat utrosq; Dei filios esse dū in cordibus utrorūq; clamat spiritus sanctus ad Deum, abba pater. Et quid est spiritualis ille clamor, nisi pius affectus electorꝫ erga Deum, & pia mentis postulatio esuriētis & sitientis iustitiam? Quia uero superius dixerat hæredem, quandiu paruulus est, nihil à seruo differre, quod de populo qui sub legis seruitute fuerat, mystice uoluit intelligi, et addiderat quomodo idem populus per aduentum filij Dei liberatus sit, facit inde cōsequenter illationem, q̄ iam non sit seruus. Ac si dicat: Populus ille qui prius erat sensu & actione paruulus, & sub lege seruiliter deprimebatur, postmodum per gratiā unigeniti Dei est in libertatem adductus, & in filium adoptatus. *Itaq; iam nō est seruus* ut antea sub lege, *sed filius*, quia filiorꝫ adoptionem recepit dono gratiæ. Vel ita: Spiritus Christi clamat in cordib⁹ utriusq; populi, abba pater. Itaq; iam neuter eorꝫ est seruus post acceptionē sancti spiritus, sed est per gratiā filius. *Quòd* .i. sed si iam *filius* est, ergo *& hæres* in futuro erit *per Deum*. i. per Dei operationem & per Dei gratiam. Vel per Deum iuro ita fore Hæc enim filiatio & hæreditas utriq; populo concessa est. Sed quia Galatis Apostolus loquitur, ad eos sequentia uerba respiciunt, cū dicit.

*Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura nō sunt dij, seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deū, immo cogniti sitis a Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis & menses & tempora & annos. Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis.*

Modo, inquit, estis filij, sed prius eratis serui non in carnalium legis ceremoniarū seruitute, sicut Iudæi, sed idolorum: quia *tunc quidem ignorantes Deum, seruiebatis his qui non sunt dij natura*, sed opinione insensatorum hominum, id est, non sunt naturales, sed falsi dij. Hic ostendit non esse seruiendum, nisi illi qui natura Deus est. Tunc quidem ignorabatis uerum Deum, cui soli seruiendum est: &

A ideo aliquid excusationis habebatis, quod falsis dijs seruiebatis. Sed *nunc cum* iam *cognoueritis Deum*, nulla ulterius uobis superest excusatio, si erraueritis, sed lõge deterius q̃ olim, delinquetis. Nunc nõ est iam locus errandi, cum aperta sit ueritas, cum cognoueritis Deum per fidem, *immo* melius possum dicere, *cum sitis a Deo cogniti*, id est, approbati per bonã operationem. Vel Deus cognouisse dicitur, quia fecit ut ab his cognosceretur, a quibus ignorabatur. Neq; enim fas est ut credamus quod tunc Galatas Deus primo cognouerit, quos ante mundi constitutionem praecognitos habuit: sed tunc cognouisse dictus est, quod tunc ut cognoscere tur effecit. Nam quia tunc ipsi eum illius munere, non suo merito uel facultate cognouerant, maluit typice loqui, ut tunc ab illo cognitos diceret, quando eis cognoscẽdum se pręstitit: et uerbum corrigere, quasi hoc minus recte dixerat, quod proprie dixerat, q̃ sinere ut hoc sibi arrogarent, se potuisse quod eis posse ille donauerat. Cum enim dicitur, quod nos cognoscit Deus, cognitionem suam nobis praestat ut per hoc intelligamus, ne hoc quidem nobis tribuẽdum, quod nos scimus Deum, sed eam quoq; scientiam illius misericordiae tribuamus. Prius quidem (inquit) per ignorantiam Dei seruiebatis idolis: sed modo cum iam cognoueritis Deum, ĩmo cogniti sitis a Deo, id est, cognitionem eius perceperitis ab ipso, *quomodo*, id est, qua causa, qua ratione, *conuertimini iterũ* (ut ante Dei notitiam) ad seruitutem erroris? Quomodo postquã uobis ueritas illuxit, cõuertimini iterum ut antea, dũ a Iudaeis efficeremini proselyti? Quomodo (inquam) conuertimini *ad elementa*, id est, ad carnalia legis mãdata, quae sunt diuini cultus Iudaeis, exordia et sunt *infirma*, quia per se non ualent cultores adiuuare: *&* B *egena*, quia egent auxilio gratiae? Quomodo ad haec conuertimini, *quibus denuo*. i. iterum *uultis seruire*? sicut quondam eis seruierũt Iudaei, sed iam ab eorũ seruitute sunt liberati. Illi desierunt eis seruire, & uos qua ratione uultis iterum eis seruire? Quae scilicet elemẽta, id est, carnalia legis praecepta, prius fortia & uelut quãdam firmitatem dantia steterant, dum Iudaeos adhuc comprimerẽt, & cohortarentur ad iustificationem fidei, & ad maiorem Dei notitiam paulatim promouerent: & erant ditia, dum locupletarent eos, dando quãdam ipsis apud homines iustificationẽ, ut non punirentur, ut nihil mali paterentur. Haec nanq; erant illis quaedã diuitiae, quae praeparabãt illos ad ueras diuitias, ad fidem scilicet et iustificationem, necnon & ad haereditatem in supernis accipiendã. Sed nũc infirma & egena sunt hęc elementa, quia postq̃ ueritas aduenit iam neminem ad eius susceptionem praeparãt, iam neminem ad Dei cultum cõstringunt, iam nihil pręfigurãt, nihil cultoribus suis prosunt, nihil boni cõferunt. Et his ita destitutis ac inanibus elementis uultis denuo seruire, sicut ante ueritatis aduentum Iudaei quondam illis seruierunt, cum iam nemo debeat illis seruire, sed oẽs in libertate quã Christus dedit, pmanere: nec iam sub paedagogo uiuere, postq̃ impletũ est tempus praefinitum a patre. Vere uultis denuo his elementis seruire, & post expletum infantiae tp̃s iterũ iugo paedagogi colla uestra miserabiliter subdere. Nam *obseruatis*. i. obseruare disponitis *dies*, sicut sabbata *& menses*, sicut per primũ & septimum mẽsem. uel menses. i. exordia mensium, hoc est, neomenias. *& tempora*, sicut quando ter in anno omnes Iudaei ad templũ cõueniebant, ac solẽnitates agebãt.

C *& annos* sicut septimum & quinquagesimum annum. Hunc annũ Galatæ nuper subuersi necdum obseruauerant, & ideo (secundum quod præmisimus) quod ait, dies obseruatis & menses & tempora & annos, sic accipiendum est, nõ quod iam obseruarent, sed quod hoc obseruare uellẽt. Non enim tam fecerant quàm facere disponebãt carnalia legis opera. Et quia talibus, inquit, subijci nõ respuistis, *timeo uos*, ne mihi damnum de uobisipsis faciatis, scilicet *ne forte sine causa*, id est, sine utilitate uestra *laborauerim in uobis* conuertendis & instruendis. Non idcirco timet eos, ut putet quòd illi possint ei per apostasiam suã auferre mercedem laboris, quam in eorum instructione pertulit, sed quia metuit ne seipsos à fide subtrahẽdo, faciant ut non prosit eis labor apostolicus. Nõ enim suam mercedem, sed illos amittere timet. Quod forte .i. illorum arbitrio potest fieri. Verũ libet cõtingere ualet, ut uel sine causa quãtum ad eos laborauerit in ipsis, si in errore perdurauerint: uel nõ sine causa, si resipuerit. Dicamus quòd nõnullis uisum est, scilicet quia Galatæ partim ex Iudæis, partim ex gẽtibus ad fidem uenerant, sed post discessum Apostoli cogebantur à pseudoprędicatoribus, hi qui de Iudęis conuersi fuerant, iterum iudaizare: qui uero de gentibus crediderãt, rursus elemẽta obseruare. Quibus apte cõgruit quod dicitur: Sed tũc quidem ignorantes Deũ, his qui natura non sunt dij, seruiebatis. Nunc autem cũ cognoueritis Deum, quomodo conuertimini iterum, sicut antequàm Deũ cognouissetis, ad elementa .i. ad impiam obseruantiam solis & lunę ac stellarum & cœli ac terrę? Quæ quidem sunt infirma, quantum ad uos, quia nequeũt uos adiuuare: & egena, quantũ ad se, quia nihil habent nisi ex Dei dispositione, his tñ post nostrã

cõuersionem uultis denuo seruire sicut antea. Nã dies obseruatis, dicentes, Nõ proficiscar hodie, quia posterus dies est, aut quia sic luna fertur uel proficiscar, ut prospera cedant, quia sic se habet positio syderũ. & mẽses obseruatis, dicendo, nũc agã hoc mense cõmerciũ, quia illa stella mihi agit mensem. uel idcirco agam, quia suscepit mensem. Et ipsa præuidentes in augurijs, quale tẽpus, siue carum, siue calidũ aut pestiferũ, euenire debeat. Et annos, ut illi qui dicunt, Non plantabo hoc anno uineã, quia bissextus est. Siue ergo his, siue alijs peruersis modis, nõnulli Galatarum obseruabant dies & mẽses, atque tempora & annos, et ĩde culpat eos Apostolus, atque omnes qui talibus obseruationibus adhuc student. & quàm graue sit periculum talia obseruare demonstrat, dum esse incassum quod illis qui hæc obseruant, laborasse timet. Quis enim æstimaret quòd magnũ peccatum sit talia obseruare, sicut obseruãt (ut dictum est) qui certis diebus aut mensibus, siue temporibus, siue annis, uolunt uel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundũ uanas doctrinas hominũ fausta uel infausta æstimant tempora, nisi magnitudinem ex timore Apostoli pẽsaremus, qui nunc talibus ait, Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis? D

*Estote sicut ego, quia et ego sicut uos: Fratres, obsecro uos nihil me læsistis. Scitis aũt quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridem, & tentationem uestram in carne mea non spreuistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christũ Iesum. Vbi ẽ ergo beatitudo uestra? Testimoniũ.n. perhibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis?*

Ne labor meus in uobis sit inanis, *estote sicut ego* liberi à seruitute elementorum .i. à legis obseruatione carnali: *quia & ego*, qui legi subditus fui, & legis obseruantiam noui, sum modo

A *ficut uos* fine lege. Nã quia ego qui legem habui cõsilio rationis eam deferui, ex quo Christum cognoui, scire potestis quia nihil utile christicolis in ea esse cõsideraui, quam sic ex toto reliqui. Si igitur ego qui hãc habebam, dimisi, tunc uos qui eam nõ habetis assumere non debetis. Vel estote sicut ego in fidei charitate, quia et ego sum sicut uos homo correctus de errore. Nam & nunc potestis exẽplo meo à legis obseruantia retrahi, sicut olim ab idolorum estis cultu reuocati. Et debetis esse sicut ego, quia *obsecro uos ò fratres*, ut sitis sicut ego .i. dulcedine fraternę dilectionis rogo. Ideo uos fraterno amorẽ obsecro, nõ ut inimicus decipere quęro, sicut falsi apostoli de me uobis asserunt: quia dũ essem apud uos, *nihil me læsistis*, sed in magno honore habuistis: superius aspere correctos nunc demulcet ac reuocat blandiendo, obsecrando, & bene gesta eorum memorando. Nõ me læsistis, sed potius uosipsi *scitis quia per infirmitatem carnis* .i. eo tempore quo infirmabar in carne mea, prædicaui uobis euangelium Christi iampridem: & tñ *non spreuistis*, ut me uilem iudicaretis, *tentationem uestram in carne mea* ægrotante. Tanta.n. fuit infirmitas corporis in me, ut uos inde tentari possetis, & putare quòd non esset in me uirtus aliqua spiritualiter, qui corporaliter sic infirmabat: nec essem apostolus Christi, quẽ ita doloribus infirmitatis agitari permitteret. Vel hęc infirmitas fuit passio diuersarum tribulationum. *Euangelizaui uobis iampridem* per infirmitatẽ carnis .i. per tolerantiam aduersitatum, quibus uehementer affligebatur caro mea: & tẽtationem uestrã in carne mea factam non spreuistis .i. non uilem existimauistis passionem tribulationum mearum, per quam tentabamini utrum timore me desereretis, an charitatẽ amplecteremini. Et inde uos esse firmos cognoui, quòd aduersitatibus quæ mihi in carne accidebant, non estis à charitate deflexi. Nam dum me propter annunciationem euangelij tam contumeliose tractari ab incredulis uideretis, uos quoque similiter ab illis male tractandos fore propter eiusdem euangelij susceptionem credere poteratis: & ideo consideratione tantę persecutionis ac pœnæ quidam deficiebant à fide, uel metuebant ad eam accedere. Atque ita omnes tẽtabantur, & alij probati, atque alij reprobi per ignem tribulationis declarabantur. Illam infirmitatem, quæ in carne mea fuit uestra tentatio, non spreuistis, ut de me sic abiecto et afflicto non curaretis, nec ex toto respuistis, ut omnino conuerti propter illã renueretis, sed potius ita me excepistis, ac si nihil paterer, ac si essem ĩmortalis & ĩpassibilis. Cum tanta.s. reuerẽtia me excepistis, cum quanta Dei angelũ uenientem de cœlo exciperetis: &, ut plus dicam, ita me excepistis, sicut ipsum Christum, si descendisset rursus in terram, & uenisset uobis prædicare. Tantæ.n. authoritatis me habuistis, ac si de sublimibus ueniens angelus loqueretur uobis, uel ipse Christus angelorum dñs. Et qñquidem in tãto honore me tunc habuistis, nunc autem sine causa spernitis ac respuitis, *ergo ubi est beatitudo uestra*? *i.* illa affectio & humilis deuotio, quã erga me habuistis, quę erat causa futuræ beatitudinis uestræ. Bene reuocat illos, uocãdo illam affectionem beatitudinẽ, quia sim causam amittunt, effectum perdent: si amittũt illam deuotam affectionem, perdent sine dubio futuram beatitudinẽ. Vere, inquit *sicut, angelum uel sicut Christum Iesum me excepistis* & inde beatitudinẽ meruistis: quia si posset iuste & cũ mea utilitate fieri, illa mẽbra uestra quę chariora sunt in hoĩe, tulissetis à B

C uobis & dedissetis mihi. *Testimonium enim uobis perhibeo, quia si* ad utilitatẽ ecclesiæ *fieri posset*, si cum iustitia uestra & cõmoditate mea fieri posset, *oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi*. i. ad utilitatem meæ prædicationis. Consueto more loquitur, sicut solemus dicere: de carne mea uellem pro uestro profectu dare, si possem, & propter nimiam erga se charitatem illorum exaggerandam dicit talia. Sed cũ tãta charitas & tantus honor illi fuisset exhibitus, nunquid ꝑpter ipsum honorem sibi exhibitum ac dilectionem pepercit illis errantibus, ne forte negaretur ei & minus ipse cũ argueret eos, laudaretũ uel amaretur? Non utiqꝫ, quia propter honorem sibi impensum non gaudebat, sed propter eorum salutem. Ideoqꝫ propter eandem ipsorꝫ salutem non timuit & uituperari ab illis uel odio haberi, dũmodo quod uerũ & utile erat, prædicaret. Vnde mox subijcit: *Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis?* Quia, inquit, tm̃ me dilexistis, ergo propter ueritatem quam annunciaui, inimicum uobis me factum putatis? Persuadebant.n. illis pseudoapostoli, quòd ipse causa odij noluisset eos docere circuncisionem, sed alijs illam prædicaret, & inde putauerũt eum sibi inimicũ. Propter quod increpando nunc dicit: Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis? Ac si dicat: Non debetis æstimare quòd sim uobis inimicus, sed magis amicũ me debetis agnoscere exeo, quòd puram uobis ueritatem ꝑdicaui, scilicet, ut absqꝫ legis obseruantia per solius euangelij custodiã quæreretis saluari. uel quia nemo uult se argui, re; ehendens nũc eos uidetur illis inimicus.

*Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum cum præsens sum apud uos filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meã, quoniam confundor in uobis.* D

Ego qui ueritatem dico uideor inimicus: sed si blãdițis uos fallerem, tunc putarer amicus. Ego autem nõ sum uobis inimicus, sed illi potius, quos putatis amicos. Nam ipsi *æmulantur uos non bene*. i. non bona uoluntate, quia non legitimo sponso uos æmulantur. Sancti uiri ęmulãtur zelo Dei animas fidelium, ne castitatẽ mentis quam Christo sponso illibatam seruare debent, aliqua perfidiæ subreptione uel peccati perpetratione uiolent. Et pseudoapostoli quasi zelo Dei se istos ęmulari fingebant, quos quasi per transgressionẽ legis à castitate spirituali recedere iudicabãt. Sed non bene id faciebant, qa ex quo sponsus ipse Christus per fidem uos iustificari decreuit, non est iam casta anima quæ per carnalia legis opera quærit iustificari, qm̃ auersa est ab amore spõsi. Et hoc est: Nõ bene uos æmulantur. i. non bene student in uobis castitatem custodire: *sed excludere uos uolunt* à sponsi thalamo. i. ab ecclesia catholica, *ut illos* in fornicatione. i. in hæresi sua foras *æmulemini*. i. quodam mẽtis feruore studeatis imitari. Ipsi uolunt ut illos ęmulemini. i. imitemini, uos autem nolite eos imitari, sed *bonum* quẽlibet uirum *æmulamini*. i. feruenti amore imitari studete: nõ ad horam, sed *semper*, & non in illis operibus, q̃ uel mala sunt, uel nec bona nec mala, sed *in bono* tm̃. Petrus. n. bonus erat, & tñ in illa simulatione, qua metu Iudæorũ à gentilibus qui crediderant segregabatur, non est imitãdus, sed tm̃ in bono quod egit. Vel malum quod ĩ pseudoapostolis est, nolite ęmulari: sed bonum ubicunqꝫ repertum fuerit, æmulamini. i. feruida mente imitamini in bono. i. in eo quod ipsum est bonum, nõ in alia re. Nõnulli. n.

A bonum æmulantur non in bono, qa uidentes iustos pro bono opere laudari ab hominibus, studēt & ipsum opus agere, ut humanas laudes recipiant. Ideo tm̄ in bono, nō autem in malo bonum est æmulandum i. propterea solūmodo quia bonū est debetis illud imitari, ut ipsum bonum uos delectet, et ex amore sequamini illud. Et hoc agite *non tantum cum præsens sum apud uos* corpore, sed etiam dū absens sum ò *filioli mei, quos nūc iterum parturio, donec formetur Christus in uobis*. In absentia eius nō æmulati fuerant bonum, sicut fecerant dum ille cum illis esset et idcirco monet eos, ut nō sint similes seruo ad oculum seruienti, sed bona facerē studeāt illo absente, sicut & præsente. Quos uocat filiolos, quia diminuto corde fuerāt: & rursus adhuc in obscuro matris utero manebant, nondum prolati in lucem per correctionem. Vocat & suos, quantum ad bonam uoluntatem suam, & ad spem quā habet de illorum correptione. Qui materno more ex Deo conceperat illos prius per bonam uoluntatem ac dilectionem, parturierat p prædicationem, pepererat per ipsorū conuersionem. Sed postea p pseudoapostolos à uita fidei fuerāt extincti. Ideo rursum modo concepit illos per bonam uoluntatem, & iterum prædicando laborat ut eos in lucem pariat. Et tandiu in eorum parturitione dolet & laborat, donec formetur Christus ī eis, qui deformatus fuerat in ipsis. Quod grauius est dictum, q̃ si diceret eos formati in Christo. Donec, ī quit, formetur in uobis Christus .i. similitudo Christi exprimatur in uobis, ut non nisi forma noui hominis appareat in fide et operibus uestris. Parturire se dicit eos, qd' matris est, non patris, ut ostendat maternū laborem & affectum, quē pro eis uel erga eos habet, qm̄ sola mater dolores parturitionis sentit, & affectuosius q̃ pater diligit. Nunc inquit, ab B sens uoco uos filiolos, sed *modo uellem esse præsens apud uos, & mutare uocem meam*. id est, negare uos filios. Vellem esse præsens, ut digna uobis dicerē, quæ nolo scribere ne permaneant. Dū n. absens sum, blande alloquor, ne si uos exasperarem, maleuolo animo fieri putaretis: sed uellē nunc esse uobis præsens, & uocē lenitatis ac mā suetudinis, qua absens utor mutare in uocem asperitatis & seueritatis. Quia non ita cōmouet epistola uel quælibet scriptura corda hominum, sicut uiua uox præsentialiter loquētis. Motus etiam corporis & habitus ac uultus & modus loquendi, multum cōmouet audientes. Ideo uos aspere uellem redarguere, *quoniam confundor in uobis*. i. apud alios erubesco pro uobis ita recedentibus à doctrina mea. Vel aliter: Ego nunc absens multa uobis per similitudines loquor, uolēs uos corrigere: sed uellem esse modo uobis præsens, ut alio genere loquendi rem ꝓfundius & subtilius aperirem, & non parabolice, sed palàm ueritatem differerem. Si. n. profundiora nunc eis diceret, non haberēt qui exponeret. Sed si ipse præsens esset, ubi dubitarent ipse exponeret. Et præsens eē uellet, ut aliter loquens manifestius & profundius rem exponeret. Vellem esse præsens, qm̄ absens confunditur in eis. i. doctrina absentis patitur confusionem in cordibus eorum, confuse intelligētium dicta eius subtilia. Sed prior sententia est uerior & melior. Sequitur.

*Dicite mihi qui sub lege uultis esse, legem nō legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromißionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta; Vnum quidem in monte Sina,* Gene. 16. Gene. 21.

C *in seruitutem generant, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis.*

Rursus Apostolus incipit ostẽdere ex ipsa lege quod nõ sit tenenda. *Dicite*, inquit, hoc est, respondete, *mihi* uos *qui sub lege* carnaliter *uultis esse, legem non legistis?* Quicquid eligant, probantur stulti. Si nõ legerunt, non debẽt recipere, quam nesciunt. Si legerũt, ipsa probat se dimittẽdam. Quod si non intelligunt, stulti sunt. Translata in Græcum fuerat lex per septuaginta interpretes, & idcirco poterat à Galatis legi. Ideo autẽ quæro an legeritis legem, quia in ea *scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit*, qđ si attenderetis, nunq̃ ad eam recurreretis. ibi. n. innuitur, quia qui sub lege sunt, per gratiam sunt in libertate. Cum. n. plures filios ille pater habuerit, de duobus spiritualiter agit scriptura, innuẽs aliquid egregium in his præfigurari. Vnus ergo pater duos filios habuit, *unum de* Agar *ancilla, & unum de* Sara *libera*. Quãuis. n. pater unus esset, non tñ conditio & genitura utriusq; fuit similis. *Sed ille* quidem *qui de ancilla* est procreatus, *secundum carnem*. i. secundũ carnis naturam uel consuetudinẽ *natus est*, ya iuuẽcula, sicut erat Agar, de sene solet cõcipere. Ille *autem qui de libera* genitus est, non per carnis usum, sed *per* Dei

Gene. 18. *repromißionem* natus est. Ob hoc. n. ex Sara natus est, quia deus promisit, imo repromisit, non quia caro id potuit. Sara. n. erat sterilis & uetula, nec de sene marito si nunq̃ sterilis fuisset, concipere iam anus poterat, sed deus mirabili operatione dedit ex ea filium Abrahæ per gratiam repromissionis suæ. *Quæ sunt dicta per allegoriam*. i. p aliam locutionẽ, ut aliud exterius sonet, et aliud interius intelligatur. Quia *hæ. s.* hæ duę matres *sunt*. i. significãt *duo testamenta*. Duo tãtum exponit. i. ancillam et liberam, ut per hæc intelligamus & cætera. D Abraham ergo deus pater intelligitur. Duo filij, duo populi, Iudęorum scilicet & Christianorũ. Ancilla, carnalis doctrina ueteris testamenti, q̃ gignebat sub iugo seruitutis, dũ timore cogeretur Deo seruire. Libera autem, prædicatio siue gratia noui testamẽti, quę liberos generat, q per charitatẽ Deo seruiant. In utroq;. n. testamento genuit Deus filios qui ibi seruirent, sed in ueteri Iudæos seruos qui timore pœnæ & promissionibus temporalium ei seruiliter obedirent, & hoc est scđm carnem, quę & pœnas horret, & dulcia amat. In gratia uero noui testamẽti liberos, qui ex dilectione seruiant, nõ ui carnis, sed opere Dei. Quis. n. impossibilia scđm naturam crederet, q̃ suauia sunt in præsenti cõtemneret, nõ uisa speraret, nisi Dei uirtus hoc ĩ eo operaretur? Duæ matres, ut dictum est, sunt duo testamenta. *Vnum quidem* ueniens à monte Sina, uel datum *in monte Sina*. i. uetus testamentum, *in seruitutem generans* Deo filios, q essent sub districtione formidinis, et ex timore Deo seruirent, *quæ res*. i. quod seruile testamentum *est Agar*. i. significatur p Agar. Hic relinquitur nobis intelligendum, quod Sara libera matrem gratiam uel prędicationem euangelicam significauerit. Dehinc reddit causa cur p Agar significetur illud uetus, quod deletum est. *Sina. n.* ubi testamentum illud datum est, *mons est in Arabia*, quæ est prouincia extranearum gentium, non in terra promissionis, quæ est hæreditas filiorũ: ut intelligamus eos qui testamentũ illud carnaliter obseruant, nequaq; ad hæreditatem pertinere filiorũ, sed extraneos esse à terra uiuentium, & alienos à patria sanctorũ. *Qui mons coniunctus est Hierusalem*, quia qđ in mõte illo carnaliter & seruiliter iussum est, in Hierusalem ubi templũ erat,

obseruatum

A obseruatum est. Coniunctus & consociatus est ille mons nō futurę Hierusalem, sed *ei quae nunc est*.i.non cœlesti, sed terrestri: & non est libera, sed *seruit cum filijs suis*, qui doctrinā eius sequūtur, et ex timore cuncta faciūt. Vel quia mons tumorem superbiæ designat, & Sina interpretatur mandatum, Iudæi habuerūt seruile testamentum à monte Sina.i.à superbia mādati: qm̄ propterea digni fuerūt talem accipere legem, quæ reprimeret eorum ceruicositatē, quia de mādato ipsius legis erant supra modū cōtra cæteras gētes gloriaturi. Qđ testamentum generat eos in seruitutem legis uel peccati, quia et terrore minarū cogit eos legi carnaliter deseruire, & omnes facit præuaricatores, dum non possunt ipsam legem implere. Quæ testamēti seruitus est Agar.i.designatur per Agar ancillā, quæ interpretatur aduena uel alienatio, qm̄ peregrina est cum filijs suis, & alienat eos ab hæreditate cœlesti. Arabia uero interpretatur humilis, significans infirmam & humo repētem conuersationem eorum qui legi seruiunt, sicut et mons Sina tumorē designat elationis ipsorum, qua de mādato eiusdem legis extolluntur. Sina.n.mons est in Arabia.i.mandatum legis tumor elationis est in humili (hoc est, per humum repenti) cōuersatione Iudęorum, dum se legem Dei habere gloriantes iustos se putant, & cunctos homines uelut peccatores despiciūt, licet ipsi nunquā uel intelligendo, uel operando subleuentur à terra. Qui mons.i.q superbus tumor, coniunctus est & semp adhæret ei Hierusalem, quæ nūc est. i.ei parti Iudæorum quæ in infidelitate persistens, sola temporalia quærit. Hierusalem nanq; uisio pacis dicitur. Quo nomine plebs illa recte designatur, quæ nunc semper uidere pacem temporalem desiderat, ut carnis suæ uoluptatibus sine inquietudine uel metu seruire ualeat. Et ideo B nūc esse dicitur, quasi quæ in alio seculo futura non sit, quia nūc bonis præsentibus quātum potest fruitur, & in amore huius seculi habet cor omnino fixum, sed in alia uita bonis omnibus carebit, & supplicijs perpetualiter deficiens uelut in nihilum redigetur. Ipsa est nūc sicut diximus, & seruit adhuc miserabiliter sub iugo legis cum filijs suis, sicut Agar cum Ismaele, quia noluit recipere libertatem, quam Christus attulit. Ex quibus omnibus euidenter ostenditur, legem amplius post aduentum Christi nō esse tenendā, sed seruitutem quę sub ea est, à cunctis hominibus fugiendam.

*Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. Scriptū est enim, Laetare sterilis quae non paris, erumpe et clama quae non parturis, quia multi filij desertae, magis quā eius quae habet uirum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.* Esaiæ.54.

Ita quidem terrestris Hierusalē seruit cum filijs suis, qm̄ ancilla est, & in seruitutē generat ut Agar. Sed *illa Hierusalem quae est sursum* mente cū Deo, *libera est* ut Sara, & *est mater nostra* generās nos in libertatem sicut Isaac. Sursum est.n. sanctorū ciuitas, quāuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tēpus adueniat. Nam & sancti angeli qui in cœlis feliciter habitant, ciues eius sunt. Illa Hierusalem cuius conuersatio in cœlis est, quæ sursum cor habet, quæ superna appetit, quam Sara figurauit, libera est .i. ex amoris libertate bono animo studet placere Deo, non ex timoris seruitute quærit pœnam euadere. Libera per spiritum dilectionis, quē accepit à Christo. Vbi.n. spiritus domini, ibi libertas. 2 Cor.6. Et hæc in libertate sua exemplo Saræ genuit nos, ut non quasi serui, sed sicut filij seruiam⁹ patri nostro,

C q est in cœlis. Vere est mater nostra, licet fuisset diu sterilis ut Sara. Hinc enim scriptum est in Esaia: Lætare sterilis &c. Esaias nanque per spiritũ sanctum prænuncians futuram ecclesiæ fœcunditatem, ait: Lætare tu superna Hierusalem .i. ecclesia post aduentum Christi futura, modo q̃dem sterilis ut antea Sara, quę nunc tempore prophetarum *non paris* filios in fide, erumpe in uocem prędicationis, ut quæ diu siluisti, uocem cum magno impetu per uirtutem sancti spiritus emittas, *& clama*, ut à multis audiri ualeas, tu quę modo ante aduentum sponsi *non parturis* .i. nõ conaris parere, non doles ut parias. Idcirco te moneo hæc agere, quia tui desertæ ac derelictæ erunt *filij multi magis quàm eius* synagogæ quę modo *uirum habet* deum uel legis sermonem. Dũ plures filij promittũtur ecclesię, nõ penitus synagoga excluditur à partu, sed multitudo gentiũ illi præfertur. Et ipsa enim in apostolis, ac per apostolos primum populũ genuit de Iudæis. Sicut autem primo Abraham sibi in cõiugium sociauerat Saram, sed propter eius sterilitatem cognouit ancillam, ut uel ex ea prolẽ gigneret, & tandem ex Sara per donum gratię Dei filiũ genuit, ita deus ab initio mundi ecclesiam in paucis electis sibi coniunxit: sed qa tunc illa per prædicationem filios non generabat, interim synagoga uelut ancilla ad amplexus eius introducta, semen prædicationis accepit, unde carnalem populum in seruitute legis pareret, donec circa finem seculi per diuinam gratiã ecclesia multis filijs dotaretur, immo populũ Christianũ uelut Isaac pareret. Vnde exponendo subdit apostolus: *Nos autem fratres secundum Isaac promißionis filij sumus.* Ac si dicat: Iudæi quidem scd̃m formam quæ præcessit in Isaac, sumus filij promissionis. Vel ita: Deus promisit ecclesiæ filios, sicut Saræ promiserat Isaac: sed nos ô fratres scd̃m formam Isaac sumus filij promissionis. Vbi ostendit priorem promissionem de uocatione gentium in Isaac, id est, in filio promissionis. Nam sicut Sara genuit Isaac quia deus promiserat, sic ecclesia gẽtilem populũ in fide peperit, quia deus hoc p̃ prophetas prędixerat. Quod. n. Sara formam ecclesię pręferens, sterilis erat, nec spem generãdę prolis habebat, significat ꝙ natura generis humani peccato uitiata ac per hoc iure damnata, nihil ueræ felicitatis in posterũ merebatur. Sed gratuito dei munere postmodum fœcundata, multitudinem liberorum ecclesia genuit exẽplo Saræ, quæ per gratiã diuinæ promissiõis genuerat Isaac. Qui. s. Isaac risus uel gaudium interpretatur, & significat eos qui in lætitia Deo seruiunt, non ex tristitia uel ex necessitate: & gaudent siquid pro iustitia protulerũt, uel à doctoribus suis audire digni sunt. Vos estis gloria nostra & gaudiũ. Itaque ex eis quæ nũc usque hac lectione dicit apostolus, notandum est ꝙ Agar legem & synagogam designat. Ismael uero filius eius populum Iudaicũ & singulos Iudæorum. Et qñ Agar legem, tunc Ismael populum significat. Qñ uero Agar synagogam uel plebẽ figurat, tunc Ismael singulos Iudæorum uel omnes insinuat. Apostolus. n. qñ dixit unum testamẽtum esse à monte Sina, in seruitutem generans uelut Agar, euidenter ostẽdit ꝙ legẽ Agar significauerit, & Ismael populũ. Sequenti quoque uersu demonstrauit Agar significasse Hierusalẽ .i. synagogam, et Ismael filios eius .i. singulos Iudæorum. Similiter Sara nouam legem & ecclesiam designat, Isaac uero populum Christianum & singulos Christianorum. Nã qñ Sara nouam legem, tunc Isaac nouũ popu-

A lum pręfigurat. Qñ autem Sara ecclesiam, tũc Isaac filios ecclesię. Vbi enim dixit Ap̃s duas matres designare duo testamenta & Agar figurate uetus, ibi necessario ostẽdit intelligendum, quod Sara nouam legẽ expresserat, & Isaac populum Christianorum. Et in sequentibus dicẽs sub similitudine Saræ, Lętare sterilis &c. indicat Saram designare ecclesiam, & Isaac singulos quosq; fidelium. Apte.n. qui per repromissionem natus est, designat filios gratię, qui non per carnis generationẽ, sed per spiritualem regenerationem nascuntur ex ecclesia.

*Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum* Gene.21. *spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura?* Roma.9. *Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.*

Nos (ut dictum est) sumus filij p̃missionis.i.per gratiam geniti, scd̃m formam quę pręcessit in Isaac. *Sed quo modo tunc* Ismael *qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum* genitus fuerat.i.Isaac qui secũdum spiritalem operationẽ diuinæ gratię procreatus erat ex anu sterili, *ita & nunc* fieri cernimus, dũ Iudęus quilibet ex ancilla synagoga scd̃m carnem natus, Christianum ex libera ecclesia scd̃m spiritalem gratiam natũ persequitur, uel pœnis corporalibus eum afficiendo, uel (qđ nũc melius ad rem pertinet) carnales obseruantias suadendo. Nam qui legẽ scd̃m carnem intelligunt, aduersanẽ his qui scd̃m spiritum sentiunt, et p̃sequuntur eos, uel seducere conanẽ. Nulla autem persecutio Ismael aduersus Isaac mota refertur, nisi quidã ludus infantiæ. Ludebat.n. Isma Gene.21. el cum puero Isaac, & ludum illum uocat nunc Apostolus persecutionem. Nam et Saræ displicuit ludus ille, q̃a intellexit ibi seductionis aliq̃d inesse. Nã lusio illa, illusio erat. Si illusio, seductio & deceptio. Om- B nis enim ludus puerorum, simulachrũ est negocij maioris. Et qñ maior ludit cum minimo ad hoc ludit, ut quodãmodo seducat eum, sciens se habere negocia alia quæ intendit: & simulat quędam pueto.i.infirmo ludens cum illo. Maior erat Ismael, & roboratus in malitia. Sed ludens cum puero Isaac seducebat eum, & quasdam fraudes ludendi cum infirmo faciebat. Animaduertit mater ludum illum p̃secutionẽ esse. Sic & ecclesia nunc per Apostolum intellexit ludum, quo Galatis pseudoprędicatores illudebãt & maligna fraude illos seducẽbant, persecutionem spiritalem esse. Plus.n. persequũtur, qui illudendo seducunt. Iudaicus ergo populus in Ismaele designatus, per pseudoapostolos p̃sequebaẽ in Galatis pp̃l̃m Christianum in Isaac designatũ, quasi superior & dignior fieri uolens, uelut primogenitus ad possidendam cum illo hęreditatem. *Sed* non ita erit. *quid enim dicit scriptura* de eo? *Eijce* de domo tua *ancillam* syna Gene.21. gogam *& filium eius* populum Iudaicũ, ne particeps fiat hęreditatis Christianorum. Et necesse est ut ita fiat. *Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ*.i. non possidebit hæreditatem regni cœlorum populus Iudaicus ex ancilla synagoga natus, cum populo Christiano ex libera ecclesia nato. Hoc ita completum cernimus, uidentes ancillam synagogam uel legem carnalem cũ filio suo foris eiectam, et ab hęreditate superna repulsam. Nam sicut Agar ancilla cum Ismaele filio suo ante natiuitatem Isaac mansit in domo Abrahæ, sed post natiuitatem expulsa est, ita lex scd̃m carnalem obseruautiã, uel synagoga cum populo Iudaico mãsit apud eum priusq̃ populus Christianus cœpisset ex baptismo nasci: sed post eiecta est de ecclesia et separata

C à summi patris amplexu & familiaritate atq; hæreditate.

*Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.*

Qñquidē nos sumus filij promissionis scdm Isaac, & Iudæi filij ancillæ persequuntur nos suadendo carnalem legis obseruantiam, *itaq;* patet ô *fratres* quia *non sumus ancillæ filij*, ut seruiliter subijciamur legi, sed sumus filij *liberæ* ecclesiæ uel gratiæ, ut libertate charitatis uiuamus. Si enim essemus filij ancillæ, Iudæi filij eius pacē erga nos seruarent. Sed quia nos ex alia matre. i. ex libera genitos uidēt, libertatem nobis inuident & auferre moliuntur. Ne quis autem putaret nos ita liberos esse naturaliter, sicut fuit Isaac. s. ut seruitus nulla præcessisset, subiungitur quia Christus hac libertate nos liberauit, à iugo uidelicet diaboli, sub quo prius tenebamur serui. i non per liberum arbitrium nostrum, sed p Christū liberatorem à seruitute peccati uenim⁹ ad libertatem īnocentiæ, ac sanctitatis & iustitiæ, scdm quam appellamur filij. Sed ī hac lectiōe possunt adhuc

Daniel. 7. aliqua subtilius inspici. Scriptū est enim qm̄ Abraham duos filios habuit &c. Abraham senex (ut supradictum est) deum patrem designat, quem Daniel antiquum dierum appellat. Qui habuit duos filios, id est duos populos: unum terrena diligētem, alterum cœlestia quærentem: & ideo unum ex ancilla natum, alterū ex libera. Nam quicunq; etiam nūc in ecclesia terrenam felicitatem quærunt à Deo pro bonis quæ faciunt, adhuc filij sunt ancillæ. i. seruitutis antiquæ. In Ismael nāq; sunt omnes, qui carnaliter deum diligunt. i. pro temporali retributione. ad ipsos. n. & uetus testamentum pertinet, et ipsi sunt adhuc in seruitute. Qui. n. propter bona terrena suscipiunt uel seruant legem Dei, ipsi sunt hæredes ueteris testamenti. Similiter quicunq; D uel in ueteri uel in nouo testamento pro sola cœlesti remuneratione deo seruierunt aut seruiunt, p Isaac designantur, & hæredes sunt noui testamēti. Nā & antiqui iusti, licet uetus testamētum p tēporū distributione diuinitus datum populo ueteri congruenter seruauerint, tñ pro Dei gratia filij promissionis effecti sunt, & noui testamenti hæredes in occulto Dei cōsilio, deputati sunt. Etenim illis temporibus fuerunt spiritales uiri, quos nō occidebat litera iubens, sed uiuificabat spiritus iuuans: & nunc quoq; sunt plurimi carnales, qui uel hæreses faciunt non intelligendo scripturas, uel in ipsa catholica fide aut adhuc paruuli lacte nutriuntur, aut tanq; palea perseuerantes futuris ignibus pparantur. Itaq; *al. perseuerans.* ad uetus testamentum pertinent, ut pote filij ancillæ, dilectores temporaliū, dilectores huius seculi, quocūq; tempore sint uel fuerint: & ad nouū testamentum, utpote filij liberæ, dilectores æternæ uitæ. Omnes ergo q per fidem ueniūt ad agnitionē Dei, possunt filij Abrahæ dici. Sed in his sunt aliqui pro bonis tēporalibus Deo seruientes, & aliqui pro charitate Deo adhærentes. Et hi sunt duo filij, unus de ancilla, & alter de libera. Sed qui de ancilla scdm carnē natus est. i. scdm carnis affectum uel cupiditatem processit in hanc conuersationem, ut honeste uiuat p tēporalibus præmijs. Qui autem de libera genitus est, processit ad spiritalem uitam, & ad intentionem supernæ remunerationis, per repromissionem qua deus Abrahæ filios ut stellas. i. præclaros & cœlestes repromisit. Sina. n. mōs est in Arabia, qui cōiunctus est ei, quæ nunc Hierusalē & seruit cum filijs suis. Vt supra dictum est, Sina interpretatur mandatum, Arabia humilis, Hierusalem ui

sio

C sto pacis. Et Arabia significat humilem, id est, humo inhærentem, nec ad cœlestia se erigētem, in tentationem eorum qui tantum terrena quærūt pro bonis quę faciunt: Hierusalem uero pacem ac prosperitatem, quam se in pręsenti uidere gaudent, ut sine perturbatione uel metu bonis huius seculi fruantur. Sina ergo mons est in Arabia, id est, mādatum Dei tumor elationis est in mente per intentionē humi deiecta: quia quisquis infima de his quę bene uideť agere, quærit, tumet de obseruatione diuini mandati, et quasi iustum se esse gloriatur coràm hominibus. Qui tumor arrogantiæ coniūctus est ei Hierusalem, id est, ei prosperitati quę nūc est, & seruit peccatis & uoluptatibus uel cupiditatibus cū filiis suis, quia prosperitatem & diuitias solet comitari superbia, maxime apud eos qui tantū præsentia diligunt. Illa aūt quæ sursum est Hierl'm, libera est &c. Hæc Hierl'm. i. hæc uisio pacis, hæc prosperitas secularis, hæc ciuitas carnaliū quæ nūc est, quæ nūc ad momētū floret, seruit. i. seruilia peccati opera quæ lege prohibentur facit, & seruilibus mundi cupiditatibus acquescit. Sed illa Hierl'm. i. uisio pacis, illa prosperitas, illa sanctorum ciuitas, quæ sursum est, libera est ab omni seruitute peccati, & ab omni cupiditate seculi, quia nec peccat, nec secularia concupiscit. *Quæ est mater nostra*, si & nos exēplo eius seruire peccato cōtemnimus, & cōcupiscētias seculi respuimus. Quę per Saram uetulam designata est, quia et ipsa cœpit ab origine mundi. Sterilis autem dicta est, uel quia secūdum carnem non parit, uel quia diu filios in terra nō genuit. Sed lætari iubetur pro multitudine futurorum filiorum, quia si gaudium erit coràm angelis Dei sup uno peccatore pœnitentiam agente, quanto magis super multis ad iustitiā con-

Luc. 15. uersis? Quæ non parturit, quia dolores non patitur, sed generat spiritaliter sine passione, clamās in lætitia. D Quæ & deserta fuit hominibus cœlestem iustitiam deferētibus atque terrena lucra sectantibus. Sed tandem fœcundata est īnumerabili multitudine filiorum. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc illi qui secūdum carnem nati sunt, persequūtur eos qui secundum spiritum nati sunt. Secundum carnem quippe nati sunt dilectores mundi, amatores seculi. Sed secundum spiritum nati sunt amatores regni cœlorum, dilectores Christi, desiderantes uitam æternam, gratis colentes Deum. Spiritales ergo patiuntur persecutionem à carnalibus, quia ludus carnaliū, persecutio & afflictio est spiritalium. Ludit nanque Ismael, & fratrem suum ludendo quærit seducere, quando carnales dulcibus uerbis illicita suadent, uanitates loquunť, ad delectationes prouocant, risum mouent, libidinem excitant, malis colloquiis mores bonos corrumpunt. Et talibus ludis grauius 1. Cor. 15 persequuntur spiritales, quàm si gladiis illos appeterent. In oībus ergo aduersatur caro spiritui. Siue enim populus carnalium hominum aduersatur populo spiritalium, siue etiam in unoquoque nostrum caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersantur, atque lex in mēbris nostris repugnat legi mentis nostrę & captiuos nos ducit ī lege peccati. Si ergo caro, cuius psonā gerit Ismael, qui secundum carnem natus est, spiritui blandiať, qui est Isaac, & illecebrosis cū eo deceptionibus agat, si delectationibus illiciat, uoluptatibus molliat, huiuscemodi ludis carnis spm, Sarā maxime, quę est uirtus, offendit: & huiusmodi blandimenta acerbissimam persecutionem iudicat Paulus. Et tu

C igitur quisquis hæc audis, non illam describi nunc persecutionem putes, qñ furore Gentilium ad imolãdum idolis cogeris: sed si forte uoluptas carnis te illiciat, si tibi libidinis illudat illecebra, hęc, si uirtutis es fili⁹, tanq̃ persecutionem maximam fuge, idcirco enim dicit, Fugite fornicationem. Sed & si iniustitia blandiat, ut personam potẽtis accipias, & gratia eius flexus non recte iudicium feras, intelligere debes qa sub specie ludi blandam persecutionem ab iniustitia pateris: Verũ & per singulas malitiæ species, etiam si molles & delicatæ sint & ludo similes, persecutionum species dicito, qa in his omnibus uirtus offenditur. Ita ergo filius ancillę ludendo persequitur filiũ liberæ. Sed qd dicit scriptura? Audi uocem ipsius liberæ: Eijce ancillam & filiũ eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Eijce legis seruitutẽ, qua pro temporali retributione seruitur Deo, & ppl'm carnalẽ licet nomen Christianitatis habẽtem. non. n. filius uetustæ seruitutis erit regni cœlorũ hęres cum filio nouæ libertatis. Quicunq; enim mores ueteris hoïs adhuc retinet, filius est ancillæ. i. seruitutis antiquæ, licet Christianus uocetur, & ideo in fine de ecclesia iustorũ eijcit, ut non sit hæres cum his qui in nouitate uitæ ambulant. Rursum eijce hæresim, et ppl'm quem ipsa genuit. non. n. hæres erit filius hæresis cum filio catholicæ ueritatis. Nam & hæresim designat ancilla. Itaq; fratres nõ sumus filij ancillæ, ut seruiamus peccato, & cõcupiscentijs seculi uel erroribus: sed filij liberę, ut nostram uel Dei uoluntatẽ cõpleamus in charitatis libertate, exuti mũdana cupiditate. Qua. s. libertate Christus per grãm suã nos liberauit, ut iam per liberũ arbitrium bonę uolũtatis nr̃æ, possim⁹ gratũ Deo seruitiũ reddere.

Nota.

1. Cor. 6.

CAPVT V. D

*State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.* Act. 15.

Modo per Christũ (sicut dixi) uos estis liberi, & ideo *state* in libertate quam accepistis. i. non recedatis ab ea, sed permanete semp usq; ad mortem in illa, *& nolite iterum contineri à iugo seruitutis.* Prius enim uos continuit iugũ seruitutis idolorũ, & nũc iterum uultis colla uestra subdere sub iugo seruitutis legaliũ obseruantiarũ. Ex hac admonitione & multis alijs epistolæ huius sententijs apparet, quia nondũ se subiecerant per actionem seruituti legis, sed subijcere uolebãt. Nolite iugo seruitutis iterum contineri, nec saltem iugo solius circuncisionis. Nam *ecce*, id est, notum sit uobis quia *ego Paulus*, qui notæ sum authoritatis, qui hoc euangelium non accepi ab homine, sed à Christo, qui & in me loquitur, *dico uobis* ueraciter, *quia si circumcidamini*, sicut facere uultis, ut in circũcisione spem salutis ullã habeatis, tam ingens damnũ incurretis, quòd *Christus nihil proderit* uobis, quoniam circuncisio tam non solum non prodest, sed etiam obest. Tali intentione posset quis circuncidi, qđ non magis obesset uel prodesset sibi illius pelliculæ abscisio, quàm unguium uel capillorum resecatio. Sed istis psuasum erat q̃ sine legis operibus salui esse non possent, ideoq; circuncidi uolebant & legis duritiam custodire, quasi per hæc iustificandi atq; saluandi. Quia ergo in huiusmodi legis operib⁹ & maxime in circuncisione putabant, suam spem salutemq; contineri, idcirco tanq̃ à certa pernicie uetanť. Nam si post saluatoris aduentũ gentes illa prophetica legis sacramenta seruarent, aut Christus adhuc uen-

A turus per ea promitti uideretur, aut nunc in eis fuisse promissus. Quisquis itaq; adhuc umbram illam custodit, ueritatem quæ Christus est, uenisse contradicit, & ppterea nihil proderit. Volebāt enim (ut dictū est) ideo circuncidi, quia putabant non aliter ī Christo se posse saluari. Qui si hoc animo circūciderentur, Christus eis omnino nihil prodesset. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Nec solum, inquit, hoc dico, quia si circūcisi fueritis, nihil cōmodi ex Christo percipietis, sed etiam rursum *testificor omni homini* qui se circuncidit, tam Iudæo q̃ Gentili pro adipiscenda iustitia, *quoniam debitor est faciendæ*, id est, factis implēdæ *uniuersæ legis*, sicut qui baptismum percepit, debitor est faciendi præcepta euangelij. Ac si dicat: Non solum hoc damnum ex circuncisione habebitis, quòd Christi fides & baptismus nihil uobis pderit, sed ēt necesse erit uos subire laborem tantæ seruitutis, ut assidue cuncta legis præcepta faciatis. Et ideo magis dimittenda est circuncisio.

Sup. 2.

*Euacuati estis à Christo. Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Non enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.*

Infra. 6.

Circūcisis uobis necesse erit totā seruare legem, etiam si nolueritis. Et mox ut illa dura literæ prædicamenta seruare cœperitis, *euacuati estis à Christo*, quo pleni eratis, ut non maneat amplius in uobis. Eratis enim uasa per fidem Christo plena, & Christo in uobis manente eratis referti innocentia & remissione peccatorū, atq; gratia sancti spiritus, & iustificatione in bonis operibus & spe futuræ gloriæ: sed nunc Christo recedente euacuati estis omni illo tam diuite thesauro, si legis seruitutem subieritis. Et *qui in lege iustificamini*, id est, iustificari putatis, *excidistis*, id est, ex toto B cecidistis, *à gratia* euangelij, in qua prius stabatis, dum spiritaliter in Christo uiuere studeretis. Ad hoc enim uenit gratia, ut cessante legis onere, sola iustificet. Et ideo qui legis seruitutem reducit, libertatē gratiæ perdit. Sic loquitur Apostolus, quasi iam oīa hæc fecerint aut pertulerint, ut magis à faciēdo deterreat, cum uiderint quāta ex his detrimenta sequantur. Possumus etiam intelligere quosdam eorum iam ad opera legis delapsos fuisse, et ad eos specialiter nunc Apostolum uerba dirigere, cū dicit, Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Vos, inquit, iustificamini, id est, iustificari creditis in lege, sed erratis: quia nos soli iustificabimur, qui iustificari ex fide q̃rimus. Nos enim spiritu, id est, per spiritum sanctum qui non fallit, quem habemus ex fide, indubitanter expectamus spem iustitiæ, id est, speratur ipsa iustitia. Quamuis enim iustificati simus ex fide, speramus tamen in ipsa iustitia de die in diem proficere, & mens nostra esuriens sitiensq; iustitiam, non nisi in futuro seculo satiabitur plenarie. Et hāc spem expectamus spiritu gratiæ, non ex operibus legis. Ex his enim nemo iustificabitur. Vel qui in lege carnaliter iustificamini, à gratia futuræ beatitudinis in appetitum terrenæ felicitatis excidistis: quia nos soli cōsequemur gratiā illius retributionis pro iustitia, quam ex fide credimus prouenire. *Nos enim spiritu* accepto *ex fide expectamus* per patientiam *spem iustitiæ*, id est, spem quam sperat iustitia, hoc est, gratiam felicitatis æternæ. Fides enim præcessit, & ex ea spiritum sanctū diuinitus accepim⁹, q facit nos expectare gratiā supernę remunerationis, p labore nostro. Gratiā recte dico, qa nemo labore tpali iuste suf-

C ficit ęternam requiem promereri. Ex fide aũt propterea dixi, qa ipsa fides est quæ ualet apud Deum. Nam circũcisio quam uultis facere, nihil ibi ꝓdest. *Nam in Christo Iesu*, id est, in Christi membris, in Christi religione, *neq; circuncisio, neq; præputiũ ualet aliquid*, sed integra fides. Ne diceret Galatę se uelle facere circũcisionẽ, quã fecit Abraham qui legẽ nõ habuit, qa etsi non inde iustificarenť, maioris tamẽ per hanc dignitatis essent in Christiana religione, dicit Apl's quia in Christo Iesu, id est, in Christi corpore, quod est ecclesia, nõ ualet aliquid circuncisio, id est, nihil utilitatis uel dignitatis confert. Et rursum ne inciperẽt gloriari de præputio, existimãtes illud ibi aliquid ualere, qa circũcisionem dixit inutilem, subiungit quia nec præputiũ ualet ibi quicq̃. Nam siue circũcisus, siue præputiatus sit qsq̃, non ꝓpter hoc aut dignior aut uilior est in Christiana religione. *Sed* sola *fides* est ibi magnæ dignitatis, & fides *quæ per charitatem operatur*, id est, nõ mortua, sed uiua. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est: nec fides ueteris testamenti, seruiens ex timore, sed fides euãgelica faciens ex charitate opa bona, non expectans temporalem retributionẽ, sed uidendam perpetuo creatoris faciem. Hęc est fides electoꝝ, quę perducit ad salutẽ. Nam & dæmones credunt & cõtremiscunt, non tamen diligũt nec bene operanť. Et ideo fides quæ nõ habet charitatem & opera bona, fides dæmonum est, non Christianoꝝ. Illa ergo sola fides, quæ & charitate flagrat, & bonis operibus insudat, ualet in Christo Iesu.

Iacob. 2.

Ibidem.

*Currebatis bene. Quis uos fascinauit ueritati non obedire? Nemini consenseritis. Persuasio hæc est non ex eo qui uocat uos. Modicũ fermentum totam massam corrumpit.*

1. Corin. 5.

Prædicta fides uia est ad speciem diuinæ cõtemplationis. In qua fide D uos operando & desiderando *currebatis bene* ad brauiũ remunerationis ęternæ. Sunt enim nõnulli qui male currũt. Sed uos bene currebatis, dũ per opera fidei cũ charitate ad cœlestem patriam festinaretis. Nunc aũt *quis uos fascinauit*, id est, qs uos liuido aspectu læsit, *non obedire*, id est, ne obediretis *ueritati*, quę ultro se uobis ingerit? Quis, id est, cuius peritiæ & cuius authoritatis est, qui fascinatione suę locutionis impediuit ne obediretis ueritati quam tradidi uobis, ut scilicet sine legis operibus per obseruãtiam euangelij curreretis ad uitam? Miræ enim sapientiæ & authoritatis eẽ debuit, cui uos magis q̃ mihi credendum fore iudicastis. Sed uos nemini talia uobis suadenti consenseritis, imo uiriliter illi resistite, quoniam persuasio hæc nõ est ex eo qui uos ad supernam patriã uocat, sed potius ex diabolo qui uos inde reuocat. *Nemini* illoꝝ qui legis opa uobis suadent, *consenseritis*: qa *modicum fermentum totam massam corrumpit*, id est, pauci errantes totam ecclesiæ multitudinem plerũq; corrumpunt acredine feruoris peruersę doctrinę suę. uel modicũ fermentum totam massam corrũpit, id est, modica persuasio erroris si ei cõsentiatur ut in corde recipiať, acerbam & inutilem reddit totam uirtutũ omniũ multitudinẽ. Vbicũq; enim uel modicũ perfidiæ admissum fuerit, ibi protinus omne bonũ deperit. Siue de sola circũcisione potest hoc intelligi, quoniam de illa multũ dubitãt, quã fuisse quondam in patre fidei nostræ uidebant. Quãuis (inquit) circũcisio sit modicũ, id est, modica pars legis, tamen uobis innouata nullo modo facienda est: qa modicũ fermentum, id est, modica pars ueteris doctrinæ, sicut est in circũcisione, corrũpit totã massam, id est, totam plebem nouellã &

A dulcem uertit in amaritudinem, & tumorem antiquæ plebis Iudaicæ.

*Ego confido in uobis in domino, quòd nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium, quicunq; est ille.*

Modicũ prauæ doctrinæ corrumpit totam puritatem ueritatis catholicæ. Sed *ego confido*, id est, confidentiã & certitudinem habeo, *in uobis*, quos corrigendos prçuideo in domino salutem uestram operante, *qđ nihil aliud* q̃ synceritas catholicæ fidei continet, sapietis. Et ita uos quidem bene per domini misericordiam euadetis. Sed ille *portabit iudicium* suæ damnationis, *qui uos conturbat*, id est, q purũ fontem uestri intellectus ac lympitudinem uestræ fidei cœno suæ hæresis ĩmisso turbidũ reddit, uel rectũ ordinem gressus uestri cõfundit, quo de seruitute uenistis ad libertatẽ. Hunc enim ordinem pmutare uolũt pseudoapostoli, dum de libertate ad seruitutem uos reducere conanť, quod est ordo peruersus. Sed quisqs hoc facere nitiť, portabit iudiciũ, id est, sustinebit põdus suæ damnationis, *quicunq; est ille*, id est, etiam si sit filius Abrahæ, si sit facũdus, si sit potens. Eodem spiritu quo præuiderat Apostolus correctionem Galataꝝ, præuidit & pertinaciam atq; damnationem pseudoapostolorum qui eos seduxerant. Qui & subiungit.

*Ego autem fratres, si circũcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis.*

Intelligendum est quia pseudomagistri cum uellent Galatis seruitutẽ legis persuadere, & uiderẽt eos Pauli apostoli authoritate reuocari, dicebant etiam ipsum Paulum id sentire, sed non eis aperire uoluisse sententiam suam. Vnde opportunissime subiecit: Ego autem fratres &c. Nam & ab ipsis patiebatur persecutionem, qui talia persuadere moliebantur, cum iam euangelium suscepisse uiderentur. Quos tãgit & alio B loco, ubi ait, periculis in falsis fratribus. Nam qa Timotheum propter 2. Cor. 11 uitandum scãdalum Iudæoꝝ, quos ad fidem quærebat adducere, circũ- Actu 16. ciderat, idcirco dicebant eum circũcisionem apud alios prædicare. Qđ ipse nunc remouet. Illi (inquit) uos conturbant suadendo uobis circuncisionem, legisq́ seruitutẽ, & dicendo me quoq; aliis adhuc prædicare circũcisionem. Sed *ego ò fratres si adhuc* post fidem ut olim *prædico circuncisionẽ*, sicut ipsi dicunt, quid, id est, quare, *adhuc patior persecutionem* ab ipsis & à Iudæis? Inde enim patet me non prædicare circuncisionem, quoniam patior à Iudæis persecutionem, cum non sit alia causa cur me persequantur, nisi qa circuncisioni non acquiesco. Si enim illam prædicarem, nunquam me persequerentur: et si illam (ut asserunt) prędico, *ergo euacuatum est scandalum crucis*, id est, non irascuntur Iudæi de cruce Christi, si assero homines circuncisione iustificari. Si illam iustificationi uel saluti necessariam pdico, euacuatum, id est, uacuum ab utilitate factum est dominicæ crucis scandalum, quo Iudæi scandalizantur & irascũtur contra me, dum sola cruce et passione Christi assero credentes iustificari. Sed utrũq; fieri non potest, ut ego iustitiam uel salutem esse prædicem & ex circuncisione et ex cruce. Nam si ex circũcisione prędico salutem, destructa est euangelica p̃dicatio mea, qua annuncio reparationem humanæ salutis ex cruce domini, unde & Iudęi indignantur salutem ex cruce prædicari. Non est ergo causa ut persecutionem patiar, si circuncisionem prædico: quia prædicando illã, prędicationem crucis quę persecutionis meę causa est, destruo. Sicq́ euacuatum est, id est, superuacuum & inutile factum est scandalum cru

C cis, quod Iudæos côturbat: hoc est, Christus gratis mortuus est, si adhuc oportet circuncisionē & legem carnaliter obseruare eos, qui iustificari quærunt & saluari.

*Vtinam & abscindantur, qui uos côturbant. Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Quòd si inuicē mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini.*

Matt. 22 Leuiti. 19.

Scandalum crucis est euacuatum, si circuncisionem prędico, sicut pseudoapostoli dicūt me facere. Vtinam autem & ipsi qui crucē Christi euacuare uolūt nostra salute, euacuenē suo errore. *Vtinam & ipsi abscindantur*, id est, castrentur. sunt enim spadones qui seipsos absciderunt propter regnum cœlorū. Vtinam abscindantur non carnaliter, sed spiritaliter, id est, uim generandi perdāt, ut neminem corrumpere ualeant, ut seminare in uobis & in aliis carnalia desistant, nullamque omnino generandi efficaciam habeant ipsi, *qui* nunc carnalia semina legalium obseruantiarū diffundendo *conturbant uos*, & generāt erroris filios. Bonum illis optat Apostolus, ut scilicet spiritali ferro abscindatur ex eis illud, unde feruent spiritaliter ad corruptionē mētium aliorū. Quòd si maledicendo intelligitur hoc dixisse, sciendum quia sancti uiri cū maledictionis sententiam proferūt, non ad hanc ex uoto ultionis, sed ex iustitię examine erūpunt. Intus enim subtile Dei iudiciū aspiciunt, & foras exurgentia quo male dicto ferire debeant cognoscunt: & eo maledicto non peccāt, quo ab interno iudicio non discordant. Hinc est quòd Petrus in offerentem sibi pecuniam Simonem, sententiam maledictionis protulit, dicens: Pecunia tua tecū sit in perditione. Qui enim non ait, est, sed sit, non indicatiuo,

Matt. 19.

Actu 8.

sed optatiuo modo se hæc dixisse significauit. Hinc Elias duobus quinquagenariis ad se uenientibus dixit: Si homo Dei sum descendat ignis de cœlo, & cōsumat uos. Quorum utrorumque sententia, quanta ueritatis ratione conualuit, terminus causæ monstrauit. Nam et Simon æterna perditione interiit, & duos quinquagenarios desuper ueniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequēs testificatur, quæ mente sententia maledictionis promitur. Cum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicit, usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis fine colligitur, quia ab imo & intimo iudice in reum sententia sumpta iaculatur. Igitur & Paulus eodem modo pseudoapostolos, quos in errore perseueraturos uidebat, maledicere potuit, dicens. Vtinam abscindanē qui uos cōturbant. Nam si omnis arbor quę non facit fructum bonū excideē, & in ignem mitteē, quanto magis quę facit fructū malū? Melius est ergo ut pauci qui perituri sunt pereant, ne alios qui saluari possunt, diutius in errore teneāt, quia lōgo tempore uiuentes, multos secū in perditionem trahant. Itaque pro multorū salute paucos illos, quos spiritu prophetico perituros præuidebat, optare potuit ab hac uita citius abscidi, ne amplius peccata peccatis superadderent, & grauiorem sibi perditionē acquirerent. Hęc quippe maledictio non fuit ex malitia delinquentis, sed ex rectitudine iudicis. Qui enim tā recta maledicens intulit, non perturbationis uitio succubuit, sed Dei iudicio concordauit. Vel sic intelligaē hæc abscissio, sicut dn̄s in euangelio pręcepit membra quæ nos scandalizauerint, abscidi & proiici à nobis: ut quia isti pseudo scandalū generant inter eos, separenē penitus & alienētur ab eis. Et expedit (inquit) ut ab-

D

4 Reg. 1.

Matt. 3.

Nota.

Matt. 5.

C scindantur ex uobis, qui uos cõturbant, & rectum ordinem itineris uestri cõfundunt, reuocantes uos à libertate in seruitutem, qa *uos* à seruitute peccati *uocati estis* diuinitus *in libertatem* fidei *ô fratres*, qui unũ patrem habere cœpistis Deum, unamq; matrem ecclesiam. In libertatem uocati estis, ut non timore, sed amore bona faciatis. Quisquis.n. uera charitate feruet, adeo liber ẽ, ut ei libeat agere quicqd uoluerit, qa non uult nisi quod bonum est. Et ita charitas ac bonæ uoluntatis affectus ipsa est libertas, ad quam uocati estis. Liberi ergo estis, tantũ ne libertate abutamini, faciendo quod uobis carnaliter placuerit. Tũc enim amitteretis libertatem, si uos ad satisfaciendum carni liberos putaretis: qa qui facit peccatũ, seruus est peccati. Cum ergo sitis in libertate gratiæ, & non in seruitute legis, in libertate bonæ uoluntatis, & non in seruitute peccati, hoc *tantum* uobis est obseruandum, *ne spiritalem uestram libertatem detis in occasionem carnis*, ne scilicer quia liberi estis & metus legis non incumbit, ideo carnis desideria sequamini, q̃si liberam ptãtem hñtes faciẽdi qđ caro uoluerit. Non pmittatis ut caro ex libertate accipiat occasionẽ uoluptuose uiuendi, *sed* potius *per charitatẽ spũs* quæ est uirtus mẽtis, *seruite inuicẽ.* Quia uocauerat eos liberos, nollent iam alicui seruire, sed ex libertate ppria unus aduersus alterum præsumeret. Et hoc itẽ remouet. Ac si dicat. Nõ debetis libertatem uestram peruertere, sed potius seruire inuicẽ per charitatem spũs.i. alter alteri, nõ timore seruili, sed libertate charitatis. Qđ fieri non põt, nisi alterius infirmitatem qsq; habeat sicut suam, ut eam æquanimiter ferat, donec ab ea libereẽ ille cuius curat salutẽ. Et hanc liberã seruitutem debetis libenter amplecti, qa *omnis* lex quã uultis

Ioan.8.

implere, *in uno sermone*.i. in uno mãdato implerẽ quo dicĩ: Diliges pximũ tuũ sicut teipsum. In proximi dilectione potestis omnia legis pcepta, quæ ad bonos mores ptinent implere. Merito.n. qui pximum diligit ut se, legem dicitur implere: qa quicqd non uult sibi ab alio fieri, studet cauere ne faciat alij: et qcquid iure sibi uult ab alio fieri, quantum põt, ipse facit alij. Sic enim qcquid lex prohibet, uitatur: & quicqd ipsa moraliter iubet, impletur. Nam & Deũ necesse est diligat, qui pximum sicut se diligit: qa non se diligit, sed odit, q Deum non diligit. Qui enim Deum non diligit, iniqiatem diligit: qui autem diligit iniquitatem, odit animã suam. Itaq; in proximi perfecta dilectione complenẽ oĩa quæ iubenẽ in lege. Si ergo per charitatẽ seruieritis inuicẽ, tũc fraterna dilectione cõplebitis uniuersam legẽ. *Quod*, id est, sed si uos *inuicem* odiose *mordetis*, tunc oĩa legis iura uiolatis. Si uos iuicẽ mordetis, id est, in aliquo alter alteri detrahitis, *& comeditis*, id est, totũ qđ in uobis est deuoratis, *uidete ab inuicem cõsumamini*, id est, in nihilum redigamini. Occasione charitatis tãgit hoc uitium eoꝝ. Si uos iuicem canino dente mordetis, clam detrahentes alter alteri, & lacerãtes mutuo uitam uestram, ac manifeste uerbis cõtendentes, comeditis uos uicissim.i. deuoratis furiosẽ totã adinuicẽ uestrã cõuersationẽ litigando criminãtes, & oĩa bona ũra uicissim carpendo blasphemantes, uel iniurias inferentes, uidete ne dum more canum uiuitis, more canũ alternis morsibus cõsumamini.i. ne oĩa uirtutũ bona quæ in uobis erant, deuorenẽ ab inuicẽ. Qui.n. uirtutibus alterius detrahit, uirtutes pprias minuit uel amittit. Et qui bona alteri⁹ lacerat, ipse sua bona corrodit & adnullat. Et q iniuriã alij facit, iustã sibi damnatio-

D

Leui.19.

Psal.10.

C nem acquirit. Qui ergo detractionibus & iniurijs, uel criminationibus inuicē se mordent et comedunt, inuicem bona sua consumunt et pdunt. Cōsumunt.n. ab inuicem, qa ille qui accipit iniuriam, consumit eum qui infert.i. causa cōsumptionis eius est: & alius similiter dum & ipse ab eo patitur iniuriam uel criminationē, siue detractionem, consumit eum.i. causa fit cōsumptionis uirtutum ac bonorum eius.

*Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunque uultis illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.*

Superius, inquit, dixeram, ne libertatem detis in occasionē carnis, sed per charitatem seruiatis īuicem: sed nunc dico, qualiter hæc agatis. Scilicet *ambulate in spiritu*.i. de uirtute in uirtutem pmoueamini in bonis operibus duce spiritu sancto, qđ est per charitatem seruire inuicem. *& nō perficietis desideria carnis*.i. nō cōplebitis actu uel cōsensu delectationes quas caro desiderat, qđ est, nō detis libertatem uestram in occasionē carnis. Ambulandum.i. proficiendum spiritu semper est, ut mente & opere semper ad anteriora tendatis, dum estis in uia uitæ præsentis: & ecōtra cauendum uobis est, ne desideria carnis quę militant aduersus animam, perficiatis. Non dico, ne faciatis.i. ne habeatis illa, quoniam in hoc seculo non habere illa non potestis: sed ne perficiatis, ea.i. ne opera eorum cōsensu uoluptatis impleatis. Non enim perficiuntur in malo, quando eis non accedit nostrę uoluntatis assensus: sed tamen fiunt in eo ipso quòd in nobis sunt, qa non potest esse quin desideremus. Et debetis omnino reluctari, ne carnis desideria, idest, carnales concupiscentias perficiatis; quia *caro concupiscit aduersus spiritum* uestrum, uel aduersus spiritū Dei, qui in uobis est. Nam in malis hominibus non habet contra quem concupiscere. Ibi enim concupiscit aduersus spiritum, ubi est spiritus. In malis autem non est spiritus Dei. Sed & contra spiritum eorum non concupiscit caro, quia non inuenit eum rebellem carnalibus cōcupiscentijs suis, sed secū pariter concupiscētem. In bonis uero, ubi & spiritus Dei est, & spiritus humanus repugnat desiderijs carnis, caro cōcupiscit aduersus spiritum, sed *& spiritus aduersus carnem*. Et hoc est graue & intestinū bellum. Quod nunquam in uobis esset, si natura humana per liberū arbitrium in ea rectitudine, in qua facta est, perstitisset. Nūc uero quæ pacem felix cū Deo habere noluit, secū pugnat īfelix. Et cū sit hoc malū miserabile melius tñ est, q̄ sine ullo cōflictu uitijs seruire. Melius est.n. bellum cū spe salutis ęternę, q̄ sine ulla liberationis cogitatione, captiuitas. Caro itaq; concupiscit aduersus spiritū, sed & spūs aduersus carnē. Caro nihil nisi p aīam concupiscit. Sed cōcupiscere caro aduersus spiritum dicit, qñ anima carnali concupiscentia spiritui reluctat. Causa uero carnalis cōcupiscentiæ non est in aīa sola, sed in anima & carne. Ex utraq; enim fit, ex anima scilicet, quòd sine illa nulla delectatio sentitur: ex carne autē, quod sine illa carnalis delectatio non sentitur. Caro igitur concupiscens aduersus spiritū, carnalis delectatio est, quā de carne & cū carne spūs habet, aduersus delectationē quā solus habet. Solus qppe habet (nisi fallor) illā delectationē, non cū carnis uoluptate uel carnaliū rerū cupiditate cōmistam, de qua dicitur, Delectare in dño, et dabit tibi petitiones cordis tui. Cōtrarię ergo sūt concupiscentię carnis concupiscen-

Psal. 83. Psal. 36.

C tijs spiritus, concupiscentiæ spiritus concupiscentijs carnis. *Hæc enim duo i. caro & spiritus, aduersantur sibi inuicem* tantum, *ut quæcunq; uultis*, siue bona, siue mala, non faciatis. i. nō permittamini facere *illa*. Quę. n. uultis, nisi ut omnino nullæ concupiscentię malarum et illicitarū sint delectationum? Quis sanctus non hoc uelit? Sed nō efficit. Non uos permittunt implere quod uultis. Nolite eas permittere implere quod uolunt, et ita nec uos, nec illæ facietis quod uultis. Dū. n. pugna hæc in nobis est, nō facimus quod uolumus. Quid. n. facere uolumus, cum perfici uolumus sine summi boni, nisi ut caro aduersus spiritum non concupiscat, nec sit nobis hoc uitium, cōtra quod spiritus concupiscat? Quod in hac uita quāuis uelimus, qm̄ facere nō ualemus, id saltem in adiutorio Dei facimus, ne carni cōcupiscenti aduersus spiritū succumbētes cedamus, & ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Nec carnis ergo concupiscentiæ perficiuntur, quamuis fiant: nec nostra perficiuntur bona opera, quamuis fiant. Sicut enim tunc perficitur carnis concupiscētia, cum consentit & spiritus ad opera mala, ut non concupiscat aduersus illam, sed cum illa: sic & bona opera nostra tunc perficientur, qn̄ spiritui caro consenserit, ut aduersus eū etiā ipsa non concupiscat. Hoc. n. uolumus, cum perfectionem iustitiæ concupiscimus. Sed hæc nostra uolūtas non perficitur, quandiu carnis concupiscentiarum quibus non consentimus, permanēt motus. Nec in hac dissensione carnis & spiritus alterutrum putare debemus inimicū, sed uitium quo caro concupiscit aduersus spiritum. Quod sanatum nec ipsum erit, & substātia salua erit utraque, et inter utrāq; nulla pugna erit. Postq̄ autem dixit Apostolus carnem & spiritū inuicem aduersari, ut D ea quę uolumus, facere nequeamus, ne ab ipsa pugna desides nos faciat, & per hanc sniam laxamentum peccandi dedisse uideatur, adiūxit. *Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege*, Quasi diceret: Cum caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem, his qui ducuntur desiderijs carnis, iure dominat̄ lex, quæ terrendo cōpescat eos. Sed uos si spiritu ducimini, non estis sub lege. Sub lege. n. est, qui timore supplicij qđ lex minatur, non amore iustitiæ abstinet ab opere peccati, reus in uolūtate, qua mallet non esse quod timeret, ut libere faceret quod occulte desiderat. Ergo nondum habet iste spiritum sanctum quo ducatur. Quisquis. n. spiritu dei ducitur in operibus suis, nō est sub lege, quæ timorē incutit, sed in charitate, quæ nō per legis literā, sed per eūdem spiritum diffunditur in cordibus electoꝶ. Hi uero damnabiliter sunt sub lege, quos lex reos facit nō implentes legem, dū nescientes gratiæ beneficiū ad facienda Dei præcepta, quasi de suis uiribus præsumunt, quia spiritum sanctum non habent, quo rectore ducātur & adiuuētur. Ab hoc autem loco demonstrare inchoat Apostolus, quia spiritu (sicut monuerat) sit ambulandū, & non perficienda carnis desideria, hinc carnis inhonestates & inutilitates, hinc spiritus honestates & utilitates proponendo. Nam subiūgit.

*Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt: Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.*

Ambulandum, inquit, est spiritu, quia sicut dictum est, si à spiritu sancto ducimini, iam istud cōmodum inde habetis quòd nō estis sub one-

C re uel seruitute legis, sed in libertate charitatis: & ecōtrario cauendū est, ne pficiatis desideria carnis, qm̄ ex perfectione eorum procedunt opera quę cunctis apparent mala. Non. n. dubia, sed *manifesta sunt opera carnis*. i. praua et detestanda uidentur doctis & indoctis, & ideo sunt fugienda, q̄ quidem sunt hmōi: Fornicatio uulgariter fit cum meretricib⁹, quę prostituebantur sub arcuatis, & loca illa uocabantur fornices, unde & fornicatio nomē accepit. Fornicatio prima ponitur inter opera carnis, quia nullū peccatum ita redigit animam ad carnalitatem sicut fornicatio: q̄m misera anima nihil aliud cogitare ualet, nisi ea quæ carnis sunt, quandiu turpissimo fornicationis opere est occupata. Immunditia uero est, quā mares inter se perpetrant, uel quam solus quis agit. Impudicitia, ea uero est quam cognati inter se exercent, alio nomine dicta incestus, quemadmodum supra admonuimus. Luxuria autem fit cum mulieribus, quæ nec publicę meretrices sunt, nec legitimæ uxores. Idolorum quoq; seruitus inter opera carnis numeratur, qa nōnunq̄ ob amorem mulierū committitur, sicut à Salomone pp alienigenas uxores, uel à filijs Israel in Sethim, propter filias Madian. Sed & ueneficia. i. inherbationes et uenenorum confectiones, sæpe fieri solēt ob fornicationem & libidinosum amorem. In his omnibus apparet q̄ magnum & principale uitium sit fornicatio, de qua tot mortiferæ pestes p̄deūt. Inimicitiæ uero sunt, qn̄ aliqui se inuicem odio habent, & moliunt uicissim malū quod possunt, uel faciunt. Quæ plerunq; ex contentionibus oriuntur, qn̄ prius uerbis cōtenditur, & inde ad inimicitias uenitur. Cōtentio. n. pro lite accipitur. Contentio nanq; est, ubi non ratione, sed animi ptinacia defendit, & ubi non

1. Reg. 11. Nu. 25 31.

ueritas quæritur, sed animositas fatigatur. Vel contentio de primatu est, D qn̄ alter præferri alteri uult. Quam apte sequitur æmulatio, quæ dicitur esse dolor animi, cum alius peruenit ad honorem, quem duo uel plures appetebant, & cęteri liuore torquentur qui non potuerūt assequi. Ira autem est subita tempestas animi, quæ multa mala sæpe ppetrare solet, dū nec rationem nec iustitiam attendit, sed irrationabilr̄ irruit ad faciēdum qđ concitatus animus stimulat. Rixa uero est, ubi duo se inuicem percutiūt, uel inter se confligūt. Dissensio est, ubi non omnes in una uolūtate uel in uno sensu cōcordant, sed diuersa uolūt & partes faciūt. Vnde & secta. i. hæresis plerunq; generat̄. Inuidia uero, q̄ aliena felicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionem, cū aut quod ipse est, alium esse nō uult: aut aliū uidens esse meliorem, dolet se non esse cōsimilem. Homicidiū autem est hominis occisio, & recte homicidia subnectūtur inuidijs, qa sæpe inuidia generat homicidiū, sicut diabolus per malignitatem inuidiæ primū hominem occidit, & Cain Abel fratrem suū, atq; summi sacerdotes Christum. Ebrietas est nimia uini potatio, statū mentis imutans. Hęc nanq; simul cū corpore animam debilē reddit. In ebrietatis. n. ægritudine corpus simul & anima corrūpit̄, spiritus pariter cū carne uitiatur. Omnia membra fiūt debilia, pedes, manus, lingua resoluta. Oculos tenebræ, mentem uelat obliuio, ita ut hominem se nec sciat esse, nec sentiat. Comessationes uero sunt inhonesta & luxuriosa conuiuia. Hæc omnia dicit apostolus opera carnis esse. Et fornicationes qdē, imunditiæ, ipudicitiæ, luxuriæ, ebrietates ac comessationes ad uoluptatē carnis pertinent. Seruitus autem idolorum, ueneficia, inimicitiæ & cæte-

Gene. 4.

A ra quę sequunt, animi potius q̃ carnis uitia sunt, qñquidem fieri potest ut propter idololatriam uel hęresim à uoluptatib9 carnis temperetur. Et tñ etiam tunc homo quãuis carnis libidines cohibere uideat, scdm carnem uiuere hac apostolica authoritate conuincit: & eo q abstinet à uoluptatibus carnis, damnabilia opera carnis agere demõstratur. Hęc. n. omnia *& his similia* doctor gentiũ opera carnis appellat, qa eo locutionis modo quo totum significatur à parte, ipsum hominẽ uult nomine carnis intelligi. Qui. n. nõ scdm spiritũ .i. scdm Deũ uiuit, sed scdm carnem .i. scdm hominem. s. scdm seipsum, merito uocatur caro. Hæc, inquit, & his similia sunt opera carnis, q̃ nũc per epistolam absens prędico ac prę nuncio uobis, sicut & dum præsens essem, prędixi mortifera esse. Prędico & præmonstro nunc uobis, dũ licet cauere, dũ licet pœnitere, ante iudiciũ, ante damnationem, quæ sunt factura illa opera. i. ablatura regnum cœlorum, qa etiam quodlibet eorũ tollet illud regnum. *quoniam qui talia agunt* opera, *regnum Dei non consequentur.* Non qui aduersus talia confligunt, sed qui talia agunt. Aliud. n. est praua opera facere: aliud, aduersus ea confligere. Et hactenus quidem partim descripta sunt inutilia & execrãda carnis opera, post hęc autem exponuntur & utilia ac sacra spiritus opera, cum dicitur:

*Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patiẽtia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex.*

Opera carnis qualia sunt, dictum est. Sed opa sancti spiritus habitantis in homine, sunt ista quæ subduntur: quę magis sunt appellanda fructus, qm̃ ex bona arbore sicut optimi fructus prodeũt, ut refectionem perpetuæ saturitatis præbeant electis, ideóq; propter seipsa sunt appetenda. Fructus. n. à fruendo dicitur, B & frui proprie non dicimur, nisi rebus illis in quibus finem letitiæ nostræ ponimus, in æternis. s. bonis, q̃ in Deo possidere qñq; paramus. in his ergo fructibus prima *est charitas,* qua diligitur dñs & proximus: qa maior est omnib9 cęteris uirtutibus & ex eius radice uigent omnes alię. Nam ex ista oritur gaudium. i. elatio non superba, sed benigna, mẽtis de bono exultãtis. Qui enim diligit dominum, gaudet in Deo pura cõscientia: & qui diligit proximum, gaudet de bono eius. Pacem quoq; seruat erga Deum, qui diligit eum: qa inquãtum potest cauet eum offendere, & studet ei placere. Sed & cum proximo pacem custodit, non inquietans eum, si eum diligit. Nõ tñ uiolat pacem, si eum errantem pio studio increpat, uel etiam, si ita oportet, uerberat. Quia uero multa sunt in conuersatione humana, quæ pacem turbare possunt, necessario subiũgitur patientia, per quam iniurię & aduersitates æquo animo sustineantur, ut fraterna pax queat obseruari. Patientia. n. est, mala ęquanimiter tolerare & contra eum quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Et qa non ad horam, sed quandiu uoluerit dominus seruanda est hæc patientia, subnectitur & longanimitas, p quã omnia perseuerãter usque in finem sustineãtur. Longanimitas. n. est lõgitudo animi patienter aduersa tolerãtis & ęterna pręmia diu expectantis. Nequis uero inter eos quos longo tempore patitur, non amare uersetur, sequitur bonitas, quæ est dulcedo animi & affectio pia, ut nõ rancorem animi, sed dulcedinem erga eos qui nos tribulãt, habeamus, per quam eis et bona quę possumus, impendamus. Ne. n. sit inanis hæc bonitas, subiungitur alia uirtus sibi co

C gnata & cõsimilis.i.benignitas,quę & ipsa est bona affectio animi, gratis sua tribuẽtis,& hilariter propter Deum quicquid potest largientis. Et quia sunt nõnulli,qui dũ bona proximis impendunt, aspere loquũtur eis & austeritatem ostendunt, congrue subnectitur mansuetudo, ut q benigne tribuit,non intractabilis sit uel asper, sed mansuetus & lenis.i. mitis & affabilis & familiaris. Mãsuetus.n.quasi manu assuetus dicitur. Fides uero est, qua ueraciter credimus id quod non possumus uidere. Cuius nomẽ inde appellatur, qđ omnino fiat qđ dictum est aut promissum. Fides.n.uocatur ab eo, qđ fit illud quod inter utrosq; placitum est.i.inter Deum & hominem,qñ et homo facit opere quod dixit ore, & dominus reddit quod promisit. Et ideo fides sine operibus nõ est uera fides,quia non facit quod dicit. Propter quod et inter duos homines seruatur fides, qñ illud quod dixerunt & statuerunt inuicem, custodiũt ueraciter & faciunt. Modestia autem est,qñ modus stat.i.tenetur & seruatur in dictis & in factis. Continentia uero,ubi ab illicitis actibus carnis temperatur:castitas autem,cum iam caro sedata fuerit. Continentia enim in luctamine est, castitas autẽ in pace. Non.n.castitas,sed cõtinentia dicitur, ubi adhuc ei resistit aduersitas uoluptatis. Consummatio enim uerae castitatis est, quę non impugnat carnalis concupiscentiae motum,sed toto horrore detestatur, ac iugem & iuiolabilem sui retinet puritatem, nec potest aliud esse quam sanctitas. Hi sunt itaq; fruct⁹ spiritus, quos contra carnis opera cõmendare uolens Apostolus,à capite(ut prę missum est)cœpit,dicens: *Fructus autem spiritus* est charitas. Ac deinde cętera tanquam ex isto capite exorta & religata contexuit,quae sunt gaudium, pax &c. Omnia.n.haec ex fonte charitatis manãt. Quis.n.bene gaudet, nisi qui bonum diligit unde gaudet? Quis pacem ueram habere potest,nisi cũ illo quẽ ueraciter diligit? Quis uere patiens,nisi dilectionem habuerit? Quis longanimis in bono perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est bonus,nisi diligendo efficiatur? Quis est benignus,nisi diligat cui opitulatur? Quis utiliter mãsuetus, nisi cuius dilectio moderetur? Quis salubriter fidelis,nisi ea fide quae per dilectionem operatur? Quis bene modestus, nisi cui dilectio modum ponit in omnibus? Quis ab eo continet unde turbatur, nisi diligat unde honestatur? Quis sanctimoniam castitatis assequitur, nisi in cuius mẽte charitas dominatur? Charitas ergo non potest haberi sine caeteris bonis, & cętera bona sine charitate nequeũt prodesse. Ad uersus hmõi spiritales fruct⁹, quos necesse est sequi gratiae spiritũ, non est lex:quia in nullo contradicit eis, sed fauet in omnibus. Sed aduersus prędictã carnis opera lex posita est. D

*Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.*

Ostensa utraq; acie,uitiorũ.s.atq; uirtutum, ostendit qui sunt qui pugnant contra uitia. Nõ.n.omnes uitijs reluctãtur, sed soli illi tantũ,qui sunt ex parte Christi, qui sunt possessio Christi, *qui sunt membra Christi,illi sequentes uestigia passionis eius crucifixerunt*.i. cruciauerunt *carnem suam* configendo *cum uitijs &* cum *concupiscentijs*. Vitia secundum operationem intelligamus cõcupiscentias secundũ consensum. Quia serui Christi laborant, ut neq; opera uitiorum faciant,neq; concupiscentijs carnalib⁹ uel in corde consentiant. Et reprimendo carnis uoluptates, crucẽ sibi ipsis faciunt, ac pręceptis iustitiae quasi quibusdam clauis se configũt, ut prauã actionem, &

C peruersam uoluntatem in seipsis refrænent. Potest & de his qui intentione remunerationis supernæ carnē ieiunijs affligunt, hæc sententia specialiter intelligi. Cum uitijs quippe & cum concupiscentijs carnem crucifigim⁹, si sic gulam restringimus, ut iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam peius uiuit.

*Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.* Nō *efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*

Quia cōmuniter dixerat eos qui sunt Christi, crucifixisse carnē suam cum uitijs & cum cōcupiscentijs retorquet sermonē ad eos quibus scribebat, & se eis cōnumerat, quasi dicens: Non dico uobis quod ipse nō uelim. Qui sunt Christi, ita agunt ut dixi: & nos quia Christi sumus, spiritu ambulemus: qa spiritu ad hanc uitam uenimus. Quicunq;.n. uitijs carne mortificati sumus, iam uirtutibus spiritu uiuimus. *Si spiritu uiuimus*.i. si per spiritum Dei spiritaliter uiuimus, spiritu etiam duce ambulemus.i. non remaneamus pigri in eo ad quod peruenimus, sed semper ad meliora promoueamur, quia nemo tā sctūs est in hac uita, qui non possit adhuc quotidie proficere. Quia uero nonnulli postq; in uirtutibus excreuerint, incipiunt uelle laudari uelut sanctiores, apte subiungitur: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*.i. si spiritaliter uiuimus & spiritaliter de uirtute in uirtutem proficiendo ambulamus, nō inde uanam gloriam transitoriæ laudis cupiamus, ne simus

Matt. 25. fatuis uirginibus similes quæ foris lucentes ostenderunt lampadas, & intus oleum in uasis suis recondere neglexerunt: ideoq; ueniente spōso, lampades earum defecerūt. Ob hoc etiam caueamus cupiditatē inanis gloriæ, quia inde efficeremur īuicem alij alios prouocantes ad contentionem & iram uel ad deteriora, & inuicem alij alijs inuidentes meliora. D Sicq; per appetitum uanæ gloriæ fieret in nobis tanta subuersio, ut qui putabamur cæteris meliores, nunc efficeremur alijs peiores.

CAPVT VI.

*Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiuscemodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.*

Hactenus toti ecclesiæ locutus est Apostolus, improbando legē & cōmendando gratiam, & prælatos nūc alloquitur. Spiritaliter qdem ut docui, uiuendū est omnibus. Et tamen *ô fratres mei*, qui cæterorū curam sumpsistis, etiam si aliquis homo.i. infirmus ac fragilis ex ipsa humana fragilitate *præoccupatus fuerit*.i. subito lapsus *in aliquo delicto*, tractandus est humane. Delictum est desertio boni. Quid.n. sonat aliud delictū, nisi derelictum? Et qui delinquit, qd derelinquit nisi bonum? Græci etiā duo nomina huic pesti imposuerunt. Nā delictū apud eos & πλημμέλεια dicitur, & παράπτωμα. Et πλημμέλεια simile nomē est neglegētiæ, qm̄ Græce negligentia ἀμέλεια dicitur, quia curæ non est quod negligitur. Hoc autem loco, παράπτωμα est in Græco. In paraptomate uero, tanq; decidere ītelligitur qui delinquit. Vnde cadauer quod Latini à cadēdo dixerunt, Græce πτῶμα dicitur. Qui ergo peccando malum facit, prius delinquendo à bono cadit. Delictum quippe est, declinare à bono: peccatum uero est, facere malum. Potest etiam illud esse delictū, qd' ab ignorante fit: illud autem peccatū, quod à sciente. Indifferēter tñ plerunq; dicuntur. Præoccupatio autem est, in qua delinquit, dum quid faciēdum sit aut ad horam non uidetur, aut &

A qui uiderit, uincitur, ut. s. fiat peccatum, cum uel latet ueritas, uel compellit infirmitas. Et cum nō malitia sed sola infirmitate, uel ignorātia delinquitur, pro peccato necesse est, ut magno moderamine ipsa delicti correctio temperetur. Hoc est itaq; quod nunc præcipitur. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos præpositi *qui spirituales estis*. i. spiritaliter uiuitis, non despiciatis, sed neq; exasperetis huiusmodi hominē, non per singula uitia quotidiano usu defluentem, aut sponte mala facientem, sed subito per imprudentiam uel infirmitatem in aliquo lapsum. Non exasperetis eum, sed *instruite huiuscemodi* rationabiliter ad pœnitentiam ut fratrem, *in spiritu* non nimij feruoris, sed lenitatis & mansuetudinis. Corripe, inquam, eum dulciter, mone ut surgat, tu qui ei prælatus es, *considerans teipsum*. i. propriam fragilitatē tuam, ne forte & ipse tu ex ea tenteris. Videlicet cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis, pensa quod es, ut increpationis zelo se spūs temperet, dum sibi quoq; quod īcrepat timet. Cūcti quippe quousq; in hac mortali carne subsistim⁹, corruptionis nr̄æ infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo debet qsq; colligere, qualiter alienæ imbecillitati oporteat misereri, ne contra infirmitatem proximi, si ad increpationis uocem feruentius rapitur, oblitus sui esse uideatur. Post hæc ad generalē instructionem redit Apostolus, dicens.

1. Cor. 3. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nā si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autē suum probet unusquisq;, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit.*

Vos prælati (sicut dictum est) instruite leniter subditū, si deliquerit. Et uos subditi *portate alter onera alterius*. Verbi gratia. Iram fratris tunc portabis, cum aduersus eum tantū non irasceris, ut rursum eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate supportet. Ita diuersis temporibus eadem infirmitas potest inuicem ab utroq; portari. Diuersum autē infirmitatis genus uno simul tempore portari potest ab ambobus, ueluti si quis in se loquacitatem uicerit, & pertinaciam nondum uicerit: alius uero adhuc loquax, sed iam pretinax nō sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare. Similiter de cæteris infirmitatibus agendum. Et hoc est quod dicitur, Alter alterius onera portate. i. inuicem infirmitatum uestrarum pōdera suffer te, *& sic adimplebitis legem Christi*. i. charitatem, de qua ipse dixit, Hæc mando uobis ut diligatis īuicem. Huius. n. Ioan. 15. dilectionis officium est, inuicē onera uestra portare. Et iustum est ut alter cōpatiatur alteri, & portet onus infirmitatis eius. Nam si quis se supra cæteros extulerit, despiciens illos propter uarias morum infirmitates, neq; dignans onera illorū cōpatiendo portare, sed se quasi solum iustum apud se magnificans, ipse sibi est inimicus. *Si quis ī corde suo existimat se aliquid* magnum esse cōparatione alterius peccantis, cum tn̄ *sit nihil* ex se, *ipse seducit* à ueritate se ipsum dum illud credit quod nō pōt esse. Qui. n. sanctitatem sibi arrogat, nihil dicitur: qm̄ comparatione spiritalis hominis, qui scit gratia Dei esse se quod est, quisqs uana præsumit, nihil est. Electus. n. quisq; non attendit bona quæ iam percepit, sed quæ necdum percipere ualuit: ideoq; magis humiliatur cōsiderans inopiam suam, sicq; cætera bona meretur accipere. Reprobus uero non attendit ea quæ non habet ut humilietur, sed ea quæ habet cōsiderans, extollitur.

A Et se alicuius momenti esse iudicās, nihil, fit, amittendo quæ bona perceperat: qm̄ conscientia sua quę suggerit cogitationē superbiæ, ut magnū aliquid in uirtutibus se esse putet, seducit eum. i. seorsum à uia humilitatis ducit, & à charitate ꝓximi quem iacentem despicit. Nihil esse dicitur talis homo, qa omnis creatura quæ non adhæret ei qui semper habet esse, nihil est. Vel qui laudātibus alijs credens, æstimat hoc esse uerum qđ ab illis de illo dicitur, cū falsum sit, & ideo se magnum ac sanctū putat, non adulatores seducunt eum, sed ipse seipsum, dum plus alijs credit ꝙ suæ conscientiæ. Non debet quis inaniter de se magna sentire, nec adulatoribus credere: sed potius probet & examinet *unusquisq; opus suum*, non peccatum alterius, ut pharisęus qui nō re, sed fallaciter iustus erat. Et cū

Luc. 18. sic opus suum probauerit esse ueraciter bonum, tunc *gloriam habebit in semetipso tantum*. i. in cō scientia sua, *& non in altero*. i. in ore alterius. Gloriam intus habere, & nō ex aliena laude pē

Matt. 25 dere, hoc est oleum in uasculo seruare cum uirginibus illis prudētibus. Sed quam gloriam habet intra se iustus, nisi eum cui dicitur, gloria mea & exaltans caput meum? Vt (quod

Psal. 3. sæpe dicendum est) qui gloriatur,

1. Cor. 1. in domino glorietur, non æstimet qs

2. Cor. 10. quam se stantem aliquid esse in cō

Hiere. 9. paratione cadentis, sed opus suum probet, & circunspiciat ac diligenter inspiciat unusquisq; nō lapsum alterius, & sic. i. probādo suū opus, nō alterius, habebit gloriam in seipso. i. in sua actione bona, & nō in altero. i. in casu alteri⁹. Hoc est, nō extra se quęret gloriam, ut alijs iacentibus se præferat: sed remanens in consideratione suimet solius, cum se bene agere probauerit, gloriabitur puro corde in Deo, à quo ut bonū operaretur accepit. Ideo. n. debet nunc unusquisq; proprium opus examinare, & non alterius, quia unusqsq; B in iudicio dei *onus suum portabit*. i. grauabitur propria sarcina peccatorū suorum. Non est sibi contrarius apostolus, qui supra iussit, ut inuicem onera nostra portemus, & nūc dicit qa unusquisq; onus suū portabit. Alia Nota. enim sunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis Deo de actib⁹ nostris. Illa cum fratribus sustentanda cōmunicantur, hæc propria ab unoquoq; portātur. Non. n. cum alio portat hæc alter, nec proijcit in alterū: sed solus cogitur unusquisq; sustinere proprium, ut iuxta quod magis aut minus peccauit, grauetur in iudicio.

*Communicet autem is qui catechizatur uerbo ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.*

Ea quæ dixi, inuicem uel apud se unusquisq; custodite: sed erga doctores uestros, ut nūc moneo, largi estote. Scilicet *is qui catechizatur*. i. īstruitur uerbo sacræ doctrinæ ab aliquo, *communicet in omnibus bonis* suis corporalib⁹ *ei qui se* instruit. i. omnia terrena bona quæ habet, faciat sibi & doctori suo esse communia, ministrans ei ex bonis proprijs cibum & indumētum et quęq; necessaria sicut sibi & ī hoc *nolite errare* excusando uos auare, et dicendo, parum uel nihil dare possum magistro meo, quia Deus, qui uidet quid aut quantum dare possitis, *non irridetur*, ut aliquis iniustus uel fallax ridendo transeat iudicium eius, sed unusquisq; recipit ab eo quod meruit Nam ea quæ nūc *seminauerit homo*, id est, opera quæ sibi uelut semen reposuerit, uel bona uel mala, siue multa, siue pauca sint, hæc eadem. i. fructum eorū metet in dei iudicio. Ope-

C ta enim uitæ præsentis, semē sunt fu turę messis. Vel ita: Is qui instruitur uerbo doctoris, cōmunicet ei qui se instruit. i. cōmunicatorem & participem eius se faciat in omnibus bonis, recipiendo doctrinā eius, & imitādo uirtutes ac bonos mores eius. Cōmunicat. n. discipulus magistro in omnibus bonis eius, qñ omniū quæ ille bene agit & loquitur, particeps & imitator efficitur. Et in hac cōmunione nolite errare, faciendo eam simulatorie sed puritatem cordis in hac exhibete, quia deus nō irridetur. i. non fallitur sicut homo, ut ignorare possit aliquid, sed uidet intima cordis. Vel etiam sic: Is q instruitur, etsi in solo uerbo, nō exemplo prædicatoris, cōmunicet ei non in malis, si ea facit, sed in omnibus bonis quæ ille dicit. i. participem se exhibeat, recipiēdo uerbum eius & in omnibus implendo. Et nolite errare, imitando prauos mores eius, si ipse male uiuit & bene loquitur: qa deus non irridetur. i. Dei iudicium nullus potest irridere, seu magister, seu discipulus, sed ibi recipit unusquisq; prout gessit. Quę. n. seminauerit. i. operatus fuerit homo, hęc & metet. i. horum mercedē recipiet iudicante Deo. Et uere quæ seminauerit metet, siue bona, siue mala. Quoniam ille qui modo *seminat in carne sua*, id est, opa carnis agit in carne, *de carne metet* etiam corruptionem, ut tormentis incessanter corrumpatur. i. conterat, & iugem habeat in se fœtorem. Sed econtrario ille *qui seminat in spiritu* i. spiritalia operatur in spiritu sancto, de ipso *spiritu metet*. i. quasi messem capiet i futuro *uitam æternam*, quæ est contraria prædictæ corruptioni. Potest forsitan & hominis spiritus itelligi, in quo seminatur, & ex quo
Prouer. 4. uita meteť, iuxta illud Salomonis. Omni custodia serua cor tuū, quia ex ipso uita procedit. Nam quod Salomon ait ex corde uitam procede- D re, hoc uidetur esse, quod ait apostolus ex spiritu uitam fore metēdam. Qualis. n. radix est cordis, talis in conspectu interni arbitrij est omnis fructus actionis. Sed quisquis in futuro seculo messem uitæ sine fine cupit colligere, debet in isto semp quādiu uiuit opa bona seminare. Vnde subiungitur.

*Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus, nō deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* 2. Thes. 3.

Quę seminauerit homo, hęc & metet. Ideo nos malum nullum debemus seminare. i. facere, sed bonū. Et *bonum facientes*. i. bonum seminantes, nunq̄ cessemus quādiu tempus est sationis, ne deficiamus aliquo labore fatigati, quia erit & tempus messionis ac qetis. *Tempore enim suo*. i. huic rei præfinito metemus. i. mercedem operum nostrorum colligemus, *non deficientes*. i. incessanter & sine fine: qa sicut non deficimus seminando, sic non deficiemus metendo. Et quia tunc non deficiemus metendo fructum boni operis. i. seminis nostri, *ergo dum tempus* seminandi & operandi habemus, quod ignoramus quādiu habituri sumus, operemur nunc assidue bonum sicut eleemosynas & cętera beneficia, *ad omnes* quoscunq; poterimus, sed *maxime ad domesticos fidei*. i. ad iustos, quia iustus ex fide uiuit. Habac. 2.
Domesticus. n. fidei est, qui eadem tibi religione coniungitur, quem à cōsortio fraternitatis peccata non separant. Domesticus quippe, quasi in domo stans dicitur. Iustis ergo & sanctis præcipue debemus impendere beneficia. Non tñ alijs hominibus etiam peccatoribus misericordiæ claudenda sunt uiscera, nec si etiam aduersus nos hostilē animum gerant, ipso domino monente, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui Roma. 1. Matt. 5. Luc. 6.

A qui uos oderunt.

*Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.*

Hactenus per epistolam uos reuocaui & instruxi. Quam ut sciatis a me missam, *uidete qualibus* eam literis, id est, quàm bene formatis *scripsi uobis* nō notarij manu, sed mea. Ne suspicarētur hanc epistolam non ab Apostolo, sed ab alio aliquo fallaciter sub eius nomine sibi missam, & dubitarent obedire monitis eius, ideo nūc certū dat illis signū cognoscendi eā. Ac si dicat: Epistolam istam scripsi ego propria manu. Et hoc recognoscite per formas & qualitates ipsarū literarū, per quas manum meā poteritis recognoscere. Multum etiā per hoc inuitat eos ad audiēdum se, quòd tantam sibi curam de illis indicat fuisse, ut propria manu scriberet illis. Vel dum dicit, uidete qualibus literis scripsi uobis, monet eos ut considerent & intelligāt quàm profunda sacramēta, & quàm rationabilia uel utilia monita cōtineantur in literis huius epistolæ. Literarū enim nomine frequenter epistola solet appellari. Videte, inquit, qualibus literis, id est, quali epistola, quā spiritali, quàm uera, quā rationabili, scripsi uobis correptionem manu propria.

*Quicunq; enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi, tātum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt: sed uolūt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur.*

Opus fuit ut scriberem uobis: quia pseudo prædicatores instant ut circidamini. *Quicunq; enim* talium magistrorum uolunt Iudæis infidelibus *placere in carne*, id est, in carnali obseruatione, *hi cogunt* improbitate, nō ducunt ratione *uos circuncidi*, nō ut legem impleatis, sed tantummodo ut ipsi *non patiantur persecutionem crucis Christi*, id est, quæ nobis infertur propter prædicationem crucis Christi. Præceptū fuerat à Romanis principibus, ut Iudæis sine perturbatione uel impedimento liceret obseruare suos ritus & legem, ubicunq; essent: & si quis Gentilium uellet illis consentire, circuncisionem & legem atq; ritus ipsorum posset assumere, & cū illis uiueret in securitate. Sed Christianos Iudæi apud principes gentium accusabant, quia legem ac circuncisionem & carnales obseruantias illorum destruere uidebant. Et quia neq; Gentilem ritum, neq; Iudaicam legem tenebāt, occasionem accusandi illos sumebant. Quòd huic Apostolo inuidia concitati ferè in singulis ciuitatibus gentilium faciebant. Sed pseudoapostoli ut absque persecutione Christum & crucem prædicarent, circuncisionem quoq; & legis obseruantiam pariter docebant. Christum enim prædicabant, ut quæstum à fidelibus haberent: legem autem, ut Iudæis placerent. Et hoc est quod dicitur, quia quicunq; uolunt placere in carne, hi prędicando carnaliter legem, cogunt uos circūcidi propter hoc tantum, ut non patiantur persecutionem pro cruce Chri. Et uere tm̄ idcirco ut nō patiātur aduersa, circūcidi uos cogūt, nō enim pro lege implenda id faciunt. *Neque enim illi qui circunciduntur custodiunt legem*, sed magis præuaricantur: quia nec carnaliter, à circuncisis, sed spiritaliter à baptizatis potest custodiri. Non ut uos legem custodiatis, *uolunt uos circuncidi*, sed potius *ut in carne uestra*. i. in dolore carnis uestræ circūcisę glorientur apud Iudęos, quatenus placeant eis, ne forte accusent eos apud gētiū prīcipes de noua pdicatiōe, et aliqd aduersitatis pati faciāt.

*Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Illi gloriantur in circuncisa carne, & timent crucem prædicare: sed *mihi absit gloriari* in potentia Christi,

C uel in maiestate seu potestate, sed in cruce, de qua sapientes mundi erubescebant, & in qua erat omne opprobriũ quod Christiani patiebantur, ac persecutio quam sustinebãt. Et ideo in cruce gloriabatur, de qua illi ab impijs insultabatur: quia sciebat in morte Christi uitam nostrã consistere in eius humilitate nostrã sublimationem, in eius infirmitate nostram fortitudinem. Nam in fronte credentium ubi sedes est uerecundiæ, idcirco crux figitur, ut de nomine eius non erubescant. Signum ueteris testamenti, circuncisio est in latenti carne. Signum noui testamenti, crux est in libera fronte. Ibi enim est occultatio, hîc reuelatio. Illud est sub uelamine, hoc in facie. Cum qs inde trãsierit ad Christũ, auferetur ei uelamen, ut qui habebat in occulto circuncisionem, in fronte portet crucem. Et pseudo quidem apostoli tanquam in tenebris et in umbra remanentes gloriabantur in circuncisione. i. in ueteri & operto signo. Paulus autem egressus ad lucem, transtulerant signum ad frontem, & gloriabatur in cruce, id est, in signo nouitatis, utpote innouatus. Non glorior, inquit, *nisi in sola cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus est crucifixus*, ut nec minis nec blandimentis possit in me manus extendere, idest, animam meam attingere, ut me reuocet à fidei puritate: *& ego* quoque per Christum mundo sum crucifixus, id est, mortificatus, ut nullatenus eum possim appetere. Si enim mihi mundus crucifixus est, scio qa mortuus est. Non diligo eum, scio qa preterit. Non concupisco eũ, scio qa corruptela consumetur. Eumq́ quasi fœtidum uito, quasi lutum caueo, quasi nociturum relinquo. Ego quoq; uelut mortuus & fœtens ab eo cõtemnor. Mihi mundus crucifixus est, ut me nõ teneat: et ego mundo, ut eum nõ teneã: qa nec mũdus D in me suum aliqd cognoscit, nec ego in mundo aliqd cupio. Plerunq; n. contingit, ut iam homo mundũ mẽte non teneat, sed tñ mũdus eum occupationibus astringat. Et ipse quidẽ mundo iam mortuus est, sed ipsi mundus adhuc mortuus non est. Quasi.n. uiuus adhuc mũdus eum conspicit, dum alijs intentum, suis actibus alio rapere contendit. Sed Apostolus cum & ipse seculum perfecte despiceret, & talem se factum uideret, qui iam ab hoc seculo cõcupisci omnino non posset, ruptis huius uitę uinculis, liber dicebat: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mũdus qppe ei crucifixus erat, quia hunc corde suo iam mortuum non amabat. Sed & seipsum mũdo crucifixerat, qa talẽ se exhibere studuerat, ut ab eo quasi mortuus concupisci nõ posset. Quia ergo nec mũdi gloriam q̃rebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur, & se mundo & mundum sibi crucifixũ esse gloriatur. Nos quoq; inquantũ Dei sapiẽtiam, per quã facta sunt omnia, spiritaliter intelligimus, intantum carnalibus affectibus morimur ut mortuum nobis hunc mundũ deputantes, nos ipsi huic mũdo moriamur, & dicamus, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nemo enim faciem i. manifestationem ipsius diuinæ sapientiæ potest uidere & uiuere. Ipsa.n. species, quæ rapit omnem animam rõnalem desiderio sui, tanto ardentiorem, quãto mundiorem, & tanto mundiorem quanto ad spiritalia resurgentem: tanto autem ad spiritalia resurgentem, quanto à carnalibus morientem. Exo.33.

*In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; preputium, sed noua creatura.*

Idcirco glorior in cruce tantum, & non in circuncisione, quia *in Christo Iesu*, id est, ĩ Christiana religione,

A *ne quo circumcisio aliquid valet, neq; præputium* prodest quicq̃, *sed noua creatura*. i. innouatio mor̃. Non. n. magni est meriti, si quid foris erga nos agatur: sed magnopere pensandum est q̃d agatur in mente. Nam præsentẽ mundũ despicere, trãsitoria non amare, mentem medullitus in humilitate Deo & proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam seruare, & custodita patientia dolorem malitię à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena nõ ambire, amicum in Deo diligere, ꝓpter Deũ & eos qui inimici sunt amare, de afflictione ꝓximi lugere, de morte inimici non exultare, hæc noua est creatura.

*Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei.*

Ego uos docui q̃d agẽdum sit. *Et quicunq;* ex uobis gentilibus *hanc regulam*. i. rectitudinem doctrinæ meæ et gloriandi in cruce, *secuti fuerint*, ut secundum ea quæ in hac epistola docui, dirigant suã fidem & opera, pax .i. reconciliatio ad Deum, sit *super illos & misericordia*. i. propitiatio peccati q̃d egerunt recedentes à fide, *et super Israel Dei*. i. super illos Iudęos, qui per fidẽ & opera sunt possessio Dei.

*De cætero, nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.*

His rationibus & argumentis ostendi uobis, non esse iustificationem uel salutem in uetustate legis. Et *de cætero*. disputationũ genere, quo adhuc possem ꝓbare, nemo uestrũ *sit molestus mihi*, ut amplius me fatigare uelit, quærens ut alij̃s profundioribus rationibus hoc idem sibi adhuc probem, cum iam sufficienter probatũ sit & ostensum. Vel de cętero uitæ spatio nemo uestrũ sit mihi molestus, sed amodo fidem & opera sic seruate, ut non mihi molestiã ultra faciatis, quoniam satis grauor alij̃s molestij̃s: *ego enim porto in corpore meo stigmata domini Iesu*, id est, ego quasi seruus ex fuga retractus, & per seruiles notas cauteriatus, in toto corpore meo cicatrices uulnerum, quæ pro Christo passus sum, porto et uarij̃s iniurij̃s affligor. Stigmata enim proprie uocantur seruiles notę, quibus inurebantur serui, uel fugæ, uel alterius culpæ conuicti. Vel ita: Nemo uestrũ sit mihi molestus, ut aliquid amplius quærat, quia uerbis meis indubitanter credendum est. Ego enim porto stigmata domini Iesu in corpore meo, id est, ego sum de familia Christi, ego sum annumeratus in militia regis æterni, q̃d mul tiplices plagę in corpore meo per cicatrices ostensæ designant. Et ideo nullus uerba mea leuiter accipiat, sed authoritati dictorum meorum in omnibus acquiescat. Stigmata enim uocabãtur signa quędam quæ in manibus militum fiebãt, per quę recognoscebãtur esse de militia Romani imperatoris. Sic & Paulus nõ una tantum corporis, sed multis & uarij̃s partibus gerebat notas & signa plagarum pro Christo perpessarũ, per quas miles fortissimus summi regis esse declarabatur. Qui in fine ponit: *Gratia domini nostri Iesu Christi*, idest, quam dominus dedit, sit *cum spiritu uestro fratres*, id est, cum rationali sensu uestro, ut omnes cogitationes & actiones bene disponat auxilio gratiæ, & non per se quærat iustificari ex lege. Ad confirmationem solidæ ueritatis omnium quæ dicta sunt, subiũgitur, Amen, quod interpretatur uere uel fideliter, siue fiat. B

Epistolæ ad Galatas
Finis.

C PRAEFATIO IN EPISTOLAM *Pauli ad Ephesios.*



Ephesus metropolis ciuitas est Asiæ, in qua Paulus triēnio moratus est prædicans euāgelium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent uerbum domini, Iudæi & Gentiles. Ipse enim primus ecclesiam ibi fundauit, & Ephesios in fide ac moribus nobiliter instruxit, atq; thesauro diuinæ scientiæ mirabiliter ditauit: sed sancto sibi reuelante spiritu, præuidit surrecturos postea quosdā pseudoprædicatores in ipsorum ecclesia, & promulgaturos impia dogmata, ex qbus fuerunt Ebion & Cerinthus,
1. Ioan. 2. quos Ioānes antichristos appellat.
2. Ioan. 1. Vnde eis nouissime dixit: Vos scitis
Act. 20. quomodo uobis nihil subtraxerim utiliū, quo minus annunciarem uobis & docerem publice & per do-
Ibidem. mos. Et item: Quapropter cōtestor uos hodierna die, qua mundus sum à sanguine omnium. Nō enim subterfugi quo minus annunciarē omne consiliū Dei uobis. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi, & ex uobisipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Propter quod uigilate, memoria retinentes quoniam per triēnium die & nocte non cessaui, cum lachrymis monēs unumquenq; uestrum. Tanto itaq; labore & studio, tantoq; tempore et tam pfecte beatus Apostolus Ephesios docuit, & tales lupos in medio surrecturos præsciuit, uolentes scilicet legis ceremonias īducere, & eos iam liberos gratia, carnalibus obseruantijs seruilr subdere. Et alios quidem eorꝝ Christum simpliciter esse Deum & non hoīem affirmaturos, alios aūt eum hoīem & non Deum D dogmatizaturos. Et ideo placuit sibi quadam circūspectione Ephesios hac epistola præmunire ne hæretici qualibet astutia suasiōis, ad eos possent introire, uel lupinis dentib⁹ trāsiugulare. In qua qdem epistola intēdit primo cōfirmare eos in fide, quæ Christus à catholicis creditur Deus oīpotens & homo uerus, atq; extollentiam gratiæ Dei multiplr cōmendare, ne libero arbitrio suo quid bonorꝝ, sed gratiæ adscriberent oīa: de hinc eos non debere suscipere iugū legalis obseruātiæ. Non. n. aperte reprehendit eos de aliqua culpa, perqđ ostendunť bene seruasse eius præcepta, sed timendū erat ne laberenť. Et quia ipse sapiētiam inter pfectos 1. Cor. 2. loqui cōsueuit, profundos ualde sensus & arcana mysteria seculo antea prorsus ignota pandit eis à Roma de carcere in hac epistola. Quæ post illam ad Galatas recte locata est, qa ibi Galatę reuocanť ad fidē, hic Ephesij cōfirmanť in fide. Ibi carnales obseruantię ab illis q eas suscipe cœperāt, remouenť: hic ne suscipi debeāt, pdānanť. Quia uero nullus adeo pfect⁹ ē, ut adhuc crescere nō possit, hortať ad meliora pficere, et ne cedant p tribulationib⁹ eius, sed maneāt ī charitate radicati et fundati, ac de morꝝ instructiōe nobilr agit. Et ne pfectio erigat illos ī tumorē, ostēdit ēt de quo statu ad quā dignitatē uocati sunt.

## EPISTOLAE PAVLI AD EPHESIOS CAPVT. I.

*Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu: Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Paulus scribit, cuius scripta sunt authentica, quia est *apostolus Iesu Christi* i. legatus saluatoris ac regis fideliū. Et est aplˢ non per meritū suum

uel

A uel per humanam electionē, sed *per Dei uoluntatem.* quoniam sola Dei patris uolūtas fecit hunc Christi apostolum. Dū dicit se apostolū Christi.i.missum à Christo per uoluntatem Dei, cōmēdat se in apostolatus authoritate, ut per hoc suę monitioni magis obediāt, & ut insinuet omnes qui ab eius doctrina uoluerint dissentire, imperio Christi cōtraire, & patris uoluntati resistere. Per uoluntatem Dei, & non per Deum, posuit, ut insinuaret solo nutu uolūtatis diuinę constitutionem omniū rerum esse. Nam omnia quęcunq; uoluit fecit. Paulus tantæ authoritatis

Psal.113. scribit *omnibus sanctis,* id est, in sancta religione perfectis, *& fidelibus in Christo Iesu,* id est, minoribus qui iam fidem susceperunt. hoc est, scribit omnib⁹, perfectis et imperfectis, *qui sunt Ephesi,* id est, in illa urbe quæ caput est minoris Asiæ. Quo'd si mysticum sensum requirimus, Ephesus interpretatur uoluntas eius.i. Dei. Quicunq; ergo ita sancti sunt & fideles, ut maneant in uoluntate Dei, non trāsgredientes uoluntates eius, ad eos nūc scribit Apostolus, ubicunq; sint corporaliter positi. Interpretatur etiam Ephesus consilium meum, ut dicat Paulus quia scribo sanctis & fidelibus qui sunt in Epheso, id est, in cōsilio meo, qui non recedunt à munimento cōsilij mei. Et sunt sancti atq; fideles in Christo Iesu, q̃a nihil prodest sanctitas uel fidelitas nisi ī Chri

Nota. sto. Nonnulli enim philosophorū uisi sunt sanctitatem habuisse ieiunando, caste uiuendo, mūdum contemnendo, sed non in Christo. Itē nōnulli sunt fideles, sed non in Christo. Si q̃s reddat depositū, si q̃s cōmendata non abneget, fidelem se exhibet. Et iste fidelis est, sed non in Xp̄o. Ad distinctionem ergo talium, dicit Apostolus se scribere sanctis & fidelib⁹ in Christo Iesu, q̃ sanctitatem et fidē hn̄t in Christo i. in Christiana religione Quos et salutat, dicens: *Gratia & pax sit nobis.* Gratia, qua uobis peccata remittant, & uirtutes cōferant: pax, qua Deo & sanctis angelis per bonam uoluntatem & actionē sem per cōcordetis. Et hæc gratia & pax sit uobis à Deo patre nostro.i. creatore qui nos in filios adoptauit: *& à domino Iesu Christo.* i. à redemptore, qui nos ab hoste clemēter eripuit, et suo dn̄o mancipauit. Qui est Iesus, qui Matth.1.
interpretatē Saluator, q̃a saluū facit populum suum à peccatis eorū: & Christus, qui est unctus.i. rex uel sa Hebr. 7.
cerdos, regnans in nobis, et interpel lans pro nobis, quia reges & sacer- 1.Ioan. 2.
dotes unctione consecrabantur.

*Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione sp̄ūali, in cœlestibus, in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate.*

Primo omniū benedixit Deū, considerans illum esse principiū & fontem bonorū omnium. Ostenso enim q̃ dominus Iesus sit æqualis patri, dum gratia & pax ęqualiter à patre & filio dari mōstraretur, ostēdit q̃d Deus benedicendus est à nobis propter bn̄ficia gratuita, quæ nobis tot & tanta contulit. Non .n. debemus illi esse ingrati, ut ea quæ ab illo accepim⁹, adscribam⁹ nobis, sed agnoscentes à quo sint nobis data, benedicere semper illū debemus, & gratias ipsi debitas persoluere. Et cū similiter à filio nobis dentur hæc eadem beneficia, patet q̃a & ipse pari benedictione est exaltandus cū pa- Ioan
tre, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Sicq; com potētialis et coęqualis patri esse declaratur. Bn̄dict⁹ sit à nobis Deus, ut omnes illum bn̄dicamus, & gratias ac laudes illi referamus pro beneficijs quæ ab ipso pcepimus, non ęstimantes à nobis ipsis habere nos

C aliquid boni. Benedicamus illum, qa est Deus.i creator noster, & creatura debet creatorem suum benedicere. *& pater domini nostri Iesu Christi*, id est, pater illius qui nos à diaboli tyrannide ereptos, domino suo misericorditer subdidit, & saluauit nos à peccatis nostris, atq; regnat in bonis actibus nostris. Dum dicit, benedictus sit Deus aperte demõstrat qa & filius similiter est benedicendus, quia & ipse est Deus. Ostendit, inquam, filiũ patris benedictione laudandum, quando dicit, benedictus sit Deus, id est, creator omniũ, quia & filius est creator. Quæcũq; n. pater facit, hæc & filius similiter facit. & ita cõstat eum esse æqualẽ patri, & compotentialem atq; coæternũ. Sed & dum dicitur bñdictus sit pater Christi, liqdo demonstratur, qa & ipse Christus similiter à nobis sit benedicendus: qa qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Non enim recte patrem benedicere potest, qui filiũ pariter non benedicit, cum pater non dicatur nisi respectu filij. Vnde patet filium esse coæternum patri, et coæqualem: qa si pater fuisset aliquãdo sine filio, non esset pater. Ac per hoc nec tantæ dignitatis tunc esset, quantæ nunc est: sicq; cœpisset crescere, quod nefas est uel suspicari. Nunq; ergo fuit ante filium, sed sine initio filius est æternaliter genitus. Vel in eo quod dictum est, Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, ostenditur Christus homo simul & Deus esse. Homo enim est, cuius est Deus ille qui benedicitur: et Deus est, cuius est pater idem ipse quẽ benedicimus. De⁹. n. Christi est scd̃m humanitatẽ eius, & pater Christi scd̃m diuinitatem eius. Qui merito bñdicit̃ à nobis, qa ipse prior bñdixit nos. Hinc ergo Ap̃s incipit enumerare beneficia, quæ à

Ioan. 5.

Ibidem.

Deo per Christum humano generi D sunt cõcessa. Sit, inquit, benedictus, *qui benedixit nos*. Deus nos benedicit, cum uirtutes nobis tribuit, uel in ipsis uirtutibus nos promouet. Nos uero Deum benedicimus, cum pro beneficijs quæ cõtulit nobis, ipsum laudamus. Bñdixit nos non in quadam, sed *in omni benedictione*, nõ corporali, sed spirituali. i. in sermone Dei & sapientia & ueritate, cunctisq; reliquis uirtutibus, & nõ in terrenis, sed *in cœlestibus*, ut quãuis adhuc corpore hic detineremur, mente tamen & conuersatione iam in cœlestibus essemus. Et hæc tam copiosa uirtutum bonorũq; spiritualium benedictio, data est à patre nobis *in Christo*, id est, postq; cœpimus ĩ ipso mediatore ac reconciliatore manere, incorporati uisceribus ecclesiæ, quæ est corpus eius. Nõ. n. extra Christum dat̃ cuiquã ista benedictio. Vel præteritum p futuro positũ est, ut quasi iam factũ indubitãter crederemus, quod faciendum speramus. Benedixit. i. benedicet nos, hoc est, ditabit in die iudicij, in omni benedictione spirituali, non corporali: quoniã diuitias spirituales, non carnales dabit. Neq; n. carnales cibos tunc præbebit, uel uxores & aurũ, cæterasq; delitias quas habent impij, sed illas spirituales, quas in supernis habent angeli. Vnde & corpus nostrũ ut illarum delitiarum particeps fiat, erit spũale: qa seminatur corpus aĩale, & surget corpus spũale, ptãte utiq;, nõ natura. Tantæ. n. leuitatis erit & claritatis, quãtę spũs. Et ideo quicqd bonũ illud glorificatum corpus habebit, spirituale erit. Nihil ergo carnale, sed totum spũale expectemus in illa benedictione, quoniam spiritualis erit: & non particularis, sed uniuersalis. Omni. n. benedictione spirituali nos beatificabit, replens omnibus bonis, ut nihil oĩno spiritaliũ

1. Cor. 15.

A bonorum desit nobis, cum dixerit Christus: Venite bñdicti patris mei, percipite regnum. & ponet localiter in cœlestibus inter agmina sanctorum angelorum et uirtutum ac dominationum, ut eandem cum ipsis beatitudinem & gloriam atque scientiam habeamus, ut simus illis etiam loci sublimitate pares. Et hæc est illa gloriosa beatitudo, quam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec cor hominis excogitare potuit, quam nobis pater dedit, si in Christo nos inuenerit. i. uera Christi membra. Aliter enim nullus ad hanc beatitudinem ascendere poterit, quia nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quod Apostolus præteritum posuit, significat (ut dictum est) quia hoc quod Deus est nobis bñdicturus in futuro, ita est stabile & immutabile, sicut illud quod iam præteritum est, quod nulla ratione mutari potest. Nam quod factum est, non potest nõ fieri. Quod autem posuit, benedixit, & non donauit: et quod ait, benedictione, & non beatitudine, uoluit nobis designare pris & filij potentiam. Suum. n. benedicere, est benefacere. Et quid est aliud tunc benefacere, quam participationem beatitudinis impendere? Unde Psalmista: Cõuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Et quod ipse nos benedicet illa tanta benedictione, ita est firmum & certum, sicut & illud quod antequam mundus fieret, nos elegit prædestinãdo ad uitam. Vel quod nos benedicet, nõ faciet improuide, sed *sicut elegit nos* an massa perdendorum ante mũdi principium. Ita enim benedicet sicut prædestinauit, quia unicuique benedictionem dabit iuxta modum quem ei præordinauit. Elegit nos. i. extra de massa peccatorum legit & abstraxit, & hoc fecit *in ipso*. i. in Xpo, ut essemus membra Xpi, & ista electio facta est *ante mundi constitutionem*. i. ante omnem creaturã. Et ad hoc nos elegit, *ut essemus sancti & immaculati*. Inter sanctum & immaculatũ hoc interest, quod sanctus immaculatus quoque intelligi potest, immaculatus uero nõ statim sanctus. Nam paruuli quoque immaculati sunt, quia integro corpore nullum possunt facere peccatum: & tamen sancti nõ sunt, quia sanctitas uoluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille qui peccatum non fecit, sanctus autem is qui uirtutibus plenus est. Sancti ergo intelliguntur perfecti, immaculati uero imperfecti. Sancti in uirtutibus promoti, immaculati per baptismum à peccatis mundati, & post nõ inquinati. Tales igitur nos prædestinauit Deus futuros, & hoc non in uana æstimatione hominum, sed *in conspectu suo* qui ueritatem conspicit, et occulta considerat. Si enim uiderit nos ueraciter eẽ sanctos & immaculatos, quicquid homines de nobis æstimẽt, ipse nobis præmium reddet. Et ecõtra si per hypocrisim uoluerimus simulare sanctitatem, licet nos iudicent sanctos indocti hoĩes, ipse tñ damnabit. Elegit ut essemus sancti & immaculati in oculis eius, et hoc *in charitate*. i. ut in illam sanctitatem & immaculationem promoueremur, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Notandum itaque quod ad cõmendandã magnitudinem grãe enumerat Apl's beneficia eiusdẽ gratiæ, quæ à Deo per Xpm humano generi data sunt. Deus. n. ante mundi constitutionem, cũ nullus quicquam meruisset, quia nullus adhuc erat, præordinauit quod in tpe gratiæ aliquos à perdendis separaret, & iustos immaculatosque faceret, præordinauit quod & illos ad æternitatem perduceret. Harum prædestinationũ alterã hîc implet, quod sanctos facit: alteram in futuro complebit, dando immortalitatẽ & beatitudinem. Sic. n. prædestinando

Matth. 25.
1. Cor. 2.
Ioan. 3.
Psal. 114.

C iam benedixit nos in cœlestibus, cũ adhuc in terris maneam⁹, sicut prædestinando elegit ante mundi cõstitutionem, cum necdum essemus. Et elegit nõ quia nõ futuri eramus sancti, sed ut essemus sancti, id est, ipse diligendo per gratiam fecit ut essemus sancti & immaculati.

*Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorũ per Iesum Christum in ipsum secundum propositũ uolũtatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapiẽtia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & in terra sunt in ipso.*

Prædestinatio est gratiæ præparatio gratia uero iam ipsa donatio. Et nos iure benedicimus Deum, q nõ solum prælegit nos ut faceret sanctos & imaculatos, sed etiam *prædestinauit in adoptionem filiorum*. Prædestinauit. i. ante & firme ordinauit. Et hoc est præ. i. ex antiquissimo tpe. Destinare enim, per se longinquitatem notat. præteritũ, indicat tempus remotũ. Prædestinauit, & hoc in adoptionem filiorũ. i. ad hoc ut iremus in filios secundum multimodam cõformitatem uirtutum eius in nobis expressam, scilicet ut quantum humanæ naturæ possibile est, in sanctitate & iustitia nr̃o patri efficiamur conformes: & imago bonitatis eius, inquantũ fieri põt, exprimaẽ in nobis. Qđ ire in filios non ex merito nr̃o, sed ex gr̃a sua, qua adoptauit nos in filios. Qđ Ap̃ls notare uoluit, dicẽs adoptionẽ. Maius uero est qđ dicit adoptiuos Dei filios: q̃ qđ dixerat sanctos & imaculatos. Nos prædestinauit in filios, & hoc *per Iesum Christum* mediatorem, ut p eum q natura lis est filius, faceret sibi adoptiuos filios, tẽdentes *in ipsum* Xp̃m. i. in conformitatem eius p fidẽ & bonos mores. Vel hanc p̃destinationẽ fecit per Iesum Xp̃m. i. per uirtutem & sapiẽtiam suam, q̃a nihil fecit unq̃ pater nisi per filiũ, q est uirtus & sapientia eius. Vnde patet filiũ esse cogternũ & coæqualẽ patri. Et qđ nos prędestinauit, hoc fecit, *secundum propositum uoluntatis suæ*. i. sequendo hoc ꝓpositũ quod ꝓposuit in ꝓphetis, q̃bus suã uolũtatem de nobis reuelauit & intimauit. i. sicut p ꝓphetas ꝓposuit, ita ab æterno prędestinauit, hoc est, nõ minus neq̃ alio modo nos ire in filios p̃destinauit ab æterno, q̃ post in ꝓphetis ꝓposuit. Non tñ quantũ ad se, prædestinatio præcessit ꝓpositum, sed quantũ ad nos: q̃a illi præsentia sunt oĩa, quæ nobis p tp̃a uel spatia transeunt. Qđ ꝓpositum fuit uoluntatis suæ. i. non meritorũ nostroꝝ, sed suæ gratuitæ uoluntatis. Gratis. n. ab æterno prædestinauit, gratis in tp̃e per prophetas ꝓposuit ac prænunciauit. Et hoc totum fecit *in laudem gloriæ gratiæ suæ*. Nã quasi gloria gratiæ eius est æterna adoptio. Hoc fecit in laudẽ gl̃iæ gratię suæ. i. ut in iteriori & exteriori affectu laudemus gl̃iam. i. abũdantiam gratiæ suæ qua nos adoptauit. Quæ abundantia dicitur gloria, q̃a tanta & tã magna est, & intãtũ debetur honor à nobis sibi, q̃ & inquantũ de ipsa gloria multũ nobis contulit, quod in ꝓphetis prędixit, quod ante secula p̃destinauit. Nam per hoc firmos & certos nos reddidit. Gratia fuit qđ nos prædestinauit & qđ elegit. Et hæc gratia intantum abundauit, ut ea quæ prędestinauerat, per ꝓphetas p̃diceret. Et ideo q̃a p̃dixit, ex ipsa abundantia laudatur à nobis sua gratia. Nisi. n. per prophetas quos solus p̃destinauerat prædixisset, nobis sua prædestinatio nota non fuisset. Et si nobis occulta fuisset, ad lau Philip. 2.

A dem suę gratię nos non traxisset. Ex hoc igitur apparet, quod ex abundãtia suæ gratiæ, qua nobis prædestinationem suam per prophetas uoluit aperire, laus suæ gratiæ aucta debet procedere. Multum igitur est glorificãdus, qui & nos prędestinauit in adoptionem filiorum, & ipsum gratis, & in prophetis hoc prænunciauit. Quod autē nos dicitur prędestinasse, diuersum est ab eo quod supradictum est, elegisse. Aliud.n. est prædestinare, & aliud eligere: quia electio semper consideratur inter duos uel plures, prædestinatio autē minime: & electio fit de bonis tantum, prędestinatio autē de bonis & malis. Boni.n. dupliciter prædestinantur.i. ad primam & secũdam resurrectionē. At mali prædestinantur simpliciter ad indeficientis pœnę retributionē, quam digne patientur pro peccatis cõmissis, ad quam qdem Deus nullũ prędestinat. Ad nihil .n. aliud est quisque à Deo prædestinatus, nisi ad hoc qđ ipsemet Deus post in eo operatur: quia ad hoc non ualet aliquis prædestinari, qđ inter creaturas Dei nõ poterit inueniri. Patet igitur nullum ad peccandum prædestinari: qa constat nullum à Deo pctm̃ creari. Ad pœnas aũt prædestinatur, quas Deus fecit, ut re iusta puniatur. Prædestinauit nos Deus scdm propositum uoluntatis suæ, uel potius (ut in Græco legitur) scdm beneplacitum uoluntatis suę: quia non omne quod placet, potest & beneplacere. Sed ibi tm̃ dicitur beneplacitũ, ubi quod placuit, recte placitum comprobatur. Prædestinauit nos scdm beneplacitũ uoluntatis suæ, non nostræ, ne in tanto beneficio gratiæ de placito gloriaremur uoluntatis nostræ. *In qua* utique uoluntate sua *gratificauit nos* .i. sibi gratos fecit, ut ei grates redderemus pro suis beneficijs. Hoc est, non solum beneficia nobis collata procedunt ex uolũtate eius B & gratia, non ex merito nostro, sed etiam istud quod sumus ei grati, per ipsa beneficia adscribendo sibi omnia. Sic dictum est gratificauit à gratia, sicut iustificauit dicit à iustitia. Gratificauit nos, & hoc *in filio suo*.i. in operatione filij sui proprij et naturalis, qui & sibi coæternus & consubstantialis extitit. Et quia cõnaturalis, ideo in eius operatione factũ est. Et etiam ĩ dilecto.i. propter hoc etiam potuit fieri, quia dilectus est à patre super omnes alios filios, qm̃ filius est ab æterno, & semper manet & regnat cum eo. Vel nos qui prius displicebamus & inimici eramus, gratificauit sibi.i. gratia sua impleuit: & hoc in dilecto filio suo.i. per mortem & resurrectionem filij sui, qui egregie ab eo diligitur, qa nihil in eo sibi displicet. Vel ĩ dilecto filio suo.i. in fide eius gratificauit nos sibi. In Græcis tñ codicibus non habetur, in dilecto filio suo: sed simpliciter, in dilecto. Et cum non sit additum in dilecto dei, uel in dilecto patris, siue in dilecto ecclesiæ, sed absolute dictum sit in dilecto, ita intelligendum est, ut subaudiatur ab omnibus. ab omnibus .n. diligitur, qa est summum bonum. Omnis ergo gratia quam consequimur in laudē et gloriam eius, q nos gratificauit, cõpletur in dilecto .i. in domino & saluatore nostro: quia nihil boni esse potest nisi ex summo bono & in summo bono, quod naturaliter diligit & appetit omnis creatura. *In quo habemus redemptionem*.i. à Deo manumissionem sathanæ, hoc est manumissi sumus & liberati à iugo diaboli, q impediebat in nobis facultatem bene operandi. Non dixit, habuimus, sed habemus, ut continue nos habere illam manumissionē notaret. Et hoc *per sanguinem eius*.i. per effusionem sanguinis eius, qa eius sanguinis in

C nocens effusus, pretium fuit, quo re dempti sumus, & liberrati redditi, q tenebamur captiui. Per hoc quod di cit eius sanguinem tantam efficaciā habuisse ostendit eum non solū hominem sine peccato, sed etiam Deū omnipotentem extitisse. Habemus in eo redemptionem. Et quam redēptionem? *Remissionem peccatorum* originalium & actualium in baptismate. Diabolus.n. per peccata dominabatur nobis. Remissis autem peccatis nostris, amisit ille malignus dominium in nobis. Et ita peccatorum remissio facta est nobis redemptio & liberatio, ut in libertate seruiremus redēptori nostro. Aliud tñ intelligitur redēptio, et aliud remissio: qa remissio redēptionē facit, et redemptio est manumissio, ac nrē arbitrij ad bene operandum restitutio: qa et iusti post mortem nullo tenentur uinculo, sed liberi ingrediuntur in regnū. Remissio autē, simpliciter intelligitur peccatorꝝ abolitio, habemus remissionem peccatorum, & hoc *secundum diuitias gratiæ eius*. i. scd̄m diuitē & copiosam gratiam misericordię hoc est, scd̄m multitudinē misericordiæ

Philip. 4. eius gratis impensæ nobis: quę sicut est multa et exuperās oēm sensum, sic multiplicia & innumera deleuit peccata nostra. Grā dico, *quæ superabundauit in nobis*. Hic uult ostendere q̄ deus benigne circa eum & reliquos Apostolos egit, ut per hæc ponderet suam authoritatem, & sic efficacius possit suadere quod proposuit. Hactenus.n. de his quę toti sanctorum ecclesię data sunt, est locutus: et nūc de his agit, quę specialiter apostolis concessa sunt. Cum.n. gratia in omnibus sanctis abundasset uel abundet, superabūdauit tñ in apostolis, quia ipsi copiosiorem largitatē eius acceperunt q̄ cæteri. *In omni sapientia & prudentia*. Sapientiam & prudentiā esse diuersas, Stoici quoq; opinātur, dicentes: Sapientia est rerum diuinarū cognitio, prudentia uero tm̄ mortalium. Iuxta hanc diuisionem, possumus sapientiam inuisibilium accipere fidem: prudentiam uero de his, quę corporaliter a nobis exercētur, uel de moribus & de prouidentia tēporalium. Gratia uero in apostolis superabundauit in omni sapiētia & prudentia, quia spiritus sanctus infuderat eis plusq̄ cæteris sapientiā, qua nossent patrem & filium & spiritum sanctum ęternaliter ab utroq; procedentem, atq; filiū solum incarnatum, non patrem neq; spiritum et alia mysteria incarnationis, & arcana cœlestia, necnon & dona ecclesię conferenda. Prudentiam quoq; supabundanter dedit eis idem spiritus de ministerijs ecclesiæ, ut prouiderēt ea quæ futura uel facienda erant in Ecclesia, & futuros status ac tempora prosperitatis & aduersitatis eius usq; ad finem seculi intelligerent, & q̄uo per orbē dilatanda esset & exaltanda, atq; ritus suos honorabiliter ubiq; celebratura, & omnes hęreses destructura. Subtilius.n. sciebant de trinitate & unitate diuinitatis, & de mysterijs incarnationis Christi, & de statu ecclesię acutius q̄ alij, puidebant. Vel prudētiam intelligamus, quantum ad regnum ecclesię. Maiorem.n. notitiam habebant regēdi ecclesiam, q̄ alij. Sciebant nāq; qualiter unumquenq; deberent admonere, & quos increpare, uel quos obsecrare, & cętera hmōi. Et quia omnis sapientia & prudentia per supernā gratiam superabūdauit in eis, adhibenda est fides doctrinę eorum, qua prædicant Christum, Deum, creatorem & hominem uerum esse. In tm̄ autem, inquit, superabundauit in nobis illa gratia, *ut notum faceret*. i. notificaret *nobis sacramentum*. i. mysterium *uoluntatis suæ*, hoc est mysticam & occultam uolūtatem suam, quæ antea

D

A latebat. Voluntatem (inquam) suam de incarnatione filij, & renouatione humani generis, atque statu ecclesiæ, & donis eius conferendis & eius regimine. Licet.n.prophetæ partim hæc nouissent, nullus tamen eorum uel omnia quę apostoli, uel tam lucide perspexit ut apostoli. Prophetę nanque nouerunt ut illi qui fuerunt in rerum prenunciatione, apostoli uero ut illi qui erant in rerum exhibitione. Voluntatis dico. exhibitę non hominum meritis, sed secundum bonum & pium *beneplacitum eius*.i. quia tantum ei misericorditer placuit, ut uellet humanum genus reparare. Quod beneplacitum ipse proposuit.i. procul antepofuit, uel prorsus posuit, siue omnibus palàm obtulit, *in eo*.i. in Christo, non alio tempore implendum, sed *in dispensatione plenitudinis temporum*.i. in plenitudine temporum dispensata & ordinata diuinitus, cum iam impleta essent tempora, quæ ipse disposuerat prius implenda. Vel notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suę, & hoc faceret secundum placitum eius .i. secundum quod ex sola potestate sibi placuit, et placitum illud est bonum.i. utile nobis. Quod sacramentum antequam notificaret nobis, proposuit ipse in prophetis.i. sacramentum illud prædixit per prophetas qui mysteria incarnationis domini, et dona quę collaturus erat ecclesiæ, precinuerunt. Si.n. penitus ignari essent homines, & non aliquantulum prędocti, non reciperent illud. Quod sacramentum fuit in eo .i. in Christo, in morte eius & resurrectione Sacramentum dico, tendens in dispensatione plenitudinis temporum, id est, ad hoc proposuit in prophetis, ut in plenitudine temporis.i. tempore præfinito, tempore gratiæ, distribueretur illud sacramentum per apostolos. Dominus dispensauit illud, quia alijs in ecclesia tribuit fidem et notitiam incarnationis Christi, alijs uirtutes quoque et charismata, et quę B cunque dispensanda & distribuenda prædixerunt prophetę. Et quod erat illud sacramentum? Instaurare. i. ad primum statum reducere, omnia per peccatum destructa. Et illam instaurationem facere *in Christo*.i. in fide & gratia Christi, ut in eo restaurentur, *quæ in cælis* sunt .i. numerus beatorum angelorum, qui diuinitus erat stabilitus, cadentibus inde reprobis angelis: *& quæ in terra sunt*. i. homines: & omnia quæ instauraret, permanerent *in ipso*. Christo sine fine, ne iam ulterius caderent. In eo quippe instaurantur quæ in cœlis sunt, cum id quod inde ex angelis lapsum est, ex hominibus redditur, in ipso instaurantur & quæ in terris sunt, cum ipsi homines qui prædestinati sunt, in uitam ęternam, à corruptionis uetustate renouantur. Instaurantur quæ in cœlis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt, unde apostatæ angeli superbiendo ceciderunt: instaurantur & quæ in terris sunt, dum peccatores ad iustitiam conuertuntur. Vel ea quę sunt in cœlis, sunt instaurata.i. in melius commutata in Christo.i. in Christi operatione, quia in reuelatione mysterij incarnationis dominicę receperunt angeli quandam in melius promotionem. Sed & gaudium eorum creuit cum homines in suum consortium cœpissent recipere. Non.n. pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur à malo, quia cum eis quodammodo redditur in gratiam post inimicitias, quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt, & ex ipsa hominum redemptione ruinæ illius angelicæ damna reparantur. Et sic instaurantur cœlestia & terrena, sed tamen ea tantum, quę sunt in ipso ante mundi constitutionem electa & prædestinata. In ipso

C enim semper fuerunt & sunt, quos elegit ab æterno. Quod dixit instaurare, non dixit proprie, nisi respectu eorum quæ erant in cœlis: quia quę sunt in terra, nõ sunt instaurata, sed restaurata. Nã instaurare dicimus, qñ stauratum in melius ĩstauratur, ut bonum in melius: restauratur autem, quod sũ prorsus destitutũ sit, instauratur, ut malum in bonum.

*In quo etiam sorte uocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos qui ante sperauimus in Christo.*

In Christo restaurata sunt omnia, *in quo etiam nos uocati sumus* de infidelitate ad fidem, & hoc sorte .i. gratia sola, nõ nostro merito. Nam sortis nomine designatur gratia, quia in sorte non est electio, sed uolũtas Dei. Vbi enim dicitur, iste facit, & iste non facit, merita considerantur. Et ubi merita considerãt, electio est, nõ sors. Qñ autem Deus nulla nostra merita inuenit, sorte uoluntatis suæ nos uocauit, quia uoluit, nõ quia digni sumus. Sorte uocati sunt & ipsi apostoli, in quibus superabundauit gratia, ne uiderentur meruisse aliqd melius cæteris. Vocati sumus, nos dico prædestinati .i. prius p̃parati in ejus sapientia, ab æterno præordinati ad uitam, & hoc *secundum propositum eius* .i. scd̃m quod postea prædixit in prophetis. Prophetæ .n. apostolos ad fidem Christi conuertendos prænunciant, & sicut ipsi prænunciant, ita & Deus prædestinauerat. Prædestinati .n. sunt scd̃m p̃positum eius, qa sicut magnifice illos ad fidem uenturos in prophetis prenunciauit, ita magnifice illos predestinauerat. Vel prædestinati sumus secundum propositum eius .i. scd̃m firmam & perseueraturam institutionem eius. *Qui* etiam in apostolis *operatur omnia* etiã uelle iuxta *consilium uoluntatis suæ*, ut ne-

D mo glorieẽ de suis meritis. Ac si dicatur: Cur nos magis elegerit ad officium apostolatus nescimus, sed tñ consilio facit omnia .i. rationabiliter & prouide, nõ temere. Nam ad hoc solet fieri cõsilium, ut rationabiliter fiat illud, unde cõsilium habetur. Et consilium quo facit omnia, est uolũtatis suę .i. non extraneum, quia nõ ab alio accepit consilium, sed à sola uoluntate sua. Et hoc cõsilio agit ipse, *ut simus* in æterna uita euntes *in laudem gloriæ eius* .i. ut in illa uita laudem⁹ diligendo & admirãdo ineffabilem gloriam eius .s. illum gloriosum, laudabilem & admirabilem, *nos qui ante sperauimus in Christo* .i. antequã transeamus ad illam cœlestem patriam, posuimus in Christo spem nostrã, uel nos Iudæi qui ante conuersionẽ nostram sperauimus in Christo uenturo, priusq̃ ille uenisset. Iudæi .n. ab antiquis temporibus sperabant in Messia uenturo, & in eodem sperabat Paulus antequam ad fidem nouã conuersus esset. Per hoc quod in Christo speratur, deus esse monstratur. Et quia in eo speratum est ante aduentum eius, constat eum sine initio semper apud patrem fuisse. Nisi enim ille fuisset, perissent omnes qui sperauerunt in eo, quasi sperantes in nihilo. Vel ad hoc sorte uocati sumus ut simus in laudẽ glorię eius .i. ut per nos alij laudẽt gloriam eius, uel nosipsi: nos dico, qui antequam uos, sperauimus in Christo: & ideo tales sumus, ut per nos alij sperent & laudent. Prius enim crediderunt apostoli q̃ cęteri.

*In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.*

Quia se & alios apostolos dixerat uocatos, ne uidereẽ latẽter dixisse Ephesios non esse uocatos, subiunxit

A xit quasi dicens: Nos ante sumus in Christo uocati, *in quo & nos* postea iã uocati estis, etsi nõ principaliter, tñ per eius membra & eius præcepto uocati estis ad fidem quam non accepistis ex merito aliquo, sed ex auditu solo, qa *cum audissetis* ex ore meo *uerbum ueritatis*, tũc uocati estis. In hoc multum cõmẽdatur gratia Dei, quã tam leuiter. s. solo auditu receperũt, quia nõ intercessit eorum meritum, non uis arbitrĳ ipsorum, sed solus auditus, ut gratiam in fidem acciperent. Ideo credidistis, quia audistis uerbũ non falsitatis, ut antea in laude idolorum, sed ueritatis in prædicatione Christi, quæ est nimia ueritate suffulta. i. ideo credidistis, quia uerum esse quod dicebatur, cognouistis. Quod uerbum est euangeliũ uestræ salutis. i. bonũ nũcium, quia in eo annũciata est uobis salus. i. remissio peccatorum, et iustificatio, et uita æterna. Et quia possent audisse illud & non credidisse, addit: *In quo* euangelio *& credentes signati estis*. i. segregati ab infidelibus *spiritu sancto*, cuius gratiam accepistis. Sanctus. n. spiritus credentes signat. i. ab alĳs hominibus discernit et separat, quia à peccatis eos purgat, & spiritualib⁹ gratĳs ornat. Vel in quo Christo signati estis imagine eius. i uos qui culpa primi parentis deformati eratis, & quibus iam perierat imago et similitudo Dei, signati estis, hoc est, imagine & conformitate Dei estis impressi. i. restituta facultate bene operandi scdm innocẽtiam & iustitiam repræsentatis imaginem Dei patris. s. institutione liberi arbitrĳ estis ipressi similitudine Dei scdm inocẽtiam & bona opera: et hoc per spiritũ sanctum, non per merita nostra, fide interueniente. Hoc notauit, dicens, credentes &c. Quasi diceret: Quia credidistis, ideo signati estis spiritu sancto. i. hoc signum accepistis, quo distingueremini à cæteris, quod spiritu sancto repleti estis, quem non habent increduli. Qui spiritus est *promissionis*. i. promissus à Deo, sicut discipulis saluator præcepit ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionem patris. Et item de eo dixit: Ego mittam promissum patris mei in uos. Vel promissionis est iste spiritus, quia his quos replet, p̃mittit uitam æternã. & hoc ideo facit, quia ipse *est pignus* & arra & certitudo *nostræ hæreditatis*, quam accepturi sumus à Deo. i. charitas quã nobis ille spiritus ĩfudit, arra est futuræ hęreditatis. Pignus. n. hoc loco pro arra positum est. Pignus. n. qñ datur, cum datum fuerit propter quod datum pignus est, pignus aufertur. Arra uero qñ aliqua p̃tĳ particula primum datur, ut sit signũ totius massæ dandæ. Sic charitas per spiritum sanctum data fidelibus, signum & arra est dandę plenitudinis uitæ perpetuæ. Hoc. n. ipletur, unde arra data est, nec ipsa arra. i. charitas nobis auferetur, sed adimplebitur qñ summa reddet̃. Signati estis spiritu sancto, et hoc *in redemptionem adquisitionis*, ut ultra non dominet̃ inimicus uobis, sed Christus qui uos sanguine suo redemit ut possideat, nõ ut amittat. Redemptio. n. hoc loco uocatur immortalitas, quæ erit per resurrectionem. Adquisitio autem familiaritas illa quæ deum quærit. Ducet ergo nos spiritus ille in redemptionẽ immortalitatis et impassibilitatis. s. ut redimamur ac liberemur ex mortuis. i faciet nos immortales p̱ mortem Christi & resurrectionem. Et redemptio illa erit tanta, ut sit adquisitionis, qa illa immortalitas sic nos adquiret Deo & coniunget, ut ultra nõ separemur uel amittamur ab eo, sed semper illi inhæreamus & ab illo possideamur: & hoc *in laudem gloriæ ipsius*. s. ut laudemus admiratione, di

B

Luc. 24.

C lectione, participatione gloriam ipsius. i. beatitudinē eius. Ideo posuit ipsius, ut innueret q̄a quicquid boni habemus, à Deo est.

*Propterea & ego audiens fidem uestram quæ est in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ et reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illū à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationē & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnia ecclesiæ quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.*

Inuitat eos Apostolus ad uerā fidei constantiam, quam ab eo perceperunt de domino Iesu. s. Christū uere esse creaturam in humanitate, & uere creatorē in diuinitate. i. esse uerum hominem & uerum deum. Nā ut in hanc fidem eorum quæ per dilectionem operabatur, roborarētur, & augerentur, gratias pro ea Deo referebat, ut ipse deus q̄ dederat, multiplicaret eam & confirmaret. Quasi dicat: Vocati estis, euangelium audistis & credidistis atq; spiritu sancto signati estis. *Propterea*. i. propter has causas, gratias ago, quia non solum uicini uestri, sed *& ego* longe positus in Romano carcere, audio *fidem uestram*, quasi iam famosam et in uobis solidatam, quæ iam multis ut conuertantur proponitur exemplar, q̄a cōstantes estis in ea. Et hoc ideo, q̄a *est in domino Iesu*. i. firmiter fundata & permanens in domino saluatore, q̄ uos suo dominio mācipauit, uosq; saluauit. Et audio etiam *dilectionem* uestram redundare *in omnes sanctos*. i. charitatem uestrā qua sanctos omnes ita diligitis, ut quicquid pie potestis impēdatis illis. Et ita charitatis opera quæ facitis in sanctos, faciunt uestram charitatem longe diuulgari, multiq; eam proponunt exemplar. Vnde ego hęc *audiens, nō cesso gratias* agere Deo *pro uobis*, quia fidem hanc & dilectionem uobis contulit. Magna illis erat utilitas, quod tantus Apostolus pro illis gratias agebat, quia per hoc diuinitus cōfirmabantur & promouebātur in fide & dilectione, quam nuper acceperant prædicato sibi euangelio. Gratias, inquit, ago pro his quæ iā accepistis, & orationes facio ut quę necdum habetis habere possitis. *Memoriam uestri* facio *in orationibus meis, ut deus* det uobis intelligere quæ credidistis. s. ut quod fide credidistis, notitia p̄cipere possitis discernendo. Et hoc det uobis deus *domini nostri Iesu Christi*. i. deus illi⁹ quē reuereri debemus, quia eius serui sumus, & ipse dominus noster: & est Iesus, id est, Saluator noster: & est Christus, id est, rex noster siue sacerdos. Hoc totum dicitur respectu humanę naturę, quia secundum humanitatem tantum est Deus Christi, qui secundum diuinitatem eius, est pater ipsius. Qui enim tempore creauit eum ex uirgine, ipse ante omnia tempora de seipso genuerat eum. Vnde dicitˀ *pater gloriæ, quia ipse Christus secundum excellentiam æternæ diuinitatis sua est gloria patris*. i. uirtus & sapiētia & uerbum eius. Per hoc itaq; quod dicit, de⁹ domini nostri Iesu Christi, ostēdit illum esse uerum hominem: & p̄ hoc quod subiungit, pater gloriæ, notat illum esse uerum Deū ex patris substantia. Et rogo ut iste pater *det uobis spiritum sapientiæ* de cœlestib⁹ ac diuinis *& reuelationis in agnitionem eius*, ut non obscure, sed sine uelamine

A agnoscatis eum.i.Christū,scdm qđ deus est omnipotens atq; principio & fine carens, & omnia diuinitate implens.Det uobis spiritum sapientię in agnitionem eius.i.spiritū sanctum quo infunditur hominibus sapientia, ut agnoscatis illū iuxta qđ agnoscēdus est ab his,qui adhuc in carne uiuunt,ut oïa quę de illo possunt in hac uita cognosci, cognoscatis.Et det uobis spiritum reuelationis de humanitate eius, spiritū sanctū, quo reuelet uobis mysteria humanitatis Christi in agnitionē eius, ut manifeste agnoscatis incarnationem eius,non per umbram,sicut illi qui fuerunt ante aduentum eius. Ideo orat ut hanc Christi notitiam det illis deus,quia si hãc habuerint, nulla aduersitate separabuntur ab eius fide & dilectiōe. Et declarat cōsequenter,cuiusmodi sapientiam & reuelationem uult ut det illis.*illuminatos*,inquit,*oculos cordis uestri* det uobis .i.aspectum uestræ mentis & rationis faciat clarū & perspicuum. Qđ est dicere:Ita illuminet uestrā rationē,ut perspicue remota umbra phātasmatum, aduertat ratio uestra qđ præmium speretur de fide.s.uita cū angelis æterna.Et hoc est,*ut sciatis quæ sit spes uocationis eius*.i. fidei ei⁹ Hoc est, sic illuminet interiores oculos uestros,ut intelligatis quod prēmium erit pro fide eius illis, qui constāter in ea perseuerant,ad quod per euangelium uocati estis.Vel quæ sit spes uocationis eius.i. qualis & quanta sit gloria quam speratis, & ad quā uos uocauit: ꝙ preciosa est summa beatitudo, quam adipisci speratis ꝑ eum,qui uos ad fidem suā uocauit. Et ut sciatis *quæ* sunt *diuitiæ gloriæ*.i.copia beatitudinis .i. ꝙ sufficiens & multiplex & copiosa est beatitudo illius gloriosę *hæreditatis*,quam firmo iure possidebunt cōmuniter sancti, in perfectione uirtutum consumma- B ti.Istę.n.diuitię erunt *in sanctis*. *Vel tantam esse beatitudinem illam intelligatis*, *quanta est in sanctis*.i. quantam ipsi habēt uel intelligunt esse. Et ut sciatis *quæ* & quāta *sit magnitudo uirtutis eius in nos* apostolos.i. ꝙ larga & copiosa prouenit uirtus eius in nos, ut spirituali scientia illustrati, & uirtute spiritus sancti confortati, nihil timeremus: sed magna authoritate regib⁹ & tyrannis contradicentes, euangelium ubiq; prędicaremus,& miracula potenter operaremur, atq; cunctos errores destrueremus. Et hæc magnitudo uirtutis & fortitudinis quę data est nobis præ cęteris, est *supereminens*.i.super alios manēs,quia nobis excellentiora sunt data ꝙ aliīs,ut & illi post nos studeant ad uirtutem alta proficere.Et ista magnitudo tā celsa est in nobis apostolis, *qui credidimus*,quia nos intēsius & firmius credidimus ꝙ aliī.Et est desuper a Deo missa ī nos,& hoc *secundum operationem potentiæ uirtutis eius*.i. scdm opus quod uirtus Dei.i.uis Dei operata est.Virtus dico potentiæ.i.potens,in omnibus. Vel nos credidimus scdm operationem potentię uirtutis eius.i.attendentes potentem uirtutē eius factam.Et quam uirtutem? Scilicet illam *quam operatus est* potēter *in Christo*, *suscitans illum* ita ut procul esset a mortuis,id est,ut nunquā amplius moreretur, sed immortalitatis uirtute permaneret. In hac enim operatione,ostensa est nobis potentia uirtutis eius.Quem & constituit, id est, simul secundum animam & corpus statuit *ad dexteram suam*.i.in potentiori dignitate sua positum *in cœlestibus* præferens illum omni creaturæ. Dextera enim Dei æterna beatitudo est, quæ sanctis datur: sicut sinistra eius recte dicitur miseria perpetua,in qua sunt impiī.In cœlestibus est Christus, ut eius dignitas etiam ex loco mōstraretur. Et est etiam lo-

C co *supra omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem*, ut per hoc ostēdatur esse maioris dignitatis & amplioris felicitatis ac beatitudinis ꝙ aliquis spiritus in his ordinibus, qm̄ excelsior cœlis .i. spiritib⁹ angelicis factus est. Isti.n. quatuor ordines angelorum, & iuxta librū Dionysij Areopagitæ de cœlesti hierarchia numerantur ascendendo. Principatus.n. est sub potestate, potestas sub uirtute, uirtus sub dominatiōe. Super dominationē uero est ille ordo qui uocatur thronus quia Deus in eo sedet. Cum ergo Christus sup dominationem exaltatus dicitur, liquido demonstratur sedere in throno cum patre. Principatus autē uocātur, q ipsis quoq; bonis spiritibus angelicis p̄sunt. Qui subiectis alijs dum quæ sunt agenda disponūt eis ad explenda diuina ministeria principantur. Ex quibus unus (nisi fallor) apparēs Iosue, dixit se esse principem exercitus domini. Iosue.5. Potestates uero dignioris potētię intelliguntur esse ꝙ principatus, ut et subiectis ordinibus angelorum potēter pręsint, & ad diuinam contemplationem super se potenter extendantur. Virtutes autem dicuntur illi spiritus, qui uirtuti diuinæ fortitudinis firmius cæteris assimilati, ad omnia quęcunque uoluerunt, fortiter p̄ualent. Dominationes uero nuncupantur, qui nobilissimi i illa cœlesti curia sunt, & subiectis quibusq; dominantur, atq; possidenr eos ut domini. Et sup oēs istos exaltatus est secundū humanitatem suam Christus, q est caput nostrum, ut & nos mēbra eius usq; ad istorum societatem & æqualitatem ptingamus. Vnde et quod su pradictum est, ut sciatis quæ sit supereminēs magnitudo uirtutis ei⁹, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituēs ad dexteram suam in cœlestibus, de nostra resurrectione intelligi potest, D ut quemadmodū Christus magnifice resuscitatus est & eleuatus in cœlum, sic & nos in fine seculi pro modulo nr̄o magnifice resuscitemur, & ad cœlestia sublimemur. Mirabilis enim & supereminens .i. super omnes alios ex toto manens magnitudo uirtutis in nos à Deo ueniet, qn̄ in ictu oculi resurgemus, & imutabimur atq; rapiemur i nubibus ob uiam Christo in aera, & sic semper cum illo erimus. Qui (ut dictū est) 1.Cor.15. exaltatus est super omnes præfatos 1.Tes.4. angelorum ordines, et super cęteros altiores. Et ut generaliter dicam, *super omne nomen*. i. super omnem ordinē uel personam magnæ famæ & magni nominis, *quod nominatur non solum in hoc seculo*, ut Michael & Gabriel, *sed etiam in alio futuro*, ut quædā personę beatorum spirituum maioris dignitatis in illo cœlesti regno, quarū fama & appellatio ad nos in terra manentes nunq̄ perueniet. Id est, dignitas eius superat dignitatem omniū maiorum inter cœlestes creaturas, et nō solum sublimauit eum pater super oēs choros angelorū uel p̄sonas, sed etiam *omnia subiecit sub pedibus eius*. A similitudine dictum est. Nam sicut qui submissus est, sub pedibus conculcatur, & conculcanti resistere non potest, sic omnia imperio & Psal.8. potestati Christi subiecta sunt, & illi contraire non ualēt. Omnia subiecit, & ita ut sint sub, id est, inferiora. Aliud subnotat omnimodā subiectionem. s. ꝙ nec audeant, nec possint contraire imp̄io eius. Per pedes enim intelligimus humanitatē eius: quia sicut pedes sunt inferior pars corporis nostri, sic humanitas est inferior natura Christi. Diuinitas .n. superior natura eius est. Et hęc scientia de futuro accipiēda est, qn̄ in die iudicij omnes cognoscent se subiectos ei, alij recipiendo præmiū uitę, alij

A alij patiendo sententiam mortis æter næ, *&* *ipsum* dominum, qui tantus & tam potens tamq́; sublimatus est, *dedit* non ex merito nr̃o, sed sola sua gratia *caput super omnia* bona uirtutum *ecclesiæ*, ut ipse caput & fons esset omnium bonorum ecclesiæ, uel supra omnia membra ecclesiæ, ut ipse maiorum et minorum fidelium caput esset. Vel sicut in alijs libris habetur, supra omnem ecclesiam Iudæorum scilicet atque Gentilium, ut nullus ad ecclesiã pertineret, qui hunc caput nõ haberet. Nam sicut omnia membra humani corporis reguntur à capite, id est, uisus, auditus, gustus, odoratus & tactus, ita omnes spirituales sensus ecclesię sunt in Christo, ut in eo uideat Deum, & audiat uerbũ eius, & gustet quod suauis est dominus, & odorẽ notitiæ eius attrahat, & spiritualiter eum tangat, dicens: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Qui lõge aliter est caput ecclesiæ, quam princeps aliquis caput exercitus, qa illa *est corpus ipsius*. Vnum.n. sunt spõsus et sponsa, ut caput et corpus. Ecclesia dico, *plenitudo eius*.i. plenariũ corpus eius: nullum.n. membrũ deest ibi, quod soleat esse in humano corpore, sed sunt ibi qui prouident alijs, ut oculi: sunt qui ministrant, ut manus, sunt qui loquuntur uerbum salutis, ut os, & sic cætera membra. *Qui* Christus *adimpletur* non in se, quia sic plenus est & perfectus, ut non possit augmentari, sed *in omnibus* fidelibus suis. Et qd adimpletur ipse in eis? *Omnia* bona quę sunt in eis, id est, charitas, humilitas, patientia, castitas, & his similia. Hęc enim omnia Christus est in electis suis. Et dum hęc augentur in eis & multiplicantur usque ad plenitudinem, ipse nimirũ adimpletur in eis. Qui & in futuro feliciter adimplebitur in ipsum, ut sit Deus omnia in omnibus. Vel adimpletur ipse nunc omnia in oibus, dum membra eius quotidie scd̃m quãtitatem B proficiũt: & dum defunctis his qui modo sunt in ecclesia oculi uel os, succedunt alij pro eis: & sic de cæteris, ut integer maneat numerus mẽbrorum, & scd̃m successionem semper crescat. Omnia prædicta ualent ad confirmandum eos in fide Christi, ut credant eum uerum hominem & Deũ perfectamq́; salutem dare credentibus. Sequitur.

Psal. 33.
Psal. 72.

CAPVT II.

*Et uos cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desiderijs carnis nostra facientes uoluntatem carnis & cognitionum, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis salua ti per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donũ est, non ex operibus, ut nequis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus.*

Ingreditur Apostolus dissuadere & superfluas ostendere carnales obseruantias, quas prǽuidebat fore introducendas ab hæreticis. cõmemorat etiã priora mala, ut in bonis quę prius perceperunt, humilientur: & certum sit, quia si hæc inimicis data sunt, multo magis ampliora dabuntur amicis. Ne enim in tumorem ex bonis erigantur, ostendit de quo statu ad quod dignum uocati sunt, dicens omnia bñficia eis uel apostolis uel toti humano generi, per solam Dei gratiam esse data. Litera sic coniungitur: Suscitauit Chustũ à mortuis,

C & ad dexteram suã eleuauit, & uos quoq; conresuscitauit & in cœlestibus cõsedere fecit. Sed istud inferius ubi dicit, Deus autem qui diues est, ideo interposuit, ut dissuaderet carnales obseruantias, & illos humiliaret ex recordatione præcedentiũ culparũ. Ac si diceret: Deus corporaliter suscitauit Christum à mortuis, *& nos* spiritaliter cum eo resuscitauit ab æterna morte *cum essetis mortui* in anima *delictis & peccatis uestris*. Sicut enim iustitia est uita animæ, sic peccatum mors eius. Delictum nõnulli uolũt accipere scd̃m consensum malæ uoluntatis, & peccatum scd̃m executionem operis, uel delictũ est, quando aliqs facere negligit quod à Deo præcipitur: peccatũ, quando præsumit agere quod prohibet. Vos mortuos delictis & peccatis gratia Dei uiuificauit. Hoc multũ ualet ad dissuasionem carnalium obseruãtiarũ: qa si de morte animæ ad uitam non illis obseruantijs, sed gr̃a duce peruenere, non est ratio ut post acceptã uitam his indigeant. Mortui eratis, qa aliquando, id est, ante conuersionem uestrã *ambulastis* in illis delictis & peccatis. Et ambulastis in illis de alio ad aliud, *secundum seculum huius mundi*, id est, sequendo & imitando seculares homines ista mundana appetentes. Vel scd̃m malitiam seculi huius mundi, qui totus in maligno positus est, ambulastis. Nam superior
1. Ioan. 5. mundus, id est, regnum cœlorũ, habet aliud seculũ in quo regnat iustitia. Vel secuti hoc seculum, qa sicut in hoc seculo succedit tempus tempori, ita semper in uobis succedebat pc̃tũ peccato: & ita cõparabiles seculo fuistis in cõtinuata serie peccatorũ. Seculo dico, huius corruptibilis & caduci mũdi, cuius sectatores diuersis uitijs assidue corrũpunt, & cito decidũt in interitũ. Nec solũmodo scd̃m hoc seculũ ambulastis in uia iniqtatis, sed et *secũdum principem potestatis aeris huius*. i. scd̃m qđ suadebat D uobis princeps, qui in hoc aere potestatem habet uel infideles tentandi, uel ipsum cõmouendi. Scd̃m hũc iniqtatis principem ambulant, qui scd̃m uolũtatem eius peccant, Qui est princeps potestatis aeris, qa principat exercitus dæmonum, qui sunt potestas aeris, quia possunt in eo discurrere, et suggestiones hominibus ministrare: uel quia ipse satanas in hoc eodẽ caliginoso aere, uicino terris, ptãtem habet (ut diximus) uolitandi ad suadendũ mala, siue cõmouendi aliquoties tempestates ad incõmoda hominum, sicut fecit aduersum Iob. Et quis est iste princeps? *spiritus*. i. non carnalis substãtia, sed incorporea. Per hoc quoq; innuit, qa multũ erant in peccatis, quoniã spiritus. i. res inuisibilis à quo nesciebãt cauere sibi, eos impugnabat. Periculosius enim impugnat homo re inuisibili q̃ uisibili, qa si hostẽ uideret, sibi foriasse caueret. *Qui* spũs *operatur in filios diffidentiæ*. i. in illos qui uolũt tenere carnales obseruantias, qui diffidũt de Christo, nõ credentes eũ sufficere ad iustitiam & salutem, nisi & carnales obseruãtias superadijciãt. Ob hoc dicunt filij diffidentiæ, qa diffidẽtia infidelitatis genuit eos in tali errore. i. fecit eos diffidere. In quibus operat diabolus ut diffidant à Xp̃o, & carnales ceremonias quærant *nunc*. i. post aduentum Christi, qui uera lux est, & umbrã ueterum obseruantiarũ exhibitione ueritatis remouit. Ac si dicat: Quãdoquidem malignus hæc operat, etiam postq̃ ueritas apparuit, id est, opus illius est adhuc facere diffidere, uidete ne forte uos diffidatis. Et hoc ualet ad ꝓpositum. Nam si cum adhuc tanta ac tali multiplicitate peccatorũ irretiti erant, liberati sunt sola gratia, non carnalibus obseruantijs, patet, Iob. 1. et. 2.

A quia post liberationē superflue eas tenerent. Vel in filios diffidentiæ, id est, in illis qui ꝑpter sua multa peccata diffidūt de æternis bonis, & de sperant de salute sua, operatur diabolus nunc, id est, postq̃ de manu eius erepti fuerant. Vel ideo uocantur filīj diffidentiæ, q̃a de eoꝝ salute diffidit mater ecclesia, considerans in eis operationem nequissimi spiritus. Ne autem uiderentur Ephesīj ideo fuisse tam grauibus irretiti peccatis, q̃a carnalibus obseruātījs non studuerant, ostendit etiam seruientes illis ceremonījs similiter implicitos fuisse peccatoꝝ multitudine. Et hoc est: *In quibus* delictis et peccatis non solū uos, qui non habetis carnales obseruantias, sed *& nos* qui illas custodiebamus, & illi qui modo sunt tanti apostoli nos inquam *omnes conuersati sumus*, id est, per omnia genera uitioꝝ uersati sumus *aliquādo*, id est, ante cōuersionem nostram *in desiderijs carnis nostræ*, id est, in concupiscentījs eius. Et eramus *facientes uoluntatem carnis*, id est, opere complebamus quod carnalitas nostra exigebat scd̃m libidinem & crapulam, & cætera quæ ad delectationem carnis attinent, & uoluntatem *cogitationum* faciebamus, scd̃m iram & superbiam & ambitionem & cætera uitia, quę in corde sunt, & non in delectatione corporis. Si uero carnis nostræ, sic legatur, ita dico nos fuisse in delictis, quando manebamus in desiderījs carnis nostrę, id est, in uehementia cōcupiscentiæ ministratæ à carne, plus uoluit in desiderījs notare, quàm concupiscentiā, id est, multiplicem & omnimodam uehementiam concupiscentię quam per legem incurrerunt. Vnde Roma

Roma.7. nis ait: Cum enim essemus in carne, passiones pct̃oꝝ quæ per legē sunt: opabant̄ in mēbris nostris. Et item:

Ibidem. Pct̃m per mandatū opatū est in me oēm cōcupiscentiam. Et ꝑpterea de maledicto mortis uenientes *eramus filīj iræ*, i. filīj, ultionis filīj gehennæ, & hoc *natura*, i. originali peccato, *sicut & cæteri* qui legem non acceperāt. Nam cū ira Dei nascuntur omnes mortales, et peccante primo homine, uitiū pro natura inoleuit. Sed per Dei gratiam nonnulli de filījs iræ fiunt filīj adoptionis, quod per legē non ualet fieri: ideóq; Iudæi carnales licet haberēt legem, nihilominus filīj irę manebant sicut nati fuerāt, quemadmodum & cæteri populi terraꝝ qui sine lege erant. Et per hoc uoluit innuere, legem nihil posse ad peccatoꝝ alleuiationem, cū ipsi qui obseruabāt legalia ꝑcepta, debiti essent iræ Dei, sicut & alīj qui mandata legis ignorabant. Hoc.n. de lege sola sine adiūctione gratiæ dicit̄. Quod totum ad gratiæ cōmendationē ualet, & sicut ad carnaliū obseruationū destructionem: q̃a cum essent mortui multiplicitate peccatoꝝ, seruiēdo etiam illis ceremonījs, gratia Dei eos cōuiuificauit, qđ lex facere non potuit. Vos eratis mortui, et nos similiter, et eramus ex natura uitiata filīj iræ: sed Roma.7.

*Deus qui diues est in misericordia*, quoniam scd̃m largas misericordiæ suæ diuitias omnia peccata & originalia & actualia per baptismum remisit, ut ubi abundauit pct̃m, supabundaret Roma 5.

gratia *propter nimiam charitatem suam* erga nos summā, id est, oīum sensum superantem, cū ipse filiū sibi coæternū faceret incarnari & mori, *qua dilexit nos Deus, cum essemus* spiritaliter *mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo*, i. uiuificauit nos cum Christo scd̃m remissionem peccatoꝝ, & innocentiam atq; uirtutum cōsummationem: hoc est, sicut Xp̃o ꝑpetuitatē uitæ in æterna beatitudine attribuit, sic nobis largitus est uerā uitā inocentię & iustitię. *Cuius* Christi *gratia* uos Ephesīj & alīj Gentiles *saluati estis*, sicut & nos scd̃m remissionem, & innocentiam

C & iustitiam. Et non solum conuiuificauit nos, sed etiã *conresuscitauit*, id est, spe cum Christo iam resuscitauit, ut quemadmodũ Christus est resuscitatus, sic nos spei certitudine expectemus resuscitandos, & etiam *fecit* nos *consedere*, id est, spe cum Christo sedere ut iudices in æterna beatitudine, et hoc *in cælestibus* locis, uel inter cœlestes essentias. In sessione.n. designatur iudicium, qa sedere solet qui iudicat. Faciet ergo nos sedere cum Christo, qa faciet iudicare cum illo. Immo cũ eo iam nos resuscitauit, & cum eo sedere fecit in cœlestibus, qa quãuis corpus nostrũ nõdum ibi sit, tamẽ spes nostra iam ibi est. Et hoc totum in Christo Iesu, id est, in potẽtia & uirtute & gratia eius. Hęc omnia multũ ualent ad itentionem, qa cum hęc uniuersa det sola diues gratia, frustra post hæc inducunt carnales obseruantię. Ideo sua prædestinatione & nostra spe nos fecit iam cõsedere, *ut ostenderet in seculis uenientibus super* ista temporalia secula, id est, in seculis ęternitatis, uel in seculis quę post nos in hoc seculo uenient, *abundantes diuitias*, id est, ęternam beatitudinem, quæ adeo diues erit, ut ibi nulla re quis idigeat, uel donationem beneficioꝝ suoꝝ abũdanter diuitem & copiosam diuitias dico *gratiæ suæ*, id est, propter gratiam suam datas, & hoc *in bonitate* sua, non in consideratione meritoꝝ nostroꝝ, quoniam melior Psal.62. est misericordia eius super uitas. Et tantę eius diuitiæ erũt *super nos*, id est, multo maiores q̃ digni sumus accipere. Vel super nos erunt, id est, omnem intelligentiæ nostræ capacitatem exuperabunt, quia tam magnæ & tales erunt, quas nec oculus ui- 1.Cor.2. dit, nec auris audiuit, nec cor hoĩs excogitauit. Tantũ.n. dabitur, quantum mens inuestigare non potest. Quis eni intellectus capere sufficiat illa supernæ ciuitatis quãta sint gaudia, angeloꝝ choris interesse, cũ beatissimis spiritibus glorię conditoris assistere, præsentem Dei uultum cernere, icircũscriptũ lumẽ uidere, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Et hæc omnia dantur *in Christo Iesu*, id est, in potentia & gratia & largitate Christi. Ad quid igitur post hęc carnales obseruantiæ inducerentur? Vere gratia Dei largas habet diuitias, nam *gratia eius estis saluati* & mundati à peccatis, & hoc *per fidem*, id est, fide interueniente, qa credidistis uos gr̃a posse saluari. Et tñ *hoc non est ex uobis*, sed ex uocante Deo, qa ex auditu euangelij accepistis fidem. *Dei enim donum est* ipsa fides, uel uocatio uestra, & non partim sed pure donum Dei qa *non ex operibus uestris*, id est, non est ibi admistio operum, *ut nequis glorietur* q̇ fidem habeat ex operibus, uel sine gratia saluatus sit proprijs operib⁹. D

Hic uidetur Apostolus inuere ꝙ de operibus isti gloriarentur, nõ de gratia dei. Sed ille maxime uult de suis operibus gloriari, qui per carnales obseruantias fidem & iustitiam petit, uel se accepisse putat. Et uere gratia saluati estis, non ex operibus uestris, quæ ex uobisipsis habetis, sed tãtum his operibus, in quibus uos Deus fecit. i. formauit & creauit. Gene.1. Et hoc est: *Ipsius enim sumus factura* & nos & uos, *creati in Christo Iesu in operibus bonis*, nõ in illa creatione qua hoĩes facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui utiq; iam homo erat, Cor mun- Psal.50. dum crea in me Deus. Galat.6. Et apostolus iste nouam creaturam alibi laudat. Facti ergo sumus & creati in operibus bonis, qa restitutione liberi arbitrij data est nobis libertas bene operandi, id est, facti sumus habiles ad bene operandum. Nota. Et hoc factum est in Christo Iesu, id est, in gratia eius, non in merito nostro. *Quæ* opera bona *Deus* prędestinãdo *præparauit* præue

nies

A niens arbitrium nostrū. Omne nanque bonum à gratia dei sumit originem. Et ita præparauit, *ut in illis ambulemus*, id est, promoueamur & proficiamus de bono ad melius. Et quia his modis nos saluauit, manifestū est nos gratia eius esse saluatos. Et si gratia eius sumus saluati, tūc frustra carnales obseruantiæ superinducuntur.

*Propter quod memores estote quòd aliquando uos gentes eratis in carne, qui dicimini præputiū ab ea quæ dicitur circūcisio in carne manufacta, quia eratis illo in tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguine Christi.*

Contulerat Iudæos & gentes quod utrique fuissent sub peccato. Nunc ostendit gentes fuisse indigniores & improperia Iudæorum perpessas, ut modo æquales Iudæis, magis sint obnoxij gratiæ Dei. Ac si dicat: Quando quidem factura Dei estis, creati in operibus bonis, ergo nolite obliuisci de quanta utilitate uitiorum ad quantam sublimitatē uirtutū Deus uos promouit, ut maiorem gratiarum actionē ei referatis pro tantis beneficijs quæ uobis cōtulit. Et hoc est: *Propter quod*, id est, quia de malis uos eripuit Deus & bonis ditauit, *estote memores, quòd aliquando*, id est, ante cōuersionem olim *uos eratis gentes*, id est, quales geniti fueratis: nec solum secundum originē, sed etiam *in carne*, id est, secundū carnem, hoc est, secundum carnis uolūtatem & carnis appetitum, quia faciebatis oīa quæ carnis uoluptas suggerebat. Vos dico, qui intantum eratis peccatores, ut a peccatrice gente Iudæorum despiceremini, obijciēte uobis uos esse præputium, id est, præputiatos. Et hoc est: *qui dicimini*, id est, uocamini hoc nomine opprobrij, quod est, *præputium*, quia secundum illam partem utri magis ad delectationē carnis incenduntur, & libidine pūguntur atque immunditia polluunt, & hoc *ab ea* plebe, *quæ* peccatis est plena, sed tamen *dicitur* uere esse *circuncisio in carne*, nō in spiritu: & *manufacta*, nō à Deo. Sola nanque caro amputabat, nō cordis praua cogitatio. Et merito despiciebamini, *quia eratis illo in tempore* in nequitia notabili, *sine Christo*, id est, sine Christi fide uel notitia. Et eratis *alienati* & separati *à conuersatione Israel*, id est, Iudaici populi, quia dedignabant uos secum habitare. Et eratis *testamentorum hospites*, id est, si quis uestrū ueniebat ad iudaismum ut hospes & aduena accipiebat in lege, & uilis inter Iudæos reputabat. Legem dicit pluraliter testamēta propter multiplices promissiones suis cultoribus factas, & quia in ueteri testamēto continebatur nouum. Vos dico *nō habentes ante spem promissionis*, i. de nulla promissione sperantes, quia nec ea sperabatis quæ promissa sunt Abrahę, nec ea quæ promissa sunt Dauid uel cæteris patribus, & ideo nō erat uobis spes illius diuinæ promissionis, quia eratis *sine Deo*, i. sine Dei patris notitia *in hoc mundo* tam malo, qui totus in maligno positus est. Quod nūc dicit, sine Deo, i. sine Dei pr̄is agnitione et gr̄a, hoc est, quod dixerat, sine Christo, i. sine Christi notitia & gratia, quia quisquis ignorat patrem, ignorat & filium: uel quisquis nō habet filium, nec patrem habet: & qui unum habet, habet & alium. Olim tales fuistis, sed *nunc*, id est, post acceptionem gratiæ *in Christo Iesu*, id est, in potentia & largitate Christi, *uos qui aliquando*, id est, ante conuersionem eratis *longe* à Deo non corpore, sed corde & meritis, *facti estis propè*, uel omnibus supradictis à quibus longe eratis, & hoc *in sanguine Christi*, id est, in ui effusionis sanguinis Christi. Ille enim sanguis tantæ efficaciæ fuit, ut per illum hæc omnia possent haberi. Qui

Gene. 12.
Psal. 131.
1. Ioan. 5.

nisi emanasset, nihil prædictorũ bonorum nobis contigisset. Omnia hæc accepistis cum in potẽtia Christi Iesu, cũ in efficacia fusi sanguinis eius, & non in carnalibus obseruantijs. Si ergo tunc cum tam multipliciter effectis remoti à Deo, ut notatum est, non indiguistis carnalibus obseruãtijs, sed sola grã saluati estis in gratia & sanguine Christi, multo minꝰ modo, cum iam recepistis uestrã saluationem. Solus itaq; Christus uobis est tenẽdus firmiter & amãdus qui uos de tantis malis eripuit, & Hebræis fidelibus pares & socios fecit.

*Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unũ, & medium parietem maceriæ soluẽs inimicitias in carne sua legem mandatorũ decretis euacuãs, ut duos condat in semetipsum, in unum nouũ hominẽ, faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longe fuistis, et pacẽ his qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.*

Vere sanguis Christi uos Deo proximos fecit in Israelitis atq; testamẽto & pmissionibus, qa *ipse* Christus *est pax nostra*, id est, q nos Deo & angelis pacificauit, & qui Iudæos & gentes diuersis ritibus discordantes fecit in fide concordes. Pax enim pacatos facit, sicut iustitia iustos. Pax nostra ipse est, *qui utraq; fecit unũ*, id est, Iudaicum populũ et Gentilem fecit unanimes in fide & cultura unius Dei & moribus. Et quõo hoc fecerit, subdit: *Medium parietem maceriæ soluens* parietẽ intelligit uocare circuncisionẽ, quæ diuidebat Iudaicũ ppl'm à Gentili. Sicut.n. paries medius diuidit locum à loco, ita circuncisio separabat ppl'm à pplo. Qui paries in aduentu Christi facta est maceria, qm circũcisio q̃ ante eius aduentũ euacuari non poterat, postq̃ ipse uenit, facile fuit ut destrueretur. Maceria quippe quasi macra series dicit. Est enim maceria congeries lapidũ, ubi nulla cementi colligatio est, quæ leui pulsu ruinam patit. paries autem uocatur series lapidum cemento colligata & constricta, quam deijci nõ est facile. Sic circũcisio præcepto domini firmata usq; ad tempus correctionis, nõ poterat euacuari: sed tempore correctionis uolũtate Dei debilitata, ruinę subiecta fuit. Et bene posuit, soluens parietem: qa circũcisio quæ ante aduẽtũ Christi ligata erat ligamine pcepti, in aduentu eius soluta fuit, nullo iam pręcepto eam cogente fieri. Nec solum circuncisionẽ soluendo fecit utraq; unũ, sed etiam soluendo *inimicitias in carne sua*. Inimicitias uocat idololatriam. Iudaicus.n. ppl's inimicabatur Gentili idolis seruienti, & Gentilis Iudaico idola cõtemnenti. Et recte uocauit idololatriam inimicitias, & non parietem, circũcisionem uero parietem. Circũcisio enim ante tempus correctionis fuerat in ædificio legis iustitiæ, quia præceptũ erat in lege, ut circuncisio fieret: at idololatria nullo modo unquã in ædificio Dei fuit, quia semp Deo cõtraria fuit. Destruxit inimicitias, & hoc in carne sua. i. per incarnationem suã. s. quia incarnatus est, ideo euacuata est, idololatria. Postq̃ enim carnem assumpsit: discipulos elegit qui doctrina ueritatis gentes illuminarẽt. E' pptie dictum est, soluens idololatriã, qa Gentilibus astricta & ligata erat uinculo usus. Vel obstaculum legis uocat paries, qa legales obseruationes erant quasi qdã paries disiũgens gentes à Iudæis. Paries dico maceria. i. q facile destrueretur ueniente grã. Erat aũt medius hic paries, ut neuter ppl's alteri concordaret. Stante.n. hoc pariete, erant inimicitiæ, ira & inuidia inter eos. Ideoq; destruendus erat, ut inimicitiæ destruerent. Et hoc factum est in carne Xpi assũpta uel imolata, qui

A in carne apparens, & à mortuis resurgens, oẽm legem cessare fecit: & ablato omni obstaculo & dissensione, utrunq; pp̃lm in sua fide coniunxit. Vel paries erat obscuritas legis & pphetarꝝ, obstruens nobis uiam uitę, & medium se inter nos & Deũ obijciens. Christus carne & passione sua soluit medium pariete & maceriam. i. obscuritatem ueterũ prophetarꝝ, & omnis antiquæ legis aperuit sacramenta, & dissipata icedendi difficultate, uiam oculis oĩum reuelauit, ut qui uult ad Deum pergere, nullo impediaẽ obice, nec obscuritatis caligine terreatur. Vnde eo in cruce spiritũ emittẽte uelũ tẽpli scissum est medium, & sancta sanctorꝝ oĩbus paruerunt. Idem. n. significat illud uelũ, quod & iste paries. Sed & inimicitias quæ inter nos et Deũ erant, soluit in carnis suæ sacrificio Christus. Et hæc oĩa fecit, *euacuans*. i. destruens & adnihilans *legem mandatorum*. i. aliarꝝ carnaliũ obseruantiarꝝ præter circũcisionem, qa de illa iam dictum est. Et bene carnales obseruantię, dicunẽ mandata, qa non erãt stabiles, sed mutabiles: sicut illa q̃ mandanẽ, possunt & solent pmutari. Euacuans dico, & hoc suis *decretis* .i. impermutabilibus statutis, ex ratione firmiter factis. s. præceptis noui testamẽti, cui succedit aliud testamentum. Decretum solemus dicere quod à Deo est ratum & authorizabile, ut non sit fas illud permutari: Quia ergo illa erãt mandata. i. transitoria, & ista decreta. i. stabilia, merito illa. i. carnales obseruantiæ euacuanẽ istis. i. præceptis noui testamẽti. Vbi enim baptismũ et fidem suadet nouum testm̃, ibi euacuaẽ scd̃m carnales ceremonias uetus testm̃. Et hoc totum. s. soluere inimicitias, euacuare legem fecit ipse, *ut duos* populos prius per legẽ diuisos *condat*. i. cõiungat intantũ, ut eãt ambo simul *in semetipsum*. i. in Christũ, uidelicet ut ambo tendãt pariter *in unũ nouũ hominem*, qui Xp̃s est, ut unitatem & nouitatem in ipso habeant, & conformitatem eius simul teneant. Ipse dico, *faciens pacem* inter eos destructis inimicitijs, ut alius non inquietet alium, sed diligat ut seipsum. Pax enim. i. remotio inquietationis, est gradus quo peruenitur ad unionẽ dilectionis. Quod dicit, faciens pacẽ, diuersum est ab eo quod superius dixit. Ipse est. n. pax nostra: qa illud declarat eum esse ipsam pacem, quæ pacificat discordantes: hoc autem quod dicitur, faciens pacem, notat illum esse mediatorem et authorem pacis. Et iterum ad aliud ponitur. Nam illud. i. esse pacem, ad hoc ponitur, ut demonstret illos qui longe erant, factos esse propè in Christo Iesu: faciens uero pacẽ, ad hoc, ut ostendat quo gradu ad charitatem perueniatur. Et qđ dicit, ut duos cõdat pp̃los in semetip̃m, diuersum est ab eo qđ posuit, qui fecit utraq; unũ, qđ intelligimus scd̃m fidem: condere autem duos in semetipsum, accipimus secundum charitatem. Ostenso itaq; qũo Christus utrũq; pp̃lm sibi inuicem coniunxit, uult consequenter ostendere qũo utrunq; reconciliauit Deo. Quasi dicat: Ita cõiunxit duos in semetipsum, *ut recõciliet Deo* patri *ambos* positos *in uno corpore* Christi, quod est ecclesia. Et hoc fecit *per crucem*, id est, crux fuit uia, qua peruentum est ad reconciliationẽ. Nisi. n. Christus se hostiã patri obtulisset in cruce, nostra recõciliatio ad Deum facta non fuisset. *Interficiẽs inimicitias in semetipso.* Ac si dicaẽ: Cum per crucẽ nos reconciliaret Deo, nõ fecit hoc p crucẽ quã alius passus sit: sed ita, ut interficeret .i. deleret inimicitias quas Deus iuste culpa primi parentis & nostrorꝝ reatu peccaminũ in nos habebat: & hoc faceret nõ in alieno corpore, ui-

C delicet prophetæ uel apostoli, sed in semetipso. Ipse enim pro nobis Deo satisfecit, sustinendo passiones & opprobria uice nostri, quas nos merito pati deberemus. Et q̃a per eum inter nos et Deum facta est reconciliatio, frustra igitur post hæc obseruabuntur carnales ceremonię. Et nõ solum pacẽ fecit in cruce, sed & antequam crucem ascenderet, ueniens, id est, in carne apparens, *euangelizauit pacem*, id est, bene nunciauit ore proprio *uobis* Gentilibus, *qui longe* ab eo *fuistis*, id est, recessistis in idololatriam, et *pacem his qui propè* erant, id est, Iudęis, q̃a unum Deum colebant. Hanc enim pacem euãgelizauit, cũ diceret: Alias oues habeo, &c. usq;, & unus pastor. Et item: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Iste.n. pacem nobis ad inuicem nunciauit & ad Deum, *quoniam per ipsum habemus ambo* populi *accessum*.i. facultatem accedendi ad Deum *patrem*, & hoc *in uno spiritu*.i. in unanimi uoluntate fidei & religionis atq; charitatis, ut sit nobis cor unum & anima una. Vel in uno spiritu, id est, in spiritu sancto, qui unus atq; idẽ est, licet uaria dona distribuat. Ad patrem accedimus secundum conformitatem bonitatis eius, & in futuro secundũ participationem beatitudinis illius. Et cũ hæc omnia facta sint per Christum & fiant, cur amplius carnales obseruantiæ inducentur?

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Act. 4.

*Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. in quo et uos coaedificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto.*

Q̃niquidem uos Gentiles unum cum Iudæis in Christo facti estis, & Deo pariter recõciliati, *ergo iam* à tempore fidei *non estis hospites* testamentorum *& aduenæ*, sicut olim eratis. Hospites enim & aduenæ erant Gentiles inter eos qui testamẽta habebãt, D uel quia ad tempus more hospitum ueniebant & recedebant, uel quia si qui eorum ad iudaicum ritum conuertebantur, aduenæ, id est, proselyti uocabãtur. Hospites enim sunt in transitu. Sed iam isti nõ erant hospites testamentorũ, quia non in transitu & recessu uidebãt ipsa testamenta, sed assidue morabantur & exercebantur in eis, & put decebat, obseruabant ea. Aduenæ aũt dicuntur qui cum nõ sint indigenę, morantur tñ in loco unde non sunt indigenæ. Sed isti postq; effecti erãt unũ cum illis, igitur qui quasi indigenæ testamentorũ erant, non iam alienigenæ, sed ĩdigenæ reputabant, ut ipsi cum his cum quibus erant, essent unum: q̃m ita quasi naturaliter habebãt testamenta, ut illi qui in primis habuerant ea. Gratia enim diuina utrisque æqualiter nouum testamentum præbuit, sed & uetus iuxta spiritalẽ sensum, & Gentiles ideo quoq; nõ erãt iam aduenæ in testamentum, sed indigenæ, quia regenerati erant ex baptismo, qui prædicatur in utroq; testamẽto. In uno enim dicitur: Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: in alio, Ite, baptizate omnes gentes. Non estis iam hospites testamentorum, id est, peregrini uel indigniores Hebræis in fide, sicut olim recepti in lege: & aduenæ, id est, alieni & exules: *sed estis ciues sanctorum*, id est, eiusdem iuris & dignitatis in ciuitate Dei: ciues nõ carnalis Israel, sed sanctorũ, quia cum sanctis unam incolitis ciuitatem, quæ est ecclesia. Habetis enim communionem cum sanctis in omnibus sacramentis ecclesiæ, qui olim fuistis alienati à conuersatione Israel. Nec solum ciues sanctorũ estis, sed *& domestici Dei*.i. familiares & amici Dei in domo eius secundũ multam per-

Ezec. 36.

Matt. 28.

A fectionem ſcientię & uirtutum, & ſecundum multam dilectionem quã ipſe erga uos habet. Domeſticos.n. ſuos familiarius diligit, & arcana ſecretorum ſuorum eis reuelat ut amicis, atq; dona largitur ampliſſima. Nunc eſtis domeſtici Dei, qui olim eratis ſine Deo, uos dico *ſuperædificati* in ædificio Dei *ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum*.i. ſup fidem Chriſti, ſuper quam primo fundati ſunt apoſtoli & pphetę. Chriſtus.n. fundamentum eſt totius diuini templi uel diuinę ciuitatis quia ex eo & ex eius fide & gratia inchoant omnia bona, & ipſe totum ſpiritale portat ędificium. Ipſe ergo eſt fundamentũ apoſtolorum & prophetarum, quia ſuper illum incumbũt & firmi permanent apoſtoli & prophetę, qui totam deinde fabricam ſancti ædificij portant. Ipſe eſt fundamentũ.i. fides eius eſt prima firmitas et initium ac ſuſtentaculum omnis ædificij uirtutum ac bonorum operũ. Super quã fidei firmitatem innitentes, superędificati eſtis in bonis operibus.i. ad altiora prouecti creſcendo de uirtute in uirtutem. Et hoc factum eſt in *ipſo ſummo angulari lapide*.ſ. *Chriſto Ieſu*, qui duos in ſe populos quaſi duos parietes coniungit, & fortitudo eſt totius ædificij. Qui ita eſt angularis lapis, ut non ſolum ſit fundamentum ipſius ędificij.i. nõ ſolum ſit in inferiori parte, ſed etiam ſit ſummus in ipſo ędificio. Ita eſt ſummus iſte lapis, ut non poſſit alius lapis angularis huic ſuperaddi. Illi.n. uolũt huic ſuperponere alium angularem lapidẽ, qui carnales obſeruantias quærunt ſuperaddere, & eas cõtendunt ad ſalutem ualere. Sed nihil poteſt huic ſuperponi. Ipſe.n. inferius eſt lapis angularis ſcdm fidẽ, ipſe eſt & ſummus ſcdm iuſtitiæ conſummationẽ. Vel ideo eſt ſummus lapis cũ ſit fundamentum, quia origo fundamenti

B huius, ſummitatẽ tenet. Et ſicut fundamentum corporeæ fabricę in imo eſt, ſic fundamentum ſpiritalis fabricæ in ſummo eſt. Si ad terrã ędificaremur, in imo nobis ponendũ erat fundamentũ. Quia uero cœleſtis fabrica eſt, ad cœlos præceſſit fundamentum noſtrum. *In quo* fundamento, in quo lapide ſummo *omnis ædificatio* tam Iudæorum q̃ gentilium, *conſtructa* ſcdm fidem & ſacramentorũ perceptionem, atq; ſcdm innocentiã & iuſtitiam, *creſcit* in uirtutibus proficiens: quia nemo tam pfectus eſt, qui nõ poſſit creſcere. Creſcit unuſquiſq; electorum & maior et minor quandiu eſt in hac uita. Neq; enim ad ædificium electorum pertinet, licet Chriſtianitatis uocabulum habeat, q creſcere in bonis & augmentari non ſtudet. Omnis.n. ędificatio tam ſingularum pſonarũ fidelium, quàm ſingularum uirtutum, cõſtructa in Chriſto, creſcit aſſidue eundo & proficiendo *in templum ſanctum*.i. ut fiat ſanctum & mundum Dei templum, & hoc totũ *in domino*.i. in operatione domini: quia dominus hoc agit, non aliqua carnalis obſeruantia. *In quo* Chriſto non ſolum Iudæi ædificantur, ſed *& uos* gentiles *coædificamini*, id eſt, æque ut Iudæi ædificamini cum eis ſcdm iuſtitiam, & intantũ, ut eatis *in habitaculum Dei*.i. ut efficiamini domus & ſanctuariũ Dei, & hoc *in ſpiritu ſancto*, id eſt, in operatione ſpiritus ſancti, & non in carnalibus obſeruantijs.

CAPVT III.

*Huius rei gratia ego Paulus uinctus Chriſti Ieſu pro uobis gentibus, ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in uobis, quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti, quod alijs generationibus non eſt agnitum, filijs hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius & propha-*

A *tis in spiritu, esse gentes cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis in Christo Iesu per euangelium, cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem uirtutis eius.* 1. Cor. 15.

*Huius rei gratia,* id est, pro hac re grata mihi. s. ut uos coædificemini, uel ꝓ gratia Dei implēda ĩ hac re, *ego Paulus uinctus sum.* Et ponit per q̃ ipsi sunt coædificati, quia. s. Deus reuelauit illi salutem ad gentes pertinere, & misit illum eis prædicare, & facit pati ꝓ illis, ut magis sint Deo grati. Ego Paulus uinctus *Christi Iesu,* i. pro seruitio & nomine Christi, uel id potestate & uoluntate eius ego uinctus sum: quia qñ uoluerit, me dissoluet. Vel ego uinctus pro euangelio sum Christi, non diaboli, ut illi qui pro suis criminibus tenentur in uinculis. Vinctus Christi sum, & hoc *pro uobis gentibus* quibus uiam salutis prędicabam, uel pro uobis, quia quod sum uinctus Christi, tendit ad utilitatem uestram. i. uobis est utile. Meritum enim pastoris prouectũ confert gregi. Tunc Romæ tenebať apostolus in carcere. Quia uero meritũ pastoris non proderit ouibus, nisi se habeant prout religio Christiana exigit, supponit: *Si tamen audistis* aure cordis, id est si intellexistis *dispensationem gratiæ Dei.* i. apostolatum mihi dispensatum à Deo, qui scit cur me ad hoc officium elegit. Vel dispensatio nē. i. officium dispensandæ & prædicandæ grę̃ Dei. i. gratuiti bñficij dei, omnibus impensi. Si ĩtellexistis me dispensare gratiam Dei. i. si intellexistis gratuita eius dona quę uobis dispēsaui. s. remissionem peccatorum, innocentiam, uirtutes, charismata, sciētiam, fidem, doctrinam & his similia, uobis à Deo gratis esse collata, non aliquo merito neque carnalibus obseruantijs. Si. n. hæc gratis diuinitus dari non creditis, non estis, in fide sana. Et si fidem sanam nō habetis, nihil uobis meritum meũ ualebit. Ac si dicatur: Quod sum uinctus, uobis proderit, si ĩtelligitis qđ uobis dispensaui esse gratuitum donum dei, ut nihil meritis uestris adscribatis, nec in carnalibus obseruãtijs fiduciam ullam ponatis. Quod posuit, audistis, & non credidistis, ideo fecit, ut inuat, istud usqueadeo aptum & uicinum rationi, ut nō solum fide sit dignum, sed etiam intellectu. Vere dispensatio est gratuitũ donum Dei, id est, gratis collatum uobis, quia ipsa dispensatio *data est mihi.* i. id ipsum officium dispensandi est mihi datum, & hoc *in uobis* cōuertendis & ædificandis, id est, ut uos per meam dispensationem conuertemini, & in ędificio Dei cōstituere- B mini. Vel ipsum officium dispensationis meæ iam est hærens in uobis, quod uos aure cordis et interiore uestro auditu iam recepistis ex gratia Dei. Et si ego dispensationem nō habeo nisi ex gratia, tũc patet quia uos notitiam Dei & remissionem peccatorum atque iustificationem & cætera quæ uobis dispensaui, non habetis nisi ex sola gratia. Post hæc ponit rationem ad idem ostēdendum, ꝗ. s. gratis habeat hoc quod eis dispensat, & hoc per mediũ. Nam ubi se gratis habere ostendit, & qđ ipsi similiter gratis habeant, eos conuincit. Ac si dicat: Gratis est mihi data dispēsatio, *quoniam secundum reuelationem* diuinam non scdm humanã doctrinam, neq; scdm uires meas, *factum est mihi notum sacramentum,* idest, quoddam Dei occultum est mihi diuinitus reuelatũ, hoc est, nō obscure, sed aperte intimatum: nec habeo huius rei plus notitiæ, nisi inquantum Deus mihi reuelauit & detexit, id est, nihil habeo ex me, sed totum ex sola gratia. Et si ego quicquid uobis dispenso, ex gratia habeo, tunc & uos ex gratia totum habetis. Dei bonitas

A mihi reuelauit sacramentũ.i.quoddam mysterium multis hominibus occultum.s.quod uos gentes essetis incorporandæ Iudæis in unitate fidei & eandem gloriã habituræ quã Iudæi. Notificatum est mihi à Deo sacramẽtum, & hoc *sicut supra scripsi in brevi*.i.ita mihi manifestatum est diuinitus,ut superius posui,cum dicerẽ, ipse est enim pax uestra qui fecit utraq; unum,& cætera quæ ibi breuiter dicta sunt de mysterio Christi & societate utriusque plebis. Id est, nihil supra scripsi tunc de mysterio qđ non sit mihi per spũm prophetię reuelatum à Deo.i.quod non habeã à gratia Dei. Notũ factum est mihi, *prout potestis legentes intelligere*,id est,iquãtum uos attente studioseq; legentes potestis animaduertere in prædicta litera.Ipse est.n.pax nostra &c. *prudentiam meam*.i.sapientiam & peritiã, quam ego habeo super *mysterio Christi*,Hoc est,intantũ mihi notificatum est mysterium,inquantum prędicta litera ostendit me habere prudentiã de mysterio Christi.i.inquantũ mittit studentes ad intelligendum illud mysterium. Per literam.n.illã, licet nos ignoremus, ad multiplicem tñ intellectum de mysterio Christi duci possumus. Aliter.n.forsitan posset exponere literam illã beatus Hieronymus,& aliter Ambrosius, atq; aliter magnus Augustinus:& scđm omnem intellectum,qui inde potest fieri.i.de illo Christi mysterio,notificatum est Apostolo. Hoc totum tale est,ac si breuiter dicat:In tantũ notificatũ est mihi sacramẽtum,inquãtum.i.q multipliciter potest intelligi in scriptura illa quæ est. Ipse est enim pax nostra &c. Hoc ideo dixit,ut p hoc cõmendaretur authoritas sua: & cõmendata authoritate, maiorem fidem exhiberẽt doctrinæ suæ,mandata legis dissuadenti. Qđ sacramentum uel mysterium *non est* *agnitum*.i.uicine notum & plene *filijs* B *hominum*.i.rõnalium, hoc est,uel carnalibus uel spiritualibus filijs patriarchaꝝ & prophetarum in *alijs generationibus*.i.in præteritis tẽporibus. Licet.n.antiqui sancti scirent gẽtes ad fidem uenturas, tñ nescierunt q ad eãdem uitæ sublimitatem & gloriam forent uenturę, ad quam Iudęi culturam habentes unius Dei. Sed & hoc latuit eos quia sine lege forẽt saluandæ. Non est illis agnitum ita plenarie hoc mysterium, *sicut nunc*.i. inquantum tempore gratiæ *reuelatum est* illis quibus debuit.i.*sanctis apostolis eius*. qui hoc prædicare missi sunt, *&* *prophetis* sub noua gratia, ex quibus fuit Agabus,& hoc reuelatum est illis in spiritu sancto.i.per spiritũ sanctum.Et qd sit hoc mysterium,subditur.s.*gentes esse cohæredes*.i. simul cum Iudæis unam hæreditatẽ in cœlo habituras, *& cõcorporales*,id est, simul cũ eisdem Iudæis in uno corpore ecclesiæ mansuras in præsenti, ut hæ sint tam honorabilia mẽbra ecclesiæ q & Iudæi, *& comparticipes promissionis* uitæ æternæ,ut ęqualiter ad gẽtes pertineat illa ꝓmissio sicut ad Iudæos, & ęqualiter in eius adeptione sublimentur utriq;.Et hęc omnia fiunt *in Christo Iesu*.i.in eo quod Christus carnem assumpsit & mũdum per se & per apostolos illuminauit. Nã hæc omnia gentes habent *per euangelium*.i. per receptionem & obseruantiã euãgelij quod eis ministro.Non.n.prodesset illis icarnatio Christi,nisi prædicaretur. *cuius euangelij factus sum ego minister*.non.n.est meum. Et q minister eius factus sum,nõ est secũdum merita mea, sed *secundum donum gratiæ*.i. scđm gratuitum donum gratiæ *Dei*, *quæ* gratia *est mihi data secundum operationem uirtutis eius*.i.secundũ quod opata est uirtus eius, qua suscitauit Christũ, in quo nos omnes à morte animæ resuscitaret, & sine legis opere

Act.11.

C saluaret. Et cũ ego ministeriũ euangelij habeam ex gratia, patet quia et uos habetis ex gratia quicquid ex auditu euangelij, quod prędicaui uobis, accepistis.

*Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, ut innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.*

*Data, inquit, gratia est mihi omnium sanctorum minimo.* Præ nimia humilitate dicit se minimum omnium sanctorũ, ostendens de se magnum humilitatis exemplũ. Vel minimus erat omnium sanctorum. i. magis humiliatus, hoc est, afflictus omnibus tribulationibus, quàm alius aliquis sanctus. Multo. n. plus persequebãtur eum Iudęi & gentiles, quàm aliquẽ aliorum. Mihi minimo data est gratia *hæc in gentibus*. i. ministratio: & hoc (ue præmissum est) secundũ opationem uirtutis eius. i. ita ut sequaẽ eam operatio uirtutis Dei, quia ad confirmationem meę prędicationis Deus per me miracula operaẽ. Data est mihi, id est, gratis cõcessa à Deo ad utilitatem. Hæc gratia data est mihi. s. *euangelizare inuestigabiles diuitias Christi* i. multa eius dona copiose & abundanter nobis collata, quę adeo ditia sunt & magna, ut nullo prorsus intellectu queãt inuestigari, cum Deus pro hominibus homo fieri et pro mortuis uita mori, atque iustus pro peccatoribus ĩmolari dignatus sit, cunctisque per orbem nationibus lumen ueritatis ostendere, fidem dare, & peccatoribus remissionẽ, iustitiã, charismata, & cætera hmõi, quæ non possunt perfecte ĩuestigari, quàm magna et qualia sint. In hoc etiam sunt inuestigabiles istæ diuitiæ, quia alijs danẽ, & D alijs non dantur: & cur hoc fiat, inuestigare non possumus. Qñ. n. plures uerbo prędicationis, & quorundam mẽtes dono supernæ gratię tanguntur intrinsecus ut credant, quorundam autem non tanguntur, quis nisi solus Deus scire potest cur isti eliguntur & illi relinquuntur. Inuestigabiles itaque sunt diuitiæ donorũ Christi. Nec solum istas euangelizare missus sum, sed *& illuminare* i. clare et lucide docere *omnes quæ*. i. quàm mirabilis & ex quanta dilectione pcedens *sit dispensatio sacramenti*, id est, quàm mirabiliter sit dispositum à Deo patre sacrm ĩcarnationis, passionis et resurrectionis Christi, per qđ gentes fierent cohæredes & concorporales & comparticipes. Quod sacramentum erat absconditum in diuina mente *à seculis*. i. à primo tempore seculorũ, quando cum seculis cœperunt creaturæ: qa ex quo secula sumpserunt principiũ: nulli fuit ita patefactum, ut nũc apostolis. Hoc ideo dicit, ut ostẽdat sibi multum esse credendum, cui reuelatum est tantum mysterium. Per hoc idem ostendit dispensationẽ istã fieri ex sola gratia. Quod inde patet, quia à seculis fuit abscondita, quoniam nec humana merita, nec carnales obseruantię potuerunt eam reuelare. Recte dicitur dispensatio sacramenti, qa Deus diuerse tribuit illud sacramẽtum, cum alijs dat plus esse participes & concorporales & cohęredes, & alijs minus. Sacramenti dico, *absconditi in Deo*, quia ita manebat in Deo, ut non extra Deum procederet, sed in secreto eius cõsilio lateret. Habet. n. Deus in seipso abscõditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non in illo opere prouidentiæ, quo naturas substituit ut sint, sed in illo quo eas administrat, ut uoluerit, quas ut uoluit cõdidit.

Ibi

A Ibi est gratia, per quam salui fiunt peccatores. Nam in mundo abscon ditæ sunt rationales causæ omnium rerum naturaliter oriturarum, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abrahæ, ideo autem causę eorum quę per gratiam futura sunt. Sic & hoc mysterium nostræ saluationis, quo gentes Iudæis æquarentur in sanctitate & gloria, ut omnino aliud futurum non esset, absconditum erat in Deo, *qui omnia creauit*, quia solus ipse creator nouerat, quid de suis creaturis facturus esset. Data est mihi gratia euangelizandi, ut effectū habeat in ecclesia prędicatio mea, & per ecclesiam. i. per ea quæ fiunt in multiplicibus ecclesiæ membris & ordinibus uel operibus, *ut innotescat*, id est, interius & subtilius & magis notescat *principibus et potestatibus*. i. prioribus & potentioribus angelorum ordinibus, q sunt *in cœlestibus, sapientia Dei multiformis*, quantum ad uaria & multa opa quæ facit in ecclesia, nō inquantum est in Deo simplex & inuariabilis. In hoc. n. eam ab initio cognouerunt, qui ei ab initio astiterunt. In se enim non multiplex, sed simplex est ista sapientia: sed propter multiplicia opera sua quę sapiēter disponit, dicitur multiformis, qa multas operū formas aptat. Et scdm hoc in cognitione huius sapientię etiam angelici spiritus *per ecclesiam* profecerunt, quia dum eā Christus uel per se, uel per apostolos instrueret, plurima secreta didicerunt angeli quæ ignorabant. Magna est igitur dispensatio sacramēti, ubi didicerunt uel discūt etiam uirtutes angelicæ: & magna fides est attribuenda uerbis illius, qui tantū sacramentum dispensat. Innotescat sapientia principibus, & hoc *secundum præfinitionem seculorum*. i. intātum innotescat, inquantū Deus præfiniuit & præordinauit de seculis. i. de hominibus qui uersantur in seculis: hoc est, de hominibus qui erant futuri à primo statu ecclesiæ usq; ad consummationē seculi. Quos ideo uocat secula, qa mutabiles sunt & trāsitorij ut secula. i. ut cursus prætereuntium dierum. *Quam præfinitionem fecit in Christo Iesu*. i. hæc omnia præfiniuit Deus in Christo, non in carnalibus obseruantijs, uel in aliquo merito nostro. Vel Dei sapiētia est multiformis secūdum præfinitionem seculorum, quia scdm ea quæ præfiniuit. i. præordinauit in seculis fieri, apparet multiformis, cū hęc in operibus uariantur multiformiter. Et hanc præfinitionem fecit Deus in Christo Iesu *domino nostro*, qm̄ ante secula pręordinauit pater in filio, quid in seculis acturus esset. *In quo habemus fiduciam*. i. in cuius Christi auxilio habem⁹ spem & fiduciam accedēdi ad dominum, & non solum spem, sed & ipsum *accessum*, & scdm bona opera, & scdm præmium. Fiduciam habemus in eo uincēdi tribulationes, uel adipiscendi supernam hæreditatem, & post finem uitæ præsentis accessum realiter ad Deum, & hoc *in confidentia*. i. merito confidentiæ habitæ *per fidem eius*. s. quia tātum in eo solo omnimodam fiduciam posuimus per fidem eius quā intemeratā seruauimus, nihilq; fiduciæ nostris meritis, uel carnalibus obseruantijs attribuimus. B

*Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dominu nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ, uirtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo et sublimitas & profundum, scire etiam supereminentem scientia charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.*

In Christo (ut præmissum est) ha.

C bemus fiduciam & accessum ad patrem in confidentia per fidem eius. *Propter quod peto* à uobis, ut cõfidentes & constantes in fide sitis, per quam ad tantam peruenietis gloriã. Omnia bona (ut superius frequẽter ostẽsum est) accepistis à ꝑueniente uos gratia Dei: nunc superest, ut uos arbitrio liberæ uoluntatis uestræ eandem subsequamini gratiam, perseuerantes in ea, & bene operantes. Peto enim à uobis, propter arbitrium uoluntatis. Peto *ne deficiatis* à synceritate & constantia fidei & perseuerantia bonorũ operũ, *in tribulationibus meis*. i. respectu mearum tribulationũ, hoc est, tribulationes quas audistis me pati *pro uobis*, quibus prædicabam, nõ sint uobis causa deficiendi, sed constantes estote in gratia quam uobis annũciaui, non erubescentes de uinculis meis, neq; timentes similia pati. Vel pro uobis sunt tribulationes meę. i. ad utilitatem uestrã spectant, uobisq; proficiunt. *Quæ res*. i. me pati pro uobis tribulationes, *est gloria uestra*. Gloria enim uobis est, habere talem doctorem, non confusio, ut infideles æstimant. Et magno gloriæ ꝓmio remunerabimini, si me nunc in tribulationibus nõ despexeritis, sed in firma fide permanseritis. Peto ne deficiatis. Quia. n. uoluntatis arbitrium habetis, peto. Sed quia uobis arbitrium non sufficit ad implendũ quod peto, *huius rei gratia*. i. ne deficiatis, *flecto genua mea* in oratione pro uobis. Facit. n. pro eis Apostolus orationẽ, ut Deus det perseuerãtiam & augmentum uirtutũ & scientiæ. Et per flexionem genuum intelligimus humilitatem supplicantis. Nam ad hæc solent in orationes flecti genua, ut humilitas interior denotetur, & humiliori supplicatione affectus orationis cõmendetur, & fortasse uinculis catenarum constrictus, nõ poterat Apostolus genua corporis flectere: sed si hoc impediebatur corporaliter agere, uel genua cordis humilius flectebat. D Flecto genua. i. humiliter in precibus supplico *ad patrem domini nostri Iesu Christi*, ut merito eius obtinere possim quod peto. Id est, oro illum de quo non est diffidendũ qn exaudiat, tum qa flecto ad eum mea genua, tum quia genuit eum qui noster est dñs, & est Iesus atque Christus. i. rex noster & sacerdos. Flecto ad patrem genua mea, ut sicut pius pater me exaudiat. *ex quo*. i. ex cuius similitudine *omnis paternitas* non dico est, sed *nominatur*. Nam ꝓprie non dicitur pater, nisi solus deus: alĳ autem ad similitudinem eius de quibus nõ est dicendum quod sint patres respectu Dei, sed nomen illud participãt, *in cœlis*, id est, inter angelicos spiritus. Ibi enim superiores qui pręsunt alĳs, & curam super eos habent, patres nominãtur: *& in terra*. i. inter homines. Dei. n. ineffabilis dilectionis uehementia inęstimabiliter nos dilexit ac diligit & gubernat, ideoq; pater noster dicitur. Matt. 6. Luc. 11. Nos autem & angeli per eum dicimur patres in similitudine dilectionis & prouidentiæ, qm̃ ipsa dilectio & gubernatio qua uocamur patres ab eo procedit. Ex eo nominatur omnis paternitas in cœlo & in terra: quia (ut dictũ est) quicunque sunt patres & præsunt alĳs paterno affectu, siue ĩ cœlo, sicut dominationes cæteris subiectorum ordinibus: siue in terra, sicut episcopi & abbates, alĳq; prælati, qui paterna bonitate, subditis ꝓsunt, ab eius imitatione uocabulum paternitatis sortiuntur. Vel angeli cœlorum nobis prouidentes, dicuntur patres in cœlis: & prælati ecclesiæ, patres in terra. Possunt cœli, spirituales homines intelligi: terra uero, carnales. Ipse. n. dicitur pater, uel quia ex se filium genuit, uel quia creaturas pio moderamine gubernat & regit. Ad

C cuius multitudinem ob eãdem causam dicuntur patres, uel qui ex se ipsis filios generãt, uel qui subiectos pio moderamine & studio gubernant. Et quia talis tamq; benignus & charitatiuus erga nos est pater iste, non est diffidendum de eo quin nos exaudiat. Ad quem idcirco genua mea flecto, *ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ*.i. scdm diuitem & copiosam largitionem abundantiæ maiestatis suæ, *uirtutem corroborari*.i. constantiam fidei, quæ interius & exterius uos faciat robustos & fortes cõtra omnes tribulationes. Virtutem corroborari *per spiritum eius*.i. per spiritum gratię, per operationem spiritussancti *in interiori homine*.i. in anima quę ab hostib9 non potest attingi. Et ut hoc salubriter uobis tribuat, det *habitare Christum per fidem in cordibus uestris* scdm perfectionem uirtutum & constantię, & hoc per fidem de eo habitã & perfectam. Sunt.n. nonnulli hæretici fortes ad tolerãtiam aduersitatum, sed non eis prodest. Vel det Christũ habitare in mẽtibus & rationibus, eas illuminando.i. illuminet Christo habitatore rationem uestram, & hoc per fidem. Ratio.n. non illuminatur ad intelligendũ, nisi fides pręcedat. Vnde scriptum est: Nisi credideritis, non intelligetis. Et intantum illuminat rationem uestram, *ut in charitate radicati & fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum*. Vel secundum superiora sic potest continuari: Peto ne deficiatis, sed constanter perseueretis: uos dico, in charitate radicati & fundati. Radicati.i. firmiter plantati ad istar arboris, quæ quanto plus terræ figitur, tãto plus crescit, & uberius fructificat: & fundati sicut ædificium, quod quanto profundius fundatur, tanto firmius in altum construitur. Radicati.n. dicuntur, q in actiua uita strenui sunt,

Esaie.7. scdm.70.

quibus charitas est radix: quia sicut D ex radice crescit arbor, & crescens fructum ad utilitatem aliorũ facit, sic illi qui sunt in actiua uita, ex charitate crescunt ad hoc, ut ferant fructum, siue corporalem uictum præbendo, siue spiritualem. Per fundatos autem intelliguntur contemplatiui, quia non crescunt in hmõi fructum aliorum, sed firmi & immoti (prout est possibile) permanent in contemplatione diuina. Hoc est dicere: siue sitis in actiua uita, siue in cõtemplatiua, manẽtes semper in charitate, possitis, id est, facultas sit uobis comprehendere.i. cũ re℞ executione notitiam prendere, ut & intelligere & facere ualeatis cum omnibus sanctis. non.n. aliter sancti eritis, nisi hoc mysterium quod omnes sancti intelligunt, intellexeritis. Possitis comprehẽdere quæ sit latitudo prædicti ædificij, in quo uos ædificamini.i. templi Dei. Latitudo eius est amplitudo cordis sancto℞, qua cunctos diligunt, cunctisq; prodesse cupiunt, & prout ualent prosunt. Longitudo eius, quę & longanimitas dicitur, expectatio est promissionum Dei cum alacritate mentis. Sublimitas, uita cœlestis inter angelos. Profundum autem.i. fundamẽtum ædificij illius, fides est & baptismus, & cætera huiusmodi sacramenta ecclesiæ. Hæc ergo quatuor orat Apostolus, ut possimus ĩtellectu & actu cõprehendere. Vel de supernæ mansionis templo.i. de perpetua regni felicitate possunt hæc intelligi. Aeterna enim gloria illius regni ita erit lata, quòd nullus ibi coarctabit: ita erit longa & continua, quod nunq̃ deficiet: ita erit sublimis & alta, qđ omne terrenum bonum excedet: sic est profunda & admirabilis, quod nullius hominis uox in præsenti ualet eam pfecte narrare, nulliusq; mens ad plenum intelligere. Vel etiam in

A Deo possunt hæc intelligi. Habet. n. deus latitudinem, quia dilectionem suam usque ad collectionem psequentium tendit. Habet lõgitudinem, qa ad usque patriam nos lõganimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligentiam qui recepti in superna fuerunt congregatione, trãscendit. Habet pfundum, quia damnatis inferius, districtionis suæ iudicium comprehẽsibiliter exerit. Quæ. s. quatuor nobis in hac uita positis singulis exercet, quia & latitudinem amando, & longitudinem tolerando, & celsitudinem non solum intelligentiam nostram, sed etiam uota superando, & profunditatem suam exhibet, occultos et illicitos cogitationum motus districte iudicando. Sed eius celsitudo & profunditas quã sit inuestigabilis, nullus agnoscit, nisi qui uel contemplatione ad summa prouehi, uel occultis motibus resistens, tentationum cœperit importunitate turbari. Sed & in cruce domini, & per crucem, in moribus sanctorum possunt ista quatuor itelligi. Crux. n. lata est in transuerso ligno, quo extendũtur pendentis manus: & significat opera bona in latitudine charitatis, & hilaritatem mentis. Lõga est à transuerso ligno usque ad terram, ubi dorsum pedesque figuntur, & significat perseuerantiam in longitudine temporis usque in finem. Alta est in cacumine, quo transuersum lignum sursum uersus extenditur, & significat supernum finem, quo cũcta referuntur: quoniam cuncta quæ fiunt latitudine, propter altitudinem diuinorum faciẽda sunt prœmiorum. Profunda est in ea parte, qua in terra figit. Ibi quippe & occulta est, nec uideri potest. Sed cuncta eius apparentia & eminentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ dei quæ comprehendi ac diiudicari non potest, uniuersa procedunt. Profundum. n. crucis est occulta uoluntas B Dei & incomprehẽsibilitas iudiciorum eius, unde ista gratia in homines uenit cunctos præueniẽs, & omnia bona prout uoluerit distribuẽs, alijs quidem sic, alijs uero sic, & alios eligens, alios respuens. Hæc. n. omnia cur ita fiant, inscrutabile est. Sed orat Apostolus ut ista quatuor prout oportet ualeamus intellectu & operatione comprehendere, & hoc cum omnibus sanctis, quia omnes sancti comprehendunt, quæ sunt ista quatuor. Nam cõprehensio istorum est quædam cõmunio cœlestis reipublicæ. Et hoc etiam, inquit, oro, ut possitis scire charitatem Christi quam erga uos habuit et habet: quæ tanta est, quod supereminet omni scientiæ, & exuperat omnem sensum: quia nullus sapiens est adeo in hac uita, qui possit perfecte tantã charitatem considerare, sed in futuro seculo scietur hæc charitas. Ibi. n. plena & perfecta dilectio est sine ulla malorũ tolerantia, quæ non fide credit quod non uidet, nec spe desiderat quod non tenet, sed in æternum ueritatis incõmutabilem speciem cõtemplabit, cuius sine fine quietum tempus erit laudare quod amat, & amare quod laudat. Sic ergo detur uobis *scire charitatẽ Christi supereminentem sciẽtiæ*, & præcellentem intellectum, & hoc ita, *ut impleamini in omnem plenitudinẽ Dei*, nõ ut sitis plenus Deus, sed ut pfecte sitis pleni Deo, ut sit Deus omnia in omnibus.

*Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus aut intelligimus, secundum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum, Amen*

Ego, inquit, genua mea flecto ad Deum patrem, ut det uobis hæc omnia: sed ipse *potens est facere superabundanter*. i. ualde largius & affluẽtius *quàm petimus aut intelligimus*. i. ultra omnẽ petitionem

A titionem & intelligentiam nostram potest ipse nobis abũdantiã donorum largiri, *secundum uirtutem* gratiæ suę, *quæ operatur in nobis* nõnulla etiam quæ nemo peteret uel intelligeret. Vel secũdum uirtutem quæ operatur in nobis, id est, sicut potentia eius operata est in nobis apostolis magnifice dona, ita potens est facere, omnia in uobis pro quibus oramus, et ei qui ista potest facere, & faciet si uoluerit, *ipsi sit gloria* non nobis. i. excellens honor, & hoc *in ecclesia*, id est, in consideratione eorum quæ facit in ecclesia, sicut fidem, innocentiam, iustitiam. *& in Christo Iesu*. i. in respectu Christi, per quem hæc omnia fiunt, & in cuius iudicio & gratia sunt hæc uniuersa. Et non ad horam sit ei gloria, sed *in omnes generationes seculi seculorum*, id est, in futuro seculo quod constabit ex omnibus generationibus, quę generantur in his pręsentibus seculis. Seculum quippe seculorum, æternitas est, cuius partes sunt tẽpora & omnia secula. Potest etiam seculum seculorum intelligi præsens hoc seculum à principio mundi usque ad finem simul intellectũ, quod in multa secula diuiditur. Et in omnes generationes istius seculi seculorum extẽdatur gloria, quam pater habet in Christo & in ecclesia, ut nulla generatio sit ab initio mundi usque ad eius terminum, in qua non glorificetur Deus per Christi gratiam in filiis ecclesiæ. Nullum enim tempus transiit unquam uel trãsibit sine electis, in quibus per Christum glorificatur pater. Amen, id est, uere uel fideliter. Hic tractatum suum commendatione gratiæ, in qua & carnales obseruantias improbauit, terminauit apostolus, & ad moralem exhortationem transit, dicens.

CAPVT IIII.

*Obsecro itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnũ corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unũ baptisma. Vnus deus et pater omnium, qui super omnes est, & per omnia, & in omnibus nobis.* B 1.Cor.7. 1.Cor.12.

Hactenus de fide & gratia tractauit, & omnia gratiæ tribuenda satis monstrauit: nunc de moribus monet prius communiter omnes, post per singulos ordines. Quandoquidem sola gratia saluati estis, non ex operibus uel obseruãtiis carnalibus & habitaculum Dei estis effecti, sicut ostensum est superius, *itaque obsecro uos*, ut ita iã amodo uiuatis, quatenus tantam gratiam uobis collaram nõ amittatis. Et hoc est: Obsecro, idest, per sacra dona cœlestis gratiæ quæ percepistis, rogo uos ego quem audire debetis, quia uinctus & incarceratus sum, non in furto, *sed in domino*. i. in amore domini, uidelicet propter amorem eius, & propter nomẽ eius in quo fixus permaneo. Et quia uinctus sum, compatiendum est mihi, non spernenda exhortatio mea. Obsecro *ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis*. i. ut ambuletis digne fide qua per gratiã uocati estis. i. ut ambuletis digne ad cœlestem patriam, id est, ut ambuletis prout fidem decet, qua uenietis ad cœlestem gloriã. Ambuletis. i. promoueamini & perseueretis operando ea quę cõueniũt fidei ducenti ad salutem æternam. i. bona opera. Bona enim opera exigit fides uestra. Vel quia gratis ad fidem uocati estis prædicatione mea, ambulate sic in fide & bonis operibus, ut ambulatio uestra prędicationi meæ conueniat. Hoc modo poteritis dignę ambulare. s. *cum omni humilitate*. i. & interius in corde habita, & exterius exhibita. s. ut nullatenus uel in corde uel in uerbo seu in opere prę sumatis de uobis, aut uos aliis

C prçferatis: *& mansuetudine*.i.lenitate et tractabilitate, ut.s.sicut mãsueta animalia uos tractari permittatis, ut sitis familiares & affabiles. Humilis dicitur quasi humi accliuis, mansuetus quasi manu assuetus. Et multi sunt humiles, qui non sunt mansueti.i.lenes & trãquilli, sed in ipsa humilitate intermiscent quendam rigorem & seueritatem quasi pro iustitia. Ideo nunc Apostolus humilitati subnexuit mãsuetudinem, ut qui fuerit humilis, studeat & mãsuetus esse. Nec solum cum humilitate & mãsuetudine ambuletis in uia Dei, sed etiam cum omni patientia, qua patimini tribulationes pro Christo uoluntate & actu, quia quidam nõ patiuntur aliquãdo uolũtarie. Quã patientiam seruabitis *supportantes inuicem* uos.i.ut alter sustineat alterũ in his quç sunt grauia et aspera. Et hoc poteritis facere, si uicissim reputaueritis uos esse supportantes.i.inferiores. Non enim ille bene patitur, qui se superiorem reputat. Et hãc uariã supportationem facite *in charitate*, ut uos inuicem tolerãtes, diligatis uos inuicem. Sunt enim nonnulli q eos incipiunt non diligere, à quibus cõtumelias uel huiusmodi aduersa patiuntur. Sed nõ debet charitas relinqui propter aduersa quæ patimur. Vel in charitate uos supportate.i. nõ ficte, nec propter terrenum commodum siue damnum, nec propter timorem alicuius personæ potẽtis, nec propter importunitatem temporis, nec propter inanem gloriã, uel aliquid, huiusmodi, sed propter solã dilectionem, ut sola dilectio sit causa toleranttæ uestrç: & non irascamini, nec turbetur cor uestrum in hora qua hæc patimini, sed permaneatis in charitate & animi lenitate. Vos dico, *solliciti seruare unitatem spiritus*.i. sitis inter aduersa quæ uicissim suffertis, sollicitì & curiosi inuiolabilẽ

D custodire unitatem spiritus.i.unanimitatem uolũtatis, ut sit uobis cor unum & anima una, & hoc *in uinculo pacis*.i.pax & cõcordia exterior sit, quasi uinculum & nexus interioris unitatis spiritus. Vel aliter: Ingrediẽ enim Apostolus remouere quoddã quod contrarium est charitati, uidelicet schisma, quod in eis tunc fuisse propter charismata non est dubitandum. Quoniã illi q habebant charismata, despiciebant alios, & abrumpebant se ab eis, sicq; schisma erat ĩter eos. Quod ipse prorsus uult eradicare, dicens: Soliciti seruare unitatem spiritus.i.solicite postponendo omne schisma seruetis qđ à uobis non habetis.s.unitatem.i.quod uos estis facti unum secũdum fidem, & aliena dona seruetis, qa unitas illa ẽ spiritus.i.à spiritu sancto uobis cõcessa, & ideo non est negligenda, sed studiose retinenda. Quam poteritis hoc modo seruare, uidelicet in uinculo pacis.i.ut pax taliter inter uos habita, ut alius non inquietet aliũ, uinciat uos in simul et conglutinet, Et sitis omnes *unum corpus* per unitatẽ fidei & concordiã licet diuersis officijs uideamini dediti, sicut diuersa mẽbra corporis, et sit uobis *unus spiritus*.i.una mens & uoluntas, sicut & unam remuuerationem uitæ perennis omnes speratis. Et hoc est, *sicut uocati estis* à deo *in una spe uocationis uestra*.i. in una expectatione supernæ mercedis, ad quã uocati estis, uel ideo seruare debetis unitatem spiritus, quia unũ corpus est de quo uos estis.i. ecclesia quæ est una, & est corpus Christi. Vnum corpus secundum fidem & dilectionem & sacramentorũ perceptionem. Et spiritus Christi q hoc corpus eius uiuificat, est unus. Multis.n.membris cõstat unũ corpus, & uegetat omnia mẽbra unus spiritus. Ecce humano spiritu quo sum ipse homo, mẽbra oĩa colligo et

A uegeto. Impero omnibus membris ut moueantur, intēdo oculos ad uidendum, aures ad audiendū, linguā ad loquēdū, manus ad operationē, pedes ad ambulandū. Officia membrorum dispertita sunt sed unitas spiritus continet oīa. Quod spiritus noster. i. anima nr̄a est ad membra nr̄a, hoc est spiritus sanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod est ecclesia. Omnia. n. membra Christi cū sint diuersis officijs dedita, uno tamen spiritu Christi uegetanť. Iam uero si membrum præscinditur de corpore, nunquid sequitur spiritus? Nequaq̄, et tñ membrū agnoscitur. Quia homo separatus ab ecclesia sacramētū baptismi adhuc retinet, sed spiritum amisit. Cauēdum est ergo schisma, & seruanda est unitas. Nō amittitur spiritus sanctus q non potest scindi, sed unus p̄manet: & eos q unitatē custodiunt, replet. & hanc seruare debetis, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. i. sicut fide uocati estis in una spe æternę gloriæ. Hæc. n. fides uocationis est. i. fidei uestræ, hoc ē, fides uestra est causa spei uestræ, quia præcessit ipsam spem, & dedit eam uobis. Quę spes est una, quia unam uitæ æternæ gloriā expectat. Illa. n. est una, q̄a licet alij sint ibi ut stellæ, alij ut luna alij ut sol, omnibus tamē sufficit qđ habent. Quoniam illi qui non sunt in tam digna claritate, adeo sunt uniti dilectione cum maioribus, ut hoc quod maiores habent, isti se habere reputent. Sic et uos in hac uita debetis facere, ut qui minus habēt in charismatibus alijsq̄; donis, ex unione dilectionis reputent se habere quod maiores habēt, q ad eorum utilitatem hñt. Nō. n. in hac re debēt alius inuidere alij, neq̄ alius aliū despicere. Et ob hoc debetis ēt unitatē seruare, q̄a *unus dominus* oībus uobis est Xp̄s, qui uos manumisit et uiuificauit. Nō. n. B hētis plures dños, p quorum diuersis uolūtatibus uos oporteat discordare: sed unū, q uobis unitatē p̄cipit. Vnitas. n. nō habet ī se cōtrarietatē, sicut nec creator. Quod aūt ab unitate separať et extra unitatē est, tam est cōtrarium & dualitas. Nam creator erat qdē unus, sed statim ut creatura successit, contrarietas processit. Seruanda est igitur unitas, ut uni domino seruiať. Quæ & ideo custodiri debet, q̄a *una fides* est. Licet. n. unusq̄sq̄ credentium suam fidem habeat, una tamē fides dicitur. Hæc. n. in animo credentis est ei tm̄ conspicua, cuius est, q̄uis sit & in alijs non ipsa sed similis. Nō. n. numero est una, sed genere. Propter similitudinē tamen ex nulla aduersitate magis unam dicimus esse q̄ multas. Nam et duos homines simillimos cū uiderim⁹, unā faciē dicimus & miramur amborum. Ita. n. dicitur eadē credentium fides una, sicut eadē uolētiū uolūtas una; cū & ī ipsis q hoc idē uolūt sua uolūtas sit cuiq̄ cōspicua: alterius aūt lateat, q̄uis idē uelit. Propter hoc ēt seruāda est unitas, q̄a unū est baptisma. Nō. n. potest iterari, sed à quocūque datum fuerit, siue à bono, siue à malo, siue à catholico, siue ab hæretico iuxta morem ecclesiæ in nomine sanctæ trinitatis. s. patris & filij & spiritussancti, tantūdem ualet ad remissionem peccatorum & apertionē regni cœlorum. Sed ideo tenēda est unitas, quia unus est Deus in substātia sua. Nō. n. est multiplex substantia eius, sed una et simplex. Vñ et Moyses: Audi Israel, dominus Deus tu⁹. Deus unus est. Non pōt esse maior, nō pōt esse minor, nō potest numerari. *Vnus est Deus*, creator omnium, qui & unus *pater omnium* est, paterno affectu diligēs oīa & gubernās: & ideo nemo potest se alteri præferre. Vnus dicitur iste pater, in eo qđ unica affectione procurat oīa, sicut dulcis pa- Deu. 6.

C ter. *Qui est super omnes*. i. præcellit omnibus creaturis, cuius dignitas nos inuitet: *& per omnia* diffusus, quia ubiq; est: & ideo timendus, cũ nusquã possit euitari: *& in omnibus nobis* est ꝑ gratiam, q unitatem seruamus. Per oĩa enim est potẽtia uirtutis suę, et prudentia dispositionis suæ, sed ĩ nobis gratia bonitatis suæ. Vel super omnes est dominando & regẽdo, & est per oĩa, subministrando omnia bona quæ habent, & in omnibus nobis collata beneficia seruando. Illud per, quod est ibi, ꝑ omnia, ordinale est, ostendens qđ si oĩa nostra discusserimus, omnia ordine perambulando inueniemus ab eo ministrata. Et quia omnibus dominatur, & ꝑ omnia nostra est præter peccatum, & quia nobis illa conseruat, ideo solici ti esse debemus, ut quemadmodum ipse est unus, ita & nos unũ simus, & unitatem semper obseruemus.

Roma. 12. *Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secun-*
2. Cor. 12. *dum mẽsuram donationis Christi. Propter quod*
Psal. 67. *dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autẽ ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.*
1. Cor. 12. *Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdã autem prophetas, alios uero euãgelistas, alios autem pastores & doctores ad consumationẽ sanctorum, in opus mysterij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei et agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi ut iam non simus paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.*

Nos quidem oẽs sumus unũ corpus, et unitatẽ seruare debemus, sed nõ oẽs ęqualiter dona cœlestis grãæ percepimus. Nã *unicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*. Nam aliud donũ gratiæ habet iste, aliud ille: & qđ habet ille, nõ habet iste. Mẽsura ista est & diuisio quędã donorꝝ, & concordia ibi unum cor- D pus facit. Nam sicut in nr̃o corpore aliud accipit manus ut operet̃, aliud oculus ut uideat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambulet: anima autem una est quę agit oĩa, in manu ut operetur, in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut uideat: sic sunt etiam diuersa dona fideliũ tanquam membrorꝝ, ad mẽsuram propriam cuique distributa, sed una est Christi gratia q̃ distribuit. Propter quod non debent alij alijs inuidere, nec alij contra alios de donis superbire, quæ gratis dantur à Christo, et quæ mẽsurat ille et modificat, sicut scit singulis expedire. Nam ad hoc uni multum datur, ut ꝑ hunc multi promoueantur alij: & ad hoc parũ alijs, ut in omnibus erga oẽs humilitatem conseruent. Et si Christus metitur cuidam multũ ut multis alijs prosit q tantum non habent, tũc nõ est rectũ carentes inuidere habentibus, sed potius debẽt reputare se habere qcqd maiores habent, qa ad eorũ utilitatem habent. Nec illi q habent, debent despicere non habẽtes, cũ ad hoc habeãt, ut nõ habentibus subseruiant. Ita ergo debemus in uarijs donis q̃ accipimus, seruare unitatẽ, abraso omni schismate. *Propter quod* probãdũ quòd Christus det diuersa dona, dicit spiritus sanctus in Psal. Ascendens in altũ &c. Versa tñ Psal. 67.
ad Christũ locutione, dicit Psalmista: Ascẽdisti in altũ, captiuasti captiuitatẽ, accepisti dona in hoĩbus. Nec moueat qđ apostolus nõ ait, accepisti dona ĩ hoĩbus: sed, dedit dona hominibus. Ille qppe authoritate apostolica scđm hoc locutus est, qđ Deus cũ pr̃e est filius. Scđm hoc. n. dedit dona hoĩbus, mittẽs eis spiritũ sanctũ, q spritus est pr̃is & filij. Propheta uero scđm illud, qđ idẽ xp̃s intelligit̃ ĩ corpe suo, qđ est ecclesia unde & fideles. cũcti mẽbra eius sunt. dixit

eum

A xit cū accepiſſe dona in hominibus: quia ipſe accipit, quicquid beneficij mēbris impenditur illius. unde dicturus eſt: Quando uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sed uideamus ſniam: *Aſcendens in altum* cœli habitaculum Christus, *captiuam duxit captiuitatem*. i. corruptionem noſtrā uirtute ſuæ incorruptionis abſorbuit: uel captiuam duxit captiuitatē, qa uicit mortē, quæ captiuos tenebat, in qbus regnabat. Vel eos qui in inferno tenebantur captiui, q & captiuitatis noīe deſignari poſſunt, duxit ſecū ad regna cœlorum. Nam ſicut militia cum dicitur, intelligūtur, q mili tant, ſic appellatione captiuitatis intelliguntur, q in inferni clauſtris detinebantur capti. In hac quoqȝ uita multi tenebanť à diabolo captiui in peccatis, qui & captiuitas ſimilr appellanť, ſed eos Christus feliciter captiuauit. Cur. n. nō ſit captiuitas felix, ſi & ad bonum hoīes poſſunt capi? Vnde Petro dictum eſt: Ex hoc iā homines eris capiens. Captiuati ergo ſunt, qa capti. & capti, quia ſubiugati. i. ſub leue Chriſti iugum miſſi. Sed hoc conſiderandū, qa captiui & terrigenæ, patriam noſtram æſtimabamus hoc exilium. Sed dum à Chriſto ducimur ad regnū cœlorū, nimirum captiuitas noſtra beata captiua ducitur ab illo. His itaqȝ modis captiuauit captiuitatem, aſcendens propria uirtute & uolūtate in altum, non ſuſtētatus auxilio cuiuſquā alterius. Dedit uero *dona hominibus*, qa miſſo deſuper ſpiritu, alij ſermonē ſapientię, alij grām uirtutum, alij grām curationū, alij genera linguarum, alij īterpretationē ſermonū tribuit. Non. n. ſinguli quiqȝ hn̄t oīa, ſed hi illa, alij alia, ſicut & ſupra dictum eſt, quāuis ipſum donū à quo unicuiqȝ ꝓpria diuidūtur, omnes habeant. i. ſpiritum. Iſta pars ſniæ qua dicitur, dedit dona hoibus, ualet ad

Matth. 25.

Luc. 5.

1. Cor. 12.

oſtendendum quòd Chriſtus ſcd̄m B menſuram dedit unicuiqȝ noſtrum gratiam. Cætera uero dixit, ut ſententia magis pateſceret. Aſcendiſſe dixit cum propheta. Sed quid eſt, qd aſcendiſſe dictus eſt, niſi qa & antea deſcenderat? Verbum enim quod in principio erat Deus apud Deū, quo aſcēderet, uel qūo aſcēdere poſſet, niſi prius deſcēdiſſet? Erat. n. ſup oīa, uel potius erat ubiqȝ. Sed deſcendit quando formam ſerui accepit. Deſcendit in partes terræ (q̄ ſunt aereę) inferiores, ut inter homines conuerſaretur. Diuinitate deſcēdit ad nos, ſed humanitate quā aſſumpſit, aſcēdit ad cœlos. Et hoc eſt qd eū Apl's deſcendiſſe probat per hoc, quod dictus eſt aſcendiſſe, dicens: *Quòd autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ?* id eſt, quomodo uel quare dictū eſt qd aſcendit, niſi reſpectu præcedentis deſcenſionis? Poſſunt inferiores partes terræ intelligi loca inferorum, in qbus tenebātur ſancti. Et illuc ſcd̄m animam deſcēdit Chriſtus, non ruinā uel præcipitium ſeu uiolentiam paſſus, ſed ſpōtanea uoluntate miſertus, deſcēdit ī illas inferiores partes terræ, ut inde ſuos omnes potenter educeret. Primum qdem illuc deſcendit, ac deinde reſumpto corpore aſcendit in cœlum. Et ne uideretur alicui q alia ꝑſona eſſet aſcendens, & alia deſcendens, addit: *Qui deſcendit* ſcd̄m diuinitatem, accipiendo humanitatem, *& qui aſcendit* ſcd̄m humanitatem, quo nunqȝ prius fuerat humanitus, *ipſe eſt* una & eadem perſona. Aſcendit nō ſolum *ſuper omnes cœlos* materiales, ſed & ſuper omnes cœleſtium uirtutū ordines, ſuperans loco & dignitate omnem creaturam, *ut adimpleret omnia* quæ de eo fuerant prophetata. Nondum enim omnia de eo fuerant adimpleta, quando ille necdum iuxta humanitatem in dextera pater-

Ioan. 1.

C næ glorię cōsedebat regnans in æter
num. Vel omnia donis suis adimple
uit ascēdens, ut etiam angelicæ crea
turæ, quæ ante erant impletæ adim-
plerentur .i. promotionem quādam
acciperent. Nam non solum homi-
nes, sed etiam angeli promoti sunt
ascensione eius. Vel omnia adimple
uit .i. rationalem creaturam perfecte
ad integrum impleuit, hoc est, huma
num genus & numerum angelorū.
Nam in restauratione hominis sup-
pletur numerus angelorum, qui di
minutus erat casu reproborū spiri-
tuū. Sicq; complendo numerum ele
ctorum ex angelis & hominibus, ad-
implet omnia. Vel omnia regna mū
di adimpleuit suo cultu. Et ut om-
nia adimpleret, *dedit ipse* nobis ad eru
ditionem quatuor regētiū ordines,
scilicet *quosdam quidem esse apostolos* sicut
Ioan. 1. Petrū & Andream, cæterosq; tales,
qui omnibus aliis maiores erāt, ha-
bentes officium prædicationis, &
per se tradentes aliis, quorum nunc
locum apostolicum & primates &
archiepiscopi tenent in ecclesia. *Quos-
dam autem* dedit esse pphetas, qui uen
tura prædicerent etiam sub nouo te
Act. 11. stamento, sicut Agabum sibiq; simi
les. Quorū locum nunc tenent, qui
scripturas interpretando, prænūciāt
per eas cęteris futura iustorum gaudia
malorumq; supplicia. *alios uero* dedit
*euangelistas*, sicut Lucam & cæteros,
qui euangelium ad posteros scriptū
transmiserunt, uel etiam qui euange
lium prędicabant, & officium mini
strandi pauperibus habebant, ut se-
Actu. 6. ptē diacones sub apostolis. Utrūq;
enim uictum præbebant, & spiritua
lem & corporalem. Similiter adhuc
deberent agere omnes diaconi. Inde
est etiam quod hodie in Missa legūt
euangelium. *Alios autem* dedit *pastores
et doctores*, sicut episcopos uel presby
teros. Pastores .n. & doctores unum
regentium ordinem intelligimus, qa

gregem Dei ipse ueraciter pascit qui D
docet. Et ideo non dicitur distincte,
alios autem pastores, alios uero do
ctores, sed dicitur cōiuncte, alios au
tem pastores & doctores, ut intelli-
gerent suū officiū esse suam doctri-
nam. Unde & per prophetam Deus Hiere 3.
pmisit: Dabo uobis pastores iuxta
cor meum, & pascēt uos scientia &
doctrina. Siquid tamen differentiæ
in his duobus esse potest, pastores
dici uidentur respectu ouium, idest,
simplicium et hebetū: doctores autē
respectu eorum, qui iam sunt eruditi et
rationabiliter intelligere cœperunt.
Omnibus istis dedit Christus hæc
uaria dona ad instructionem eccle-
sīę. Unde nullus eorū de acceptis do
nis superbire debet contra eos q nō
habent, uel se ab eis scindere, sed po
tius saluti eorum seruire. Nec minores
debēt eis inuidere, sed eos ut patres
uenerari & diligere. hos enim dedit
saluator *ad consummationem sanctorum*, id
est, ad hoc ut eos q iam sancti sunt,
cōsumment et perficiant in sanctita
te. scilicet, ut eos qui sancti sunt se-
cundū remissionem peccatorū et in
nocentiam atq; bonorū operum in-
choationem, pmoueant & consum-
ment scdm augmentum uirtutis &
perseuerantiam. & dedit eos *in opus
ministerii*, ut unusquisq; plene possit
facere opus ministrationis sibi credi
tæ. Si enim unus faceret omnia, non
pfecte ageret singula. Ideo unusquisq;
opus ministerii cui deditus esset, ac
cepit. Et quò tendit hoc ministeriū
uniuscuiusq; eorum? *In ædificationem corpo-
ris Christi*, idest, i hoc ut corpus Chri-
sti quod est ecclesia, ædificetur, siue
in uirtutibus, siue in conuersione in
fidelium ad fidem. Hæc est enim do
mus quæ (sicut Psalmus canit) ædi Psal. 126.
ficatur post captiuitatem: quoniam
de illis qui à diabolo tenebantur ca
ptiui, ædificatur ecclesia, quæ & do
mus & corpus Christi est. Tales

A prælatos dedit Christus ecclesiæ,& tandiu dabit, *donec occurramus omnes*, id est, donec omnes qui modo sumus in una & non discrepanti fide, & in una & non discrepanti agnitione filij Dei,occurramus nobis inuicem ĩ die iudicij de diuersis mundi partibus uel ipsi Christo, quasi desiderio currentes ad gaudium,*in uirũ perfectũ*, ut unusquisq; sit uir perfectus: quia siue claudus modo sit aliqs, siue cæcus,siue quolibet mẽbro careat, in resurrectione perfectionem omniũ membrorꝗ habebit. *& in mensuram ætatis plenitudinis Christi*,id est,ut nec infra, nec ultra iuuenilem formã resurgamus,sed in ætate & robore, ad quã Christũ hĩc peruenisse cognouim⁹, idest,in ea meta ætatis, usq; ad quã naturaliter crescit homo, & ultra quam nihil ei naturaliter accrescit, in qua & Saluator habuit plenitudinẽ annorũ & corporis, cum de hoc mundo trãsiret. Non ait mensuram corporis uel mẽsurã staturæ,sed mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Neq;.n.fas est dicere,cũ resurrectionis omniũ tempus aduenerit,accessuram corpori alicuius eam magnitudinem quam nõ habuit.Si aũt dixerimus ad dominici corporis modum etiam quorũcunq; maiora corpora redigenda, peribit de multorũ corporibus plurimũ, cum ipse nec capillum periturum esse promiserit.

Luc.21. Restat ergo ut suã recipiat qsq; mensuram, quã uel habuit in iuuentute, & si senex obijt: uel fuerat habitur⁹, si est ante defunctus. Vel ita:Prælatos dedit Christus in ecclesia, q sibi alij alijs succedentibus pdurent, donec occurramus oẽs in uirũ pfectũ .i.donec ita cõueniamus et cõiungamur oẽs scdm charitatem, ut simus uir pfectus.Perfectus uir dicit̃,quãdo iam nullum membrorꝗ suorꝗ crescit scdm quantitatẽ.Non est.n.pfectus donec habet ubi crescat.Sic ecclesia tunc erit in statu perfecto, cũ B iam nullũ membrorꝗ suorꝗ per successionẽ poterit̃ excrescere. Crescit enim quotidie manus, qñ uno mortuo,qui necessaria ministrabat fratribus,succedit alius hoc idẽ faciẽs, & sic de cæteris mẽbris. Sed postq̃ numerus electorꝗ completus fuerit, tunc istud successionis crementum cessabit:qm̃ tũc erimus uir pfectus, qa nullum membrorꝗ iam crescendi locum habebit, qm̃ completus erit numerus oĩum.Donec occurramus in uirum pfectum .i. donec ecclesia efficiatur uir pfectus:hoc est,qñ omne membrũ ecclesiæ suam quantitatem habebit. Occurramus oẽs, & ita occurramus, ut nullũ membrũ remaneat quod suam quantitatem non recipiat.Per hoc quod dicit,occurramus,& non,ueniamus,ostendit quod multum erimus proni & prompti ad ipsam dilectionem.Currere.n.maiorem uelocitatem notat, q̃ uenire.Hoc totum tale est: Tãdiu dabit doctores & pastores, quãdiu erit necessariũ.i. donec ecclesia efficiatur uir perfectus cui nihil desit, & nihil post addendum sit in numero uel uiribus. Et hoc erit, quando occurremus in mensuram ętatis plenitudinis Christi.i.quãdo ætas mẽsurata à Christo,erit plena. Mensura erit plena, quando Christus ipse ĩ corpore suo plenus erit, omnes habens qui nunc per singulos crescit, & omnes in eo immortales & beati erunt.Et ultra nõ erit necessaria prælatio,neq; durabit amplius,quę modo necesse est ut pmaneat usq; ad illũ terminũ.Et ideo non est grauiter ferẽda,quæ cito trãsibit.Ob hoc aũt in uirũ perfectũ occurremus,qa manemus *in unitate fidei* .i. unam non uariã fidẽ habemus de filio Dei: & qa manemus ĩ unitate *agnitionis filij Dei*.i. qa agnoscimus.i.intelligimus idem de filio Dei.Hoc est dicere, qa credi

C mus & itelligimus idẽ de filio Dei. Illi.n.non occurrent in uirum perfectum, qui idem nõ credunt in ecclesia, & idem nõ intelligunt. Illi uero non tendũt ad idem intelligere, qui schisma uolũt in ecclesia facere. Vel

Nota. Christo (sicut supra dictũ est) occurremus uenienti ad iudiciũ, & gaudẽtes eũ excipiemus: nos dico, q̃ nunc sumus in unitate fidei .i. q̃ tenemus unam fidem trinitatis & unitatis diuinæ, qui sumus in unitate agnitionis filij Dei.i. qui unam & concordem in fide tenemus agnitionẽ filij Dei credẽtes eum incarnatũ & passum ac resuscitatũ et exaltatum. Ad hoc.n.nobis dati sunt prælati, *ut iam* post tempus gratię, post acceptionẽ spiritualis doctrinæ *non simus paruuli* sensibus, sed prouecti in sapiẽtia: & non simus fluctuantes.i.titubantes nostra debilitate ĩ bonis operibus, seu dubitantes in fide: nõ simus fluctuantes inter undas tentationũ, sicut nauis tẽpestati exposita, sed firmi & ĩmobiles. & ut non circũferamur.i.non in gyrũ erroris feramur *omni uento doctrinæ*.i. omni flatu inanis dogmatis. Doctrina.n.prauorum et hæreticorum, est quasi uentus tempestatis aut turbinis: q̃a statum mẽtis euertit, & in uertiginẽ errorꝫ ducit, atq; leuis est & uana, non habẽs pondus ueritatis, ideoq; prudenter cauenda est. Doctrinæ dico, manentis *in nequitia hominum*, quoniam nequi-

Nota. tia hominũ est sedes peruersę doctrinæ. Nam hæresis non est nisi in anima subdita peccatis: q̃a peccata cõmissa, sunt causæ ut Deus permittat eos corruere in barathrum hæresis. Quæ seductionis doctrina manet ẽt *in astutia*. Astutia denotatur, si dici potest, dolosa scientia, quoniã in ea manet doctrina hæresis, q̃a ipsius causa est & sustentaculũ. Astutia dico, tendente *ad circũuentionem erroris*, id est, adhoc studẽte ut circũueniat incautos & ducat in errorẽ. Nam per dolositatis & astutiæ fraudẽ solent hæretici multos decipere. Sed ab his tuti sumus per doctrinã ueritatis, quã prædicant prælati ecclesiæ. Apostoli enim & prophetæ noui testamenti qui exponunt scripturas, reddunt nos non paruulos, sed fortes ad intelligendũ. Per euangelistas qui euãgelium prędicant, efficimur non fluctuantes in fide, sed certi. Per pastores & doctores fit, ut non circũferamur omni uento doctrinæ, sed constantes simus in fide et proposito religionis nostræ. D

*Veritatem autem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mẽsuram uniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.*

Non circũferamur omni uẽto doctrinæ, sed *facientes ueritatem*, id est, ueram argumentationem contra astutiam illorꝫ, id est, adinuentiones ueras & firmas et rationabiles contra illos qui hæresim uolunt inducere, *crescamus in illo per omnia* quę habemus, id est, in omnibus quæ iam percepimus, scilicet in innocentia, humilitate, patientia & cæteris uirtutibus, augmentemur, et hoc fiat *in charitate*. Vel faciamus ueritatem, id est, bene operemur secundũ doctrinam mandatorum Dei, de q̃bus dicitur: Omnia mandata tua ueritas. et hoc non in hypocrisi uel in timore faciamꝰ, sed in charitate, ut sola charitas nos faciat hęc agere. Et ita crescamus ac proficiamus per omnia bona quæ habemus, tam sensuum mentis quã & operum bonorum atque uerborum, in illo *qui est caput* nostrum, id est, prouidens nobis & regens nos. Et quis est ille? Christus, id est, rex noster, siue pontifex. Et in isto atque sub isto capite debemus sem- Psal.118.

A per crescere & augmentari per omnia, ut sequamur eum ut membra caput, & in eo maneamus qui se nobis habitaculum dedit, dicens: Manete in me. Dehinc Apostolus metaphoram capitis & membrorum prosequitur ostendēs quod nullus fidelium in aliquo bono possit crescere, nisi adhęreat capiti Christo, sicut et ī humano corpore si membrū aliquod à capite suo abscinditur, iam nō crescit, sed marcescit. Et hoc est: *Ex quo capite Christo fit quod totum corpus.i.* tota ecclesia scdm oīa est *compactum.i.* cōiunctum unanimitate fidei, *& connexum* uinculis charitatis. Et ita est ex fide compactum & charitate connexum, quod si eamus *per omnem iuncturam* membrorū, inueniemus ibi esse omne.s. quia pes coniunctus est non solum cruri, sed etiam manui & capiti, & cæteris omnibus membris. Et sic inuenitur ibi omnis iunctura, quia & iunctura pedis ad crus, & cruris ad manū & caput, & ita in cæteris. Quæ iunctura est *subministrationis*, quia pręcedentibus electis subministrantur atque sibi subiunguntur per officia sacerdotum hi, qui fiunt Ecclesiæ membra. Subministrationis dico, digne existentis *secundum operationem*, quia ille digne subnexus est pcedentibus Ecclesiæ membris, qui bona quę potest, operatur. Et hæc operatio est *in mensuram uniuscuiusque membri*, quia unusquisque iuxta modū suum operatur bona, & p hęc crescit usque ad mensuram quantitatis suæ. Vnusquisque.n. secūdum ea quæ operatur, magnus aut paruus dicitur. Vel iūctura hęc ē subministrationis, id est, ad hoc ut alius subministretur alii. Ad hoc.n. sunt iuncti in ecclesia fide & charitate, ut sicut in nostro corpore oculi prouident pedibus, sic illi qui in ecclesię corpore sunt oculi, prouideāt illis qui sunt pedes, & sic cętera mēbra uicissim faciant. Quæ subministratio scdm operationem fit, ut ministret alius alii scdm ea quæ operari potest, idest, intantum subseruiat, inquantum ualet operari. Illi autem recusant ī ecclesia ministrare uel ministrari, quia schisma uolunt facere. Et quid est aliud in ecclesia schisma facere, quā dissoluere quod Christus compegit & connexuit? Hęc autem operatio fit in mēsuram uniuscuiusque membri.i. secundum quod unūquodque membrū potest operari. Et ita corpus istud compactum & connexum, dum membris membra subministrant uel subministrantur, *facit augmentum corporis*.i. supplius.i. augmentat illos in uirtutibus & numero, quæ iā sunt corpus. Et hoc facit *in ædificationem sui*.i. ut se ædificet, & se templum Dei construat, ponēs semper in ædificio sui quoscunque potest cōuertere. Et hoc totum facit *in charitate*, quia propter solam charitatem ponit illos in ędificio Dei, & in charitate docet permanere & operari. Econtrario autem faciunt qui schisma generant, & hoc sacrum corpus minuere conantur, & ædificium cœleste destruere. Aliter quoque potest intelligi quod dictum est, in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit. Augmētatur.n. corpus ecclesiæ proficiendo in mēsuram uniuscuiusque mēbri, ut unūquodque membrum inquantum crescere debet, intātum crescat per successionem. Crescūt oculi in hoc corpore, dum uno doctore mortuo, crescit & succedit ei alius. Non tamen dicuntur diuisi oculi, quia non efficiuntur plures, sed augmentantur. Vnus.n. semper episcopus in ciuitate præest, & non plures. Et ita de cæteris sentiendum. Cum autem ista successio & ædificatio peracta fuerit, tunc completa erit mensura ætatis plenitudinis Christi. B

Nota.

*Hoc igitur dico & testificor in domino, ut*

C *iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à uita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.*

Roma .1.

Admonet ut caueant ab antiqua cõsuetudine gentilitatis. Quasi dicat: Quando qdem tanti capitis mẽbra estis effecti, *igitur hoc dico* & suadeo uobis, ut ultra non uiuatis more illorum, qui ad hoc caput non ptinent. Non obsecro nunc ut superius, sed dico. i. doceo & authoritate mea ueterem nequitiam inhibeo, *& testificor*. i. testem me huius rei facio *in domino* i. in cõfirmatione ueritatis domini & æquitatis eius. uel testificor in domino. i. sub testimonio domini assero. Hoc. s. dico, *ut iam* post cõuersionem uestram *non ambuletis* sicut olim ambulastis. i. non operemini sicut prius operabamini, *sicut & gentes* quæ nunc sunt, ambulant euntes *in uanitate sensus sui*. i. habentes sensum uanitate plenum: quia non cogitat mens eorum nisi de trãsitorijs quæ sunt uanitas, ut scriptũ est. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Quia ergo nihil sapiunt & nihil appetunt nisi caduca & tẽporalia, ambulare dicuntur in uanitate sensus. Et naturalem intellectum rationis habent obscuratum & hebetatum tenebris peccatorum: & ideo minus mirum de illis est si ambulant in uanitate, q̃ de uobis, qui estis illuminati, & internæ lucis radijs illustrati. Præterita. n. peccata sic obscurauerunt intellectum mentis eorum, ut nõ possit exercere uim propriam. i. uim discretionis. Et quia ambulant in uanitate sensus, ideo sunt *alienati à uita Dei*. i. à uita quę in Deo est, à uita quæ Deus est. i. separati à Deo qui est uita animæ, & cui adhærere uita est. Nam sicut uita corporis humani anima est, sic uita animę deus est.

Eccle. 1.

D Vel scdm alios codices, alienati sũt à uia Dei, quia. s. nunq̃ ambulãt in ea. Et quod alienati sunt à uita uel à uia Dei, hoc fit *per ignorantiam quæ est in illis* permanens. Ignorant. n. gloriam uitæ cœlestis & uiam iustitiæ, quæ ducit ad illam: ideoq́ alieni remanent utriusq́. et illa ignorantia locũ in eis habet *propter cæcitatem cordis ipsorum*, quia ad aspectum ueri luminis oculos cordis apertos non habent, quos euangelicæ prædicationi claudunt, ideoq́ iure cæcati sunt. Anima. n. recedens à luce iustitiæ, quanto magis quærit quod contra iustitiam inueniat, tanto plus repellitur à lumine ueritatis, et in tenebrosa demergitur. Hoc autem diuersum est ab eo quod dixit, tenebris obscuratum habẽtes intellectum: quia illud accipitur de obscuritate peccatorũ, istud autem de cęcitate ignorantiæ. Et reuera sunt cæci: qui de uenia & salute pro sua turpitudine desperantes. i. diuinarum supernæ gratiæ prę mium nõ sperantes, nullo cogente, sed sua sponte *tradiderunt semetipsos impudicitiæ*, quæ fit in consanguineas. i. sic ex toto tradiderunt se libidini seruos, ut nec à consanguinearum concubitu abstinerent. Ipsi dico cadentes *in operationem immunditiæ omnis*. i. in hoc deuoluti, ut operentur omnimodam carnis immunditiam, siue in semetipsis, siue inuicem, siue in pecudibus. Et hoc faciunt euntes *in auaritiam*. i. in insatiabilitatem: quia sicut auarus nunq̃ reputat se satis habere, ita nunq̃ isti perueniunt ad fornicationis saturitatem. Vel ita distinguamus: Delapsi sunt in operationẽ imunditiæ, qa seipsos inquinant uoluptatibus carnis, tendentes omnes in auaritiam, id est, in immoderatũ amorem habendi, siue ambiendo honores, siue quamcunq; pecuniam,

*Vos autem non ita didicistis Christum, si ta*

A *men illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut* Colos. 3. *est ueritas in Iesu. Deponite uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.*

Gentes quæ excæcatę sunt, ambulant in hmōi operibus: sed uos non debetis taliter ambularē, quia *non ita didicistis Christum* i. non ita percepistis à prædicatoribus notitiam Christi & doctrinæ eius, ut in ea, sicut gētes in erroribus turpiter ambulant, ambuletis. Didicistis dico, sed iñ hac conditione, *si illum audistis*. i. si prædicationem quæ de eo fit, intellexistis, uel eum interius loquentē audistis. Loquitur. n. Christus homini, cum rationem eius intrinsecus illuminat et excitat. Homo uero audit, cum intelligit ad quid ratio eius excitetur, & facit quod sibi diuinitus suadetur. Et iterum hac conditione dico, *si in ipso edocti estis*, ut sciatis ea quę scire & quæ agere in eius religione debetis. Si in ipso edocti estis, *sicut in iesu*. i. in ipso est perfecta & integra ueritas sine ulla admistione falsitatis, ueritas fidei & bonæ operationis & sapientiæ & saluationis. Ideoq; ueraciter bona debent esse opera eorum, qui in eius scholis discere cœperūt, & ueritatem æternę salutis in eo adipisci cupiunt. Et quæ sit illa ueritas in Iesu subiungitur. s. deponere *uos ueterem hominem*. i. ut ueraciter non simulatorie deponatis ueterem hominem, non scdm substantiam quam traxistis de Adam, sed *secundum pristinam conuersationem* uestram quæ erat in uetustate primi hominis. i. secundū priores actus prauitatis uestræ. Deponatis ueterem hominem. i. imaginem & conformitatem ueteris hominis, cuius uię conformitas ducit ad uetustatem & corruptionem. Veterem (inquam) hominem deponatis. i. omnes prauos actus qui defluxerunt ab eo, et prauos mores eius. Qui. s. homo iure deponitur, qa *corrumpitur* in suis delectationibus uel B carne uel spiritu, siue utroq;. Corrūpitur nō solum secūdum opera, sed etiam *secundum desideria* quæ sunt erroris. i. error suadet illa, nō ueritas domini Iesu. Et ideo si uere deponitis hunc hominem, deponite etiam desideria eius quę ueniunt ab errore, uel ducunt in errorem.

*Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.* Roma. 6

Non solum deponere ueterem hominem debetis, sed etiā *renouamini*. i. ad id quod retro est nouamini. i. ad priorem nouitatem quā habuit pater uester Adam, qñ creatus fuit ad imaginem creatoris. In mente autē & ratione et intelligentia qua deum Gene. 1. cognoscere potuit, factus est ad imaginem dei. Sed peccādo inueterauit, & deformis ac decolor facta est hæc imago, Vnde nunc sectando iustitiā renouatur & reformat̄. Propter qđ cum dictum esset, renouamini, subiunctum est, *spiritu mentis uestræ*, ut in mente intelligatur fieri ista renouatio. Qđ. n. ait, spiritu mentis uestræ, nō ibi duas res intelligi uoluit, qua si aliud sit mens, aliud mentis spiritus, quia omnis mens spiritus est, nō autem omnis spiritus mens est. Nam & Deus est spiritus, qui nec renouari nec ueterascere potest. Dicit̄ Ioan. 4. etiam spiritus in homine, qui mens non sit, ad quem pertinēt imagines similes corporum de quo dicit alibi: Si autem orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem infructuosa 1. Cor. 14. est. Hoc. n. fit, qñ id qđ dicitur, non intelligitur: quia nec dici potest, nisi corporalium uocū imagines sonos oris in spiritus cogitatione præueniāt. Sed & hominis anima dicitur spiritus. Est etiam spiritus pecoris. Ventus quoq; qui res est apertissime corporalis, uocatur spiritus, iuxta illud: Dixit, & stetit spiritus pro

C cellæ. Quia ergo tot modis dicitur spiritus, spiritum mentis dicere uoluit eum spiritum q mens uocatur. Et in hoc iubet ut etiam post nouationem baptismi quotidie renouemur exercitio diuini feruoris. Mēs enim quæ igne superni amoris excoquitur, semper in se seruat claritatē pulchritudinis quotidiana innouatione feruoris. Nescit.n.mēs per torporem inueterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Sic ergo renouamini spiritu mētis uestrę, Et ut ita possitis renouari, *induite nouum hominem*.i. accipite uelut indumētum conformitatem conuersationis Christi, quæ uos undiq; sic cooperiat, ut nihil in moribus uestris appareat, nisi similitudo operum quæ Christus egit, *qui creatus est* non scdm operationem carnalis concupiscentię, sed *secundum Deum*.i. sola uirtute dei & potentia spiritus sancti cōceptus est, ac per hoc īmunis à labe originalis peccati. Creatus.i. conceptus est *in iustitia & sanctitate ueritatis*.i. in uera iustitia ac uera sanctitate, nō in peccatis, sicut cæteri homines non præseruati speciali Dei priuilegio. Iustitia & sanctitas ueritatis non solum in cōuersatione, sed ī creatione eius fuit ad distinctionem eorum qui falsam iustitiam & simulatam sanctitatem habent. Et ideo induendus est uobis. Potest esse ordo, Induite nouum hominem in iustitia & sanctitate ueritatis. Sic.n. induitur Christus. Iustitia est obseruatio præceptorum Dei. Sanctitas uero est, iuxta Dionysium, omni inquinatione libera & incontaminatissima & perfectissima puritas. Et hæ pro modulo nostro ueraciter in nobis esse debent, ut noui hominis nouitas sit nobis indumentum.

Psal. 106.

*Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatē unusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.*

1. Petri. 2. D Psal. 4. Iacob. 4.

Deponere ueterem hominem debetis, & induere nouum. *Propter quod* agendum, agite sequentia. Nam qa uetus homo deponendus est, deponite mendacium.i. desistite mentiri, quia os quod mentitur occidit animam. Quia uero nouus est induendus, *loquimini ueritatem*, quod ad nouū pertinet. Loquimini ueritatem *unusquisq; cum proximo suo*.i. cū quolibet homine. Proximus.n. est omnis homo quia ex uno parente sumus omnes geniti. Omnesq; proximi sumus cōditione terrenę natiuitatis. Et aliter: Spe cœlestis hæreditatis debes proximum tuum putare omnem hominem, & antequam sit Christianus. Nō.n. nosti qualis futurus sit apud Deum, qui modo uel Iudęus est, uel hæreticus, uel paganus. Forte.n. per misericordiam Dei ita conuertetur, ut inter sanctos primum locum habere mereatur. Et secundum hanc spem, quasi membrum ecclesię æstimari potest, Nam ideo loqui debemus alter alteri ueritatem, *quoniam sumus inuicem membra*, ut uicissim seruiat alter alteri, & diligat eum sicut se. Deponite ueterem hominem. Si autem cōtigerit ut uos aliquid adhuc uetusto more agatis, irascimini inde uobismetipsis, id est, agite pœnitētiam, & ulterius peccare desistite. Quid est enim pœnitens nisi homo irascens sibi? Ut accipiat ueniam, de seipso exigat pœnam. Potest & prælatis iuberi, irascimini uitijs delinquentium.i. seueritatem in corrigendo exhibete, *& nolite peccare*.i. nolite in hoc nimis districte agere, ne modū excedendo peccetis. Vel oibus etiā ita dici potest: Irascimini.i. si forte irascimini.i. si surgit motus animi q

Sapien. 1.

iam

A iam propter pœnam peccati non est in potestate, nolite peccare .i. saltem nō ei consentiat mens & ratio. Et si contigerit irasci, *non occidat sol super iracundiam uestram*.i. non teneatis eā diu, nec in crastinum reseruetis, sed ante solis occasum eijcite illam de corde uestro. Iracūdia.n. dicitur quasi ira abscondita, quia.s. diu tenet in animo. Sed aliter melius itelligitur hæc sententia: qa noster sol Christus est, q ueritas & sapientia & iustitia est, cuius luce anima humana illustrať. Sed hanc lucem desinit mēs uidere, cum perturbatione iracundię fuerit tanq̃ nubilo superata. Et tūc quasi occidit super iracundiā homini sol, quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Propter quod multum cauenda est iracundia, per quam lux ueritatis amittitur. Qua amissa, princeps tenebrarum diabolus locum in homine sibi inuenit. Vnde sequitur. *Nolite locum dare diabolo.* Iratus.n. mala cogitat, & sic se diabolo ingerit atq; pandit, ut cogitata perficiat. Pandit ostium cordis & hostem sinit intrare. Sed uos nolite ei locum dare, quę renti per suggestionem malorum in uenire locum consensus aut delecta tionis in uobis. Qui.n. suggestionibus eius consentit, dat ei locū in se. Claudendum est cordis ostium, ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat. Si clausum inuenerit, transit. Quia ergo in uestra potestate est hoc ostium claudere, nolite locum dare diabolo. Et enim si intrauit & possedit, aut tu negligēter clausisti, aut claudere neglexisti. Hoc ostium habet tāquam duas ualuas, cupiditatis et timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat: aut times aliquid terrenum, & hac intrat. Cupiditatis ergo & timoris ianuam claude contra diabolum, si uis tutus esse. Nam de cupiditate qua satanas intrat, subiungitur: *Qui furabatur, iam non furetur.* Et hoc quoq;, sicut & prædictorum uitiorum prohibitio, pertinet ad depositionem ueteris hominis. Quodq; sequitur, magis autem laboret &c. ad induitionem noui pertinet. Furtum uero hic intelligi potest, non solum occulta alienarum rerū ablatio, sed etiam quicquid acquiritur sub alterius, damno uel deceptione. Qui ergo dum ueterem uitam duceret, furabatur aliena bona, iam postq̃ nouum hominem induit, nō furetur.i. non auferat dolo uel aliqua machinatione fraudis aliquid alienū, sed magis.i. potius laboret non per seruos, sed *manibus suis*.i. pprijs operando non illud opus quod displiceat Deo, sed illud, *quod est bonum* .i. utile & sine peccato. Ideo.s. laboret, *ut habeat* non solum unde uiuat, sed etiam *tribuat necessitatem patienti* .i. penuriā: hoc est, ut possit pauperes de iusto labore sustentare. Hinc enim ostenditur, quod eleemosyna debet fieri ex eo quod bonum est.i. quod iuste habetur, non de eo quod iniuste. Sequiť. B

*Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed siquis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.*

*Omnis sermo malus non procedat*.i. nullus sermo malus pcedat *ex ore uestro*, etiā si fuit corde conceptus, sed comprimite illum ne possit exire, ut nihil mali unquam loquamini. Sermo cōtumeliosus & lasciuus aut murmuriosus, uel alius hmōi, non exeat ab ore uestro: *sed siquis est* in corde uestro bonus.i. humilis & charitatiuus & utilis, ille procedat non ociose, sed *ad ædificationem fidei*.i. ita opportune, ut ædificet alios in fide, quæ per dilectionem operatur, quia illa est uera fides & salutifera. Ad ædificationē

C procedat bonus sermo. Vbi ostendítur quia nec bonus sermo proferri debet nisi ad ædificationem. Vnde Psalmista: Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Ad hoc proferatur bonus *ut det gratiam audientibus*. i. ut auditores per eum hauriãt dulcedinem supernæ gratiæ, et promoueãtur in bonis operibus. Talis sermo processit ex ore matris domini, quãdo ad uocẽ salutationis eius repleta est spiritu sancto Elisabeth. Nolite malum sermonem proferre. *Et nolite contristare spiritum sanctum Dei* in mala cõuersatione uestra. i. nolite talia facere quæ spiritui sancto sic displiceãt, ut recedat à uobis, quasi offensus ac contristatus. Spiritus. n. sanctus (ut scriptum est) disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quę sunt sine intellectu, & corripiet à superueniente iniquitate. Nam in sua substantia spiritus sanctus contristari non potest, cum ipse sit æterna & incõmutabilis beatitudo: sed ad similitudinem hominis contristati dictum est, qui domum illius qui eum cõtristauit, egreditur. Vel spm̃ sanctum dicitur contristare, qui prauis moribus suis cõtristat sanctos, in quibus habitat spiritus sanctus. Sancti. n. sicut de pfectibus fideliũ gaudent, sic de lapsibus eorum contristãtur. Propterea spũs sanctus dicitur cõtristari ab eis qui sic agunt ut eorum factis cõtristentur sancti, nõ ob aliud nisi quia spm̃ sanctum habent per quem tam boni sunt, ut eos mali mœstificent, hi maxime, quos bonos fuisse uel nouerũt uel crediderunt. Cõtristari dicitur spũs sanctus, quia suis electis ĩspirat charitatem, per quam facit ut contristẽtur de aliorũ detrimentis. Sancti autem qui sic contristantur, maxime sunt pꝗ præpositi ecclesię. Vnde nũc subiectis pręcipitur, ne per inobediẽtiam suam contristent eos, quia in eis contristarent spm̃ sanctum. Vt exaggeret pctm̃, uoluit Apostolus ita dicere. Præpositos. n. cõtristant, qui eorum uerba cõtemnunt, & eis obedire despiciunt. Nõ debetis hũc spiritum contristare, *in quo* uos quasi cera *signati estis*, eius imagine uobis ĩpressa. Vel signati. i. ab infidelibus discreti. Et hoc factum est *in die redemptionis*. i. qñ transacta nocte infidelitatis & ignorantiæ, illustrati estis luce fidei in baptismo, & redempti de seruitute diaboli. In baptismo. n. spiritus sanctus fide & sacramentis & spiritalibus gratijs signat fideles, id est, ab infidelibus secernit. D

Psal. 38. | Luc. 1. | Sap. 1.

*Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, & clamor, et blasphemia tollatur à uobis cũ omni malitia. Estote aũt inuicẽ benigni, misericordes, donãtes inuicẽ, sicut et Deus in Christo donauit uobis.* Colo. 3.

*Omnis amaritudo*, quę quidem cõtraria est benignitati. i. rancor & asperitas in dictis uel in factis siue in cogitationibus, *tollatur a uobis & ira*. i. subita cõmotio animi, aliquãdiu ipsum animum possidens. *& indignatio*. i. uehemens furor animi cum quodam arrogantiæ uitio. Hoc fit plerunq̃, si maior uiderit minorem in aliquo honore sublimari. Indignatur. n. ex hoc nonnunq̃ grauiter. Et quia istũ impetum animi solent sequi clamosa uerba, subsequenter ponit *& clamor*. Clamorem hîc accipimus, qñ omnes cum sunt in iræ furore, mala uerba & ad contumeliam pertinentia proferunt. *& blasphemia*. i. prolatio uerborum cõtra Deum uel sanctos eius. Blasphemia. n. est, p quam de ipso Deo falsa dicuntur uel sanctis eius. Et omnia hæc iubet apostolus ut tollanĩ à nobis, exhortãs nos ad patientiam. Et quasi cũctis exterius iam bene cõpositis, ad interiora conuertitur, dum subiungit, *cum omni malitia*. Malitia. n. proprie ad mentẽ pertinet. Et frustra indignatio & clamor & blasphemia ab exterioribus tol-

A luntur, si in interioribus uitiorũ mater malitia dominatur. Et incassum foris nequitia ex ramis inciditur, si surrectura multiplicius intus in radice seruatur. Malitia ergo quæ est occulta radix uitiorum, extirpanda funditus est à corde: & dulcedo charitatis inserenda, ne uitiorũ rami foràs erumpant. Sic.n. tolerare debemus eos qui mala nobis irrogant, ut & puro corde diligamus illos. Hæc uitia dum tollimus à nobis, deponimus ueterem hominem: nouũ autem induimus, faciẽtes quod subditur: Estote autẽ &c. Quasi dicat: Nolite esse amari, sed econtra *estote inuicem*. i. alter erga alterum benigni, id est, bonum ignem piæ dulcedinis habẽtes. Benignitas.n. est serenitas animi, qñ aliquis clare & hilariter loquitur, & sua tribuit, & conuersatur cum alio. Quæ (sicut diximus) contraria est uitio amaritudinis. Et nolite irã habere aduersus quẽquã, sed estote inuicem misericordes. i. uiscera miserationis habentes, ut affectum benefaciẽdi proximis semper habeatis, etsi deest quod tribuatis. Et non clametis irati contra aliquẽ, uel nõ deferatis ad iudicem de iniuria uobis illata clamorem, sed estote *donantes inuicem*. i. condonantes alter alteri, quicquid læsionis uel offensionis pertulistis. Et hoc facite non ficte, nec ex parte, sed ita pure & perfecte, *sicut & Deus in Christo donauit uobis*. Id est, sicut Deus per Christum omnia, quæ cõmiseratis, cõdonauit uobis, sine aliquo respectu uindictæ ulteriusfuturæ, sic & uos condonate uobis semper ad inuicem sine respectu alicuius ultionis. Alioqn Deus repetet quæ uobis dimiserat.

CAPVT V.

Ioh. 13. 15. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.*

Qñquidem deus ĩ Christo uobis B peccata, quę in eum cõmiseratis, donauit, *ergo estote imitatores Dei*. i. sequimini exemplũ bonitatis eius, ut & uos fratribus dimittatis quicqd in uos delinquunt. Et hoc facite *sicut filij charissimi*: quia si hoc feceritis, tunc filij charissimi eritis illius pris. Vnde dicit unigenitus eius: Diligite inimicos uestros, benefacite his q odérunt uos, orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et non solum in condonatione peccatorum sitis imitatores Dei, sed etiam *in dilectione*, ut diligatis eos qui uobis aduersantur. Scilicet ĩ dilectione positi ambulate i. promoueamini et ꝑficite in ea intantũ, ut si opus fuerit, ponatis animas pro his quos diligitis, *sicut & Christus dilexit nos*, & posuit animam suam pro nobis. Magna et ĩenarrabilis dilectio, ut unicus filius dei semetipsum pro nobis traderet morti, dominus pro seruis, creator pro creatura. Nam *tradidit pro nobis* redimendis, nõ arietem, non hircum, non etiam prophetam aut Apostolũ, sed *semetipsum* qui deus est. Tradidit se. i. non inuitus est ductus ad mortẽ, sed ipse spontaneus se dedit, & in hoc apparuit uis dilectionis. Tradidit.n. se *oblationem & hostiam Deo*. Oblatio nanq; dicitur, qñ nullo quærente aliquid sponte offertur. Sic Christus cum nemo id quærere auderet, obtulit se pro nobis in cruce sacrificium Deo. Hostia uero dicitur, quæ pro hostibus uel uictis uel superandis celebratur. Sic & hostia Christi diabolus & dæmones superati sunt atq; peccata. Vel oblatio fuit Christus, quia morte sua nobis dona uirtutum & diuinam gratiam acquisiuit: hostia uero, qa nos ab hoste liberauit. Vel oblatio, dum

Matth. Luc. 6.

C fuit iniuriatus:hostia,dum fuit occisus. Qui dedit se hostiam talem,quę iret *in odorem suauitatis*.i.in odorem suauem Deo. Quia sicut suauis & bonus odor est alicui acceptabilis, sic Deo sacrificium dominicæ carnis. In quo pater delectatus est nō respectu simplicis mortis Christi,sed respectu fructus ab ea procedētis. Ex ea.n.nunc salus humano generi prouenit,in qua quidem Deus delectatus est. In intentione etiam saluatoris & affectu pietatis eius,dū se pro nostra redemptione imolari permitteret,delectatus est pater ut in odore suauissimo. Nam quia iustus pro iustitia occisus est,optimum de sua morte præbuit odorem. Sicut.n.peccatum fœtorem, sic iustitia bonum spirat odorem.

*Fornicatio autem & omnis immunditia,aut auaritia,nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium,aut scurrilitas,quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.*

Deum imitari studete. Sed fornicatio & imunditia & auaritia sic prorsus reijciantur à uobis, ut neq; uel nominentur in uobis.i. nomen alicuius horum uitiorum nō sit in aliquo ex uobis.s.nemo saltē solo uerbo dicat quenq; uestrum esse talem: sed ita corā Deo & hominibus irreprehensibiles estote,ut nullum locum malæ suspicioni detis. Fornicatio dicitur à fornicibus, qui & arenarij nunc appellantur. sunt.n. theatrales arcus & lupanaria loca,in quibus erant meretrices, cum quibus spurcissimi quiq; cōmiscebātur. Immunditia autem uocatur omnis incontinentia ad libidinem pertinens, quoquo modo fiat. Fornicatio igiē quātum ad mulieres,hic accipitur: imunditia uero,quātum ad hoc qđ fit contra naturam,siue in se, siue in alium. Auaritia uero illa pestis est animi,q̄ nūq; dicit nisi accipe. Quā ideo ponit Apostolus cum fornicatione & immūditia, ut innuat eam esse fornicationē animę,sicut illicita corporis operatio, corporis est fornicatio,sicut.n.qui fornicatur, non sua, sed aliena muliere abutitur: sic qui peste auaritiæ cōtaminatur usq; ad aliena habenda extenditur:& qđ sub rapina habet,omnibus retinere molitur. Per hoc quod posuit disiūctiuam coniunctionem inter imunditiam & auaritiam, quod quidem non fecerat inter immunditiā & fornicationem, uoluit significare alterius generis esse fornicationē & immūditiam,& alterius auaritiam:quia illæ sunt corporis, ista uero animæ. *Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia* non solū non sit *in uobis*, sed nec etiā nominetur.i.tantopere uobis prouidete ab istis uitijs, ut neq; uel infamiam illorum patiatur aliquis uestrum *sicut decet sanctos* à uitijs esse imunes et à nota infamiæ. *aut turpitudo* nō nominetur in uobis, *aut stultiloquium, aut scurrilitas.* Turpitudo est, qua mēs inflammatur ad libidinē, ut in osculis et amplexibus & multis alijs huiusmodi. Stultiloquium uero est stulta uerborum prolatio,nullam utilitatem, nullamq; scientiam cōtinēs, sine industria & discretione facta. Scurrilitas uero est facetia ioculatoriorum uerborum, quæ quadam industria & ingenio artis profetūtur, ut auditores ad risum moueantur. Quæ scurrilitas licet magno labore studij agatur,tamen *non pertinet ad rem* .i.ad aliquam utilitatem, sed tātum ad uanitatem & mentis eneruationem. Hæc uitia: non nominentur in uobis, *sed magis*.i. potius nominetur in uobis *gratiarum actio*.i.ita Deo semper agite gratias super bñficijs ei⁹, & ita laudibus eius īsistite, ut nihil de uobis dici possit, nisi q; omnis actio uestra Deo gratias rependit, scilicet & uerbis & actibus assidue

gratias

A gratias saluatori reddite.

*Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.*

Ratio quare fornicatio & cætera non debent esse in uobis, quia hoc sine ambiguitate sciatis qđ omnis fornicator &c. Omnis dico, id est, numeratis singulis partibus cuiusque, nulla reperietur quæ habeat hæreditatem in regno Christi & Dei, id est, quæ habeat hæreditario iure locum in regno gloriæ. Et hoc ideo, quia Christi est, contra cuius præcepta operãtur tales: & Dei patris, cui iniurias faciũt. Et hoc erit uobis manifestum, si fueritis intelligentes, id est, si aduerteritis quod aduertendũ est, uidelicet qđ sit fornicatio & immunditia, id est, quàm immũda res sit & sordida & omni uituperatione digna, & item quàm pessima & praua res sit auaritia, uidelicet quod auarum esse sit non solum idolis seruiens, sed etiam ipsa idolorum seruitus. Auari enim Deus, numus est. Nam sicut qui idolis seruit, cultum debitum creatori imaginatæ creaturæ attribuit, sic & auarus impendit cultum effigiatæ pecuniæ, cũ Deum colere deberet, non pecuniam. Ideoque pecunia quam diligit, ueneratur & colit, facta est illi idolũ: quia spẽ suam in ea posuit, & à Dei cultu pro ea recessit. Dum enim deberet adire ecclesiam, custodit arcam. Dum deberet rogare Deum, petit forum ut augeat lucrum. Quapropter idololatria merito iudicatur. Vel etiam ideo, quia sicut idololatra rapinam facit, honorem Dei tollendo & idolis dando, sic auarus rapit pauperibus ea quæ superflue sibi coaceruat. Res. n. quas Deus seruire uult indigentibus, ipse sibi usurpat & recõdit. Et propter huiusmodi causas auaritia est idolorũ seruitus. Et e contrario si aduertatis quod sit regnum B illud. s. quãta felicitate plenum, ubi nullus locus desiderandi est nisi qđ quisq; habet, quia unicuiq; sufficit omnino quod habet: & item si aduertatis quid sit Christus. i. q̃ sanctus, quàm immunis ab omni peccato: et quis sit Deus. i. quàm iustus iudex: & quantum bonum. i. summum: si hæc omnia uultis aduertere, scietis fornicatorem & similes excludi à regno Dei. Non enim intrabit in illud (sicut legimus) aliqd immundum. Christus nunc primo nominatur, & postea Deus, ne secundum Arrianos æstimaretur minor patre filius. Apoc. 21.

*Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum.* 2. Thes. 2.

Seducebãt qdam auditores suos, promittẽtes impunitatem eis ex misericordia Dei, & persuadentes quia propter peccata superiora nõ amitteret homo regnum Dei. Contra quos nunc apostolus. Nemo, inquit, *uos seducat inanibus uerbis*. Inania enim sunt. i. uentosa & omni ueritate uacua, uerba eorũ, qui dicũt uel dicebant non omnem fornificatorem aut immundũ aut auarũ damnari, proponentes hoc & dicentes: Si omnis fornicator & imundus et auarus damnaẽ, tunc pauci in mũdo saluantur. Quod reputant incõueniens & impossibile, cum sit cõueniens & possibile. Multi. n. sũt (ut ait dñs) uocati, pauci uero electi. Dicunt etiam aliqñ misericordiam Dei tantam esse, ut etiam fornicatorẽ uel auarũ non sinat æternaliter cruciari: atq; naturale esse prædicant, ut his uitijs seruiatur, dicentes: Cur fecit Deus mulieres, aurũ, argentũ & filia, nisi ut his utamur? Sed Apl̃us ecõtrario clamat: Nemo uos seducat inanibus uerbis. i à nemine uos p̃mittatis seorsum ab hac rõne duci. s. q; fornicator et cęteri ta Math. 24 Marc. 13. Luc. 21. Matth. 20

C les non habebunt partem in regno Dei. Omnes.n.rationes eorum, q uos ita seducere uolunt, sunt inania uerba. Et reuera non debetis hmōi uerbis ab hoc sano intellectu diuelli, qa *propter hæc* uerba *uenit ira Dei*.i.ultio diuina ut in æternum pereāt, *in filios diffidentiæ*, id est, in eos qui cum sint filij ecclesię non secundum bonam uitā, sed solummodo scdm sacramentorum participationem, sunt tamē diffidentiæ & desperationis, qa de illis diffidimus propter prauitatem eorum. Et qa ira diuinę animaduersionis ī obitu eorum uenit in eos, *ergo* ne uos simi

Nume. 21. lia patiamini, *nolite effici participes eorum*,

1 Co. 10. uidelicet uel quod eadē dicatis, uel qđ fidem eis adhibeatis. Sed & scdm ueterem historiam, propter inania uerba & fornicationem & his similia, uenit ira diuinæ ultionis in Iudæos, prosternens cadauera eorum in deserto: qui erant filij diffidentiæ, quia de promissionibus diffidebant, nō credētes quòd essent ueræ, & ideo murmurabant et fornicabantur, propter quæ & perierūt. Nolite ergo sitr uel agere uel loqui, ne similiter pereatis.

*Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate, probantes quid sit beneplacitum Deo.*

Non debetis iam effici participes eorum, quia uos *aliquando*, id est, ante cōuersionē *eratis* tenebræ, id est, obscuritas nigredinis peccatorum & in uobisipsis & in alijs, prauo exemplo illos excæcando, & in errorem præcipitando, sed *nunc*, id est, postquam ad gratiam accessistis, facti estis *lux* secundum fidem & iustitiam & puritatem uitę, quia lumine & exemplo uestræ operationis & scientiæ alios

Hiere. 9. illuminatis. Et hoc nō in uobis, sed

1. Cor. 1. *in domino*, quia tenebræ fuistis in uobis, sed nunc estis lux in domino, ut qui gloriatur, in domino glorietur. Lux estis, sed lux illuminata, sicut & oculi nostri dicuntur lux, sed illu D minata, quia uidere non possunt nisi uel in die sol luceat, uel in nocte aliqđ luminare fulgeat. Et qa oportet ut uos qui lux talis estis, ut à uera luce quæ Deus est illuminemini, nō in uobis lux esse dicimini, sed in domino. Et ideo filij lucis, iure uocari potestis. Quia ergo lux estis & filij lucis, idcirco non iam ut filij tenebrarum, sed *ut filij lucis ambulate*, id est, promoueamini de lucidis operib9 in lucidiora. Et ratio suadet ut sic ambuletis, quia *fructus lucis*, id est, utile opus quod gignit lux, sicut arbor fructū, *est in omni bonitate*, qua quisqꝫ sit bonus in seipso: & in omni *iustitia*, qua proximis quod iustum est impendat, & in omni *ueritate*, qua id quod uerum est credat & loquať. Possumus autē iustitiam & ueritatem partes bonitatis intelligere. Iustitia uero tenetur in obseruantia bonorum operum, ueritas autem in sermonibus non falsis & cogitationibus. Et hæc omnia bona sunt, ideoqꝫ partes bonitatis. Et lux quę tales fructus facit, homo est lucificat9 à uera luce, q̄ Christus est. Ambulate ut filij lucis, & hoc facite, *probantes*, id est, discurientes, & scire studentes atqꝫ discernentes *quid sit beneplacitum Deo*, id est, quid Deus multum uelit, ut illud faciatis, qđ ei optime placere probaueritis. Quicquid enim facere uolumus, anteqꝫ illud inchoemus, ꝓbare debemus an Deo placiturum sit. Et si Deo placiturum probauerimus, tunc faciamus illud: si autem displiciturum, non faciamus. Sequitur.

*Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpę est & dicere.*

Vt filij lucis ambulate, *& nolite cōmunicare*.i.nō habeatis uoluntatē cōmunicandi.i.cōsentiendi *operibus infructuosis tenebrarū*.i.eorum qui sunt tenebræ.i. excæcati in se, & excæcantes alios:

A quia infructuosa sunt illa opera, id est, nullam utilitatem afferentia. Nō cōmunicetis operibus huiusmodi, sed *magis*, id est, potius *redarguite* & corrigite ea. Duobus enim modis non nos inquinant mali cum quibus degimus, id est, si non consentimus, & si redarguimus, hoc est, nō cōmunicare, non consentire. Cōmunicatur enim peccatori, quādo facto eius cōsortium uoluntatis uel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apostolus, ait: Nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarū hominum. Et quia parum erat non consentire, si quæreretur negligentia disciplinæ, magis autem, inquit, & redarguite. Videte quoniam utrunque complexus est, Nolite cōmunicare, magis autē & redarguite. Quid est, nolite cōmunicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, magis redarguite? Reprehēdite, corripite, coercete. Prælatis uero datum est maxime hoc præceptū. Ideo nō debetis cōmunicare, sed potius redarguere, quia *turpe est* non solum facere uel uidere, sed *& dicere ea quæ ab ipsis* tenebrosis hominibus *fiunt*
Ioan. 3. *in occulto*, id est, in secretis locis, quia uerecundantur talia palàm facere. Oīs qui male agit, odit lucem. Sequitur:

*Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus.*

Ipsi faciunt in occulto turpia. Sed *omnia* opera eorum *quæ arguuntur, manifestantur eis à lumine* redargutionis eiusdem. Plerunque ignoratur culpa ab ipso, qui perpetrauit eam. Sed dum increpatur, manifestatur ei. Et istis qui nunc ab Apostolo uocantur tenebræ, sic obscurata est usu peccandi conscientia, ut iam ea quæ faciūt, mala esse non intelligant: uel si intelligunt, pro nihilo ducant & obliuiscantur. Quasi enim sub quadā obscuritate teguntur & latent peccata B quæ fiunt, ut uel non intelligantur, & post ad memoriam non reuocentur. Sed dum ab increpante ingeruntur oculis cordium suorum culpæ, quas nesciebant, & arguunt, tunc à lumine ueritatis manifestantur mentibus eorum, ut eas uideant & confiteantur, ac pœnitendo deleant. Ecce quanta utilitas ex redargutione procedat. Et uere manifestantur à lumine. Nam *omne* peccatum *quod manifestatur, est lumen*, id est, euidens & non ambiguum, nec potest excusatione tegi quod palàm dictum est. Vel omne malum opus quod, per cōfessionem manifestatur lumē est, id est, illuminans conscientiam: quia ex consideratione malorum quæ fecit, illuminatur pœnitentis animus ad agēda bona, ut uideat quātum in pœnitentia se debeat affligere, & quanto studio bonis operibus insudare. *Propter quod*, id est, quia omne quod manifestatur, fit lumen *dicit* Esaias: Surge, illuminare, quia uenit lumen tuum. Esa. 40.
Sed Apostolus more suo & authoritate apstica uerbis aliis ponit hāc sententiam, & addit aliqua. Surge, inqt, qui dormis &c. Somnus animæ est obliuisci Deum suum. Quæcunque enim anima oblita fuerit Deū suū, dormit. Sicut enim qui corpore dormit, etiam si dies iam fuerit, tanquam in nocte est, quia non uigilat ut uideat iam ortum diem: sic quibusdā iam præsente Christo, iam prædicata ueritate, adhuc inest somnus animæ. Ideo unicuique talium clamat ꝓpheta uel Apostolus: Surge illuminare, quia uenit lumen tuum. i. Christus. Vel *surge qui dormis*, id est, qui torpes in obscuritate cordis, non recogitans Deum, nec aduertēs peccata tua, sed in terrenis desideriis oculos mentis habens, surge ab illa pigritia per recordationem Dei & intelligentiam culparū tuarū, *& exurge*, id est, ex toto

C surge per dignam pœnitentiã, tu dico, eleuatus & separatus à *mortuis*.i. ab illis qui per peccata spiritualiter mortui sunt in anima, ut iam cũ illis nõ iaceas similiter mortuus. Vel surge per confessionẽ, & exurge per satisfactionem. Exurge à mortuis.i. à peccatis, quæ in epl'a ad Hebræos uocantur opera mortua. Et tũc *Christus* qui illuminator est mentium, *illuminabit tibi*, id est, lumen sapientiæ & ueritatis & gratiæ suæ sic infundet cordi tuo, ut maneat tibi.i.ut ultra non amittas illud. Plus enim notat dicens illuminabit tibi, q̃ si dixisset, illuminabit te. Quia illuminabit te, notaret Christum ei lumen uirtutũ infundere: sed illuminabit tibi, nõ solum uocat uirtutum iubar expandere, sed etiam in eo conseruare. Non enim illi (id est, ad utilitatem illius) Xp̃s illuminaret, si non illũ in uirtutũ lumine cõseruaret usq; in finem.

Hebræ. 6.

*Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapiẽtes, redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Dei.*

Colos. 4. Roma. 12. 1. Thess. 4

Debetis (sicut dictũ est) ut filij lucis ambulare, & operibus tenebrarum non cõmunicare, sed potius ea redarguere. Et quia sic agendum uobis est, *itaq; ô fratres uidete*, id est, cõsiderate *quomodo caute ambuletis*, id est, prudẽter agatis. Caute enim ambulãt, qui sic per uiam bonæ operationis incedunt, ut ab insidiantibus uitijs se sapienter custodiant. Caute ambulãt, qui & bona faciunt, & nec suis nec aliorũ uitijs maculantur. Quod agere soli possunt, qui & iuste uiuũt, & peccantibus nõ consentiunt, sed eos studio charitatis redarguũt. Ambulate caute *non quasi insipientes*, id est, non solum cauete uobis ab ipso peccato, sed etiam à similitudine peccati: hoc est, ita uos custodite, ut nullo modo uideamini habere similitudinem cum insipientibus. Multi enim D sunt qui caute ambulant, conseruando se cum Dei adiutorio immunes à peccato digno reprehensione, & tamen ambulant quasi insipientes. Ut si quis sacerdos redarguendo meretricem, frequentat domum eius, uidetur insipiens, licet nullum animũ peccandi in eam habeat. Sed non decet sanctos malam de se opinionem dare per negligentiã uel indiscretionem suam. Non quasi insipiẽtes ambuletis uiam iustitiæ, *sed ut sapientes*, id est, ita irreprehensibiliter, ut in ipsa ambulatione uideamini sapientes. Vel non ambuletis ut insipientes seculi amatores, qui nõ prouident sibi in futurum: sed ut sapientes, qui sic in hoc seculo uiuere student, ut in futuro uitam æternam habeant. Vos dico, redimentes tempus. Redimere tempus est, ut quando aliquis infert tibi litẽ, perdas aliqd ut Deo uaces, non litibus: Quod.n. perdis pretium est ipis. Qũo perdis numos ut emas tibi aliqd, sic perde numos uel quodlibet aliud, ut emas tibi quietem. Non.n. habebis quietũ cor, sed euerteris cogitationib⁹ tuis irritatus contra aduersariũ tuũ. Et ita perdes tp̃s. Sed melius est ut numos perdas, & tp̃s redimas. Vel tẽpus redimimus, quando ante actam uitam, quã lasciuiendo perdidimus, flendo reparamus. Dum.n. male agimus, tẽpus in quo bene operari deberemus, amittimus. sed damnum temporis redimimus, si ita uitã cõmendamus, ut ea bona quæ olim facere neglexímus, & ea quæ nũc facere debemus, faciamus. Nec mirum si minus fecimus, quoniam dies mali sunt.i. temporis uariatio nociua est, quia peccantes attrahit ad uarietatem delectationũ. Dies sunt mali, quia in ipsis uiget malitia, & in ipsis leuiter peccatur: quoniã tp̃s dat materiam male operandi, proponendo

Nota.

Nota.

A do uarietates rerũ quas ex se affert. Dies enim malos duæ res faciunt, malitia & miseria. Nam per malitiã hominũ & miseriam dicuntur dies mali. Cæterum dies isti quãtum ad spatia horarũ, ordinati sunt, ducunt uiçes, agunt tempora. Cui molesta sunt tẽpora, si homines sibi non sint molesti? Ergo dies malos (sicut dixi) duæ res faciunt, malitia & miseria. Sed miseria hominum cõmunis est, non debet autem malitia esse communis. Ex quo enim lapsus est Adã & de paradiso expulsus, nunquam fuerunt dies nisi mali. Et quia dies mali sunt, & nos positi sumus in periculo peccandi, *propterea nolite fieri imprudentes.* i. indiscreti uel inconsiderati, ut non possitis mala prudẽter uitare, & bona eligere, uel cõsideratione rationis omnia facere: *sed sitis intelligentes quæ sit uoluntas dei.* i. qd deus uelit, ut illud faciatis.

*Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, cãtantes & psallentes in cordibus uestris domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo patri, subiecti inuicem in timore Christi.*

Intelligite uoluntatem dei. Et ut eam possitis intelligere & facere, *nolite inebriari uino.* Non prohibeo quin moderate uinum bibatis, sed modũ non excedatis. Ebrietatem enim interdico. Non inebriemini uino, *in quo* immoderate bibito *est luxuria*, id est, luxuria est in nimia potatione uini. Non in natura uini est luxuria, sed in immoderatione potationis, ne qs peruerse intelligens, conetur ostendere creaturam dei, id est uinum, malam esse, sic argumentando: Cuius effectus malus est, ipsum quoq; malum est, sed effectus uini, id est, luxuria malus est, igitur uinum est malum. Quod non procedit, cum sit creatura dei. Idcirco dicendum est, in quo, id est, in inebriari, est luxuria. Vel certe uinum in quo est luxuria, possumus intelligere concupiscẽtiam & cæteras uitiorum potiones, quæ mentem inebriant & euertunt. De cuiusmodi Salomon ait: luxuriosa res uinum. Nolite uino ingurgitari, *sed implemini*, id est, studete impleri *spiritu sancto*, qui uos laudabiliter inebriet mutando mentes uestras, & amore æternorum calefaciens. Quo scilicet spiritu impleri hoc modo poteritis, id est, si ea quæ ore cantatis, mente cogitatis & itelligitis, ac uos de his intus instruitis. Et hoc est: Implemini spiritu sancto, *loquentes uobismetipsis* intus secundum attentionem, id est, intelligite quæ labĳs profertis quia non modicum placet deo ut quisq; aduertat quæ loquitur *in psalmis*, qui ad bonam operationem cõmonent: *& hymnis* q de laudibus dei, *& canticis spiritalibus* quæ de æterno gaudio resonant, & ideo spiritalia sunt. Sunt enim secularium hominũ cantica, sed non spiritalia. Et post locutionem horum sitis *cantantes*, id est, deum laudantes, et de æternis exultantes, sicut hymni & cantica docẽt, *& psallentes* opere sicut psalmi suadent. Cantate, inquam, & psallite *in cordibus uestris*, id est, sicut in ore uestro laudes resonant domino, sic resonet in cordibus uestris: & hoc facite nõ uanæ gloriæ uel alĳ rei, sed soli *domino*, id est, ad honorem eius. Cantate, id est, cœlestia resonate & desiderate. Nam qui desiderat, etsi lingua taceat, cantãt corde. Qui autem nõ desiderat, quolibet clamore aures hominum feriat, mutus est. Desideriũ enim & amor cordis, amœna uox est intus cantantis. Sic cãtate in cordibus uestris domino. Vos dico, *gratias agentes* non ad horam, sed *semper pro omnibus* q̃ dedit uel dederit, siue sint pspera, siue aduersa. Gratias ei semper agite, & hoc *in nomine domini nostri*

Prouer. 20

C Iesu Christi, per quem hæc omnia uobis à patre dantur, ut ipse filius in illis gratiarum actionibus glorificetur. Gratias inquam agit deo qui uos creauit, & patri qui uos in filios adoptauit. Vos dico, subiecti inuicem, humiliter curam agendo alter alterius, & pie uicissim ministrando, & hoc facite in timore Christi casto, q huius uariæ subiectionis humilitatem præcepit, & uenit non ministrari, sed ministrare.

Matt. 20.

1. Cor. 11.

*Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus.*

Ad familiaria præcepta se transfert Apostolus, & unicuiq; gradui quid debeat præcipit. *Mulieres sint subditæ* reuerendo, obediendo *uiris suis*, non alienis, *sicut domino*, id est, ad bene agendum solummodo, sicut nos subijcimur domino deo, ut illi seruiamus bona faciendo, non mala. Vel sicut domino, id est, in simplicitate & charitate qua deo seruirent, seruiant uiris suis. Quod ideo facere debent. *quoniam uir est caput mulieris*, id est, principium, quia mulier primum de uiro facta est. Ideo etiam caput, quia rector. Per uirum enim regitur mulier, sicut p caput corpus. Et dignũ est ut corpus regatur et subdatur capiti, id est, mulier uiro. Ita est uir caput mulieris, *sicut Christus caput est ecclesiæ*: qa sicut Christus regit & instruit ecclesiam, sic uir regere debet & instruere uxorem suam: & sicut Christus & ecclesia spiritaliter sunt unũ, sic uir & uxor carnaliter unum. Sicut Christus est decus ecclesiæ, sic bonus uir decus mulieris. Christus est caput ecclesiæ. *ipse* dico, *saluator corporis eius*, id est, ecclesiæ, quia ipse saluat totum corpus ecclesiæ Nullum enim membrum ecclesię saluatur nisi per Christum, qui caput & saluator est omnium electorum: & uir similiter pro modulo suo debet uxorem ab omnibus malis saluare. Nã sicut ecclesia uitæ suæ causam habet ex Christo, sic mulier ex uiro, quia ut consistat, uirum accipit. Mulieres sint subditæ uiris, & non qualitercunq;. sed *sicut ecclesia subiecta est Christo* in omnibus, *sic mulieres uiris suis* subijciantur *in omnibus*, quæ non sunt contra deum. In omnibus est ita subiecta ecclesia Christo, ut in nullo ei se præferat, ne uelit esse superior eo uel etiam æqualis ei. Et eodẽ modo mulieres uiris suis subdantur, ut in nullo uelint eos superascendere. D

Nota.

Gene. 2.

*Viri, diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem et adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat uirum suum*

Colos. 3.
1. Petr. 3.
Gene. 2.

*Diligite*, inquit, *ò uiri uxores uestras*, quam caput estis, *sicut & Christus dilexit ecclesiam*, cuius est caput, id est, illa bonitate illas amate, qua Christus ecclesiam, ut peccatum nõ ametis in eis, sed omne bonum, & iuste gubernetis eas atq; foueatis. Christus dilexit ecclesiam, & præ nimia dilectione *tradidit* in mortem *seipsum pro ea* redimenda. Ita & uos pro salute uxorũ, si necesse fuerit, tradite uos. Ideo se tradidit, *ut illam* suo sanguine *sanctificaret*, quia multis erat peccatis inquinata. Ipse dico, *mundans eam* ab omni-

A bus peccatis *lauacro aquæ* sanctificatæ *in uerbo uitæ*, id est, lauacro baptismi. Baptismus enim Christi, lauacrum est aquæ in uerbo uitæ. Tolle aquã, non est baptismus. Tolle uerbum, non est baptismus. Verbum uocat inuocationem diuinitatis, quod à baptizante super aquam profertur. Idcirco mundauit eam, ut ipse qui hoc bene poterat, *exhiberet sibi*, id est, præpararet ad honorem suum electorum *ecclesiam* pulchritudine uirtutum *gloriosam, non habentem maculam aut rugam*, id est, mndam ac simplicem. Maculam quippe & rugam non habet, quę & turpitudine operis & duplicitate sermonis caret. Quia et per iustitiam munda est, & per simplicẽ intentionẽ tensa. A similitudine uestis dictum est, quæ prius lauatur & post extenditur. Ecclesia enim nõ solum sponsa Christi, sed & uestis Christi solet appellari. Quæ munda ta est, ut nõ habeat maculam: extensa est, ut non habeat rugam. Non habet in electis maculam criminis, nec rugam dolositatis. Non habet in eis rugam, quia nesciunt aliud de se foras ostendere, & aliud intus habere. Vel ideo non habet in eis rugam, qa non flectuntur ad amorem terrenorum, sed extenduntur spe & desiderio cœlestium bonorum. Non habet maculam *aut* rugam, sed nec *aliud huiusmodi*: quia nec consuetudine uenialium peccatorum ita grauari se permittit, ut multitudo eorum possit alicui crimini comparari. *sed ut sit sancta* in bono opere, *& immaculata* in abstinentia mali. Immaculata est, id est sine crimine. Non enim sine peccato quisquam esse potest in hac uita.

Vel ad futurum seculũ possunt hæc referri. Mundauit Christus ecclesiã, ut ipse post diem iudicij in æterna beatitudine exhibeat, id est, præsentet eam sibi gloriosam, id est, animo & corpore fulgentem, quia tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno pa- B
tris eorum. Tunc plene atq; perfecte Matth. 13.
erit ecclesia, non habens maculã pec Sapien. 3.
cati uel rugam duplicitatis, aut aliquid huiusmodi, quia tunc etiã erit uere gloriosa. Non.n.modo in tantis malis, in tantis scandalis, in tanta permistione hominum pessimorum, in tãtis opprobrijs impiorum dicenda est esse gloriosa: sed tunc potius, quando malis omnibus libera ta, gaudebit perẽniter in bonis cum Christo. Et tunc erit uere sancta & immaculata, quia sic sola sanctitas in ea regnabit, ut omnis macula cuiuscũq; peccati procul sit ab ea. Vel sancta erit per carnis immutationẽ, & immaculata per corruptionis remotionem, Christus (ut dictum est) dilexit ecclesiã quæ est corpus eius. *Ita etiam uiri debent uxores suas diligere ut corpora sua*. i. sicut se: quia illæ sunt corpora eorum, et illi capita earum. Vel sicut spiritus hominis diligit & regit, et sibi in bono subijcit corpus et carnem cui coniunctus est, sic uiri diligant & regant & sibi subijciant in bono uxores suas. Quod facere debent, quia *qui uxorem suam diligit seipsum diligit*, quoniam ipse & uxor unũ corpus sunt, & uxor est caro eius. Et ideo uir debet eam diligere, quia *nemo unquam odio habuit carnem suam*. Nam quod nonnulli dicũt se male esse sine corpore, omnino falluntur. Non enim corpus suũ, sed corruptiones eius & põdus oderunt. Nõ ergo nullũ corpus, sed incorruptũ & celerrimũ corpus uolũt habere. Sed nec illi qui se occidunt, odio habent carnẽ suã, sed aliqua grauia incõmoda se per mortẽ effugere putãt. Qui uero cõtinẽtia quadã & laboribus persequunẽ corpa sua, q hoc recte faciũt, nõ id agũt ut nõ habeãt corpus, sed ut habeãt subiugatũ & paratum ad opera necessaria. Libidines.n.male utẽtes corpore. i. cõsuetudines incli-

C nationis animæ ad fruendum inferioribus, p ipsius corporis laboriosam quandam militiam extinguere affectant. Nam non se interimunt, & curam suæ ualetudinis gerūt. *Nemo itaq; unquam odio carnem suam habuit, sed nutrit eam* cibo, & potu, *& fouet* indumentis, *sicut & Christus ecclesiam* spiritualiter nutrit cibo potuq; corporis ac sanguinis sui, uel cibo fortioris intelligentiæ & potu facilioris doctrinæ, & fouet eam indumentis uirtutum. Ita & uir de uxore debet facere, quæ caro eius est. Christus fouet ecclesiam, quæ est corpus eius. Et uere corpus eius, qa nos omnes membra sumus hu⁹ sacri corporis. *Quia membra sumus corporis eius*.i. ecclesiæ, *de carne*.i. de imbecillitate *eius, & de ossibus*.i. de fortitudine *eius*: hoc est, alīj sumus infirmi, & alīj fortes in hoc corpore eius quod est ecclesia. Sicut.n. corp⁹ humanum ex carne & ossibus constat, & caro eius sustentatur ab ossibus, sic ecclesia de minus pfectis & magis perfectis constat, & perfectiores exemplo suo & exhortatione sustentant imperfectos. Ita & mulier quæ est quasi caro fragilis, debet à uiro sustētari, qui est uelut firmitas
2. Cor. 12. ossis. Vel de carne eius et de ossibus eius est, quisquis per gratiam eius potest dicere, quia cū infirmor, tunc fortior sum et potens. De carne eius & de ossibus eius est, quisqs ad imitationem eius dicere potest, quia factus sum infirmis infirmus, ut infir
1. Cor. 9. mos lucrifacerē. Vel ideo sumus de carne eius & de ossibus eius, qa carnem eius in ministerio sumētes, carni nostræ coniungimus, & uirtute spiritus eius confortamur uelut internis ossibus. Nā sicut Eua de Adā facta, traxit ab eo carnem & ossa, sic ecclesia ex Christo procreata, carnē eius & spiritū (ut diximus) in se traxit. Vel de carne eius & de ossibus eius sumus.i. eandē carnē & eadem

ossa quę ipse habuit, habemus: quia D
de nr̄a mortalitate carnē suscepit cū ossibus. Pōt & ita intelligi, corporis constantis de carne eius & de ossibus eius.i. de firmis & infirmis. *Propter hoc*.i. qa sumus de carne eius & de ossibus eius, & ipse dilexit ecclesiam, ab initio fuerat pphetatum de Matth. 19.
eo, qa *relinquet homo patrem & matrem, &* Marc. 10.
*adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* 1. Cor. 6.
Homo.n. iste, mediator dei & hominum, homo Christus Iesus significabat. Qui reliquit patrem, qn̄ semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Ita.n. reliquit patrem, nō quia deseruit & recessit à patre, sed qa nō in ea forma apparuit hoibus, in qua æqualis est patri. Reliquit & matrē .i. synagogam Iudęoꝝ, de qua secundum carnem natus erat. Et adhæsit uxori suæ.i. sociauit & coniunxit se electoꝝ ecclesiæ. Et ipsi duo.i. Christus & ecclesia sunt in carne una: qa carnem quā ille de uirgine sumpsit, quotidie in Missarum celebrationibus sumit ecclesia. Vel in carne una, qa (ut supra dictum est) ipse de mortalitate nr̄a carnem suscepit, & p carnē particeps noster factus est, ut illi⁹ capitis corpus esse possimus. Sicq; facta est ex duobus una quædam psona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Totus itaq; Christus caput & corpus tanquam integer uir, quia & fœmina ex uiro facta est, & ad uirum pertinet. *Sacramentum hoc magnum est* de coniunctione Christi et ecclesiæ. Et neqs istā magnitudinē sacramenti in singulis quibusq; hoibus uxores habentibus intelligeret, *ego autem*, inquit, *dico in Christo & in ecclesia*. Ego quidem allegoricè interpretor hæc uerba Genesis de coniugio Christi & ecclesiæ, sed *tamen* uos moraliter & ad literam ea intelligite, *& uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat*: Vxorem autem, monemus, *ut timeat uirum suum*, id est,

casto

A casto timore diligat eum,& obediat ei in omni bono & reuereatur eum.

CAPVT VI.

Colos. 3. *Filij, obedite parentibus uestris in domino.*
Exodi. 20. *Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & *
Eccle. 3. *matrem tuam, quod est mandatum primum in*
Matth. 15. *promissione, ut bene sit tibi, & sis longaeuus super terram.*

Praecipit filijs ut obediant parẽtibus suis in domino.i.in his quae ad deum pertinent.non.n.suadet obediendum esse in eis quae sunt contra deum.Et ideo est obediendum parẽtibus, quia *hoc est iustum*, ut eis obediatur à filijs.i.naturale ius habet. Nec solum ius naturale est hoc, sed etiam praeceptum domini, dicentis. *Honora patrem tuum et matrem tuam.* Quod ideo praecipue est obseruandum, qa *est mandatũ primum in promissione.* Licet.n. hoc mandatum sit quartum in decalogo, tñ primum est in promissione, quia huic primo addita est promissio, cum caeteris praecedentibus non esset adiuncta. Tria quippe mãdata praecesserunt istud, & pertinent ad charitatem Dei, quia deus trinitas est. Alia uero septem, in quibus est hoc primum,ad dilectionem proximi respiciunt & docent qũo uiuatur inter homines. Nam ipse septenarius praeceptorum numerus incipit ab honore parentum. Honora, inquit,patrem & matrem. Ad parentes.n.suos homo aperit oculos, & bona eius uita ab eorum amicitia sumit exordium. Quisquis autem parentibus non defert honorem, quibus parcere poterit? Primũ est hoc mandatum in secunda tabula, quae continet mandata pertinentia ad dilectionem proximi. Et est in promissione. Nam & ita distingui potest.s. ut & primum intelligatur esse in altera tabula, & esse in promissione. Sed uerius dici potest ĩ utrãq; re primum esse,& in tabula, & in promissione. Quę promissio magna est.Honora,inquit,parentes, *ut bene sit tibi.*i. B carnalia & spiritalia bona per hoc à deo consequaris: *& sis longaeuus super terram.*i.longaeuitatem aeternitatis habeas super stabilem mansionem coelestis patriae.

*Et uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros,sed educate illos in disciplina & correptione domini.*

Vos filij obedite parentib⁹, *& uos* parentes nolite illis dare occasionẽ inobedientiae. *nolite illos ad iracundiam prouocare.*i.nolite illis ea facere, ꝓpter quae peccent per iracundiam, qa patres estis illorum,& quia illi sunt filij uestri: *sed educate illos* dũ pueri sunt, *in disciplina* domini, ne indisciplinate incipiant uiuere: *& in correptione domini,* ut de prauitatibus morum suorum corripiatis illos secundũ deũ bono animo, & ad rectitudinẽ reducatis.

*Serui,obedite dominis carnalibus cum timore* Colos. 3.
*& tremore, in simplicitate cordis uestri sicut* Tit. 2.
*Christo, non ad oculum seruientes,quasi homini* 1.Petri.2.
*bus placentes, sed ut serui Christi facientes uoluntatem Dei ex animo cum bona uoluntate seruientes sicut domino,& non hominibus, scientes quoniam unusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et* Matth.16.
*uos domini eadem facite illis,remittentes minas,* Roma.2.
*scientes quia & illorum & uester dominus est in* Iacob.2.
*coelis,et personarum acceptio non est apud deum.*

Vos *serui obedite dominis carnalibus.*i. qui uobis temporaliter dominãtur scdm carnalia, nõ scdm spiritualia. Habetis.n.& spiritualẽ dñm in coelis aeternum, qui uestris mentibus dominatur:sed non uult ut occasione eius dedignemini seruire carnalibus dominis, quibus ipso ordinante subiecti estis. Etiam si sunt iniqui uel infideles, seruite illis donec transeat iniquitas. Multi.n.religiosi dominis iniquis, nõ tñ liberis seruiũt: quia oĩs qui facit peccatum, seruus Ioan. 8.
est peccati. Et utiq; felicius seruitur homini ꝙ̃ libidini. Ordinauit.n.sic deus ecclesiam, ut omnis potestas

C ordinata in feculo habeat honorem & aliqñ à melioribus. Et ideo obedite dominis ueftris ut oportet. f. *cum timore & tremore*. Timor.n.eft caufa tremoris. Filij parentibus cum reuerentia honoris obediant, ferui autem cum timore animi & tremore corporis. f. ut geftus corporis & apparitio oftendat interiorem timorẽ. Et hoc facite non in fimulatione, fed *in fimplicitate cordis ueftri*. i. in puritate intentionis ueftræ: quia licet fit habendus timor, tñ intentio feruanda eft fimplex. i. abfq; duplicitate fimulationis, ut ficut exterius oftenditis uos libenter obedire, fic habeatis in corde. f. non hoc faciatis folo timore effugiendi pœnas temporales, fed pura intentione bene agendi. *Sicut Chrifto* illis obedite. i. ex puritate intentionis, qua Chrifto debetis obedire. Cum.n. Chrifto iubente feruitis hominibus, non illis feruitis, fed ei qui iuffit. Vel ficut Chrifto illis obedite. i. tm̄ in bono. Pręcipiunt.n. fæpe mala agere, fed in his nõ eft eis obediendum. In fimplicitate cordis obedite, *non ad oculum fermentes*. i. nõ exiftentes prompti & ftrenui ad feruiẽdum tunc folũmodo, cum à dominis ueftris uidemini, & illis abfentibus agentes negligenter: quia hoc faciunt fubdoli ferui, qui uolunt placere hominibus dominis, quos fallere poffunt: non Deo, qui uidet omnia. Non ita fictè feruiatis, *quafi hominibus* folum *placentes*, fed ut ferui Chrifti. i. in puritate cordis & ueritate, nulli alij rei nifi uerę iuftitiæ, ftudentes. uos dico, *facientes* in hoc *uoluntatem Dei*, qui uoluit ut carnalibus dominis feruiretis, non inuiti, fed *ex animo*: nec ex malo animo, fed ex bona uoluntate: ut etfi non poteftis liberi fieri ueftram tñ feruitutem quodãmodo liberam faciatis, non timore fubdolo, fed fideli dilectione feruiendo. Ecce non fecit Chriftus de feruis liberos, fed de malis feruis bonos D feruos. Ex animo *cum bona uoluntate feruientes* fitis *ficut domino* Deo, *& non hominibus*, cuius præcepto feruitis hominibus. Vos dico, *fcientes quoniam unufquifq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, fiue feruus, fiue liber*. Id eft, ideo debetis feruire dominis prout rectum eft, quia certum uobis eft, uos remunerationem à Deo fore percepturos, non folum de hoc, fed de omni bono quod feceritis, fiue ferui, fiue liberi fitis: qm̄ neq; feruitus impedit aliquem ad confecutionem præmij, neque libertas expeditum reddit. tm̄ quifq; bonum faciat. Deus.n. remunerator eft omnium operũ uere bonorum, quicunq; faciat ea. *Et uos domini eadem facite illis*, non ꝙ illis feruiatis, fed in fimplicitate cordis & bona uoluntate fcd̃m Deum illos tractate. i. ficut illis conuenit fubiectionẽ debitam & iuftam exhibere uobis feruiendo, fic uos iuftam & dulcem poteftatem exercete fuper eos humiliter dominando. Suauius illos tractate, *remittentes*. i. relaxãtes illis *minas*. Non interdico minas fieri, fed iubeo remiffius fieri. Et fi minæ remiffius faciendæ funt, quanto magis uerbera? Humane (inquam) illos tractate, *fcientes quia in cælis eft & illorum & ufter dominus*. Id eft, licet fint ueftri ferui, tñ uos eftis illorum conferui, unum dñm habentes contra quem de munere eius fuperbitis, fi illos quos per conditionem tenetis fubditos, æquales uobis per naturæ confortiũ non agnofcitis. Nam fi male illos tractaueritis, nõ ignofco nobilitati ueftræ. *Non enim perfonarum acceptio eft apud Deum*, id eft, non accipit homines propter perfonarum dignitates, quia in eius iudicio fublimitas perfonæ non confert aliquid alicui, nec humilitas perfonæ obeft alicui: fed unufquifq; fecundum opera fua recipit, uel bona uel mala, fiue liber fit ille, fiue feru⁹.

A Ideo & serui & domini studere debent ut iuste agant.

*De cætero fratres, confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli.*

Spectalibus expletis instructionibus mulierum & uirorum, filiorum & parentum, seruorum atque dominorum, ad generalem redit exhortationem, & ad spiritale bellum omnes simul instruit. Quasi dicat: Hactenus aliqui uestrum putauerunt se suis uirtubus sine adiutorio gratiæ bonum aliquod agere posse, sed *de cætero fratres* si bono animo uolueritis agere *confortamini* non in uobis, sed *in domino*. Vel ita: Hucusque uos iuui, sed de cætero quod superest uobis uiuendi spatio, confortamini iam in domino, ut sine me fortes efficiamini contra bellū diaboli. Siue etiā ita: Multa uobis hucusque dixi, sed de cætero quod adhuc dicere possem, hoc tm̄ agite: de cætero quod restat, sic agite. s. confortamini. i. fortes efficiamini contra omnes impugnationes aduersarij, in domino. i. in eo respectu quod dn̄m habeatis, cuius dominio tuebimini. & confortamini *in potentia uirtutis eius*. i. in uirtute eius quæ omnia potest. Et ideo confortari debetis, tum quia dn̄m habetis, tum quia ille potentem in omnibus uirtutem habet. Et quia nō in sola gratia confortandum uobis est, sed etiam liberum adhibere debetis arbitrium, *induite uos armaturam Dei*. Scilicet non solum cōfortamini in domino, sed etiā excitando liberum arbitrium, induite armaturam Dei. i. induite uos omnibus armis quibus militatur deo. In armatura. n. omnia comprehendūtur arma. Induite armaturā Dei, quod prædictum est respectu liberi arbitrij, *ut possitis stare aduersus insidias diaboli*. Taliter. n. insidijs eius resistere poteritis. i. mediante auxilio diuinæ gratiæ, & exercitio liberi arbitrij: quia aut sola gratia, aut solo arbitrio nemo potest ei resistere. Et ideo prius confortamini in domino, & post induite armaturam Dei, quia gratia præuenit liberū arbitrium. Idcirco uobis induēda est armatura Dei, ut ei uiriliter militantes possitis in prælio non cedere, non succumbere, sed stare aduersus insidias diaboli, tum quia diabolus est criminator, tum quia insidiose agit cōtra uos. Longe. n. grauior pugna quæ fit insidijs, quam quæ fit ui.. Non uident diabolum homines cum quo pugnant, sed tn̄ facile habent remedium: Seipsos interius uincāt, & de illo foris triumphent. Ob hoc induēda est armatura Dei. Nota. Et quæ induenda est armatura, nisi omnium uirtutum protectio, quibus à iaculis satanæ defendimur? B

*Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus.*

Ideo spiritualibus armis oportet nos undique munitos esse, quia contra spirituales hostes est nobis pugna. *Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem*. i. aduersus homines qui caro & sanguis sunt. Galat. 5. Galatis minus perfectis indixit aliud bellum, quod est aduersus carnem & sanguinem, dicens quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Ephesijs uero, quasi iam spiritualibus & concupiscentiæ carnis præualentibus, atque persecutionem pro iustitia foris sustinentibus, dicit. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. i. aduersus homines qui nos persequi uidētur, sed aduersus malignos spūs qui eorum mentibus principant, & per eos nō persequuntur. Et quia sic est, debemus homines diligere, dæmones cauere: homines misericorditer eriper, dęmones uiriliter superare. Qūo. n.

C si contra aliquem in prælio constitutũ de parte aduersaria armat⁹ equo sedens ueniat, non equo, sed equiti irascitur, & quantum potest, agit ut equitem percutiat & equum possideat: sic contra omnes malos homines agendum, & non cõtra illos, sed contra illum qui illos instigat, totis uiribus laborandum est, ut dũ diabolus uincitur, infelices quos ille possidebat, liberentur. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. i. aduersus homines quos uidemus sæuire in nos, q potius miserandi sunt quàm odio habendi, *sed aduersus principes* eorũ dæmones, & aduersus *potestates* iniquas malignorum spirituum. Principes dicuntur illi spiritus, qui principantur in uitiis suis, quæ specialiter suggerere soliti sunt: sicut est spiritus fornicationis, qui impugnat homines scd̃m luxuriam, & luxuriosis principatur: & spiritus superbiæ, qui impugnat secundum superbiam: cæteriq; tales, & sic unusquisq; principatur in suo uitio. Potestates autem uocãtur illi spiritus, qui habent uim & officium præcipitãdi homines in maiora peccata, quia præsunt illis scd̃m ĩmissionem maiorum & grauiorum uitiorum. Et q̃ sit periculosum contra tales pugnare, quis non intelligat? & quõ uincimus hmõi hostes quos non uidemus, nisi quia carnales interiores motus nr̃os sentimus, hisq; confligimus & illos pcutimus? Vel principes intelligãtur illi dæmones, qui principantur, alijs dæmonibus: & potestates, q super alios possunt. Sunt. n. inter eos alij nequiores alijs & in malo fortiores: cõtra quos nobis lucta est. *& aduersus rectores mundi*. i. aduersus illos dæmones, qui iusto Dei iudicio regunt eos qui sunt mũdus. i. ĩmoderate mundanis adhærẽtes. Hi sunt qui nos per homines sibi subditos persequuntur, quia regunt eos ad male agendum, & de uitio ducunt in uitiũ. Rectores. n. sunt mundi, qui mundanos (ut dictum est) regunt. Rectores sunt, non mundi elementorum. i. cœli & terræ, maris & aeris, sed mundi *tenebrarum harum*. i. omnium istorum ĩfidelium, & istorum iniquorum hominum. De quo mundo dictum est: Totus mũdus in maligno positus est. Et conuersis peccatoribus. Fuistis, inquit, aliqñ tenebræ, nũc autem lux in domino. Istum mundum qui hmõi tenebris. i. tenebrosis hominibus constat, regunt maligni spiritus. Et aduersus istos est nobis pugna, nõ aduersus eos quos regunt: Et etiam *contra spiritalia &c.* Per hoc ostẽditur magna ĩpugnationis uehementia. Multo. n. grauiori pugna & periculosiori exagitatur homo, cum ab hoste q non subiacet oculis, impugnatur, q nescit qua parte ab aduersario impetatur. Spiritalia dico *nequitiæ*. i. defectionis & ĩpossibilitatis. Nequitia quippe dicitur à nequam, quia p eã tenditur ad nõ esse, sicut reprobi angeli Deum qui solus uere est, deseruerunt, & in perpetuum defectũ ceciderunt. Quæ spiritalia nequitiæ sunt *in cœlestibus*. i. in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, ubi & nebulæ conglobantur. Vel in cœlestibus. i. in mentis nostræ sanctis uirtutibus patimur impugnationem à nequissimis spiritibus. Siue in cœlestibus pugnant contra nos. i. pro cœlesti hæreditate tollenda. Itaque aduersus principes & potestates, atque rectores mundi tenebrarum harum & aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus graue nobis certamen indicit Apostolus. Ipsa uero certaminis species sic intelligenda est, cũ damna, cũ pericula, cũ opprobria, cum criminationes excitantur aduersum nos, non id agẽtibus aduersarijs potestatibus, ut hæc tm̃modo patiamur:

D

Ioan. 5. Sup. 5.

A patiamur: sed ut per hęc uel ad iram multam, uel ad nimiam tristitiam, uel ad desperationem ultimam prouocemur, uel (quod est grauius) fatigati & uicti tædijs cōpellamur aduersus deum conqueri, tanq̃ humanam uitam non æque iusteq́ moderantem, ut per hęc uel infirmemur in fide, uel decidamus à spe, uel transferri cogamur à ueritate dogmatum, & impium aliquid de eo sentire suadeamur. Talia enim scripta sunt de Iob, cum diabolus dari sibi facultatem bonorum eius petisset à Deo. Per quæ etiam illud edocemur, qm̃ non fortuitis aliquibus incursionibus impugnamur, siqñ nos talia aliqua facultatum damna percusserint nec fortuitu nostrorum aliquis captiuus abducitur, uel domorum ruinæ in quibus chari quiq; opprimantur eueniunt, uel aliquid hmōi contingit. In quibus oībus, uel in quolibet horum unusquisq; fidelium dicat aduersario. Non haberes aduersum me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Nihil. n. potuit contra Iob, nisi quantū à Deo pmissus est. Sic nec contra quenq̃ fideliū poterit ampli⁹. Tal'r nos oportet īstrui, qui cōtra tales cōfligimus aduersarios.

Iob. 1. 2. Ioan. 19.

*Propterea accipite armaturā Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis tela nequissimi ignea extinguere. & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei.*

Talibus armis nos armat Apostolus, laudabilibus & inuictis, insuperabilibus & splendidis, spiritualib⁹ & inuisibilibus, quia hostes inuisibiles expugnamus. Si uides hostem tuum, uideantur arma tua. Si autem non uides hostem, cur uidentur arma quibus eū impugnas? Quia tam grauis & tam multiplex atq; tā periculosa est pugna, *propterea accipite armaturam Dei*. i. arma uirtutum, quibus suos milites deus armat. Accipite de manu imperatoris summi arma fortia, *ut possitis* non cedere prædictis hostibus, sed *resistere* fortiter illis *in die malo*. i. in hora tentationis, qñ uelut diem prosperitatis arridere faciunt offerendo delectationē peccati. Vel in die malo. i. in tempore quo uiget malitia in tempore impugnationis diabolicæ, in tempore præsentis uitæ, quæ tota tentatio est. Vt possitis non subiacere, sed *stare perfecti in omnibus* uirtutibus, ut non in quibusdam uirtutib⁹ bonis pfecti sitis, & in quibusdā īpersecti, sed in oībus (prout fas est) perfecti. Tunc. n. à nulla parte uinci poteritis. Vel in omnib⁹ impugnationibus stetis perfecti, quod plus est q̃ resistere. Siue in omnib⁹, tam prosperis q̃ aduersis. Aut aliter: Vt possitis resistere in die malo. i. in die iudicij: qui malus propterea dicitur, qa terribilis erit accusationibus diaboli, ut quando suos accusauerit puritate conscientiæ possitis uos defendere, sed etiam pfecti stare possitis in omnibus cum electis. Standum uobis est contra hostes in armatura Dei. *Ergo state succincti lumbos* mentis uestræ. i. state in castitate, qa ipsa est initium bonæ operationis, ideoq́ nunc prima ponitur in spiritualibus armis quæ describuntur. Quandiu. n. quis luxuriæ subiacet, nihil boni potest agere: quia nihil eorum quæ facit, potest Deo placere. Sed postq̃ deseruerit luxuriam, incipit operari iustitiam. Et ideo nunc prius iubemur succingere lumbos, & post induere loricā iustitiæ. Lumbos. n. succingimus, cum carnis luxuriam quæ in lumbis est, per continentiam coarctamus. Sed quia nō nulli simulant se lumbos habere succinctos & non habent, ideo præcipitur nobis, ut *in ueritate* succinctos ha-

B Iob. 7. Nota.

C beamus eos, nō in simulatione, quatenus uera sit nostra castitas, non simulata. Vel mentis lumbos succingamus in ueritate, ut cingulo casti amoris Christi nos contineamus à mendacio: quia qui mendacium loquitur, quantum in se est, corrumpit ueritatem, & ita fornicatur. Qui autē uera semper loqui studet, quasi legitimo coniugio utitur, ueritatē uel sapientiam habens coniugem, sicut ille qui dicebat: Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere. Ita ergo succingendi sunt in ueritate lumbi uestri, ut non accedamus ad scortum .i. ad mendacium, sed in legitima sponsa quæ est ueritas, delectemur, & ex ea filios generem⁹. Deinde subiungitur ut simus *& induti lorica iustitiæ* .i. forti uestimēto bonæ operationis undique muniti, ut nihil iniustum appareat in operibus nostris, sed totum ab omni parte iūstū & æquum. Et hæc iustitia recte uiuē di est nobis lorica, quia interiora nostra non sinit transfigi, sed defendit undique præcordia nostra ab omnibus telis inimici. Sicut enim lorica multis hamis conficitur, ita uestis iustitiæ multis operib⁹ bonis & uirtutibus connectitur. Et hmōi lorica debet interior homo noster indui, ne possit ab ulla parte uulnerari. Postquam uero libidinem uicerimus, & nos lorica iustæ operationis induerimus, tunc & alijs bona prædicare idonei erimus. Vnde sequitur: Et state *calceati pedes* .i. habētes calceatos pedes, hoc est, munitos affectus uestræ mentis, ne tangant terrena, hoc est, ne terrenis cōmodis innitantur, *in præparatione euangelij pacis* .i. in eo quod præparatis cordibus aliorum euangelicam prædicationem, quæ annunciat pacem inter deum & homines. Calceamenta fiunt ex corijs mortuorū animalium, & significant exempla patrum iam defunctorum, quibus D ab omni terrena læsione defendūtur pedes nostræ mentis .i. affectiones, quibus tanq̃ pedibus ad faciendū aliquid promouemur. Læditur .n. pes prædicatoris à terra, si affectus eius terrenum cōmodum ex prædicatione appetit .i. si propter terrenū commodum, non propter regnum cœlorum, prædicat euangelium. Et ideo prædictis calceamentis induantur pedes nostri, id est, exemplis patrum muniantur, ut sicut patres studio supernæ intentionis, non appetitu terrenæ commoditatis prædicauerunt euangelium, sic & nos faciamus. Cuius prædicatores in nullo fidei debent regulam deserere. Vnde subditur: *In omnibus sumentes scutum fidei.* Fides .n. pro secuto sumenda est in omnibus cōgressionibus, quoniam ipsa prima resistit malignis spiritibus, & eorū tela excipit & repellit. Sub ea nanq; protegunt cæteræ uirtutes, quia ad omnia uirtutum arma protenditur, & eam diabolus impugnare primam aggreditur. In omnibus prælijs & in omnibus tentationibus sitis sumentes scutum fidei, *in quo* scuto *positus* non solum repellere, sed etiam *extinguere* omnia *tela nequissimi* diaboli, id est, omnes suggestiones eius acutissimas, quibus corda nostra ut uulneret impetit: tela dico, *ignea* id est, ignem uitiorum in humanis cordibus accendentia. Inflāmant enim mētes hominum ad cōcupiscentiam, & igne totius malitiæ succendunt. Et hæc tela nequissimi hostis sunt, id est, qui etiam ea quæ nequit perficere præsumit, & in quibus nequicquā laborat. Sed aduersus hæc fide inuisibilium rerum armamur, & inuisibilem aduersarium sternimus. His armis uos induite, *& galeam quoq; salutis assumite*. id est, spem quæ salutem æternam expectat: quę ideo galea dicitur, quia sicut galea

Sapien. 8.

A est in superiori parte armaturæ, scilicet in capite, ita spes altior est omnibus alijs uirtutibus, & semper respicit ad superiora, spirans ad cœlestia. Et ob hoc addidit salutis, ut ostenderet spem assequi quod desiderat, id est, salutem. Vel sicut scutum fidei fides est, sic galea salutis salus est. Cuius scilicet perpetuæ salutis memoria uel expectatio, caput mentis contra omnes ictus dæmonicæ impugnationis tutum facit. Qui.n. cogitat diligenter quæ sint æterna gaudia, facile delectationes peccati à suo corde respuit, & aduersitates uincit. Hæc sunt arma quibus muniti, nunquã diabolo uel alicui mẽbro illius cedetis. Sequuntur arma quibus illum & suos deuincatis: Et assumite *gladium spiritus*. id est, ensem spiritalem, *quod est uerbum Dei*. id est, sermo diuinæ prædicationis, quo diabolus interficitur: hoc est, impugnationes eius adnihilantur, & quo tyrannos huius seculi & hæreticos, membra scilicet satanæ deuincetis, & uobis subijcietis, cæterosq́ peccatores. Cum dicitur, & gladiũ spiritus quod est uerbum Dei: quod, ad significatum respicit, non ad gladium. Ecce hæc sunt arma quibus muniuntur & pugnant milites Dei. Sequitur:

Nota.

*Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.*

Prædictis armis state muniti. Sed quia non est nr̃æ potestatis, ut his muniamini, nisi donante Deo, nec his uincere poteritis nisi ipse dederit, estote *orantes per omnem orationem*. id est, per omnia quæ oranda sunt, ut per omnem orationem quę facienda est, transeat nostra supplicatio, id est, nihil relinquatis de his quæ petenda sunt in oratione: & non solum per orationem, sed etiam per *obsecrationem*. id est, per omnium sacrorum adiurationem. Maiorem enim orandi expressionem notat obsecratio quã oratio: quia obsecratio est oratio cũ adiuratione uel obtestatione, oratio autem simpliciter facta est rogatio. B
Per omnem orationẽ & obsecrationem sitis orantes *omni tempore* competenti, id est, omnibus horis ad orandum constitutis. uel omni tempore, id est, tam in aduersis quàm in prosperis, & hæc oratio fiat *in spiritu*. id est, mente, ut mentis affectus cõcordet uerbis orationis quæ proferũtur ex ore. uel in spiritu, nõ in carne orate. In carne enim, non spiritu orat, q polluta mente orat, iterum peccaturus non casu, sed ex proposito. Vel omni tempore orate in spiritu.i. in cordis deuotione, ut licet os nõ semper orare queat, spiritus tamen semper bonis desiderijs intus oret. Et in ipso spiritu sitis intus *uigilantes*.i. solliciti.i. sicut oculi foris uigilãt, sic spiritus agat intrinsecus: & hoc *in omni instantia*, ut spiritus & corpus instanter perseuerent in uigilijs, & in omni *obsecratione, ut pro omnibus* obsecretis, pro quibus obsecrandum est.s. pro *sanctis*. Pro sanctis.n. uidetur esse obsecrandum, & pro infidelibus orãdũ, qui nihil sacri habent. Vigilate inq̃, & obsecrate pro omnibus sanctis.i. pro perseuerantia & saluatione omnium sanctorũ, & specialiter *pro me, ut* tribulatio non me obtundat, sed *detur mihi sermo in apertione oris mei*.i. cum aperuero os meum, hoc est, cum alta mysteria & altas sententias dixero. Nam hoc in diuina scriptura nõ reperitur, nisi ubi magnum quid & profundum debet dici. Cũ os meũ aperuero, ut abditos sensus pferam, detur mihi sermo.i. facundia expri-

C mendi ea quæ uoluero, ut luculenter ea posſim exponere. ſ. *cum fiducia notum facere*. i. ut audacter & non timide notum faciam *myſterium euangelij*. i. occultum ſecretum incarnationis & paſsionis Chriſti, ut occultas eorum cauſas notificem audientibus.
*Pſal 50.* Nam quia occultum eſt hoc myſterium, ideo neceſſe eſt, ut notum faciam illud: & hoc agere uolo, quia ꝓ eo annunciādo *fungor legatione in catena*. Nā nec pro catena ceſſo à legatione. Quanquam enim pro euangelio quod annunciabam, ſim catenatus, tamen illud ſicut à Chriſto miſſus ſum prædicare, non omitto. Detur (inquam) mihi ſermo ad notificandum myſterium euangelij, *ita*. ſ. detur mihi, *ut in ipſo* euangelio *audeam* ſine timore *loqui* alijs *prout oportet* me. i. ſicut expedit mihi, qui hoc agerẽ miſſus ſum. Sequitur in quibuſdam codicibus hoc loco talis uerſiculus: Verbum autem Dei non poteſt alligari. Ac ſi dicat Apoſtolus: Pro euāgelio quidem uinctus ſum, ſed tamẽ prædicare non deſiſto: quia uerbum Dei quod annunciari debet, nullo poteſt impedimento retardari.

*Vt autem & uos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſsimus frater & fidelis miniſter in domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda ueſtra.*

Dixi ut oretis pro me, & quia pro euangelio uinctus ſum: ſed quibus tribulationibus afficiar, non dixi. Sed quæ circa me ſunt moleſtiæ, referet uobis Tychicus, ne de minimis aduerſitatibus meis moueamini, metu earū recedentes à fide. *Quæ*. id eſt, cuiuſmodi tormenta *ſunt circa me*. i. in corpore meo, quia ad mentis interiora non penetrant, & *quid agam*. i. ꝙ conſtans ſum, indicabit uobis *Tychicus*. qui eſt non uilis, ſed *chariſsimus frater*, id eſt, Chriſtianus, & non fraudulentus uel fallax, ſed fidelis: ideo hunc audite, quia *fidelis miniſter* D *eſt in domino*. id eſt, in his quæ ſunt domini. Cui credere debetis, quia illū *ad uos miſi*, ut puram ueritatem de me uobis dicat, & conſoletur corda ueſtra. i. leniat & mulceat, & dolorem, qui pro auditu tribulationum mearum increuerat, temperet. Vel ſi de noſtris tribulationibus dolebatis, nunc conſolationem accipiatis ab eo, cognoſcentes me libenter pati multo grauiora.

*Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre & domino Ieſu Chriſto. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione, Amen.*

Pax cum Deo ſit *fratribus*. i. Chriſtianis *& charitas*, ut cum toto corde diligant: & hæc pax & charitas detur eis *cum* integra *fide à Deo patre &* filio eius *domino* noſtro *Ieſu Chriſto*. Per pacem enim manebunt in charitate, quæ in fide eſt: & à quo eſt pax & charitas, ab illo eſt & fides, id eſt, à Deo. Non enim fides, quia datur priuſquàm poſtuletur ab illo cui datur, ideo dicenda eſt non eſſe donum Dei, ſed eſſe à nobis quia data eſt nobis non petentibus. Omnia enim bona ſunt à Deo. *Gratia* generaliter accepta, quæ eſt mater omnium bonorum & nutrix, ſit *cum omnibus qui dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* eccleſiæ ſponſum *diligunt in incorruptione*. id eſt, caſto amore ſicut ſponſam, quæ corruptionẽ non admittit. Non enim Chriſtum in incorruptione diligunt, uel quorum fides ī aliquo eſt corrupta, uel qui eum ꝓ temporalibus & corruptibilibus bonis diligunt, nō pro æternis et incorruptibilibus. Sed qui Chriſtū propter ſolū Chriſtū, & propter ſpẽ perpetuæ incorruptibilitatis amant, illi eū in incorruptione diligunt, quia ſic eū diligunt, ut neꝗ nunc corrūpi ualeat mens eorum, neꝗ tunc caro eorum.

Epiſtolæ ad Epheſios Finis.

Præfatio

C PRAEFATIO IN EPISTOLAM PAVLI AD PHILIPPENSES.



Hilippi ciuitas est in partibus Macedniæ, unde Pilippenses dicunt. Quibus prędicauerat apl's, qui fidei ueritate ac morũ honestate illos instruxerat. Et ipsi in fide morũq; nobilitate in oĩbus ferè scd̃m apostolicam doctinam perstiterunt: sed de primatu tantum inter eos erat contentio, qm̃ alŋ se uolebãt alŋs pręferre quasi gloriando de meritis. Qua de causa p̃cipue Apl's scribens illis à Roma, intendit illos ad humilitatem reuocare. f. ut de meritis nõ glorient, neq; alter alteri se prę ferat: sed quicqd boni habet, siue remissionem pctõ℞, siue dona uirtutũ, grã Dei adscribat, à quo totũ habet & nihil à se. Miserant aũt ei aliquid substantiæ per Epaphroditum Romam, quẽ cum hac remittit ep'la. In qua, qa præsens non põt, munit eos contra duplex bellũ tribulatõ℞, sed & pseudoprædicatõ℞, ut omnia pro Christo sustineant aduersa cũ humilitate, sicut & xp̃s fecit, & legalia à pseudoprophetis nunquã recipiant. Qui qm̃ ad humilitatem illos inuitat, ideo nõ posuit nomen officŋ sui & authoritatis, quod est apostolus: sed et ideo forsan, quia ipsi nunq̃ de eo minus uel contra eum senserant. Secum uero Timotheũ addit in principio epistolæ, quia ipse socius Apostoli fuerat in conuersione eorũ, atq; solicitus erat cum eo de salute ipso℞, & fortasse rogauerat eũ ut scriberet illis. Sic. n. exorsus est.

EPISTOLAE PAVLI AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

*Paulus & Timotheus serui Iesu Xp̃i, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cũ episcopis & diaconis: Gratia uobis et pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.* D

Seruos Christi se dicunt *Paulus et Timotheus*, quod est signũ humilitatis, ut eis exemplo suo humilitatẽ suadeant. Sed cum ipse Dñs dicat, Iam non dicam uos seruos, qa seruus ne scit qd faciat dñs eius, qua ratione se seruos nuncupant? Sed sciendum qa sicut est timor seruilis quem pfecta charitas foras mittit, atq; timor castus permanens in seculum seculi, sic est seruus qui non manet in domo in æternũ, atq; seruus intrans in gaudium dñi sui. Nam cum timore quem charitas expellit, etiam seruitus quæ ad eum ptinet, simul expellenda est. Erant ergo *serui* Paulus & Timotheus, quantũ ad timorem castum, non quantũ ad timorem seruilem: neq; principis alicuius mortalis, sed Iesu Christi. Qui mãdant ea quæ sequuntur, *omnibus sanctis*. i. omni plebi mundatæ per baptismũ à peccatis, & sanctificatæ non in suo merito, sed *in Christo Iesu*. i. in gratia Christi. f. quia Deus factus est homo, passus est & resurrexit. Curialiter illos ad humilitatem reuocat, ostendens illos esse sanctos in Christo Iesu, non in se & determinat quibus sanctis. f. *qui sunt Philippis*. i. in illa ciuitate. Interpretaẽ aũt Philippis os lampadis, & illi sancti sunt Philippis. i. in ore lampadis, qui sũt in lucidissima Dei illuminatione quam & cæteris undiq; spargãt, sicut & istis dicitur in sequentibus, In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo, uerbũ uitæ continentes. Talibus ergo sanctis ubicũq; sint corporaliter degentes, scribit hæc epistola. Oĩbus sanctis qui sunt Philippis. i. oĩbus subditis, *cum episcopis*. i. presbyteris *& diaconis*. i. minoribus cũ maioribus. Ep̃os namq; pro presbyteris more suo po

Ioan. 15
Ioan. 4.
Ioan. 8.
Matth. 25.

C fuit. Non.n.plures episcopi in una ciuitate erāt, neq; presbyteros intermitteret ut ad diaconos descēderet. Sed dignitatē & excellentiā presbyterorū declarat, dum eosdem qui presbyteri sunt, ēpos eē manifestat. Qđ aūt postea unus electus est qui cæteris præponeret, in schismatis remedio factum est, ne unusq́sq; ad se trahens Christi euāgeliū rūperet. Nam & Alexandriæ à Marco euangelista usq; ad Heraclā & Dionysiū ēpos, presbyterū unum de se electum, et in excelliore loco et gradu collocatum ēpm nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut diaconos eligant de se quem industriū nouerint, & archidiaconū uocent. Constat ergo apl'ica institutione oēs presbyteros esse ēpos, licet nunc illi maiores hoc nomen obtineant. Ēps.n. superintendens dicit, & omnis presbyter debet intendere curam super oues sibi cōmissas. Omnibus, inq̄t, sanctis qui sunt Philippis cum ēpis & diaconis. Quia minores præmittit, ad humilitatē inuitat. Quia uero & minores subnectit, ostēdit nō esse quenq; adeo perfectum, qui nō hac egeat admonitione. Qđ autē subdit, *gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo*, in superioribus epistolis expositum est.

*Locus obscurus.*

*Gratias ago Deo meo in omni memoria uestri semper, in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio, deprecationem faciens super communicatione uestra in euangelio Christi à prima die usq; nunc, confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu, sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis, eo quod habeam uos in corde & in uinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes uos esse.*

Illorū beneuolentiā captans, ostendit principium boni operis à Deo illis datū, et finem ab eodem esse dandum, ut de se non p̄sumant, sed grāæ Dei oīa bona sua attribuant Ago, inquit, *gratias Deo meo*, q mihi facit quod uolo in uobis.i.illum qui iam nobis beneficia spūalia cōtulit gratis, laudo: q̄a nō nostro merito, sed eius dono ad bonū christianæ religionis uenistis, in qua & multū p̄fecistis. Gratias ago, inquam, *pro omnibus uobis* .i. pro religiosa conuersatione oīum uestrū ab illo data, *in omni memoria uestri*.i. quoties uestri memor fio: memoria dico, nō ad horam, sed *semper*, scilicet *in cunctis orationibus meis*.i. quotiescūq; oro. Vel memoria uestri dico, non pro parte uestrum facta, sed pro oībus uobis. De præteritis beneficijs à deo uobis collatis ago ei gratias, non cū tristitia, sed *cum gaudio*, q̄a non contristor de culpis uestris, sed de sanctitate uestra gaudeo, *faciens deprecationem*.i. Deum toto mentis affectu deprecans, *super cōmunicatione*.i. de cōmunicatione uestra: hoc est, ut magis ac magis cōmunicetis semper, et unanimes atq; unū cor h̄ntes sitis, *in euangelio Christi*.i. in fide et pręceptis euangelicæ doctrinę. Vel deprecationem facio super cōmunicatione uestra.i. ut persistatis in eo quod mihi cōmunicauistis in fide & operibus euangelij. Et nō horarie istud deprecor, sed *à prima die* cōuersionis uestræ, *usq; nunc*.i. ex quo cœpistis credere, nō cessaui pro uobis preces effundere. Siue cōmunicatio uestra fuit in euāgelio, qm̄ res uestras fecistis cōmunes pp̄ illud à prima die cōuersionis uestrę usq; nunc, & ideo amodo magis standum uobis est in hoc. Deprecor Deum pro uobis, *confidens hoc ipsum* de bonitate eius, *quia* ipse qui per præuenientem grām *cœpit in uobis opus bonum*, per subsequentem & cooperantem *perficiet* illud, dans p̄seuerantiam *usque in diem Iesu Christi*.i. usq; ad extremum diem uitę uniuscuiusq;, quando anima de corpore egrediens, præsentatur ante tribunal Christi iudican-

D

A da. Cooperãdo enim in nobis Deus perficit, quod operãdo incipit: quoniam ipse ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperaт̃ perficiens. Nam ut uelimus, sine nobis operaт̃. Cum aũt uolumus & sic uolumus ut faciamus, nobiſcũ cooperatur. Qui cœpit in uobis opus bonum, ipſe perficiet. Ego ita confido, uidete ne fruſtra. Videte ne à ueſtra parte opus bonum remaneat, quod Deus uobiſcũ paratus eſt in uobis perficere. Ego iſtud certa fiducia ſpero, *ſicut eſt mihi iuſtum*, ut hoc ſentiam & credam *pro omnibus uobis*, non. n. iuſtum eſt ut aliud ſentiam de tam bonis. Hoc debeo ſentire de uobis, *eo quòd habeam uos in corde meo*, non in ſolis labijs, q̃a cõtinuo uos amore in præcordijs meis teneo, et eo q̃d habeam uos *in uinculis meis*, q̃a uos quoq; pia cõpaſſione cõdoletis afflictioni uinculoꝝ meorum, et uos pariter mecũ uinctos eſſe putatis, & quòd habeã uos *in defenſione euangelij*, quia et uos defenditis illud (ſicut ego) diſputationibus cõtra impugnatores, & *in confirmatione* eius uos habeam, quia uos quoq; ſtudetis illud confirmare in cordibus fidelium. Et propterea iuſtum mihi eſt ſentire, *uos omnes eſſe ſocios gaudij mei* futuri, id eſt, æternæ lętitiæ, ſicut nunc operũ meorum & paſſionum ſocios eſſe uos uideo.

*Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes uos in uiſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in ſcientia & in omni ſenſu, ut probetis potiora, ut ſitis ſynceres & ſine offenſa in Diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in gloriam & laudem Dei.*

Ego (ut dixi) ſentio, & deſidero uos fore ſocios gaudij quod habeo. Nam cupio *uos omnes* eſſe *in uiſceribus Ieſu Chriſti*, id eſt, in interno ſinu perpetuæ beatitudinis receptos. Et quomodo, id eſt, q̃ ardẽti deſiderio hoc *cupiam, teſtis eſt mihi Deus*, q̃ occulta cordium noſtroꝝ inſpicit. Vel pro uobis (ut ſupradictum eſt) idcirco deprecationem facio, q̃a ſicut & Deus B teſtis eſt, cupio uos omnes eſſe in uiſceribus Ieſu Chriſti, id eſt, in intimo amore eius, ut ab eo diligamini quaſi eius uiſcera. In uiſceribꝰ enim ſentitur pluſquam in alia parte corporis, & ideo uiſcera pro dilectione ponuntur in ſcripturis aliquoties. Ego quidem uobis talia cupio. Et ut *hoc* deſiderio conſequamini, *oro ut charitas ueſtra* ſemper proficiens *magis ac magis abundet* & excreſcat *in ſcientia* diuinorum & utilium, *& in omni ſenſu* prudentiæ ac diſcretionis, *ut probetis potiora*, id eſt, ut probare & diſcernere ſciatis non ſolum mala & bona, ſed etiam ĩter bona potiora: hoc eſt, meliora, ut poſt probationem *ſynceres*, id eſt, ſine carie *ſitis*, ne uos corrũpat aliquod uitium, ſicut uermis lignum intrinſecus edens, ſed integri ꝑmaneatis in bono. Synceres ſitis, quantum ad uos, id eſt, ſine corruptione uitiorum: *& ſine offenſa*, quantum ad proximum, ut non eum offendatis *in diem Chriſti*, id eſt: uſque in diem uitæ nouiſſimum. Vel ſynceres, id eſt, ſine admiſtione uitiorum, quę ſe bonis operibus immiſcere ſolent: & ſine offenſa, id eſt, ſine crimine, euntes paſſibus operum bonoꝝ ac deſideriorum in diem Chriſti, id eſt, in diem iuſti iudicij Dei, qui bona uobis pro ſynceritate ueſtra ſine malorum admiſtione retribuet. Sitis etiam ut bonæ arbores, *repleti fructu iuſtitiæ*, id eſt, abundantes bonis operibus *per Ieſum Chriſtum*, id eſt, per gratiam Chriſti, non per uires ueſtras, *in gloriam & laudem Dei*, id eſt, ut inde glorificetur et laudeт̃ Deus, qui uos ita fructificare facit, non ut uos inde uanã gloriã capiatis, q̃uaſi per uos talia facientes. Hic ſatis cõgrue humilitas bene agentibus cõmẽdaт̃ ab Apſo. Vel in die Chriſti ſitis re-

Huius e ?mologi‹ ſuperiu‹ mẽtio ſa‹ cta eſt.

C pleti fructu.i.mercede iustitiæ accepta per Iesum Xp̄m iudicem: in gloriam & laudem Dei.i.ut inde perpetualiter glorificet & laudet Deus, & dicat, mirabilis Deus in sanctis suis.

Psal.67.

*Scire autem uolo uos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum euangelij uenerūt, ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo in omni pretorio, & in cæteris omnibus, ut plures è fratribus in domino confidentes, uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbum Dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam uoluntatem Christū prædicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant, non syncere, existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Quid enim, dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annuncietur? & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

Quia superius dixerat se habere in corde & uinculis, ne illi audientes eum esse uinctum, pútarent euangelicam prædicationem deficere, & cederent pseudoapostolis, addit. Scire aūt uolo uos &c. Ac si dicat: Ego q̄dē uinctus sum, sed tamen ideo non minuitur euangelica prædicatio. *Volo uos fratres scire, quoniam ea quæ circa me sunt,* id est, uincula mea & tormenta quæ patior undiq;, uel quæ nō pertingūt ad interiora, *magis uenerunt ad profectum euangelij,* q̄ ad defectum, ut mali intenderunt, *ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo.* i.in Christi nomine & prædicatione manifestarentur ubiq;, & per hæc Christus. Dum.n.sermo de uinculis meis ubiq; uolitat, Christ⁹ qui uinculorū causa est, in ore oīum resonat. Manifestata enim sunt *in omni pretorio,* ubi nobiles & diuites cōueniunt: *& in cæteris omnibus* locis Romæ, ubi populares conuersant. Hoc omnibus Romanis nobilibus & ignobilibus notum est, me uinctum esse pro fide Christi quā p̄dicabā. Et ita profuerūt uincula mea, *ut plures* q̄ antea *è fratribus.*i.ex Christianis, non in se, sed *in domino confidentes, uinculis meis.*i. consideratione uinculoꝝ meoꝝ, *auderent abūdantius* solito *loqui* publice *uerbum Dei sine timore,* cogitantes apud se: Si iste uinctus loquitur, cur non potius nos? Ideo aūt dixi plures è fratribus in domino cōfidentes, annunciare ob ea uincula uerbum Dei, & non oēs ita faciūt. Alij enim ex ipsis sunt mercenarij, alij filij. Nam *quidam quidem.*i.mercenarij, *prædicant Xp̄m* etiā *propter inuidiam & contentionem,* quia inuident gloriæ meæ, & cōtendunt illam sibi usurpare, cupientes esse famosi & honorabiles apud homines sicut erār apostoli: sed *quidam* ab istoꝝ intērione diuersi, utpore boni filij, p̄dicant eum exemplo meo *propter bonam uoluntatem.* i.studio generādi filios uitæ æternæ: quidam qui & boni sunt, annunciant illum *ex charitate* & amore mei, *scientes quoniam positus sum* à Deo *in defensionem euangelij,* disputādo & uerum ac salutiferum esse probādo. Et ideo q̄a uident me modo catenis detentum, nō posse ad plenū exercere officiū meum, uice ac loco mei prædicant Christū, ut ipsi suppleant qđ ego nūc minus possum. Isti quidem casta intentione prædicant. Sed quidam ab his longe diuersi, *annunciant Xp̄m ex contentione,* id est, per contentionem, quia contendunt per hoc maiora īferre supplicia, ut si qui de prædicatione eos accusauerint, indicent eis me eius authorem esse, sicq; mala in me conuertant. Vel ex contentione, id est, ex priuato odio inde genito, quod aliquando mecum contenderunt & confutati sunt. Et ne uiderentur esse correcti, adiungo quia *non syncero,* id est, non pro animo, sed malitia infecto prædicant, existimantes hoc modo *se suscitare,* id est, commouere *pressuram uinculis meis,* id est, ut ego uinctus opprimar aduersis: scilicet ut dū Nero &

A ministri eius uiderint Romæ tot prę dicatores euāgeliȷ̄, existimēt me cau sam eorū esse, & maiora mihi tormē ta, uel etiam mortem inferant. Et tali intentione salutem quam ipsi non habēt, p̄dicant aliȷ̄: cōsulentesq́ terrenis cupiditatibus suis, regnū cœlorū annunciant, habentes in pectore falsitatem, in lingua ueritatem. Et isti prędicant Christū nec prohibentur, sicut & boni. *Quid enim* refert, qua intentione Christus prædicet, dum, id est, tantūmodo *annuncietur omni modo* annunciandi, id est, *siue per occasionem* suscitādi tribulationes fidelibus aut acquirendi lucra temporalia, *siue per ueritatem* puræ cōscientię? *Et in hoc gaudeo*, quod omnes isti prędicāt, etiam illi qui moliunt hoc modo suscitare pressuram uinculis meis. Nec solū nunc gaudeo, *sed &* semper gaudebo ex hoc. Potest. n. fieri, ut dum isti uel studio suscitandi tribulationes, uel cupiditate acquirendi pecuniam siue tpalem gratiā, Christū per hmōi occasionem, utpote mercenariȷ̄, prædicant, his auditis nascant fideles, et de malo eorū Deus operetur bonū, sicut aliquoties fit, ut homo ad concubitū ingrediatur non uolūtate generandi, sed libidinem explendi, & tamen nascat homo bonū Dei opus de fœcūditate feminum, non de turpitudine uitiorum. Et ideo tolerādi sunt tales mercenariȷ̄, dum per occasionem Christum annunciant, qa & ipsi sunt ad aliqua utiles, ut quæ dicunt faciamus, quæ autem faciūt respuamus. Christus enim ueritas est. Veritas à mercenariȷ̄s occasione annūcietur, ueritas à filiȷ̄s ueritate annūcietur. Filiȷ̄ hæreditatē æternā patris expectent patienter, mercenariȷ̄ tpalem mercedem conducentis festinanter expetant. Mercenariȷ̄ quippe occasione Christum annunciant aliud quærētes, pastores aūt Deum propter Deum prædicant.

Nota.

Matth. 10.

*Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem et subministrationem spiritus Iesu Christi; secundum expectationem & spem meam, quia in nullo confundor, sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quod si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coartor autem è duobus, desiderium habens dissolui: & esse cū Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, magis necessarium propter uos.*

Gaudeo sicut dixi, dum maleuoli prædicatores Christum annūciāt, etiam suscitādo mihi pressurā. Nam *scio quia* etiam hoc. i. suscitatio pressurę *proueniet mihi ad salutem*. Aeternā in futuro consequendam, non ad oppressionem, ut illi putant. Et hoc fiet nō solum meo merito, sed & *per uestram orationem*, quæ mihi auxiliabit, & per *subministrationem spiritus Iesu Christi*. i. per occultam dationem spiritus sancti, qui sicut colūna uel fundamentum fulsit me subter, ne corruam. Ipse. n. spūs est fons omnium bonorū, ideo sanctis dicitur subministrare, qa de eius fonte procedit quicqd illi beneficiorū accipiunt. Proueniet (inquā) mihi *secundum expectationem et spem meam*, id est, secundum quod expecto donec ueniat, & spero donec uideam. Non. n. frustrabitur me expectatio mea. Et quare? *quia in nullo confundor*, id est, in nulla re erubesco, quoniā nec in conscientia mea quicq̃ est, unde corām Deo erubescā, nec de his quę pro Christo foris patior; uerecūdari possum. Et ideo certus sum, qa cōsequar quod spero. Si enim uideret Apostolus se in aliquo confundi & deficere, posset desperare de salute. Sed qa uidet se constantem per omnia, & hāc Dei gratiam iam sibi esse concessam, ideo sperat quod maius est. Non confundor ut in aliquo cedam, qa & spes magna, & res uera atq; honesta. Non cōfundor (inquā)

C ut timidus miles, *sed in omni fiducia* & in omni audacia & constantia mentis, per quam fortiter prædicare soleo, *sicut semper* à tempore cõuersionis meæ magnificat⁹ est dominus Christus in me, ita *& nunc* i. in hoc tempore, uel in uinculis meis, apud omnes *magnificabitur Christus*, id est, fama ei gloria eius etiam *in corpore meo*, quod est, fragilius, *siue per uitam, siue per mortem*: qa quãdiu uixero, semper eum magnificabo prædicatione & bonis operibus: in morte quoq; p nomine eius accepta, glorificabo eum. Non enim ob aliud uiuo, nisi ut eum magnificem: qa ipse *Christus est mihi uiuere*, id est, quod ego uiuo, Christus est, non habeo uitam nisi Christum: non uiuo ueterem hoiem, sed nouũ, qui totam uitam meam innouauit. *Et mori* est mihi lucrum, qa tũc pro terrenis cœlestia, pro tpalibus accipiam ęterna. Mori est mihi lucrum. Quod, id est, sed *si hic* in hac præsenti uita *uiuere in carne est mihi fructus operis*, id est, fructuosum et utile opus, dum multos Deo per prędicationem acqrere non cesso, quandiu uiuo, tunc etiam *ignoro quid eligam*, mori scilicet an uiuere. Quia nisi hic fructificare adhuc quotidie possem, haud dubiũ quin mori eligerem, cũ Christũ haberem lucrum. Sed quia me uideo multis assidue prodesse, charitas eorũ adhuc me retinet in carne. Coartor enim, id est, cõstringor & compellor *è duobus istis*, id est, ex morte & uita, quia delectabiliter morerer, & patienter uiuo. Non enim pręsentem uitam diligo, sed tolero. Tędium mihi est manere in carne, & ex duob⁹ patior angorem, *habens desiderium dissolui* à compedibus mortalitatis quibus constringor: *& esse cum Christo* pręsentialiter in cœlesti patria, *multo magis melius* quantum ad me, q̃ in præsenti seculo uiuere: sed *permanere in carne* est mihi magis necessarium non propter me, sed *propter uos*, quibus euangelium ministro. Cum enim è duobus coarter, D alterius habeo desiderium, & alterius necessitatem: desiderium scilicet dissolui & esse cũ Christo in cœlestibus, necessitatẽ uero manere in carne propter aliorum salutem, dissolui desidero, qa uinctus sum. Cõpedes enim nobis sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, qđ aggrauat animam. Et cũ corruptibili car- Sapien. 9. ne exuimur, quasi ab his qbus nũc astringimur, molestiæ uinculis relaxamur. Præsentari nãq; iam Deo cupimus, sed adhuc mortalis corporis obligatione præpedimur. Iure enim uincti dicimur, quia adhuc icessum nostri desiderij ad Deum liberũ non habemus. Vnde nũc Apostolus ęterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis suę sarcinam portans, uinctus clamat: Desidero dissolui & esse cum Christo. Dissolui enim non quęreret, nisi se procuidubio uinctũ cerneret. Qui idcirco dissolui desiderat, ut cum Christo possit esse: quia perfectorum iustorum animæ, mox ut huius carnis claustra exeunt, in Nota. cœlestibus sedibus recipiuntur. Sed tamen huius tãtæ beatitudinis gaudia eligit adhuc differri, præ nimia dilectione eorum qbus in carne manens prodesse potest, cum subiũgit: *Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus uobis ad profectum uestrum & gaudium fidei, ut gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad uos. Tantum digne euãgelio Christi conuersamini, ut siue cum uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei euangelij. Et in nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Et hoc à Deo, quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.*

Ecce Paulus (ut dictum est) pon

A quod sibi melius est, sed quod multis expedit, id est, manere in carne eligit, propter charitatē quæ maior est omnibus alijs uirtutib⁹. Prius enim ambigēs dixerat, qd eligam ignoro: sed postea deliberans, uictus est charitate discipulorum, & pmanere se omnibus illis dicit. Ac si dicat: Necesse est me propter uos manere in carne. Et ego *confidens hoc* ī misericordia Dei, scilicet me uicturum adhuc propter uos, *scio quia manebo* adhuc in corpore: & nō parum quidem, sed permanebo adhuc aliquandiu *omnibus uobis* maioribus atq; minoribus, *ad profectum uestrum*. id est, ut uos per me proficiatis & crescatis in uirtutibus, & ad *gaudium fidei*, id est, ut uos gaudeatis de fide quam didicistis à me, cum uos adhuc in ea confirmauero præsens, uel ut ego de fide uestra gaudeam, *ut gratulatio uestra abūdet*, id est, ut abūdanter agatis Deo gratias cum gaudio *in Christo Iesu*, qui benefecit uobis *in me* uobis seruato: id est, in Christo gratulemini, per quem nos Deus respexit in me uobis reddito, scilicet *per meum aduentum ad uos* confirmandos item futurū. Veniam rursus ad uos. tantūmodo facite interim quod dicā, scilicet *conuersamini digne euangelio*, id est, conuersationem uestram facite talē, ut digne concordet euangelio Christi. Ac si dicatur: Si ita uixeritis, tūc secūdum meritum uestrum dabitur mihi uita ad opus uestrū. Digne (inquam) conuersamini, *& siue cum uenero & uidero uos*, ut dixi, inueniā uos quales uolo: siue nō uenero, *audiam absens de uobis* quod cupio, scilicet istud, qđ uos nō succumbitis aut ceditis, sed statis fortiter contra omnia aduersa, & statum rectitudinis firmiter tenetis *in uno spiritu unanimes*, id est, in spiritu sancto, cui non hæret contrarius spiritus: & sicut est unus, ita uos facit unanimes sine dissensione, ut qđ uult unus, uelit & alius: *collaborantes fidei euangelij*, id est, simul omnes totis B uiribus laborantes ad implendum ea quæ fides euāgelica exigit. & hæc agentes, non terreamini, id est, non timeatis *ab aduersarijs* in ullo periculo, uel in ullo opere uestro, siue in ulla re, ut metu cadatis à proposito uestro. *Quæ res*, id est, quod uobis aduersantur & mala irrogant, *est illis causa perditionis* æternę, *uobis autem* causa salutis perpetuæ. Nam etsi propterea sine fine peribunt, quia uos persequūtur: & uos ideo in æternum saluabimini, quia pro Christo ab illis patimini. *& hoc* non à uobis ipsis habetis, ut salutem per passionem consequamini, sed *à Deo*, ne gloriari de meritis incipiatis. Etiam quod patimini, non est à uobis, sed à Deo, qa inter alias gratias data est uobis hæc ab illo. *quia uobis donatum est* quasi præmium *pro Christo* quē diligitis, id est, pro merito Christi, qui usq; ad mortem crucis obediuit, *nō solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini* ad cumulū gloriæ. Vtrunq; enim ad Dei gratiam pertinet, & fides credentiū, & tolerantia patientiū, quia utrūq; est Dei donum. Patiamini dico, habentes contra aduersarios idem, id est, simile certamen nō armis, sed fide *quale & uidistis in me*, dum apud uos præsens essem, *& nunc audistis de me* absente. Apud istos enim Paulus et Sylas publice uirgis cęsi sunt, & tunicæ eorum scissæ, & ipsi in carcerem reclusi, atque pedes eorum ibi ligno stricti. Nunc quoq; Paulus Romæ multa pertulerat, & ad similes agones nūc incitat istos. Qui & hortando atq; docendo subinfert, dicens. Actu. 16.

CAPVT. II.

*Siqua ergo consolatio in Christo, siqued solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eādem charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes, nihil per cōtentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate, sic*

C *periores sibi inuicẽ arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum.*

Quasi dicat: Quia in uno spiritu unanimes (ut supra dixi) stare debetis & pati pro Christo, sicut & ego, igitur implete gaudium meũ, quod habere cœpi de bona conuersatione uestra, ut idem sapiatis, & eandem charitatem habeatis, &c. & hoc facite, *si qua consolatio* est uobis *in Christo*, id est, si per charitatem quã in Christo habetis, aliquem consolari potestis: quia id agentes, consolabimini me in tribulationibus meis. Bona enim uita uestra, erit cõsolatio mea. Vel si aliq̃ cõsolatio uobis in Christo, id est, si uultis habere consolationem in rebus Christi, in remissione peccatorum & in alijs donis. *si quod solatium* communis charitatis, id est, si uultis ut charitas cæterarum ecclesiarum, quæ pro fratribus orant et bona agunt, sit uobis solatium in aduersitatibus uestris: uel si habetis aliquod solatiũ charitatis erga proximum, ut per fraternam dilectionem præbeatis ei solatium, id est, cõsolationem in mœrore tribulationis, *si qua societas spiritus* est uobis, id est, si aliquam unionem concordis animi per spiritum sanctum habetis ad inuicem, uel si est aliqua societas spiritus sancti ad spiritum uestrum. Ip- Roma. 8. se enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij Dei. Ad ipsum enim ptinet societas, qua efficimini unum corpus unici filij Dei. Propter quam societatem illi in quos uenit primũ spiritus sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consociatior est Act. 2. societas generis humani. Societas ergo spiritus, est illa coniunctio fidelium, quam dat ei spiritus sanctus, per quam omnes unum fiunt. *si qua uiscera miserationis*, id est, si quis pius affectus est in uobis, de quo procedat miseratio erga me. Si hæc sunt in uobis, tunc implete, id est, perficite *gaudium meũ*, quo de uestra religione gau- D deo: hoc est, plenariæ religiosã m ducite uitam, *ut idem sapiatis* in fide & cæteris, prout oportet: nec sit in uobis diuersus sensus, sed idẽ, licet in alijs maior & in alijs minor. *habentes eandem charitatem* ad omnes, ut æqualiter omnes diligatis, sicut scriptum est: Matth. 5. Diliges proximum tuum sicut teip- Leui. 19. sum. Vel eandem charitatem, ut iste diligat illum sicut se, & ille similiter istũ sicut se. unanimes, id est, unius uoluntatis, ut sit uobis cor unum & anima una, *idipsum sentientes*, id est, mala cuiusque putant omnes sua es- 1. Cor. 12. se, & bona similiter, ut si quid patitur unum membrum, compatiãtur omnia membra. *nihil per contentionẽ agentes* ut uel dictis uel factis adinuicem contendatis. Erant enim (ut ex his Apostoli uerbis apparet) inter eos aliqui dissentientes, inquieti, inanis gloriæ causa contendentes, pacem ecclesiæ rumpentes. Propter quod nunc monentur ut sint idipsum sentientes, id est, nihil dissensionis habeant, neque per contentionem aliquid faciant, ut nec de primatu, nec de aliqua re contendant: quia etiam bona non sunt contentiosis uerbis dicenda, sed potius reticenda. *nec per inanem gloriam*, id est, propter famam seculi quæ est inanis, faciãt aliquid, ut de suis operibus humanum fauorem appetant. *sed in humilitate* agãt omnia, ut semper de se ipsis humilia sentiant. Hoc. n. proprium specimẽ electorũ esse solet, quod de se semp īfra q̃ sint sentiunt. Ideo nunc subdit, ut sint arbitrantes alij alios *sibi inuicẽ superiores*. Nã q̃a iniquus q̃sq; inferiorẽ se oẽm quẽ cogitat putat, ẽ diuerso iustus studeat, ut superiorem quẽlibet pximũ attendat. Ac ne dum se alijs aliter humiliat, humiliatio irẽt alteri in elationẽ, utranq; partem monuit Apl's, dicẽs: Supiores sibi inuicẽ ar-

A bitrantes, ut cogitationibus cordis & ego illum mihi præferam & uicissim ille me sibi, ut cũ ab utraq; parte cor inferius premitur, nequaquam ex impenso honore infletur. Nec ita debemus hoc æstimare, ut non existimemus, sed nos existimarẽ fingamus, sed uere existimemus posse esse aliquid occultum in aliquo, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo uidemur superiores esse, non sit occultum. Istę cogitationes deprimentes superbiam & augentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem non solum æquo animo, sed etiam libentissime sustineri. Vnde subditur: *Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum.* Optimè enim docet quõ uitent contentionẽ & inanem gloriam, & quõ arbitrentur alios superiores. s. si cõsiderauerint non sua bona, sed aliorum. Vel non sint cõsiderãtes ea quę tantũ ad utilitatem propriam pertinent, sed quæ aliorum. i. ea quæ pertinent ad utilitatem aliorum. Nam & Christus non sua, sed aliorum cõmoda quæsiuit: nec se super alios extulit, sed infra omnes deiecit, cum tamen super omnes esset. Ita nanq; sequitur: *Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis.*

Ioan. 1. Vbi monemur, ut sicut ille in eo quod uerbum caro factum est & habitauit in nobis, & sine peccato cũ esset, peccata nostra suscepit, non attendens sua, sed nostra: ita et nos ad eius imitationem inuicem onera nostra portemus, & non nostram utilitatem, sed aliorum quæramus. Non enim ulla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit dominus. B Vnde Apostolus cum admoneret, dicens: superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum, mox domini exemplũ qđ imitaremur, subiecit, dicens: *Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu.* Id est, humilitatem & patientiam pro aliorũ salute in uobis ueraciter sentite & habete, sicut sentitis & intelligitis i Christo fuisse. Cuius alta pręmittit apostolus unde se sua sponte usq; ad infimam humilitatem inclinauit, ut prius uisa sublimitate eius, humilitas quoq; maior appareat: & homines in quibus locus est abiectionis, non dedignentur exemplo eius humiliari. *qui cum in forma Dei esset* .i. omnimoda æqualitate patris, *non rapinam*. i. usurpationem alienæ rei *arbitratus est esse se æqualem Deo*. Non enim ei rapina fuit, sed natura, æqualitatẽ Dei habere: qm̃ nascendo eam sumpsit, non superbiendo præsumpsit. Sed ideo totũ quod habet & quod potest, non tribuit sibi, sed patri, quia à seipso nõ est, sed à patre. Aequalis est enim patri, sed hoc quoque accepit à patre. Nec sic accepit, ut incremento fieret æqualis, sed natura & æternitate esset ęqualis: sicut semper natus, ita semper ęqualis. Non itaq; inæqualem pater genuit, & æqualitatem non nato dedit, sed gignendo eam dedit, quia æqualem, non imparem genuit. Ideo nõ rapina fuit, sed natura ęqualitas filij cum patre. Nõ ergo rapinã arbitratus est esse æqualem Deo. Erat. n. æqualis & sine rapina erat, quia æternus ab ęterno natus erat. Erat in forma Dei, quia tantus quãtus ille, talis qualis ille, hoc quod ille, nõ hic qui ille, sed hoc qđ ille. Ille. n. Deus, & iste Deus: ille omnipotens, & iste omnipotens: ille immutabilis, & iste imutabilis. Hoc est quod ille, non hic qui ille: qui &

C ille pater,& hic filius. Sic erat & est semp in forma Dei.i.in plena essentia patris. Et cum tantus naturaliter esset & sine initio, nō arbitratus est rapina. i. uiolenta inuasione alienæ rei se esse ęqualem Deo, quia sciebat se per naturam ueraciter & omnino æqualem. Rapina.n.est qñ quilibet alienam rem per uiolentiā sibi usurpat, quæ sibi, non competit. Et per rapinam diabolus ęqualitatem Dei quæ sibi nullatenus cōpetebat, usurpare uoluit, cum diceret: Ascendam
Esaie. 14. super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Sed ita filius per rapinam non æstimauit superbe patris æqualitatem habere se, sed (ut dictū est) sciuit naturaliter se æqualē prorsus esse. Vel secūdum alios codices, non rapinam esse arbitratus est, esse se æqualem Deo, id est, æqualitatem Dei non arbitratus est alienam, sed suam, quia non alienum iudicauit esse quod natus est, sed suum. Quod erat æqualis Deo, nō arbitratus est esse rapinam: quia non rapuit illam ęqualitatem, sed naturaliter habuit. Vnde & inter homines corporaliter conuersans, patrem suum Deum dicebat, æqualem se faciens Deo, sicut in euangelio legimus. Nō enim propter assumptionē hominis ami-
Ioan. 10. serat æqualitatem patris, quia non est mutabilis natura diuinitatis, ut possit minui uel augeri. Aequalitatē Dei non est arbitratus rapinā.i.alienam, sed suam. Vel non est arbitratus rapina.i.uiolenta usurpatione se æqualem Deo, sed naturaliter habuit. sed tñ propter infirmorum salutem *semetipsum exinaniuit*.i.formā diuinitatis quā oculi uidere nequeūt, nostris uisibus ad tēpus subtraxit, *accipiēs formam serui*.i.hominis, nō quęrens quæ sua sunt, sed quæ nostra. Et qppe semetipsum exinanisse, est ab inuisibilitatis suæ magnitudine se uisibilem demōstrasse, ut serui for-

ma tegeret hoc, quod incircunscripte omnia ex diuinitate penetraret. D Semetipsum exinaniuit, quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis est patri. Exinaniuit se, non formam Dei amittens, sed formam serui accipiēs. Forma serui accessit, non forma Dei discessit. Non amisit uel minuit quod erat, sed accepit quod non erat. Ac per hoc & minor factus est, & mansit æqualis. *in similitudinem hominum factus*.i.passibilis & mortalis, ut cæteri homines. *& habitu*.i.induta humanitate, non sibi, sed ęis quibus in homine apparuit, inuentus ut homo.i.habendo hominem inuētus ut homo est. Nō enim poterat inueniri ut homo ab his, qui cor imundum habebant, & uerbum apud patrem uidere nō poterant, nisi hoc suscipiēdo quod possent uidere, & per quod ad illum lumen interius ducerentur. Habitus eius est humanitas, qua se uelut indumento uestiuit. Habitus.n.in ea re dicitur, quæ nobis ut habeatur accidit. Sed cum sint & alia quæ nobis accidunt ut habitum faciāt, nūc de ea re sermo est, quæ cum accidit, mutatur ut habitum faciat, & non mutat eum cui accidit, sicuti est uestis. Nam cum deposita est, non habet eam formam quam sumit, cum induitur & inducitur membris: sed ipsa membra, & cum induuntur, & cum exuuntur, in suo statu manent. Sic & habitus Christi assumptus est, ut cōmutaretur ineffabiliter & excellentius atq; cōiunctius, q̄ uestis ad hominem cum induitur, nec mutaret assumentem. Igitur nomine habitus oportet intelligi non mutatum esse uerbum susceptione hominis, sicut nec membra ueste induta mutantur, quanquam illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipiēti copulauerit. Itaq; appellatione habitus, ostēdit q̄uo sit in similitudinem

A hominum factus, quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est homine, quem sibi uniens quodãmodo atque cõformans, ĩmortalitati & æternitati sociaret. Et non solum ita se inclinauit, ut qui Deus erat fieret homo, sed etiam *humiliauit semetipsum* tam altum *factus obediens* patri, ut per eius obediẽtiam saluaremur, qui per inobediẽtiam Adę perieramus. Obediens non solum usque ad conuicia & opprobria, sed etiam *usque ad mortem* & non ad qualemcũque mortem, sed ad *mortem crucis*, quę cõtumeliosior & acerbior erat. Illa enim morte peius nihil fuit inter oĩa genera mortium. Deniq; ubi dolores acerrimi exagitant, cruciatus uocatur, à cruce nominatus. Pendentes.n.in ligno crucifixi, clauis aut ligno pedibus manibusq; confixi, producta morte necabantur. Non.n. crucifigi hoc erat occidi: sed diu uiuebatur in cruce, nõ quia longior uita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebaẽ, ne dolor citius finiretur. Et tam pessimã mortem Saluator elegit, ut omnem mortem nostram occideret.

*Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.*

Ipse se tm̃ humiliauit, ut ultra nõ posset. *Propter quod & Deus* tantum *exaltauit illum*, ut ultra non posset. Nõ.n. maior humiliatio uel maior exaltatio fieri poterat. Deus illũ scdm humanam naturam exaltauit, in quo & diuina natura potest dici exaltata scdm ostensionem, quia cœpit sciri quod erat, sicut in assumptionę infirmitatis dicitur exinanita. Sed & propter unitatem personę, potest diuinitas dici exaltata in humanitatis exaltatione. Deus exaltauit illum, suscitans à mortuis, & eleuãs in cœlum super omnes angelos ad dexteram suam, *& donauit illi nomen quod est super omne nomen*, ut in ipsa forma nominetur filius unigenitus Dei. Hoc & ante resurrectionem habuit, sed post resurrectionem quod erat manifestatum est, ut scirent homines & dęmones, & omnes ei genu flecterent. Post crucem manifestatur qd à patre cum generaretur accepit, cum à creatura cœpit sciri, homini non esse datum nomen Dei, sed æqualem qui se exinaniuit, cuius omnia à patre sunt. Tam præcellens nomen ei datum est, ut omnia sint ei subdita, *ut in nomine Iesu* exaltando *flectatur omne genu*, quod est euidens signum subiectionis, *cœlestium*, id est angelorum: & *terrestrium*.i. hominum: *& infernorum* i. dęmonum, quia & ipsi tremunt sub eius imperio et penitus subijciũtur. Non q angeli uel dæmones habeãt (ut nos) genua quæ flectant, sed per simile dictum est. Dum.n. uidemus aliquem genua flectere alicui, credimus illum exhibere humilitatem et uenerationem ei, ante quem genua flectit. Sic cœlestia & terrestria.i.beati angeli & sancti homines, et omni affectu piæ humilitatis Christo se libenter subijciunt. Inferna quoq;, id est, dęmones, ut nequissimi serui tremunt sub eius dominio, & se subiectos metu cogente fatentur. Sed & praui homines, uel in fine subiectos et se animaduertent. Et non solũ datum est ei ut oĩs creatura se ei subijciat, sed & ut *omnis lingua confiteatur*.i. omnes linguæ gẽtium diuersarum, quę in mundo sunt, concorditer pdicent, *quia dominus Iesus Christus est in gloria Dei patris*, id est, eadem gloria honoraẽ qua pater, æqualis per omnia patri. Hoc.n. uel sponte uel inuiti cõfitenẽ seu cõfitebunẽ omnes boni & mali.

*Locus obscurus.*

*Itaq; charissimi mei, sicut semper obedistis, non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis*

C *nunc in absentia mea, cum timore et tremore uestram salutē operamini. Deus est.n. qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uolūtate.*

Christus (ut pręmissum est) se humiliauit, obediēdo usq; ad mortem, & propterea exaltatus est. Itaq; & uos *charissimi mei* exemplo eius humiliate uos obedientes Deo, ut & uos similiter exaltari uestro modo mereamini, sicut à die conuersionis uestrę *semper obedistis* Deo & mihi uel prępositis uestris, ita nunc agite, *non tantum* sicut *in præsentia mei* egistis, *sed multo magis* nunc agere laborate *in absentia mea*. s. *operamini uestram salutem*.i. bonis operibus agite ut digni sitis in æternum saluari. Et hoc facite nō superbe, non præsumptuose, sed *cum timore* intimæ humilitatis. qui.n. semper timet ne cadat, humilis est. et cum tremore corporis.i. & intus & extra sitis omnino humiles in bonis quæ agitis, ut nihil uobis, sed totum gratiæ Dei adscribatis: quia non uos operamini, sed Deus in uobis. Ideo timendum est. Ipse *est enim qui operatur in uobis & uelle* bonum, *& perficere* illud pro sua *bona uoluntate*, non pro meritis uestris. Qñ iubet ut operentur, liberum eorum cōuenit arbitrium. Sed Ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo q; bene operentur, de bonis tanq; suis extollātur operibus. Tanq; ergo īterrogaretur apostolus & diceretur ei, quare dixisti cum timore & cum tremore, horum uerborum rationem reddidit, dicens: Deus est.n. qui operatur in uobis. Ne.n. sibi inde aliquid darent quia dixit operamini, continuo subiunxit: Deus est qui operatur in uobis. Ideo cum timore & tremore.i. cum humilitate. Si.n. timetis & tremitis, nō extollimini quasi de uestris operibus, quia Deus operaẽ in uobis. Timēdum est uobis, ne forte quod datum est humilibus, auferatur superbis. Nam neq; de perseuerantia

D boni uoluit ipse sanctos in uiribus suis gloriari, sed in ipso: quia eis nō solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuerare si uelint, sed in eis operatur & uelle, ut quia non perseuerabunt, nisi & possint & uelint, perseuerandi eis & possibilitas & uoluntas diuinæ gratię largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accēditur uoluntas eorum, ut ideo possint, quia sic uolunt: & ideo sic uolunt, quia Deus operatur ut uelint. Sic operatur Deus in eis uelle, & p bona uoluntate quam operatus fuerit, operatur & perficere.

*Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus, ut sitis sine querela & simplices* 1. Petr. 4. *filij Dei, sine reprehēsione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes ad gloriā meam in die Christi, quia non in uacuum cucurri, nec in uacuum laboraui.*

Dixi, ut operemini uestrā salutē .i. per bona opera cōquiratis uobis æternam salutem. Sed omnia quę facietis, *facite sine murmurationibus*. Hic adiungitur prædictæ humilitati patiētia. Superius enim dictum est, cum timore & tremore uestram salutem operamini: & nunc præcipitur, ut sine murmure cuncta faciant.i. æquo animo laborent in operibus bonis, quæ sibi iubentur à prælatis suis. Omnia facite sine murmurationibus, ut non sitis indeuoti in ipsis bonis quę facietis, neq; sit uobis graue pro uestra salute laborare: *& sine hæsitationibus*, ut nō hæsitetis in corde uestro, utrum faciatis an non, bonum quod facere uultis, sed firma definitione bonum omne quod agere proposueratis, perficite prompti, ne sitis animo fluctuantes. Qui.n. hæsitat, sicut ait Iacobus, similis est fluctui maris, qui à uento mouetur & circunfertur. Iacob. 1. Vel de præmio bonorum operum non hęsitetis. Siue non

hęsitetis

A hęsitetis pati pro Christo, sed prompti sitis. Et hæc Ideo sic agite, *ut sitis sine querela*.i.ut proximus non possit de uobis conqueri: & quantum ad uos sitis simplices.i.sine duplicitate cordis:quia uir duplex animo, in constans est in omnibus uijs suis,et nemo potest duobus dominis seruire. Duplex.n.est,qui & Deo & seculo placere cupit,uolēs & in hoc mūdo et in cœlo diues esse. Sed uos qui *filij Dei* esse cœpistis, in simplicitate cordis quærite illum, ut sicut ipse unus est, ita & uos ad imitationem eius simplices sitis,ut ei soli placere studeatis. Et etiam quantum ad exteros, sitis *sine reprehensione*, ut nihil reprehensibile possit in uobis ab infidelibus inueniri *in medio nationis*.i.gentilium qui non sunt renati, sed sicut nati sunt carnaliter,ita uiuunt. Nationis dico,prauę per opera, *& peruersæ* per diuersas sectas. *Inter quos* gentiles lucetis exemplo bonæ uitæ sicut luna & stellę. & ideo maxime decet uos esse sine reprehensione. Lucetis *sicut luminaria* cœli, quia sicut luna & stellę nō amittunt lucem suam propter noctē, sed magis lucent,sic uos mente in cœlo fixi, licet inter tenebrosos & infideles sit uestra conuersatio, non obscuramini, sed magis lucetis bene operando. Hac sententia & laudantur & roborantur ab Apostolo discipuli, ut quia se tales esse cognoscunt,studeant ualentius perseuerare tales. Tales.n.sancti de conuersatione quam habent in cœlo, despiciunt omnia quæ iniqui faciunt in terra. Sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhęrentes firmamento sanctæ scripturæ uel cœlestibus desiderijs, non obscurat mundana iniquitas. Qui enim mēte sunt in supernis & de supernis cogitant, sicut dictū est, Vbi est thesaurus tuus,ibi est et cor tuū, de ipsis cogitationib9 supernorum

Iacob.1.
Matt.6.
Luc.6.
Matt.6.

B patientes fiunt:& quicquid in terra fiat sic non curant, donec peragant itinera sua, quemadmodum luminaria cœli non curant qūo exerceāt dies & noctes,quamuis tanta mala uideāt fieri super terram. Et sicut luminaria patienter ferunt, quicquid eis homines fingunt,ita iusti debent patienter ferre omnes etiam de se falsas criminationes. Nam qui perdiderit tolerantiam, nō est quasi luminare clarus desuper, sed obscuratus est,& de cœlo cadit. Lucetis,inquit, sicut luminaria *in mundo*. Ac si dicat: Vos estis lux huius mundi, & estis etiam uasa euangelij, quia cōtinetis in cordibus uestris uerbum euangelicæ prędicationis, quo uiuit anima uestra. non enim finitis illud à uobis effluere. Et hoc facitis *ad gloriam meam*, nedum ad uestram: qa & ego de bona conuersatione uestra gloriā accipiam *in die Christi*,id est,in die qua Christus iudicabit. Et uere tunc habebo gloriam,*quia non in uacuum*.i.non sine fructu, non frustra cucurri ad illam, quia uos & alij me prædicante credidistis. Non in uacuum cucurri in uia domini, *nec in uacuum laboraui* in uinea eius,quę est ecclesia,quoniam plenam mercedem recipiam. Vel cucurri in his quos facile potui conuertere,laboraui in illis quos difficilius conuerti.

Matt.5.

*Sed etsi immolor supra sacrificiū & obsequium fidei uestræ, gaudeo & congratulor omnibus uobis. Idipsum autem & uos gaudete, & congratulamini mihi.*

Vestra religio fit ad gloriā meam in die iudicij,quia pro uobis laboraui. Nec tantū hoc libēter egi,*sed etsi immolor*.i.occidor pro uobis, tunc gaudeo:hoc est,si sacrificium mei corporis addo *supra sacrificium uestræ fidei & obsequium*. Iam.n.uestram fidem sacrificium Deo dignum obtuli, & obsequiū bonæ operationis uestræ, qua Deo obsequimini,sacrificaui. Sed si

C etiã ipſe pro uobis offeror, gaudeo, quia ad coronam pertingo: *& congratulor*.i.ſimul gratias ago omnibꝰ uobis, qa eſtis mihi cauſa mortis qua uitam ingredior. Nec ſolus ego id agere debeo, ſed etiam *uos gaudete idipſum*, hoc eſt, imolari pro me, ſi contigerit uobis: *& congratulamini*.i. grates reddite mihi, q uobis cauſa ſum ut martyres efficiamini.

*Spero autem in domino Ieſu, Timotheum me cito mittere ad uos, ut & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa uos ſunt. Neminem enim ha-*
Act. 16. *beo tam unanimem, qui ſyncera affectione pro uobis ſolicitus ſit. Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Experimentum*
1. Cor. 13. *autem eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius mecum ſeruiuit in euangelio. Hunc igitur ſpero me mittere ad uos, mox ut uidero quæ circa me ſunt. Confido autem in domino, quoniam & ipſe ueniam ad uos cito.*

Hanc quidem epiſtolam nũc mitto uobis per Epaphroditum, ſed ſpero non in me, ſed *domino Ieſu*.i. in miſericordia ſaluatoris, *me cito mittere*.i. dirigere, *Timotheum ad uos*, *ut* ſicut uos bono animo eritis, cum cognoueritis quæ circa me ſunt, ita *& ego bono animo ſim* atq; gaudeam, *cognitis quæ circa uos ſunt*, uel aduerſis uel proſperis. Ideo autem magis Timotheum mittam q̃ alium, quia *neminem habeo nunc tam unanimem*. Hoc tẽpore multi cum Apoſtolo mercenarij erant, filij uel paſtores nulli, niſi Timotheus. Neminem, inquit, modo mecum habeo tam unanimem.i. ita concordantem meæ uoluntati in hoc negocio, *qui ſyncera* i. pura & non ficta cordis affectione.i. germana charitate *ſit ſolicitus pro uobis* i. pro ueſtra ſalute. Multi enim uidentur eſſe ſoliciti pro alijs, ſed re uera nõ pro ipſis ſoliciti ſunt, ſed pro rebus ipſorum quas habere cupiunt. Recte dixi, quia neminem habeo tam unanimẽ: *omnes enim* quos nunc habeo, quærunt in uobis *quæ ſua ſunt*, non Chriſti lucra. Sic & modo faciunt in eccleſia mercenarij ſua D quærentes. Quid eſt, ſua quærentes? Non Chriſtum gratis diligẽtes, non Nota. Deum propter Deũ quærentes, temporalia commoda conſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Et q̃n hæc à præpoſito amantur, atq; propter hæc ſeruitur Deo, quiſquis talis eſt, mercenarius eſt: inter filios nõ ſe computet. De talibus.n. dicit, quia receperunt mercedem ſuam. Non quærunt ea Matt. 5. quæ ſunt *Ieſu Chriſti*.i. multiplicationem boni gregis, religioſam conuerſationem ſubditorum, ſalutem animarum. Et ideo nullum iſtorum uoluit nunc Apoſtolus mittere, ſed Timotheum, qui ſicut paſtor ſalutem gregis quæreret, atq; non ſolum uerbo, ſed & exemplo qualiter uiuendum eſſet, oſtenderet. Timotheum quidem uobis mittam, uos *autem cognoſcite experimentum eius*.i. q̃uo ſum expertus fidelem in omnibus in uita et doctrina, *quia ſicut filius patri* deuote obedit, ita mecum Deo *ſeruiuit in euangelio* prædicando, in quo potuit experiri. Et qa de uobis ſolicitus eſt & mihi probatus, *igitur ſpero me hunc ad uos mittere* non poſt lõga temporis ſpatia, ſed *mox ut uidero ea quæ circa me ſunt*.i. quẽ exitum ſint habitura, utrum de his euadam an non. Et non ſolum ſpero me eum mittere, ſed etiã confido in Dei miſericordia, *quoniam & ego ipſe cito*.i. nõ poſt multum temporis *ueniam ad uos*.

*Neceſſarium autem exiſtimaui, Epaphroditũ fratrem & cooperatorem et cõmilitonem meum, ueſtrũ autem apoſtolum, & miniſtrũ neceſſitatis meæ mittere ad uos, quoniam quidem oẽs uos deſiderabat, et mœſtus erat ꝓpterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus eſt uſq; ad mortẽ, ſed Deus miſertus eſt eius. Non ſolũ aũt eius, uerumetiã et mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Feſtinantius ergo miſi illũ, ut uiſo eo iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim. Excipite atq; illum cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cũ honore habetote, quoniam*

A *propter opus Christi usq; ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium.*

Timotheum qdem (ut spero) mittam ad uos, & ipse ueniam: sed interim. *existimaui necessarium esse mittere ad uos Epaphroditum* cum hac epistola fratrē, id est, Christianum, *& cooperatorem* in prædicatione, *& commilitonem meum*, in bello cōtra dæmones & uitia, & contra omnes q regno Christi resistunt, sed uestrum apostolum. i. specialem doctorem, *& ministrum necessitatis meæ*. i. qui mihi ministrauit necessaria, uel necessitati inopię meę ministrauit, siue de labore manuum suarum, siue qđ ab aliis fidelibus quæsiuit. Ideo uolui eum mittere, quia uos omnes uidere optabat, *& mœstus erat quoniam audieratis eum infirmatum* fuisse. Forsitan quia uerberatus est ab infidelib⁹ in ministratione. Nec falsus ad uos rumor de eius infirmitate peruenit, qa *& infirmatus est* ægrotatione, sicut audistis, & hoc non leuiter, sed usq ad mortis periculum, *sed Deus* miserādo sanauit eum. Et non solum eius in hoc *misertus est, sed etiam & mei, ne haberem tristitiā* de morte eius, super tristitiam quam habueram de īfirmitate eius, quę uobis nocebat. Et quia uos deli derabat, uosq; de eius lāguore timebatis, *ergo festinantius*, quàm fecissem nisi hoc euenisset, *misi illum, ut eo uiso iterum gaudeatis*, qui prius de eo, cū esset apud uos, gaudebatis: *& ego sim* absque tristitia, quam de uobis tristib⁹ habebam. Ego quidem mitto illum propter has causas, & uos *itaq; excipite illum* honorifice, non indeuoti, sed *cum omni gaudio*, ut omne gaudium habeatis de aduētu eius, & illud gaudium sit *in domino*. i. non uanum, non lasciuum, non īmoderatū, sed pium & castum. Nec solum in principio lętantes illum excipiatis, sed postea cōuersantem uobiscum *habetote in honore* uirum eiusmodi, quia iste uester apostolus est. Et merito debet honorari. *quoniam usq; ad mortem accessit propter opus Christi*, qui uenerat non ministrari, sed ministrare. Propter opus qđ Christus fecerat, accessit iste ad mortem, quia ministrabat mihi de eleemosynis aliorum fideliū suo labore congestis, tradens ex deliberatione & exponens *animam suam*. i. uitam in mortis periculū. s. mori potius uolens & animā reddere, q̃ opus Christi quod in me exercebat, dimittere. Et ideo hoc faciebat, *ut impleret erga meum obsequium id quod ex uobis deerat*: quia uos mihi de bonis uestris dederatis, sed ille supplere studuit quod uos minus feceratis: uel quia rem dederatis, sed qui ferret, ex uobis defuit, & ille attulit: uel quia quod miseratis defecit, ille mihi ex aliorum eleemosynis ministrauit. B Matt. 20.

CAPVT III.

*De cætero fratres mei, gaudete in domino. Eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium. Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciā habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne.*

Nunc de synceritate fidei agere cōtra pseudoprędicatores incipit, quasi dicat: Illa quę superius dixi, ita seruate, sed *de cætero* quod dicendum est, hoc facite. s. *gaudete in domino*, id est, omne gaudiū sit uobis in Deo, nō in carnalibus obseruantiis. Vel ita: Olim gauisi estis in seculo, sed de cætero uiuēdi spatio quod uobis superest, gaudete iam in domino, ut quādiu amodo uixeritis, sit uobis omne gaudium in eo. Non gaudeatis in carnalibus & secularibus, ut pseudoapostoli suadent, sed in domino, ut sæpe dixi uobis. Nam eadē quæ præsens dixi. i. ut in dño tantum gauderetis, *mihi quidem non* est pigrum uel tædiosum *scribere uobis*, ut diutius maneat

C quę uerborum prolatio, sed *uobis* est necessarium contra peruersos doctores. Videte.n.canes.i.cognoscite illos esse canes, hoc est, non ratione, sed cõsuetudine cõtra insolitam ueritatem latrantes. Hæc est.n. canum natura, ut cum quibus habent cõsuetudinem, siue illi boni sint, siue mali, non ad eos latrent: insolitorum autem personis uisis, etiã inocentibus irritentur. Ita pseudo consuetudinem legis tenent & contra ueritatis nũcios irrationabiliter latrant & mordent, *uidete malos operarios*, id est, notate & cauete eosdem pseudoprędicatores, quia in agro Dei super frumentum seminãt zizania errorum, *uidete concisionem*, id est, eos concisos et excurtatos, qua carnem amputauerunt, sed uitia nutriũt, & à Christo cęsi.i.abcisi sunt. Hos uoco concisionem, non circuncisionem, quia nos fideles, non illi, *sumus circuncisio* non carne, sed ratione, id est, mundati à superfluis uitiorũ. Hoc est, nos sumus iustitia, *qui Deo seruimus spiritu*.i.toto mentis affectu, non carnali custodia literæ legis: *& gloriamur* nõ in nostris meritis, uel in carnalibus obseruantijs, sed in solo *Christo Iesu* & in eius gratia. Non carne, sed spiritu Deo seruimus. Carne enim seruit Deo, qui de rebus carnalibus sperat se placere Deo. Cum uero & ipsa caro ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruimus Deo, qui carnem domamus, ut spiritus obtemperet Deo. Vel scd̃m alios codices, & maxime Græcos, spũ Deo seruimus, ea.s.seruitute de qua di-
Deuter.6. ctum est, Dominum Deum tuũ ado-
& .10. rabis, & illi seruies. Ipse.n.spiritus
Ioan.4. Deus est, cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur. Et gloriamur inquit, in Christo Iesu, *& non in carne fiduciam habentes*. Respexit quosdam in carne fidentes, ipsi erant qui de carnis circũcisione gloriabantur. Non sumus habẽtes fiduciam.i.spem salutis in carne.i.in carnalibus obser- D
uantijs, uel generis nobilitate: *quanquam & ego habeam*, si uoluero, *confidentiam* gloriandi *in carne*.i.in carnis nobilitate, & carnali custodia legis.

*Siquis alius uidetur cõfidere in carne, ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tri-* Act.23.
*bu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmulationẽ persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela.*

Ne putetis, inquit, me contemnere quod nõ habeo. Quid.n. magni est, si homo abiectus, uel plebs ignobilis contemnat nobilitatem? Habeo ista, sed contemno: & ideo uos doceo talia contemnere, qm̃ uidetis me habere quod contemno. Nam *siquis alius*.i.à me diuersus, qui uos decipere quærit, *uidetur confidere in carne* quasi Gene.17.
inde iustus, *ego magis* confido quã ille pseudo. Et audi in carne fiduciã: circuncisus sum *octauo die* sicut lex iusserat.i.non proselytus, nõ aduena ad populum Dei, non maior circuncisus, sed à parentibus natus Iudæus, habeo circuncisionem octaui diei. Et sum *de genere Israel*, non alienigena: & non de uiliori tribu, sed *de tribu Beniamin* quæ dignior erat, qm̃ procreata est ex Rachel dilecta uxore Iacob: 3.Reg.8.
& cum decem tribus in Samaria colerẽt uitulos, ista et tribus Iuda non recesserũt à templo domini. Et sum *Hebræus ex Hebræis* parentibus.i.nõ de ignobili gente progenitus, sed ex eis qui fuerunt nati ex Heber filio Sale, filij Sem, maioris filij Noe. Sum etiã *secundum legem*.i.secundũ egregiã legis obseruationem, pharisęus.i.diuisus ab alijs, utpote religiosior. Nam primarij quidam erant, & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi cõmisti, qui dicebantur pharisæi quasi diuisi. Et *secundum æmulationem* quę in me feruebat, *persequens ecclesiam Dei*, quia non eram piger Iudæus, sed quicquid erat quod legi

A legi meæ uideretur aduersarium, im patienter ferebam, acriterq; insequebar. Et *secundum iustitiam* legis, quę manus comprimit, non animum: & timore non amore seruatur. conuersatus sum *sine querela*, id est, sine clamore facto de me, qa nemo poterat conqueri ꝙ aliquã iniuriam ei fecissem, cõtra legis instituta carnalia faciẽs. Hæc apud Iudæos nobilitas est, sed apud Christum quæritũ humilitas.

*Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum ꝑpter Xp̃m detrimenta. Verũtamen existimo omnia detrimentũ esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei. Propter quem omnia detrimentum feci & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illã quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum & uirtutẽ resurrectionis eius, & societatẽ passionum illius, configuratus morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.*

Ita diuersis modis possum gloriari in carne, sed non iam glorior in talibus. Sed omnia illa carnalia *quæ mihi* ante Christi notitiam *fuerũt lucra*, id est, utilia & chara, hęc post fidem *arbitratus sum detrimẽta salutis ꝑpter Christũ*, qui in his prænunciatus fuerat. Et si adhuc ista seruarem, eius aduentum ostenderem nõdum factum. Quę.n. uenturum eum significabant, si iam seruantur, uenisse eũ negant. Et ideo sunt detrimenta, quia deterunt ueritatem fidei. Vnde paulo superius Iudæi dicti sunt cõcisio, quia carnalis circũcisio, plena abscisio est à Christo. Non solum propter Christũ hęc arbitratus sum detrimenta, ueruntamen, id est, sed etiam *propter scientiam Iesu Christi domini mei*, quam de eo habemus, eminentem omnibus scientijs alijs, uel quæ eminet in eo plus ꝙ̃ in alijs, *existimo omnia* illa detrimẽtũ esse, quia retrahũt sectatores suos à tam eminẽti sciẽtia. Vel ita: Hęc olim fuerunt mihi lucra, sed existimo tamẽ nunc omnia ea detrimentum esse & B impedimentum, propter sublimem Christi scientiam, qua mihi ĩnotuit eum esse Deum super omnia, ut per eam scripturas intelligerem. Nam & si ipsum nõ possem assequi, uel propter solam eius scientiam quę tanta & tam pręcellens est, respuerem omnia illa uetera. *Propter quem* Christum uenerandum, & propter cuius dilectionem omnia illa non solum existimo detrimentũ, sed & feci ea detrimentum bonorũ, uiuendo spiritaliter & docẽdo, ut alijs appareret ea esse detrimentum. & quod plus est, arbitror ea non tantum ut detrimẽta bonorũ, sed *ut stercora*, id est, quæ coinquinẽt iam obseruatorem. Et hoc ideo, *ut Christum lucrifaciam*, id est, in futuro Christum habeam præmium, et hîc sim in illo membrum. Quod aliter nequit fieri, scilicet rationabiliter attendendo, nisi *& inueniar in illo* fidele membrum, *non habens meam iustitiam quæ ex lege est*: quoniam ea iustitia pœnã timet, nõ amat uirtutẽ *sed illam quæ ex fide est Christi, quæ iustitia est ex Deo*, nõ ex hominibus. Iustitia dico, manẽs *in fide*: quia sicut ex fide nata est, sic existere non habet nisi ex fide. Iustitia in fide ualente *ad cognoscendum illum*. Quasi dicatur: Qui in lege putat iustificari, non agnoscit Christũ: sed ego ex fide iustificari uolo, ut agnoscam illũ, cur natus, cur passus sit. & agnoscam quę est uirtus *resurrectionis eius*, id est, iustificatio credentium Roma. 4. quia resurrexit ꝑpter iustificationẽ nostram, & agnoscam *societatem passionum eius*, quam bene noscit, qui se per eam ad cœli gaudia ꝑuenire credit. Vel iustitia in fide ad cognoscendũ eum, qa fides & in illa uita facit ꝑfecte eũ agnosci, qui in ista creditũ & haberi uirtutem resurrectionis eius, id est, ĩmortalitatem: quia nostra resurrectio est uirtus & efficacia resurrectionis eius, & in hac uita facit ha

C beri societatem passionem eius, ut et nos patiamur aduersa quęcꝙ pro eo. nisi enim per fidem, nemo tanta pateretur, & configurationem mortis eius, ut moriamur sicut ipse, si opus est: uel moriamur semel uitijs, sicut ipse carne mortuus est semel. Sed litera sic iungitur: Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quę ex lege est, sed eam quæ est ex fide, *cōfiguratus morti eius*, id est, per passiones consummatus ut ille, tentās *si quomodo occurram latus ad resurrectionē*. Si quomodo occurram, qa difficile est. Si quomodo contingat tum ex Dei misericordia, tum ex meo merito, ut occurrā Christo gaudens in iudicio, qđ sanctorum est tantum, ueniens ad resurrectionem, *qua est* non ex uiuis, ut nūc, sed *ex mortuis*, ut ultra mori nequeāt. Hæc Apostolus idcirco se ita egisse uel agere commemorat, ut illi similiter exemplo eius omnes legis carnales ritus contemnant, & per iustitiam fidei atꝙ societatem passionis Christi festinent ad regna cœlorum.

*Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, siquo modo cōprehendam, in quo & cōprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me nō arbitror cōprehendisse. Vnum autem, quæ quidē retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliter sapitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Verūtamen ad qđ peruenimus ut idem sapiamus, et in eadē permaneamus regula.*

2. Cor. 12. Iste qui ad tertiū cœlū raptus fuerat, & tāta sciētia emicabat, putabaf iam cōprehendisse, qđ alij sequunf, sed ipse hoc negat. Ne. n. uideaf superfluū tot aduersa pati, cū fidē & alia bona habeat, subdit quasi dicēs: Merito pro illa gloria tantū laboro, qa non dico *quòd iam acceperim* aliqd, qa illqd gloriæ accepi, nihil est ad cōparationē futuræ: aut siqd accepi de cognitione, nō dico qđ illa *iam perfectus sim*. Et si ita de me, quid de alijs? Non D est qđ iam acceperim, qđ peto: aut iam pfectus sim, ut nihil mihi desit. Nō dico, sufficit qđ egi: sed semper aliqd addo, semp ambulo, semp pficio, semp sequor qđ comprehendere laboro, *si quomodo* fiat ut cōprehendā .i. pfecte teneam illud in eo modo, *in quo & ego sum cōprehensus à Christo Iesu*. i. ut uideam ipsum Christum sicut ipse me uidet, et cognoscam eum perfecte sicut ab eo cognitus sum, ut sicut ipse plenarie me uidet & cognoscit, ita ego plenarie humano modo eum cognoscā. Vel cōprehendā eū, in quo & cōprehensus sum ab eo. i. ut uideam eū in ea claritate, in qua mihi apparuit in uia, qn me cōprehendit. Ideo. n. sequor. Præuenit me iustitia eius, sequaf eum mea. Cœperunt mirari qui audiebanf Apl'm dicentē, nō qa iam acceperim, aut iam pfectus sim. Fres, igt, *ego nō me arbitror iam comprehendisse*. i. nolite me falli, plus me ipse noui ꝙ uos, scio qd mihi desit, scio qd adsit. Ego me nō arbitror apprehēdisse. *Vnum aūt* hoc me nō arbitror apprehendisse. Multa habeo, sed unum nondū apprehēdi. Porrò unum est necessarium. Vnam petij à dño, hāc reqram. Et quæ est illa? Vt inhabitem in domo dñi oībus diebus uitæ meæ. Ipsum est unum qđ nondū apprehēdi. Et inquantū mihi hoc deest, itantū nōdū pfectus sum, quia nondū æqualis angelis. Quid ergo agis? quid agēdū exemplo tuo doces? Ea *Quidem quæ sunt retro*. i. terrena quæ reliqui obliuiscēs. i. à memoria cogitationis auferēs, *ad ea uero quæ sunt priora*. i. ad cœlestia, quæ sunt eleuantia in diuina, extēdens desiderio meipsum, persequor. i. pfecte sequor mente & opere. Ante nos. n. æterna sūt, post nos tpalia: quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum reliquimus. Vel ea quæ retro sunt. i. pręterita merita

Act. 9.
Luc. 10.
Psal. 28.

A mea obliuiscens, et quasi pro nihilo ducẽs, ad futura merita me extẽdo, semper addens aliqd. Adhuc.n.pficio, adhuc ãbulo, adhuc in uia sum, adhuc me extẽdo: nondum perueni. Extẽdo me *ad destinatum*.i.ad illud qđ Dei ꝓuidentia mihi destinatũ dispo suit, uel ad quod ꝓposui currere. Et ꝑsequor.i. sequi non desisto usq; dũ ueniam *ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu*.i. ad præmium in supernis dandũ, ad quod uocat me Deus in filio suo. Et quãdoqdem ego qui tantus sum, nõ arbitror me comprehẽdisse, sed adhuc sequor si forte cõprehẽdam, *ergo quicunq; sumus perfecti, hoc sentiamus* oẽs.s. nos nondum comprehendisse, sed adhuc debere sequi & proficere. Videť apľs quasi contrarius sibiipsi. Qũo.n. stare põt snĩa, ut qui dixerat, Non quia iam acceperim, aut iam pfectus sim: dicat. Quicunq; perfecti sumus, & hoc sentiamus? Sed de duabus loqtur ꝑfectionibus, ostendens oẽm hoiem & uniuersam creaturam, q̃uis ad pfectionem uenerit, & tñ ĩdigere misericordia Dei, & plenam perfectionem ex grã, nõ ex merito possidere. Et ideo perfectus erat Apľs iuxtã mõdũ humanæ possibilitatis, sed adhuc perfectionem expectabat ex dono supernæ largitatis, ut æqualis fieret angelis. Erat perfectus uiator, sed nondũ perfectus patriȩ possessor. Et hoc de seipso debet unusqsq; perfectus sentire, ut dum se uiatorem & nõ habitatorem meminerit, studeat semper ambulare & ꝓficere, ne forte ubi se satis egisse putauerit, ibi remaneat. Quæ snĩa multum utilis fuit nõnullis Philippensium, qui iam se perfectos arbitrabant̃: ne putarent sufficere sibi pfectionem suã, et inciperet remissius agere, ac perirent. Hoc (inquit) sentire, debetis qđ impfecti sumus cõparatiõne futuræ pfectionis, & illuc tendimus. *Et siquid aliter sapitis* ut paruuli.i.si iã putatis uos aliqd egisse, esse, uel scire, *& hoc uobis reuelabit Deus, quod non recte id sapitis*. Qui.n.in pace catholica permanet, siqd aliter sapit quàm oportet, humili Deus reuelabit: si illud supbus defendit, Deus abijciet. Vel siquid nunc aliter sapitis, q̃ in futuro sapiẽdum sit, qa modo per speculũ uidetis, etiam hoc reuelabit Deus, qa clare faciet uos cognoscere & se & oĩa alia, quæ modo obscure uidetis. Vel siquid aliter sapitis.i.si pfectam Christi notitiam uos comprehẽdisse putatis, & hoc idem uos male sapere Deus per misericordiam uobis reuelabit: Similiter & de alijs erroribus pro bona uita uos liberauit. Siue ita: Siquid modo aliter sapitis quã in futuro & de Deo & de oibus, etiã hanc imperfectã cognitionẽ uobis Deus per spiritum suũ reuelabit. Vel siqd aliter sapitis, & siqd melius ad cultum Dei excogitaueritis, siue in interpretationibus scripturarũ aliter scđm regulam ueritatis senseritis, etiã hoc donum Dei esse sciatis, quia ipse uobis hoc reuelauit. *Verũtamen*.i.sed tñ teneamus oẽs illud, *ad quod peruenimus, ut idem sapiamus* credendo, *& permaneamus in eadem regula* disciplinæ.i. rectitudine uiuendi s. ut nemo ꝓpter nouam inuẽtionem uel intelligẽtiam suam deserat cõmunem sensum fidei seu regulam iuste uiuendi constitutam à patribus. Vel ita: Sentire debemus oẽs quia nondum pfecti sumus, nec plenariã Dei notitiã apprehẽdimus: sed tamen illud ad quod peruenimus.i. illam scientiam quam attigimus, tota mẽte teneamus.s. ut idem in fine sapiamus, & in eadem uitæ regula maneamus.i. nec diuersa credamus, neq diuersos uiuẽdi ritus habeamus, sed oẽs uno modo syncere & munde credamus & uiuamus.

B

Nota.

1. Cor. 13.

Nota.

*Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formã nostram.*

C *Multi enim ambulãt, quos sæpe dicebam uobis,* Roma.16. *nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est, unde & Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam possit subijcere sibi omnia.*

Idem(ut dixi) sapiamus et in eadẽ uiuẽdi regula maneamus. Et in his, id est, in fidei unitate & regula disciplinæ *estote imitatores mei fratres,* id est, sicut me nostis idem sapere et eãdem regulam seruare, sic facite. Ac sicut ego, tradite obliuioni ea quæ retro sunt.i.præterita uitia, ut si uos delectauit aliqñ uanitas, iam non delectet: et in anteriora.i.in pfectum uirtutum atq; in æterna bona pijs desiderijs atq; conatibus semp extendamini. Extenditur.n.animus desiderio lætitiæ nondũ consecutæ. Et tota uita Christiani boni, sanctũ desiderium est. In his & talibus me imitamini. *& obseruate,* id est, considerate diligẽter & sequimini eos qui mihi sunt similes in uia dei, *qui ita ambulãt,* id est, promouentur in operibus bonis, *sicut habetis formam nostram,* id est, sicut tradidi uobis formã rectẽ ambulandi, uel exẽplo cõuersationis meę, uel sermone prædicationis. Eos(inquam) qui ita ambulant, obseruate soliciti. *multi enim* sunt qui aliter incedunt, nec imitãdi sunt, sed cauendi. Multi ambulant latam uiam perditionis.i.multi pmouenẽ in uia peruersæ actionis, quos esse *inimicos crucis Christi sæpe dicebam uobis,* dum præsens essem. sed *& nunc* idem *dico, flens* tum de perditione eo⁊, tum de subuersione simplicium quos decipiunt. Inimici.n.dñicę crucis sunt pseudoprædicatores, qa dicunt mortem Christi non sufficere credentibus ad salutẽ sine carnalibus legis obseruationibus. Et ita conanẽ impugnare cru D cẽ saluatoris, ideoq; meritò pereũt. *quorum finis* est interitus.i.mors sempi terna, qa tunc nõ inueniunt auxiliũ crucis, cuius hostes fuerunt. *Quorum Deus uenter est,* qa quicqd faciunt, pro uentre faciunt. Vel escas quæ uẽtris sunt, Deum sibi faciũt, dũ eas iustificare hoĩes dicunt, & salutem aĩæ putant in escis. *& gloria eo⁊ in confusione ipsorum,* qa in talibus glorianẽ, unde confundi & erubescere possent.i.in pudendis mẽbris suis circũcisis. *qui terrena sapiunt,* qa in lege nihil spiritalr intelligunt, sed oĩa carnaliter. Malis etiam catholicis cõueniunt hæc uerba. Et ipsi.n.sunt multi, qa multitudo palea⁊ abũdat in area, & ambulant in ampla uia quæ ducit ad perditionẽ. Ipsi sunt inimici crucis xpi, qui cõtra crucem semp faciunt. Cũ enim crux Xpi in oĩbus electis carnem affligat, & crimina mortificet, illi ecõtrario carnẽ uoluptatibus fouent & uitia nutriunt. Ideoq; finis eo⁊ erit interitus ppetuus, quia propter solã fidem quã sine bonis operibus habuerunt, nõ euadent tormenta ęterna. Quo⁊ Deus uenter est, qa Iacob.2. sicut Deũ sũmo honore uenerari deberent, & oĩa meliora de rebus suis illi offerre, sic uenerant suũ uentrẽ, offerentes ei pretiosa et sũmo studio pręparata cibo⁊ genera, ac semp dediti sunt uentris seruitio, colentes illũ pro Deo, nec reminiscẽtes creatoris sui. Et gloria eo⁊ in confusione ipso⁊, qa iam amissa peccandi uerecundia, ex illis operibus negtiæ gloriant de qbus erubescere debuerũt. Qui terrena sapiunt, quia in terre- Prouer.2. nis nihil nisi quod uident, itelligũt: nec sensum mẽtis nisi in terrenis ponũt, sed semper cogitatione uersant in infimis. Sed *nostra conuersatio* longe distat ab illis, quia iam scdm fidem & secundum spem *est in cœlis.* Si enim non est in cœlis, quomodo habe-

A mus sursum cor? Corpore ambulamus in terra, sed corde habitamus in cœlo. Sicut enī domus exterioris cōuersationis est ædificiū quod inhabitat corp⁹, ita domus nostræ cogitationis est res quælibet, quā per dilectionē inhabitat animus. Omne enim qđ diligim⁹, quasi in hoc quiescentes habitamus. Vñ nūc apl's qa in supernis cor fixerat, ī terra qdem positus, sed tamē à terra extraneus, de se, suisq́; similib⁹ dicit: Nostra cōuersatio in cœlis est .i. & uiuendo & intelligendo sumus angelis simi les. unde, id est, ex quibus præter cōmoda quę iam habemus, *& dominum nostrum Iesum xp̄m expectamus* uenturum ad iudiciū, saluatorem iam animarꝫ nostrarum, & tūc etiam corporum. Nam ipse tunc reformabit, id est, in meliorem formam resuscitabit *corpus humilitatis,* id est, uilitatis & deiectionis nostrę, id est, hoc corpus nostrū uile & abiectum, quod nunc tot mi seriis subiacet. Ita reformabit illud, id est, pristinam ei formā ita gloriosam in resurrectione restituet, ut sit *configuratum corpori claritatis suæ,* id est, assimilatū clarissimo corpori suo, qđ sumpsit ex uirgine, ut eandem claritatis figurā habeat corpus nostrū, quam habet suum, quando iusti fulgebunt sicut sol in regna patris eorum. Et hoc ipse faciet *secundum operationem* omnipotentiæ suæ, *qua possit* non solū corpus reformare, sed *etiam subiicere sibi omnia:* quia tunc omnino complebitur, Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Matth.13.
Psal.8.
1.Cor.15.

CAPVT IIII.

*Itaq; fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi.*

Quia Christus reformabit corp⁹ humilitatis nr̄æ, & ad tantā peruenienius gloriam de tanta uilitate, *itaq; fratres mei* state in eo qđ cœpistis ne tantā gloriā amittatis. Vos dico, mihi charissimi, quia multum uos habeo charos: *& desideratissimi,* qa multum ego uos desidero, uel uos me: *gaudium meum.* i. de quorꝫ fide & opere gaudeo: *& corona mea* in futuro, qa ꝑpter uos coronam gloriæ percipiā. Vos qui tales estis, state firmi *in domino sic* i. ut ego uos stare docui, et ut cœpistis, uel sicut me & mihi similes scitis, quia tūc eritis charissimi.

B

*Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerūt in euangelio, cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ.*

Euodia & Syntyche erant matronæ religiosæ, quæ prędicatores suscipere solebant. Et forte audierat illas Apostolus à fide dissentire, ideoq́; nominatim rogauit, ut idipsum qđ cæteri, saperent in domino. i. in eius fide. Quasi dicat: Omnes moneo stare, sed specialiter Euodiam & Syntychen, quia plus de eis timeo. *Etiam rogo & te ô germane compar,* id est, coadiutor meus in prædicatione, *adiuua illas* firmando tuis exhortationib⁹ & instructionibus atq; orationib⁹, ut possint unanimes stare in fide. quæ nō sunt paruipendendæ, quia *mecum laborauerunt in euangelio,* id est, de labore suo ministrauerūt mihi stipendium in prædicatione euangelii. Laborauerūt (inquam) *cum Clemente,* q in hoc laborabat, & cū cæteris qui me adiuuabant. Iste Clemens fuit tertius papa Romanus. Vel adiuua illas cū Clemēte *& cæteris adiutoribus meis,* id est, tu & cæteri adiutores mei qui sunt Philippis, adiuuate illas. Adiutores dico, qui non frustra laborauerūt ut me adiuuarent, quia nomina eorum *scripta sunt in libro uitæ,* id est, adsignata tenentur ad uitam in memoria diuinæ prædestinationis. Quis est enim liber uitæ, nisi memoria Dei, in qua sunt illi qui uiuunt in æternum?

*Tertius, si nō à Petro sed à Lino incipias.*

*Apoca.20. & 21.*

*Gaudete in domino semper, iterum dico gau-*

C *dete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus ppe est. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud Deū. Et pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu.*

1. Cor. 1.
Hiere. 9.

Lætatus in fide & operibus eorū Apostolus, ut alacres sint in his pficientes, monet gaudere in domino, & id iterat, ut se in eis gaudere uere ostendat. Gaudete, inquit, id est, cor uestrum exhilarate, & omne bonū unde gaudēdum est, statuite uobis *in domino*, non extra. Et hoc adeo necessarium uobis est, quod *iterum dico gaudete*, ut tristitia seculi nullū in uobis locum inueniat, sed totos lętitia spiritalis uos repleat. Gaudete in domino, & non per interualla, ut modo gaudeatis, modo non gaudeatis, *sed semper* gaudeatis, siue in prosperis, siue in aduersis. Et non semel dico, sed iterum ut gaudeatis, confirmās & inculcans repetita cōmonitione gaudium. Gaudete, sed in domino, non in seculo. Sicut enim nemo potest duobus dominis seruire, sic nemo potest & in domino & in seculo gaudere. Cōtraria enim sunt hæc duo gaudia. Nam seculi gaudiū est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicētur in spectaculis, nugētur in ebriositate, ingurgitenť turpitudine, & ista mala non impediat fames, non belli, uel alicuius rei timor, non aliqs morbus, non aliqua aduersitas, sed sint omnia redundātia in pace carnis, in securitate mentis, & uidete in seculi gaudium. Et ideo nō in seculo gaudete, sed in domino, id est, non in iniquitate, sed in ueritate: nō in flore uanitatis, sed in spe ęternitatis. In dño sit gaudiū uestræ mentis, sed hoīes uideant modestiam uestræ cōuersationis, ut exemplo uestro discāt modeste agere. Modestia quasi modi statio diciť, quando modus seruatur in oībus. Modestia est in animo, continens moderationem cupiditatū. Modestia in operatione, modificans oēs actiones. similiter & in uerbis. Hæc modestia tantū fulgeat in uobis, ut *nota sit omnibus hominibus*: fidelib⁹, ut imitenť: infidelibus, ne possint reprehēdere. Modestiam morū seruate, qa *dominus propè est*, ut auxiliet uobis assidue, nisi per socordiam uestram defeceritis. Etsi enim sup oēs cœlos ascendit corpore, non tñ recessit maiestate. Vbiq; præsens est, qui fecit omnia. Dominus propè est, paratus dare quicqd opus est uobis in spūalibus & corporalibus. Et ideo solicitudinem uani timoris abijcite, quia & in bonis operib⁹ uestris aderit dominus uobis adiutor, & in passionibus quas pro noīe eius perferetis, nec alimenta uobis corporea denegabit. *Nihil* ergo, id est, de nulla re *soliciti* & timidi *sitis* q̄si de futuro, sed estote sine mundi solicitudine, hñtes promissa Dei præ oculis, & ab ipso petentes oīa. Non sitis (inquam) soliciti, *sed petitiones uestrae* de his quæ uultis accipere, ita sint uehementes & instantes, ut *innotescant apud Deum*, id est, pueniāt ad Deū, hoc est, acceptabiles sint Deo qui oīa nouit, sed ea scire diciť quæ eligit & approbat. Vel uobis innotescant apud Deum per tolerātiam, non apud hoīes per iactātiam. Aut forte innotescant etiam angelis, qui sunt apud Deum, ut quodam modo offerant Deo & de his cōsulant: & qd Deo iubente īplendū esse cognouerāt, hoc uobis uel euidenter uel latenter reportent. Petitiones dico, factæ *in omni oratione*, id est, in orone quę nihil de his quę orāda sunt pͥtereat, sed omne qd expedit, orādo petat à Deo: *& obsecratione*, quæ cum admiratione sacrorū fiat, cū *gratiarum actione*, de acceptis bñficijs: qa qui uult alia impetrare, debet ex pceptis gratus

Math. 6.
Luc. 16.

D

A esse. Vel secundum alios oratio est pro præteritis excessibus ac delictis, obsecratio autem pro adipiscendis futuris bonis, gratiarum actio pro collatis beneficijs, petitio uero de reb9 noiatim necessarijs. Et talib9 qdem precum modis hortor uos ut illistatis, & Deum (sine quo humanus labor inutilis est) oro ut pstet effectũ, scilicet ut *pax Dei* q̃ in seipso pacatus est, et cuius participatione pacificãtur angeli et homines, *custodiat corda uestra, quæ exuperat omnem sensum*, id est, omnem intellectũ hominũ & angelorum: quia pacem Dei, qua Deus ipse pacatus est, sicut Deus nouit, nec nos, nec angeli nosse possumus. Sed qa & nos pro modo nostro pacis eius participes facti sumus, summam in nobis atq; inter nos & cum ipso pacem, quãtum nostrum summũ. hoc modo iuxta suum modũ sciũt eam sancti angeli, hoies autem nunc longe infra scientiam istã sunt, quantocunq; prouectu mentis excellãt. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate. Cum uero æquales angelis fuerimus, tunc (sicut illi) facie ad faciem. i. manifeste uidebimus, tantamq́ pacem habebimus erga eos, quantã & ipsi erga nos: quia tantũ dilecturi sumus, quantũ ab eis diligimur. Itaq; pax eorum nota nobis erit, qa nostra talis ac tanta erit, nec præcellet tunc intellectum nostrũ. Dei uero pax, quæ est illis erga eos, & nostrum & eorum intellectum sine ulla dubitatione pcellit. Et ista pax Dei custodiat *in Christo Iesu* corda uestra. i. uoluntates uestras, *& intelligentias uestras*, ut extra Christũ nihil appetatis uel itelligatis. Contra illecebras seculi custodiat corda, & contra fraudes pseudoprædicatorũ custodiat itellectus uestros. Corda custodiat contra aduersa omnia, intelligentias contra errores.

Locus obscurus.

i. Cor. 13.

*De cætero fratres, quæcũq; sunt uera, quæcũq; pudica, quæcũq; iusta, quæcunq; sancta, quæcũq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, siqua uirtus, si qua laus disciplinæ. hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit uobiscum.* B

In cõclusione quæ ad pfectionem sunt, exponit Aps. Quasi dicat: Hactenus contra psecutores & contra pseudoprædicatores uos monui, sed *de cætero* monẽdi genere, quod ad mores optimos ptinet, nũc breuiter dicam. s. cogitate et agite *quæcunq; sunt uera, & quæcunq;* sunt *pudica*, ut nec in cogitatione, nec in actione falsum aliqd aut libidinosum admittatis, sed in omni sermone ueridici, et mẽte in corpore pudici sitis, ne uel ĩ aspectu uestro sit aliquid lasciuiæ. Similiter *quæcunq; iusta, & quæcunq; sancta*, cogitate et facite. Iusta ad pximũ, sancta in ppria uita. Iusta. i. erga pximum iuste seruanda. sancta. i. animas & corpora sanctificãtia. Qui semper cogitat & agit quæ iusta sunt, nec Deo, nec homini facere põt iniuriam. Et qui sancta cogitat & facit assidue, nulla põt macula sordidari. *quæcunq; amabilia*, cogitate et facite, id est, studete ut dicta et facta uestra in bono placeãt hominib9, quatenus per hoc ad imitationem uestrã eos alliciatis, sicq; Deo iungatis. *quæcunque bonæ famæ* sũt, ea similiter cogitate & facite, ne de uobis habeatur mala opinio, sed bona, ut prosit alijs. Sanctorum. n. cõuersatio etiam cauta debet esse, ne forte cum mala uita non sit per lasciuiã, mala sit fama per negligẽtiam. Nec audiendi sunt, qui quando reprehẽsi in aliqua negligentia sua, per quã fit ut in malam ueniant suspicionẽ, unde suam uitã longe abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere cõscientiam, existimationem hominũ non solum imprudenter, sed etiam crudeliter contemnentes, cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantium uitam Dei, quibus secun-

C dum suã suspitionem quasi turpis quæ casta est, displicet uita sanctorũ, siue etiam cum excusatione imitantium, nõ quod uident, sed quod putãt. Proinde quisquis à criminibus flagitiorũ atq; facinorũ uitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem famã, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est uita nostra, aliĳs fama nostra. Et utiq; etiam quod aliĳs ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram quoq; redundat utilitatem. *Siqua uirtus* est, hanc sectamini. *siqua laus disciplinæ*, hãc habete. uirtus sit in uobis, & post sequatur laus, ut homines qui uirtutem uestram laudabunt, proficiant. Vel cogitate et facite ea quę sunt bonæ famæ, siqua uirtus est in eis, uel siqua laus disciplinæ christianę. Nõ enim curanda est bona fama de uiribus uel sciẽtia uel aliĳs secularibus, *hoc* (inquam) *cogitate*, id est, in memoria uersate. *quæ oĩa & didicistis* me docente, *& accepistis* ut digna teneri, quia uobis accepta & grata fuerunt post quam ea didicistis. *& audistis ea in me esse, & uidistis. Hæc agite*, id est, non tantum cogitate, sed & actu implete: & tunc *Deus* dator *pacis, erit uobiscum*, adiuuans uos hæc facere. Qui enim si uixerit, nõ solum cum Deo pacem habebit, sed & ab omnibus ferè hominibus amabitur.

*Gauisus sum autem in domino uehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis, occupati autem eratis. Nõ quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ.*

Bona acta eorũ memorat, & gratias agit, ut incitet eos ad talia feruẽtius agenda, quasi dicens: Ego uos ad futura religionis studia moneo, sed de præteritis beneficiorum uestrorum studĳs gaudeo et *gauisus sum uehementer*, non in dono quod promisistis, sed *in domino* q uobis inspirauit hanc charitatẽ, & redditurus est remunerationem, *quoniam tandem*, id est, post multa tempora, *aliquando*, id est, aliquo tempore, quia non omni potuistis: *refloruistis*, id est, pristinum largitatis florẽ resumpsistis, ut aliqua daretis mihi, sicut olim dare solebatis. Largitio enim est flos, quia inde fructus æternæ uitæ procedit. Et ab hoc flore quadã sterilitate marcueratis, ac uelut hyemis frigore torpueratis. Sed nũc uelut austro flãte sancto spiritu uer ad corda ur̃a redĳt, et refloruistis uelut bonæ arbores. Refloruistis *sentire pro me*, id est, compati mihi: pro me, quia mihi prodest uestra compassio. Sẽtire pro me, id est, ut sentiretis quod me pungebat, *sicut & prius sentiebatis* ministrantes mihi. Nec aliqua mala causa hoc intermisistis, sed *occupati eratis* & impediti aliquibus aduersis uel actionibus. Imprudẽter delinquẽtes Galatas aperte increpat superius, dicens: O insensati Galatæ, qs uos fascinauit? Nũc uero culpas illorũ uerecundantium quasi cõpariens reprehẽdit, ut & illorũ culpas increpatio detegeret, & horũ neglıgẽtiã sermo mollior uelaret. Simil͛r unusq̃sq; rector ecclesiæ iuxta modũ culpæ debet unũquẽq; rationabili discretione ĩcrepare. Gauisus sum & refloruistis. *Non quasi propter penuriam hoc dico.* i. nõ dico me gauisum esse quasi ꝓpter penuriam meã, quem cõsolati estis: quia non ꝓpter angustiam meam quæ relaxata est, sed ꝓpter affectũ uestrum gaudeo. Vel non dico ista quasi ꝓpter penuriam meã adhuc releuãdam, ut per hæc dicta uos inuitare studeã, ut iterum suppleatis inopiam meam. *Ego enim didici* & à Deo & ab usu quotidiano *esse sufficiens*, id est, contentum

Galat. 3.

A reb⁹ *in quibus sum*, siue paruis, siue magnis. Nam *& humiliari* paupertate *scio*, quia non inde frangor: *& abundare* rebus *scio*, quia non inde erigor. *Vbiq*: id est, in omni loco, siue Romæ, siue alibi, siue coràm principibus siue alijs sim positus, *& in omnibus* i. in omni genere rerum *institutus sum* & doct⁹ à Deo. s. *& satiari*, ne noceat satietas: *& esurire* tolerabiliter, *& abundare* humiliter, *& penuriam pati* moderanter. Hęc scio, & possum exequi oĩa ista, eo confortante qui docuit. Magna scientia est, scire humiliari & abundare, satiari & esurire, abundare & penuriam pati. Quē. n. penuria sua non frangit, à gratiarum actione nō retrahit, in rerum temporalium desiderio non accendit, scit humiliari. Hoc. n. loco Apostolus humiliari dicit penuriam pati. Nam statim ecōtrario subiungit, scio & abundare. Qui. n. acceptis rebus nō extollitur qui per eas ad usum uanæ glorię nō intorquetur, qui solus non possidet quod accepit, sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit, scit abundare. Qui acceptis alimētis nō ad ingurgitationem uentris utitur, sed ad reparationē uirtutis, nec plus carni tribuit q̃ necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate uictus aliquid agit, unde anima peccati laqueum īcurrat, scit esurire. Quem ergo nec in abundantia superbia eleuat, nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abūdare, nouit penuriam pati. Vbi cum statim apostolus subderet, *omnia possum*, adiunxit *in eo qui me confortat*. Ecce in altum ramus producitur, sed quia in radice se tenet, in uiriditate pmansit. In altum. n. surgens aresceret, si se à radice diuisisset. Sibi. n. nihil tribuit, qui omnia se posse nō in se, sed in domino qui se confortat, fatetur. Ego quidem, inquit, hæc omnia scio & possum: sed *tamen* uos *bene fecistis* B quantum ad uos, qui qđ iustum est expleuistis, *communicātes* uestra bona *tribulationi meæ*. Inde mihi placet actio uestra, quia bene egistis ministrātes mihi misericorditer in afflione mea, non quia mihi res misistis quibus carere possem.

*Scitis autem & uos Philippenses, quòd in principio euangelij quando profectus sum ad Macedoniam, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli, quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundātem in ratione uestra. Habeo autem omnia & abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen.*

Vos cōmunicastis & nunc & olim mihi res uestras, sed alij nō: Nā *scitis & uos Philippenses*, sicut & alij plures, *quòd in principio euangelij*, i. qñ prius prędicaui uobis euangelium, *nulla ecclesia* nisi uestra *communicauit mihi ratione dati & accepti*. i. ut rationabiliter consideraret quod deberet dare carnalia, qui accipiebat spiritualia, iuxta illud. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metam⁹? *Vos soli* cōmunicauistis, *quia* nō tm̃ cum essem pręsens apud uos, hoc fecistis: sed *& Thessalonicam* i. apud illam urbē moranti *misistis mihi* de rebus uestris *in usum semel & iterū*. 1. Cor. 9. Hoc memorat Apostolus, ut quasi laude digni magis studeant prędicatoribus ministrare, & ne illi putarēt eum fuisse oblitum charitatis sæpe sibi impensæ. Qui ab eis hęc non refutabat, quia nō idcirco dabant, ut uellent cum uitijs suis parcere. A cęteris uero non accipiebat, ne authoritatem sibi correctionis minueret, & ne forte illis esset graue, cibum ei corporalem impendere. Dico (inqt)

C uos bene fecisse, nõ ut ego implear, sed ne uos inanes sitis. Et hoc est: *Non dico ideo, quia quæro datum* uestrũ, *sed requiro fructum* dati *abundantem in ratione uestra*, non mea. Datum est res ipsa quæ impenditur, ueluti numus, cibus, uestis. Fructus uero dati est, si benigna mente futuræ mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datũ in re accipimus, fructum in corde. Vnde & idem fructus in ratione. i. in cordis lumine debet abundare. Vel in ratione eorum debet abundare, ut cum rationem de suis actibus Deo reddiderint, abũdet eis fructus iustitiæ. Quia igitur discipulorum suorum Apostolus mercede potius q̃ munere pascebatur, nequaq̃ datum, sed fructum se quęrere fatetur. Vnde & subdit protinus, dicens: *Habeo autem omnia & abundo*. Quasi dicẽs: Non quæro datum, sed habeo omnia: quia deũ habeo, in quo omnia possideo: & abundo non in uno, ut ĩ alio egeam, sed *repletus sum*, q̃m nihil deest timentibus Deum. Repletus

Psal. 33. sum, etsi nihil dedissetis: sed *acceptis ab Epaphrodito* uestris muneribus, *quæ misistis* mihi *in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo*. i. quæ placerent Deo ut suauissimus odor puræ ora

Apoc. 5. tionis. Qđ. n. odor sit oratio, testat̃ Ioannes, ubi se uidisse refert seniores habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Sed & istorum munera dicuntur nũc odor suauitatis, quia orant pro eis, sicut scriptũ est:

Eccle. 29. Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Sunt et hostia, qa data sunt ab eis, ut uincerent hostes suos, uel quia uicerant. Et hæc hostia accepta est Deo & placẽs, quia deus accepit eam placite. Vos me repleuistis uestris bonis, sed deus meus repleat uos suis. Proprio exemplo declarat Apostolus, quia pro his orare debemus, à quibus temporalia bona percipimus. Deus *omne desiderium uestrum impleat*. largiendo bona omnia, quæ desideratis, ut nihil uobis desit ex his quæ optatis. Et hoc faciat *secundum diuitias suas*. i. scđm quod ipse est diues, & plus dar̃ potest q̃ quis mereatur. Impleat (dico) uestrum desiderium, nõ in terrenis, sed *in gloria* supernę felicitatis, & hoc *in Christo Iesu*, ut in eo perenniter delicijs affluatis. Cuius beneficijs nõ simus ingrati, sed gratias ei semper & laudes referamus. s. *Deo* qui nos creauit, *& patri nostro* qui nos in filios adoptauit, sit *gloria*. & non ad horam, sed *in secula seculorum*. i. in ęternum. *Amen*.

*Salutate omnẽ sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt, fratres. Salutant uos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.*

*Salutate*, inquit, *omnem* apud uos manentem *sanctum in Christo Iesu* i. qui nõ in lege, sed in Christo sanctus est, et nihil sanctitatis nisi in Christo habet & à Christo. *Vos autem salutant fratres*. i. filij catholicę matris ecclesię, *qui mecum sunt*. i. morantur. Nec ipsi solum, sed & *omnes sancti*, qui sunt Romæ. Omnes quidem uos salutant, sed maxime illi qui sunt de domo Cæsaris. i. Neronis. In hoc multum confirmat eos in fide, dum ostendit eos præcipue diligi & specialiter salutari ab his, qui Christianæ religioni iam deseruiunt in domo Cęsaris. Nec ultra debere tribulationes metuere, quasi graues & diu permansuras, cum iam consiliarij & amici imperatoris sunt Christiani.

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen.*

*Gratias Christi Iesu domini nostri sit cum spiritu uestro*, ut quod spiritus per liberum arbitriũ bene uoluerit, adiuuãte gratia possit implere, ne sitis generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus Psal. 77.

A eius. Cum Deo enim debet credi spiritus noster, quia nisi crediderimus quod spiritus nostrę uoluntatis per seipsum nihil potest sine adiutorio gratiæ Dei, nihil unquam boni facere poterimus. *Amen.*

Epistolæ ad Philippenses Finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM *Pauli ad Colossenses.*



St ciuitas in Asia nomine Colossæ, unde Colossenses dicuntur. His non ipse Apostolus prædicauit, sed eius discipuli Epaphras er Archippus, qn̄ ex his originem ducebanr. Epaphras.n. quę à Paulo didicerat prædicans eis, conuertit illos, & factus est apostolus eorum, Archippus uero episcopatū super eos accepit, Superuenientibus autem pseudoapostolis, & carnales obseruantias prædicantibus, dubiū fuit quibus potius credēdum esset. Vnde Paulus cuius authoritas celebris erat, quasi medius iudicat quæ pars sit potius tenēda. Describit autem Christū & eius beneficia, quō est sufficiens ad omnia carnalia uero omnino īprobat, ut deinceps syncere fidem Christi teneant. Instruit & moraliter, confirmans q̄ illi docuerāt. Vnde fit ut hæc epistola magnam affinitatem & similitudinem habeat cū illa quæ est ad Ephesios. In illa quippe et in ista simili modo cōmendatur eminentia diuinorum bn̄ficiorū, & carnaliū obseruatio legis destruit, et mores Dei īstruūtur.

EPISTOLAE PAVLI AD COLOSSENSES.

CAPVT I.

*Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu,* B *Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Quia Paulus apostolus gentium constitutus erat, ideo istis qui gentiles erant, pure se scribit apostolum, licet eis per se non prędicauerat, sed p̄ discipulos suos. Nam & istis erat apostolus. At cōtra in epistola quā scripsit Hebręis, non se dixit apostolum, q̄a non erat apostolus Hebręorum, sed gentilium. *Paulus* cuius dicta sunt authentica, quia est *Apostolus*.i. legatus Iesu Christi: & hoc nō per sua merita uel per humanā electionem, sed per uoluntatem Dei, cōtra cuius uoluntatem faciunr pseudoapostoli. *& Timotheus frater,* qui est uir magnę authoritatis, mandant ea quæ sequuntur *his qui sunt Colossis,* non quidem idololatris, sed *sanctis & fidelibus fratribus*.i. maioribus & minorib⁹ Christianis. Sanctis.i. in diuina religione promotis. & fidelibus.i. qui iam fidem habent, sed nondū in sancta cōuersatione sunt promoti. Vel eisdem sanctis & fidelibus.i. bonos mores & fidem habentibus, & hoc *in Christo Iesu* i. in Christi gratia, non in legis obseruantia, nec in uiribus liberi arbitrij. Quid uolūt aut quid petunt? ut *gratia uobis* sit *& pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

*Gratias agimus Deo et patri domini nostri Iesu Christi, semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu et dilectionem, quā habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est uobis in cœlis, quam audistis in uerbo ueritatis euangelij, quod peruenit ad uos, sicut & in uniuerso mundo est & fructificat, & crescit, sicut & in uobis ex ea die, qua audistis & cognouistis gratiam Dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestrā in spiritu.*

A gratiarum actione inchoat, ut eos sibi beneuolos reddat, & ad gratias Deo semper agendas pro acceptis beneficijs accendit. Scribit autē

C à Roma. *Gratias,* inquit, *agimus* ego et Timotheus.i.gratiosas laudes referimus Deo, qa uobis omnia dedit bona quæ habetis.Ideo gratias illi agimus,nõ uobis. Gratias agimus *Deo*.i.creatori Iesu Christi, scdm qđ homo est *& patri* eiusdem *Christi Iesu domini nostri,* scdm quod deus est,qui per eundem mediatorem uobis omnia tribuit.Nos dico, *semper orantes pro uobis*, ut crescatis & proficiatis die ac nocte,uel quoties oramus. Gratias agimus, *audientes*.i.quia audiuimus *fidem uestram esse in Christo Iesu*, qa & fides uestra donum Dei est. Alioquin non essent illi agendæ gratiæ pro ea.et quia audiuimus *dilectionem, quam habetis* non ociosam, sed bonis operibus redundantem,nõ in quosdam *sanctos* sed in *omnes*, qm̃ beneficia uestræ charitatis abundant in eos, quos uiuer̃ sancte nostis.Ideoq́ grates illi referimus,qui uobis talẽ inspirauit charitatem.Et hæc non propter humanam laudẽ,sed *propter spem quæ uobis est in cœlis reposita.* quæ non apparet modo,sed tñ est uobis in cœlis,tutoq́ loco seruatur:hoc est,propter uitam perennem, quam uos in cœlis assecuturos speratis. Et qũo res tam latens speratur? *Quam audistis,inquit*.i.quia audistis illam *in uerbo ueritatis*. Vel quia spem nõ habetis à uobis,sed à Deo :quia in uerbo.i.in prædicatione non falsitatis, sed ueritatis:nec cuiuslibet ueritatis,sed *euãgelij* i.boni nuncij,quo annunciatur deus homo factus esse, ut homines deos faceret.i. angelis pares. & ne ipsi dissimularent se euangelium audisse,quasi nõ esset eis prędicatum, sed alios audisse ide tenuiter loqui, qb⁹ fuerat prædicatum, addit. *Quod* euãgelium *peruenit ad uos,* subauditur, etsi non per me,tñ per eos qui didicerant à me.sicq́ ueritas uos non latuit.Rursum,ne illi superbirẽt quasi ad eos peruenisset euangelium, & cæteras gentes deuitasset,subdit:Ita D peruenit ad uos, *sicut & in uniuerso mundo*.i.non soli uos audistis illud, sed & omnis mundus:quia non est aliquod mundi regnum, in quo Christi nomen non sit prædicatum. Vel ita pure & uere peruenit ad uos, sicut per me & alios uenit in uniuersum mundum,& adhuc est & manet in eo.i.non minus est uobis factum quam alijs ecclesijs.& cum sit in mundo euangelium, *fructificat* ibi per bona opera intellectus. *& crescit* augmento scientiæ & numero fidelium,non quod plus habeant alij q̃ uos,sed ita est factum,illis, *sicut & in uobis*. Et ideo nihil debetis superaddere uel mutare,sed ita ut didicistis euãgelium synceriter seruare, quod totus seruat mũdus,ne uos soli dissentiatis ab uniuerso orbe. Sicut in orbe terrarum,ita & in uobis est & fructificat & crescit *ex ea die qua audistis* illud, quia non fuistis rebelles, sed mox credere cœpistis & fructificare. Vel ĩ die.i.illuminatiõe cordis audistis credẽdo, *& cognouistis* discernendo *gratiam Dei*.i.remissionem peccatorum & cætera Dei dona gratuita *in ueritate,* nõ in fictione:quia ueraciter dat ea deus,non fingitur dare. uel in ueritate prædicationis ea cognouistis, *sicut didicistis ab Epaphra.* Epaphram modo laudat,& de Archippo tacet,quoniã Epaphras erat ualde feruens studio charitatis & solicitus & apostolus eorum : Archippus uero episcopus, sed aliquanto remissus & tepidus. Cognouistis gratiam Dei,nõ sicut uosipsi uestro ingenio inuenistis, sed sicut didicistis ab Epaphra magistro non uili, sed *charissimo & conseruo nostro,* quia nobiscum in prędicatione seruit domino Christo.Cuius doctrinã non debetis spernere,sed honorare et seruare:quia est non subdolus,sed *fidelis minister Iesu Christi*.i.dona Christi mini-

A ſtrans in prędicatione uobis, uel bona ueſtra offerēs Chriſto, fidelis miniſter eſt *pro uobis*, nō pro ſuis, q non ueſtra quęrit, ſed uos, nō res ueſtras cupit adquirere, ſed uos Deo adiungere. Quorum ſalutē deſiderans, cœpit doctrinam meam uobis prędicare. *Qui & manifeſtabit nobis* relatione ſua *dilectionem ueſtram* ad Deum & proximum eſſe fundatam *in ſpiritu* ſancto, non in carne dilectionem ueſtrā nobis intimauit, quę non eſt in affectu carnis, ſed in gratia ſpiritus ſancti.

*Ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro uobis orantes et poſtulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni ſapiētia & intellectu ſpirituali, ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et creſcentes in ſcientia Dei, in omni uirtute confortati ſecundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate, cū gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, et tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ.*

Epaphras nobis nūciauit dilectionem ueſtram ſpiritualem. *Ideo* non ſolum ipſe Epaphras, ſed *& nos ex ea die qua hoc audiuimus, non ceſſamus orantes* humili affectu & pia deuotione *pro uobis, & poſtulantes* quaſi quadam audacia pro meritis ueſtris aſſūpta. Hoc ſcilicet oramus & poſtulamus īceſſanter à Deo pro uobis, *ut impleamini agnitione uoluntatis eius*. i. ut plene cognoſcatis quid ipſe uelit & quid non. Magnum eſt, plene ſcire quid Deus uelit in omnibus rebus actiuæ uitæ uel contemplatiuæ. Modo tñ conſequenter exponitur per partes quid ipſe uelit. Agnoſcatis (inquam) uoluntatem eius *in omni ſapientia* rerum, quæ actiuæ uitæ ſunt, *& intellectu ſpirituali*. i. cognitione ſpiritualiū rerum. uel in omni ſapientia diuinorū atq; cœleſtium, & intellectu ſpirituali ſacrarum ſcripturarum. Vt uos *ambuletis digne Deo*. i. agatis ita ut digni ſitis Deum accipere pręmium: uel ambu B letis ut Deum deceat ambulatio ueſtra, *per omnia* quæ egeritis *placentes ei*. Ita. ſ. ut ſitis non in quodam, ſed *in omni opere bono fructificantes* multipliciter in maius, & per hoc bonorū operum merita *creſcentes in ſcientia Dei*, in cognitione deitatis ſenſu ſpiritali, iuxta illud, A mandatis tuis intellexi. *Pſal. 118.* Bona. n. operatio ſenſum mentis illuminat. Vos dico, *confortati* in Deo *in omni uirtute*. i. fortes & conſtantes effecti in charitate, & iuſti in ſanctitate & cæteris ſimilibus, & hoc *ſecundū potentiam claritatis eius*. i. ſcdm quod poteſt uos fortes reddere claritas eius, qua illuminantur electorum mētes, ut claram Dei notitiam habeant, & omnia clare diſcernere ualeant, ut iam nullaten⁹ ad peccati cōſenſum flecti queant, ſed ſemper quod bonum eſt faciant. Dixi ut in omni uirtute ſitis fortes. ſ. *in omni patientia*, ut fortiter omnia aduerſa ſuſtineatis p patientiam. Nō enim in quadam patientia rogo uos eſſe fortes, ut quædam patienter ſufferatis, & quędam nō ſufferatis: ſed potius in omni patientia, ut uidelicet omnia moleſtiarum genera patienter pro Deo ſuſtineatis, & in omni *longanimitate*. i. longa animi perſeuerantia in aduerſitatum toleratione et promiſſorum cœleſtium expectatione. Patientię enim addenda eſt longanimitas, ne quis poſtq̄ per aliquod temporis ſpatiū ſeruauerit patientiam, deficiat in aduerſis, uel faſtidiat tam longam patientiæ obſeruantiam, & incipiat impatienter agere, ſed potius per longanimitatem patienter omnia toleret uſq; in finem. & hanc patientiā atq; longanimitatem ſeruate *cum gaudio*, uel nō ſitis inter aduerſa quæ patimini triſtes, ſed poti⁹ ſitis ſpe gaudentes, dum fueritis in tribulatione patientes. Non. n. cōtriſtari, ſed gaudere debetis, ſi contigerit ut propter

C iustitiam aduersa toleretis. Vos dico, *agentes gratias Deo patri*, qui tanta nobis beneficia contulit, ut consortes sanctorum nos faceret, hoc est, nolite cōtra Deum murmurare, qa uos finit in præsenti seculo aduersa tolerare, sed gratias illi agite semper, qa uos dignatus est in numero sanctorum computare, ut cum eo perenniter possitis regnare. Gratias illi exultanter agite, *qui nos* per suam gratiam *fecit dignos* transire *in partem*.i. in participationem *sortis*.i. æternæ hæreditatis *sanctorum in lumine*.i. in claritate diuinæ uisionis, ut æternaliter irradiemur splēdore maiestatis eius. Sors.n. uocatur hæreditas, qñ non meritis humanis, sed electione diuina dat̃ sanctis patriarchis & prophetis. Et partem huius sortis nos habere Deus uoluit, ut cum sanctis patribus hæreditatem possideremus in lumine

Roma.9. uiuentium. Vel Dei uoluntas in hu-

Roma.2. mano genere sors est, apud quē non est iniquitas. Nō.n. ille personas accipit, sed occulta illius sors est unicuiq; hominum. Sortis nomine designatur gratia qua saluamur, quia in sorte non est electio, sed uoluntas Dei. Nā ubi dicitur, iste facit, & iste non facit, merita considerantur. Et ubi merita cōsiderantur, electio est, non sors. Qñ autem Deus nulla merita nostra inuenit, sorte uoluntatis suæ nos fecit quia uoluit, non quia digni fuimus. hoc est sors. Et in partem sortis huius nos, qui eramus indigni, fecit ipse misericorditer dignos, quos ad fidem uocauit non solum ex Iudæis, sed & ex gētibus. Et hoc fecit in lumine, quo mentes nostras illustrauit ut cognosceremus

Roma.9. eum, & uerba prędicatorum eius intelligeremus. Fecit autem hoc modo nos dignos, quia. s. *eripuit nos*.i. potērer extraxit *de potestate tenebrarū*, id est, dęmonum qui nobis dominabātur intrinsecus, dum cæcitas infidelitatis & ignorantiæ, uel peccatorū obscuritas in nobis adhuc esset. De potestate huiusmodi tenebrarum.i. malignorum angelorum, ne nos in nocte suę dānationis sine fine possideret, eripuit nos Deus pater, in baptismo delēs peccata nostra, per quę illi potestatem habebant in nobis, *& transtulit in regnum filij* sui in ecclesiā Christi, de qua dictum est, quia mittet filius hominis angelos suos, & Matth.13. colligent de regno eius omnia scandala. Transtulit (inquam) nos in regnum filij *dilectionis suæ*, ut per fidem & opera bona regnaret in nobis filius eius. Sed qd est, dilectionis suę? Si.n. in diuina trinitate non est alia dilectio nisi spiritus sanctus, profecto Christus in hoc loco non solius patris, sed & spiritus sancti filius inuenitur. Quòd si hoc absurdissimū est, restat ut nō solus ibi sit dilectio spiritus sanctus: quod autem dictū est, filij dilectionis suæ, nihil intelligatur aliud, q̃ filij sui dilecti, q̃ filij postremo substātię suę. Charitas.n. uel dilectio patris, quæ in natura est ineffabiliter simplici, nihil est aliud q̃ eius ipsa natura atq; substantia: ac per hoc filius charitatis siue dilectionis eius nullus est alius, q̃ qui de substantia eius genitus est. In regnum filij dilectionis suæ dicit̃ nos transtulisse, ut intelligamus qa nos quoq; diliget, si perseueramus esse regnum filij sui, quem ipse naturaliter & ineffabiliter diligit.i. si peccatum in nobis amplius non regnauerit. Vbi.n. peccatum regnare incipit, ibi Christus regnare desistit.

*In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Roma.6.

In regnum filij sui nos transtulit, *in quo* filio *habemus redemptionem* de potestate diaboli, *& remissionem peccatorum*. In hanc enim redemptionem tanq̃ pretium pro nobis datus est san-

A guis Christi. Quo accepto diabolus non ditatus est, sed necatus, ut nos ab eius nexib' solueremur, nec quẽquam eorum secum, quos Christus ab omni debito liber, indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorũ retibus obuolutũ traheret ad secũdę
1.Corin.5. ac sempiternæ mortis exitium. Tũc
1.Petri.2. enim sanguis ille, qm̃ eius erat, qui nullum omnino habebat peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum, ut quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos cõditione mortis obstrinxerat, hos per eum merito dimitteret, quẽ nullius peccati reũ ĩmerita pœna mortis affecit, hac enim iustitia & hoc uinculo uinctus est ille fortis, ut uasa eius eriperenť, uel homines quos tenebat, liberarentur. Sic habemus in Christo redemptionem & remis-
Marci.3. sionem, quæ in baptismo consecuti sumus, destructa potestate diaboli, & restituta libertate nostri arbitrĳ. Vel transtulit nos Deus in regnum filĳ dilectionis suæ. i. transuexit nos
Ephe.2. iam per spem in cœlum, quia conresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo. In quo per spem similiter habemus redemptionem, id est, liberationem ab his miserĳs & afflictionibus, quas nunc patimur: & per rei exhibitionem habemus iam in illo peccatorum remissionem, quia & semel in baptismo per effusionem sui sanguinis deleuit peccata nostra, & quotidie (si peccamus) non indigemus alĳs hostĳs. unde patet quia legales hostiæ non amplius offerendæ sunt, quia nullã omnino iam utilitatẽ præstant. *Qui* Christus scd̃m diuinitatem *est imago Dei inuisibilis*, et oĩmoda similitudo patris, sicut ait; Qui me uidet, uidet & patrem. Nam sicut per cõtẽplatio-
Ioan.14. nem cuiuslibet imaginis datur nobis eius notitia, cuius illa imago est, licet ipse sit absens & nunquã uisus à nobis, sic & apostoli uidentes filium, intellexerunt patrem, qui corporaliter eis non apparebat. Et nos quidem sumus imago Dei, sed filius est aliter eius imago. Nam sicut imago imperatoris aliter est in numo, et aliter in filio: sic & imago Dei aliter in filio, qui est consubstantialis & coæqualis atq; coæternus, & aliter in homine qui est creatura. Et notandum quòd admirabiliter commendat Apostolus excellentiam Christi in utraq; natura nunc de diuinitate, & nũc de humanitate eius sententiã proferens, ut hũc solum ad iustificationem & ad æternam salutem sine legis operibus sufficere cuncta credentibus ostendat. Nam de diuinitate eius sententiam protulit, dicens Ioan.14.
quia pater transtulit nos in regnum filĳ dilectionis suæ. Et de humanitate eius subiunxit, quia in ipso habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Item scd̃m formã Dei dixit, quia ipse est imago Dei inuisibilis. Nunc scd̃m formam serui subiungit, quia est *primogenitus omnis creaturæ*. Nam scd̃m formam Dei non est primogenitus, sed unigenitus. secundum formam uero serui, ipse est primogenitus ĩ multis fratrib'. In substantia diuinitatis est unigenitus, in susceptione humanitatis primogenitus in gratia. Primogenitus ergo dicitur omnis creaturæ, quia sicut primogenitus omnium fratrũ primatum dignitatis obtinet inter omnes fratres, sic humanitas Christi pri- 1.Reg.2.
matum dignitatis obtinet inter omnes creaturas, ut sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat.

*Quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constãt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est princi-* 1.Corin.15
*pium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omni-*

C *bus ipse primatum teneat. Quia & in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt.*

Non est mirum si humanitas filij Dei tm̃ præcellat omnibus, ut iuxta eam sit ipse primogenitus oĩs creaturę, qm̃ secūdum diuinitatis eius potentiam condita. i. facta *sunt in ipso uniuersa*, sicut & in psalmo canit̃ patri, Quàm magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. i. in filio tuo. Vniuersa quę sunt *in cælis & in terra, uisibilia*, sicut sol & luna, uel hominum corpora. *& inuisibilia*, sicut angeli & animæ, creata sunt in ipso. Et ostenduntur per partes, inuisibilia, quæ minus facta per eum uidebantur propter magnitudinem excellentiæ ipsorum, Vniuersa (inquã) sunt in ipso facta, *siue throni*. i. illi digniores spiritus in quibus Deus sedet. *siue dominationes*, id est, illi nobiliores spũs, qui cæteris dominãtur, *siue principatus*. i. illi q præsunt alijs, & quę agere debeant disponunt, *siue potestates*. i. illi spiritus, qui subiectis aliorũ ordinibus potenter p̃minent. Throni enim uocantur, quibus ad exercẽdum iudicium semper Deus præsidet. Nam quia thronos latino eloquio sedes dicimus, throni Dei dicti sunt ij, qui tãta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dñs sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Vnde & ei canitur: Sedes super thronũ qui iudicas iustitiam. Throni quippe dignitate loci superioris excedunt, ut sex alios angelorum ordines subter se relinquant. In quibus statim post thronos sunt dominationes. i. illi spiritus qui in superni regis curia sunt nobilissimi, & subiectis qbusq; dominantur, ac possident eos ut domini. Principatus etiam uocantur, qui ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus præsunt. Qui subiectis suis, dũ quæcunq; sunt agenda, disponunt D eos ad explenda diuina ministeria, principantur. Dominationes tñ potentiam principatuum alta dissimilitudine mirabiliter transcendunt. Nã principari, est inter reliquos priorẽ existere. Dominari uero est, etiã subiectos quosq; possidere. Potestates autem iuxta Dionysium, & ipsæ dignioris potentiæ q̃ principatus esse creduntur, ut subiectis ordinibus cęterorum potenter præsint, & ad diuinam cõtemplationem super se potenter extendantur. Vel iuxta beatũ Gregorium, potestates uocantur hi, qui hoc potentius cæteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni subiectę sint potestates aduersę, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tm̃ tẽtare p̃ualeant quantum uolunt. Et cuncta hæc inuisibilia cœlestium atq; pręcellentium spirituum agmina, in Christo sunt creata, ut per hæc ostendatur esse nõ minor patre. Nec solum angelici spiritus, sed oĩa prorsus quæcunq; sunt uel fuerunt, creata sunt à patre per ipsum, sicut & euangelista testatur, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. i. nulla creatura. Et in ipso facta sunt omnia, sicut & Psalmistam cecinisse præmisimus. Omnia in sapiẽtia fecisti. *Per ipsum*. i. per uirtutem eius omnipotentiæ, *& in ipso*. i. intra sinũ ĩmensæ magnitudinis sapiẽtiæ eius *creata sunt omnia*, & scd̃m formam serui *ipse est ante omnes*. i. omnibus prælatus: quia nullus est ei æqualis, etiam scd̃m quod ipse est homo. & scd̃m formam Dei *omnia in ipso constant*, quia sicut omnia creauit, sic omnia continet & regit. Omnia in ipso constant, quia scd̃m ĩmensitatem incircunscriptæ & incomprehensæ diuinitatis eius, omnia sunt intra ipsum: & ne in nihilũ redeant, per eum cõsistunt. & scd̃m formam serui *ipse est caput corporis sui*. s. *ecclesiæ*,

Psal. 103. Ioan. 1. Psal. 93. Psal. 9.

A quia unius naturę sunt caput et corpus. Ecclesiæ caput est homo ille, cuius susceptione uerbum caro factū est, & habitauit in nobis: mēbra uero cętera sunt omnes sancti, quibus perficitur & completur ecclesia. Sicut ergo aīa totum corpus nostrum animat & uiuificat, licet ī capite sentit & uidendo & audiendo & odorando & gustando & tangendo in cæteris aūt membris tangendo tantū: & ideo capiti cuncta subsunt ad operandum. Illud aūt supra collocatum est ad cōsulendum: quia ipsius animę quæ consulit corpori, quodā modo psonam sustinet caput. Ibi.n. omnis sensus apparet: sic uniuerso populo sanctoꝝ tanq̄ uni corpori, caput est mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, quod Dei sapientia non sic assumpsit ut cæteri, sed multo excellētius multoq́ sublimius, quomodo illum solum assumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret, sicut eam uisibiliter decebat ostendi, qui & ipsius sapientię personam gereret, per quam cæteri fiunt sapientes. Ipse igitur est caput, cæteri uero mēbra: qa in ipso sunt omnia bona, sicut in capite oīs sensus: in cæteris uero quædam partes bonoꝝ distributę sunt, iuxta mēsuram uniuscuiusq; membri. Et ipse uniuersa membra regit, omnia uero membra illi adhærent. *Qui* & secūdum formam Dei *est principium*, qa ipse est Dei sapientia, quę permanēs in se, sicut scriptum est, innouat omnia. Principium enim quodāmodo semper incipit & nunquam deficit, sicut filius æternam de patre natiuitatem habet. Vel sicut ipse dixit in Apocalypsi Ioannis, Principium est creaturæ Dei, quoniam omnis creatura ab illo habet esse. Vel omnium uirtutum omniumq́ bonorum est nobis principium: quia nemo quicquam boni habere ualet, nisi ab ipso acceperit, ideoq́ & caput iure uocatur. Et secundum formā serui est ipse *primogenitus ex mortuis*, quia primus resurrexit nō ultra moriturus. Ipsa enim resurrectio mortuoꝝ, est quædam generatio, sicut scriptum est, In regeneratione cum sederit filius hominis &c. Reliqui ergo mortui adhuc tenētur in matris utero, id est, in sinu terræ clausi iacent in monumentis, hic autem iam ex utero matris processit, id est, ueniens de tumulo surrexit quasi gigas, nō ultra moriturus, sed in æternū cum patre regnatur⁹, in cœlestib⁹. Ideoq́ primo genitus ex mortuis, uel primogenitus mortuoꝝ, id est, ad īmortalitatem genitus per resurrectionem. Et hoc idcirco *ut ipse sit in omnibus tenens primatum*, id est dominium, quia potest & alios suscitare. Sicut enī primus omnium resurrexit, unde & ipse primitiæ dormientium appellatur, sic in omnibus sanctis tam prioribus q̄ sequentibus tenet ipse primatum dignitatis & potentię ac sanctitatis. Vel in omnibus dignitatibus tenet ipse primatum: qa sicut primus surrexit, ita primus cœlos ascendit, & primus faciem Dei uidit, & in uniuersis dignitatibus omnes pręcellit. Et recte primatum habet, nō solum quia est primogenitus, sed etiam qa complacuit trinitati, qđ in ipso omnis plenitudo scientiæ & uirtutum nō modo esset, sed habitaret. *Quia & complacuit*, id est, patri simul cum uerbo & spiritu sancto placuit, *inhabitare*, id est, premanere *in ipso omnem plenitudinem*, id est, omni modo pfectā abundantiam diuinitatis et omnium gratiarum atq; uirtutū omniumq́ bonorū. Hoc complacuit Deo, ut tanta bonorū plenitudo maneret in illo homine, cui non ad mensurā dedit spiritum, sicut cęteris sanctis dare consueuit. Et placuit Deo *per eum reconciliare* sibi *omnia humana in ipso* possi- B

Ioan. 1. — 1. Timo. 2. — Sapien. 7. — Apoc. 3. — Roma. 9. — Matth. 16. — 1. Cor. 15. — Ioan. 3.

C ta, id est, Iudæos & gentes in fide illius constitutos, qui prius ab inuicē & à Deo discordabāt. Hoc Deus (ut dictum est) uoluit, ipse dico *pacificans* adinuicem non per legis sacrificia, sed *per sanguinem crucis eius*, id est, per sanguinem eius in cruce fusum, *siue ea quæ sunt in cœlis, siue quæ sunt in terris*, id est, angelos & homines. Qua enim hora sanguis redēptionis exiuit de latere domini in cruce pendentis, dimissum est peccatum Adę humano generi, & pacificata sunt cœlestia & terrestria, quia tunc patuit hominibus introitus in regnū cœlorū. Magna enim discordia separabat homines & angelos, quia nemo tam sanctus erat, ut in consortium angelorū susciperetur, sed omnes ad īfernum propter culpam primi hominis descendebant. Morte aūt Christi pax tanta inter homines & angelos effecta est, & nunc animæ iustorū cum de corporibus exeūt, mox penetrēt cœlos gaudentibus angelis. Vel pacificata sunt Deo per Christi sanguinem siue ea quæ sunt in cœlis, id est, animæ sanctorū, quæ iam sunt in regno cœlorum, & olim discordabāt à Deo uel per suam, uel protoparentis culpam: siue ea quæ sunt in terris, id est, electi q adhuc peregrinantur in exilio uitæ præsentis.

*Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles corám ipso: si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe euangelij: quod audistis, quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus p nobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationē Dei, quæ data est mihi in uobis, ut impleam uerbum Dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & à generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in uobis spes gloriæ. Quem nos annūciamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominē in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: in quo & laboro, certando secundum operationē eius, quam operatur in me in uirtute.* D

Dixerat generaliter omnia reconciliata & nunc dicit specialiter illos reconciliatos, nō per sua merita, nec per carnales obseruantias, sed per Christum, ut magis studeant subijci dominio tāti regis, & non sint ingrati tantis beneficijs. Placuit, inqt, Deo per Christum reconciliare sibi omnia, *& uos* etiam ô Colossenses reconciliare sibi per eundē uoluit, *cum aliquando*, id est, ante fidem *essetis alienati* ab eo, id est, nihil cum eo habentes, dū dijs alienis adhæreretis, & *inimici* eius non natura, sed *sensu*: qa per hoc quod ei contraria sentiebatis, putantes idola deos esse, & amantes quæ ipse odit, inimici eius eratis, permanentes *in operibus malis* Nam olim qui dē tales fuistis, sed *nunc*, id est, in hoc tempore gratiæ *reconciliauit* uos Deus *in corpore carnis eius*. i. in corpore Christi quod est caro. Corpus enim carnis dictum est, ad distinctionem cæterorum corporum quæ non sunt caro. In corpore carnis Christi *per mortem* eius reconciliauit uos sibi Deus *exhibere*, id est, ut exhiberet *uos sanctos* in uirtutibus, *& immaculatos* à peccatorū sordibus, *& irreprehensibiles*, ut nihil mali in uobis appareat *corám ipso* qui uidet omnia. Quod in hac uita fieri non pōt, sed in alia fiet, quando sancti iam nihil maculæ, nihilqꝫ reprehensionis habentes, corám suo creatore permanentes, uidebunt faciem eius in æternum. Tales uos exhibebit ipse corám se, id est, præsentabit & offeret ante conspectum gloriæ suæ atqꝫ præsentiam; *tamen* hac con-

A ditione, *si permansetis in fide.* Aliter enim non potestis ad hanc gloriam peruenire. Sed tunc peruenietis ad hanc, si nunc in fide quam didicistis, pmanseritis *fundati*, id est, alta radice firmati, & non titubantes: & stabiles, id est, ut neque cadatis nec cedatis, id est, ut neque fraudulentis locutionibus pseudoapostolorum seducamini, nec persecutionibus Gentilium à constantia fidei recedatis: & si per mãseritis *immobiles à spe euangelij*, id est, si perduraueritis in bonis operibus ita firmi, ut nihil uos mouere possit à spe retributionis æternæ, quã promittit euangelium: *quod audistis* à doctoribus uestris, ideoq illud tenere debetis, quia melius esset nõ cognouisse uiam iustitię, quàm post cognitionẽ retrorsum conuerti. *Quod* euangelium nõ ad uos solummodo peruenit, ne inde superbiatis, uel uos solos per ipsum delusos putetis, sed *prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est*, sicut dominus iusserat. Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Potest enim omnis creaturæ nomine omnis natio gentium designari, quæ est sub cœlo in uniuerso orbe. Non est enim ulla natio gentium, in qua prędicatum non sit euãgelium. Vel omnis creaturæ nomine signať homo, qui habet cõmune esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum animalibus, ĩtelligere cum angelis. Si igitur commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura homo. Sic nanq omnis creatura inuenitur in solo homine. Vniuersæ ergo creaturæ prædicatur euãgelium, cum soli homini prædicatur: quia uidelicet ille docetur, propter quem uniuersa in terra creata sunt, & à quo uniuersa per quandam similitudinem aliena sunt. Vel uniuersa creatura, est uniuersa ecclesia per nouã gratiam spiritaliter creata, secundum illud, B Cor mundum crea in me Deus. &, Ipsius sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis. Quæ scilicet creatura est sub cœlo, id est, adhuc peregrinatur in hac ualle lachrymarum, sed tandem subleuabitur in cœlum. Dicitur enim, quia euangelium prædicatũ est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Ac si dicatur: Hoc euangelium et hanc fidem atq spem euãgelicam tenere debetis, qa sic tenet uniuersus mundus fideliũ. Quod euangelium et Apostolus auctoritate sua cõmendat, subdẽdo: *Cuius* scilicet euangelij, *factus sum minister*, id est, ministrator & prædicator, *ego Paulus*, qui tãtæ famæ tantæq sum authoritatis. Et etiam potestis scire qa uerum est, atq firmiter illud debetis retinere et illi obedire. Fact⁹ sum eius minister, *qui nunc* pro eius annũciatione constrictus uinculis & Romæ retentus, *gaudeo in passionibus*, quia inde proficiunt credentes. Gaudeo (inquam) in passionibus *pro uobis* confirmandis in ueritate euangelij: *& adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea*, id est, ea quæ Christus in carne sua minus pertulit, ego in carne mea perfero pro multiplicando *corpore eius, quod est ecclesia*. Passiones. n. Christi non sunt in solo Christo, imo passiones Christi non sunt nisi in Christo. Si enim Christum intelligamus caput & corpus, passiones Christi non sunt nisi in Christo. Si aũt Christum intelligamus solum caput, passiones Christi non sunt in solo Christo. Nam Apostolus, adimpleo, inquit, ea quæ desunt passionum, non mearũ, sed Christi: in carne non iam Christi, sed mea. Patiť (inquit) Christus adhuc passiones, non in carne sua in qua ascendit in cœlum, sed in carne mea quæ adhuc laborat in terra. Quisquis ergo es in mẽbris Christi, quicquid pateris ab eis, qui non

Petri. 2. | Marc. 16. | Psal. 50. | Ephe. 2.

C sunt in membris Christi deerat passionibus Christi. Ideo additur, quia deerat, mensuram adimplens, nō superfundens. Tantum pateris, quantum ex passionibus tuis īferendum erat uniuersæ passioni Christi, qui passus est in capite nostro, et patitur in mēbris suis, id est, in nobis ipsis. Ad communem hanc quasi rempublicam nostram, quisq; pro modulo nostro exoluimus quod debemus, & passione uiriū nostrarū quasi canonem passionum nostrarum inferimus. Paritio plenaria nō erit passionum omnium, nisi cum seculum finitum fuerit. Adimpleo, inqt, ea quę desunt. Cui desunt? Passionib⁹ Christi. Et ubi desunt? In carne mea. Nam in carne Christi quam uirgo peperit, nihil passionum deest, sed omnes in illa passiones sunt impletæ: sed adhuc restat pars passionum eius in mea carne, quas quotidie tolero pro uniuersali corpore eius, quod est ecclesia. Si enim ab eruditione fideliū cessarem, has passiones ab infidelibus nō sustinerem. Sed quia semper ecclesiæ studeo prodesse, semper aduersa cogor tolerare. *Cuius ecclesiæ factus sum ego minister*, id est, officium accepi ut ei uerbum uitę ministrem: & hoc nō dispositione hominum, uel usurpatione mea siue merito meo, sed *secundum dispēsationem* Dei, id est, secundū quod mihi Dei gratia ordinauit. Vel factus sum minister ecclesiæ secundum dispensationem Dei, id est, ut ei dispēsem cibaria domini mei. *Quæ* dispensatio *data est mihi in uobis*, quia tantūdem ualet quod per meos discipulos cibum uitæ uobis dispensaui, quantum si per me id fecissem. Vel in uobis, q̄a in cūctis gentibus est mihi data, & uos estis gentes. Idcirco data est mihi, *ut impleam uerbum Dei*, id est, impleam quod Deus præordinauit de uobis, & qd' in secreto consilij sui locutus est ante secula de salute uestra, ne putetis salutē gentibus nō fuisse promissam. Nam in secreto sapientiæ suæ, uel in prophetis locut⁹ est bona de uobis. Et hoc uerbum implere studeo, dū uos ad promissam salutē festinare moneo. Vel impleo uerbum Dei, id est, uerbum prędicationis, quod Christus annūciare per seipsum cœpit: id adimpleo per ministerium meę prædicationis: quia in doctrina mea perficitur quicquid minus in scripturis sanctis dictum fuerat, id est, omnis perfectio iustitiæ & sapientię quam mortales adipisci ualent, cōpletur in mea prædicatione. Adimpleo uerbum, id est, mysterium: hoc est, secretum occultum redemptionis humanæ per incarnationē ac mortem filij Dei, per quam gentes illuminatę sunt, & credentibus Iudæis sociatæ & coæquatæ, cæteri uero Iudæi excæcati. *Quod* mysterium *fuit* hominibus *absconditum à seculis*, id est, ex quo secula esse cœperunt, hoc est, dies succedere nocti, noxq; diei. *& generationibus*, id est, ex quo generationi generatio successit usq; ad aduentum domini. Absconditum fuit omnibus tam lōgo mundi spatio, nisi paucis quibus per spiritum sanctum Deus hoc reuelauit: Nam etsi nonnulli philosophorum de diuinitate filij Dei multa recte dixerunt, nihil tamen de incarnatione & morte eius, ac nostra per eam redemptione cognouerunt. Abscondit enim Deus hoc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Olim q̄dē fuit abscōditū: sed *nunc* tp̄e grāæ *manifestatū est* non cunctis hominibus, *sed sanctis eius*: nec his oībus, sed *quibus uoluit Deus* ex sola grā *notas facere*. i. notificare *diuitias gloriæ sacramēti huius in gētibus*, in quo sūt multa, fides, remissio, iustificatio, cōiūctio Iudęorū & gētiliū, dona spūs scī, futura beatitudo, & ꝑpterea dixi diuitias. *Quod sacrm̄ est xp̄s in uobis gentibus*. i. Christi incarnatio D Luc.10. Matt.11.

A incarnatio, passio & resurrectio, per quas facta est humani generis reparatio, & Iudæorum atque Gentilium coæquatio, quod nequit facere carnalis obseruantia legis. Christus dico, existens in uobis *spes gloriæ*. i. per eum qui in cordibus uestris habitat, sperantis gloriã sempiternã sine carnalibus legis operibus. *Quem*. i. qualem nos eum cũctis *annunciamus*, quod. s. gentes, sperãt per eum, & consequẽtus gloriam sine lege. Hunc prædicamur, qui gentibus in se credentibus est spes gloriæ & salus æterna, nos *corripientes*. i. increpantes & castigantes, non solũmodo uos, sed etiã *omnẽ hominem* qui deuiat à tramite fidei uel rectæ agnitionis. Omnem hominẽ, id est, tam Iudæũ quàm Gentilem, tam nobilem quàm ignobilem, tam diuitẽ, quàm pauperem, tam liberũ quàm seruum, tam marem quàm fœminã, sumus corripientes: *& docentes omnem hominem* qui ignorat, docentes (inquã) eum *in omni sapientia*, quæ laudatur in scripturis sanctis, per quam Deus agnoscitur & colitur. Quod ideo facimus, *ut exhibeamus*. i. præparemus atque reddamus *omnem hominem perfectũ* fide & moribus *in Christo Iesu*, non in lege, nihil enim ad pfectum adduxit lex. Hoc loco declarantur tres gradus actionis, quos magnus Dionysius esse testatur non solũ in ecclesiastica, sed etiam in angelica hierarchia, id est, sacro principatu, scilicet purgatio & illuminatio & pfectio. Purgatio ĩ his qui corripiuntur, illuminatio in his qui docentur, & perfectio in his qui perfecti exhibẽtur. Homines. n. purgantur à peccatis & errore, & illuminãtur doctrina sapiẽtiæ, ac perficiũtur sublimiori uirtutũ & sapiẽtiæ assecutione. Angeli quoque purgãtur ab ignorãtia, & illuminanẽ diuina scia, & perficiunẽ maiori cognitione eiusdem sciẽtiæ. hos ergo gradus hierarchiæ. i. sacerdotalis actionis insinuãs apl's, dicit de se suisque socijs, quia Xp̄m annũciamus, corripiẽtes omnem hoiem, qui. s. correptione indiget pro quacũque culpa, & docẽtes in omni sapiẽtia diuinorũ omnem hoiem, qui iam correptus est, & ab errore uel peccatis purgatus. Non enim prius tradenda est homini doctrina sapientiæ, quàm uas cordis eius purgatum sit ad susceptionem illius. Ideo sic corripimus, ac deinde docemus, ut exhibeamus. i. faciamus omnem hoiem qui correptus & doctus fuerit, perfectum in Christo. i. in christiana religione. Vel in cœlesti patria exhibeamus. i. offeramus eum Deo tanquam sacrificium in Christo Iesu perfectum. i. bonis omnibus pfectè plenum. *In quo*. i. in qua re, scilicet ut corripiam & doceam, & exhibeam deo perfectum omnẽ hominem in Christo, & ego *laboro*, id est, laboriosis conatibus adnitor, *certando* contra rebelles, adiuuantibus signis quæ Deus ad cõfirmationem adiungit labori meo, *secundum operationem eius*. s. Xp̄i, *quam ipse operatur in me in uirtute* miraculorũ, uel in uirtute potentis per spiritum sanctum & efficacis sermonis, siue uirtute internæ fortitudinis, quæ per spiritũ sanctũ me corroborabat iterius ad cõstantiam prædicandi & bene agendi. B

Hebræ. 7.

CAPVT II.

*Volo enim uos scire qualem solicitudinem habeam pro uobis & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunque nõ uiderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei patris & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum gaudens & uidens ordinem uestrum, & firmamentum eius quæ in Christo est, fides uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum, in ipso ambulate, radicati et superædificati in ipso &* 1. Cori. 5.

C *confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.*

Ideo uobis refero me laborare ut omnē hoīem corripiam & doceam & perfectum exhibeam, quia *uolo uos scire*. i. uolo ut sciatis, *qualem solicitudinē habeam pro uobis*, q̄ curiosus sim de uestra salute, & pro his qui *sunt* Laodiceæ. i. apud illā ciuitatem uobis affinem, & pro cæteris *quicunq; non uiderunt faciem meam in carne*. i. non putetis me minus solicitū esse pro illis quibus in mea persona non prædicaui, q̄ pro his quos corporaliter p̄sens ore ꝓprio docui: uel pro illis quos oculis carnis uideo, q̄ pro his quos præsentia corporali foueo. Ad hoc sum pro illis solicitus, *ut consolentur*. i. consolationem habeant *corda ipsorum*, dum me paternam solicitudinem erga se habere cognouerint. Pro his (inquam) solicitus sum, qui non uiderunt faciem meam in carne, *instructi in charitate* i. q me corporaliter non uiderunt, & in charitate sunt instructi, uel ad hoc sum solicitus, ut ipsi in uobis consolentur corda ipsoꝝ. i. corda sua instructi in charitate, quā Deus ad nos habuit, qui pro nobis filium tradidit. Qui enim hoc attendit, potest se in hac miseria consolari, quia inde perpēdit ad patriam se posse reuerti. Qui hoc (inquam) attendit, potest se in aduersis quæ patitur, cōsolari: quia inde perpendit, q̄ iustū sit ut ipse pro peccatis suis flagella patiatur, cum Dei filius tanta sine peccato passus sit. Consolentur corda ipsoꝝ, & hoc *in omnes diuitias plenitudinis intellectus*, id est, tendentium in omnes copias pleni intellectus, ut perfecte de humanis & diuinis habeant intellectum, sicut & de anima et de supernis spiritibus: atq; ita gradatim proficiant *in agnitionem mysterij Dei*, id est, ut agnoscant illud quod est secretum & a paucis agnitum de essentia Dei *patris et domini Iesu Christi*, unde sciant quod una est D utriusq; substantia, quāuis alia patris, alia filij sit persona: & quod pater non est prior aut maior filio, nec filius posterior aut minor patre, sed ambo coæterni sunt & coæquales. Tendant ergo in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij patris & Christi eius, ut accipiant agnitionem sacramenti Dei in Christo, aduertentes has esse diuitias sapientiæ & scientiæ, si agnoscatur Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus cū patre. Omne enim mysterium sacramenti Dei in Christo est, ut qui eū cognoscit, omnium notitiam habere uideatur. Omnis enim ratio scientiæ supernæ uel terrenæ creaturę, in eo est qui est caput omnium & actor: ut qui hūc nouit, nihil ultra q̄rat, quia hic perfecta uirtus est & sapientia: & quicquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. Quod infideles nō putant, quia nō legunt in euangelijs & prophetis astrologiā, et huiusmodi alia, quæ Deo despecta sunt: qa nihil proficiunt ad salutem, sed nutriūt in errorem: & dum his student, curā animæ non habēt. Qui uero Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit: quia id nouit, quod utile est ad omnia. *In quo* scilicet Christo, *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.* Sapientia est diuinorum, scientia uero humanoꝝ, & hæc utraq;, id est, diuina & humana, in Christo sunt. Omnia enim quæ pro nobis uerbū caro factum, tp̄aliter & localiter fecit ac pertulit, scdm hanc distinctionem ad scientiam pertinent, non ad sapiētiam. Quod autem uerbū sine tp̄e & sine loco est patri coæternum & ubiq; totum, ad sapientiam pertinet. Ac per hoc uerbum caro factū, quod est Christus Iesus, et sapientię thesauros habet & scientiæ. Omnes itaq; thesauri sapientiæ diuinarum

A atque cœlestium rerum, et scientię humanarum atque terrestriū, sunt in Christo. Sed thesauros istos alij fidelium magis nouerunt in Christo, alij minus, infideles autem prorsus ignorauerunt eos. Sunt enim in Christo *absconditi*. Et ideo ne miremini si iam in Christo estis, & necdum eos inuenistis, uel parum adhuc inuenistis: quia nō omnibus patent, sed eis tantum qui petunt & pulsant. Sed hoc propterea dico uobis de mysterio Dei, quod in Christo est. i. de mysterio, redemptionis humanę, quam Deus in Christo posuit, & de diuitijs thesaurorum sapientiæ & scientiæ, quę in eo sunt absconditæ, *ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum*. i. nec hæreticus aliquis, nec pseudoapostolus, nec Gentilis uos à fide Christi separet per sublimem facundiam, quia non est uirtus in compositione uerborum, sed in sensibus. Nemo uos ratione mundanarū rerum abstrahat à spe, quæ est in conditore ac redemptore: nemo uos argumentis & eloquentia uerborum separet à Dei sapientia. hortor uos ad agnitionem mysterij Dei ne possitis decipi: quia licet corporaliter non sim inter uos, habeo tamē solicitudinem pro uobis. *Nam etsi corpore absens sum*, sed, id est, tamē spiritu, id est, solicitudine & effectu dilectionis *uobiscum sum*. Ac contra mercenarius, cum sit ouibus corpore præsens, spiritu tamen longe est ab eis, quando ueniente lupo fugit, non mutando locum, sed subtrahendo solatiū: quia se sub silentio abscondit, dum raptori contradicere non audet. Ego sum spiritū uobiscū. i. animo & so-
Sapien. 1. licitudine. Vel spiritu sancto qui in me habitat, & ubique præsens est, ac replet orbem terrarum, sum uobiscū. Nā & Eliseus licet corpore abesset, spiritu tñ erat præsens, qñ Giezi perci-
4. Reg. 5. piebat munera à Naaman Syro, uel
& 6. qñ rex Syrię cōtra regem Israel con

filia tractabat. Ita ego sum spiritu B
uobiscum intuens quicquid facitis, ut iam reuereamini peruerse agere ī oculis meis, et ad obseruantiam euangelij proniores fitis. Spiritu sum uobiscum, *gaudens* de profectu uestro *& uidens ordinem uestrum*, id est, considerans quia inuiolabiliter custoditis ordinem sacræ religionis, & uidens *firmamentum eius fidei uestræ, quæ in Christo*, id est, contemplans quia firmam fidem habeatis in Christo. Vtrūque enim aspicio, & ordinem uestræ sanctitatis, & firmitatem uestrę fidei. Cauete ergo nequid reprehēsibile in uobis appareat, cum ego uestram & conuersationem & fidem uideā. Et quia ego de ordine quem seruatis, et fide quā tenetis, gaudeo *ergo* nolite inde declinare, sed *sicut* à bonis doctoribus uestris *accepistis Iesum Christum dominum* & Deum. i. sicut ab eis quemadmodū oporteat eū credi & coli didicistis, ita *ambulate*. i. proficite & augmētum facite, atque in interiora tendite *in ipso*, non extra ipsum, & nolite exorbitare à uia rectitudinis quā tenere cœpistis. uos dico, *radicati* sicut bonæ arbores, quantum ad actiuam uitam fructum boni operis afferatis: *& superædificati* sicut domus Dei, quātum ad contemplationem, *in ipso* qui est uitis uera, unde palmites omnes sur- Ioan. 15.
gunt: & fundamentum, in quo totū existit ædificium. Nam Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis, & perseuerate *confirmati*, id est, per omnia firmati atque constantes, *in fide sicut & di-* 1. Cor. 3.
*dicistis*, docente Epaphra uel Archippo, non sicut pseudo uolunt uobis suadere. Vos dico, *abundantes in illo* bonis operibus atque uirtutibus *in gratiarum actione*, ut semper agatis Deo gratias de bonis quæ iam ab eo percepistis, & magis ac magis abundare studeatis. Sic. n. proderit uobis confirmatos esse in fide. Alioqñ fides si Iacob. 2.
nō hēat opa, mortua est ī semetipsa.

C *Videte nequis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominũ, secundũ elementa mundi, & nõ secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.*

Moneo ut ambuletis in Christo, & *uidete*, id est, cauta circunspectione cauete, *nequis uos decipiat*, seducẽs in aliquem errorem *per philosophiam* terrenã, quæ argumentis & subtilitate componitur: et fallit, dum uerisimilibus causis & cõmẽtitijs rebus nihil tam uerum æstimatur, q̃ quod conspicitur in elemẽtis. Quæ non à Deo, sed ab hominibus ordinata est: & ideo cauenda, quia cultrix est mũdi, non Dei: & à Christo retrahit, in quo est omnis perfectio, quia habet omnia q̃ pater. Videte ergo neq; uos seducat per philosophiam, id est, per mũdanam sapientiam, quæ naturalia sequitur & argumentis nititur, & per *inanem fallaciam* pseudoapostolorũ. Fallacia enim est, quod de lege dicunt: & inanis, quia in hac falsitate nulla est utilitas, quod solet esse aliquando in falsis. Quæ fallacia carnalium obseruantiarum est *secũdum traditionem hominum*. id est, pharisæorum, quibus

Matth. 15. ait dominus: Irritum fecistis mandatum Dei ꝓpter traditionem uestrã. *secundum elementa mundi*, id est, secũdum cursum solis & lunæ, ut celebratio festiuitatum & sacrificiorum, quæ diuersis temporibus agebatur: *et non secundum Christum*, quia quisquis legẽ adhuc carnaliter obseruandam putat, à Christi ueritate discordat. Nã ideo illæ carnales ceremonię nõ possunt iam obseruari, ne in his adhuc uẽturus promittatur Christus, aut nunquam in eis ꝓmissus fuisse credatur. Et propterea non secundum Christum est iam illa carnalis obseruatio. Vel cauete nequis uos decipiat per philosophiã, id est, per philosophicam interpretationem idolorum: & per inanem, id est, ab omD ni utilitate et omni ueritate uacuam fallaciam talium dictorum, quæ est secundum traditionem hominum, id est, quasi sapientium, q quasi prudentius idola exponunt secundum elementa mundi. Iuno (inquiunt) est aer. Et inuitãt ut mare colatur in Neptuno, terra ĩ simulachro Telluris, aer in Iunone. Elemẽta sunt ista, quibus hic mundus consistit. Nõ ergo quasi qualescunq; adoratores simulachrorũ, sed quasi doctiores interpretatores signorum cauendos esse uobis moneo, quia in huiusmodi interpretationibus est inanis fallacia, quæ seducere molitur incautos. Tradiderũt enim philosophi, qui hoc loco uocantur homines, quia se solos putabant ratione utentes, Deum nõ posse fieri creaturam, nec hominem posse nasci de uirgine, uel mortuum resurgere, considerantes elemẽta, id est, has uisibiles creaturas, in quib⁹ ex commistione animalia generantur: & quod moritur, non iterum uiuit. Sed talium dogmatum assertores cauendi sunt, quia sicut humanis rationib⁹ agerent de aliqua creatura, sic agunt de creatore, uolentes eum sub legibus humanis contineri, & non secundum Christum, id est, non considerantes potentiam, quæ facta est in Christi carne. *Quia in ipso inhabitat* non quædam pars cœlestis gratiæ, sicut in cæteris sanctis, sed *omnis plenitudo diuinitatis*, nõ umbratiliter, sicut in templo Salomonis, sed *corporaliter*, id est, solide ac ueraciter. Non enim ideo corporaliter qđ *al. corporeum.* corporalis sit Deus, sed aut uerbo translato usus est Apostolus, tanquam in templo manufacto nõ corporaliter, sed umbratiliter habitauerit, id est, præfigurantibus signis, Hebr. 10 nam omnes illas obseruationes umbras futurorum uocat, etiam ipso translato uocabulo, summus enim Act. 7.

A Deus, sicut scriptum est, non in manufactis templis habitat. aut certe corporaliter dictū est, quia in Christi corpore quod assumpsit ex virgine, tanq̃ in templo habitat Deus. Vnde iudęis ait de templo corporis sui, Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Quãuis igitur ĩ quolibet præcipuo membro uelut
Ioan.2. in aliquo magno propheta uel apostolo diuinitas inhabitet, non tñ sicut in capite quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis. Deus enim qui ubiq; præsens est, et ubiq; totus præsens, non ubiq; habitat, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propitius. Capitur autem habitans ab alijs amplius, & ab alijs minus. In Christo enim qui est caput omnium iustorum, habitat omnis plenitudo diuinitatis, cæteris uero sc̃dm mensurã distribuitur gratia. Nã & in uostro corpore inest sensus singulis membris, sed non tantus quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinque partitus. Ibi.n. uisus est & auditus & olfactus & gustus & tactus, in cæteris autẽ solus est tactus. Et etiã præter hoc, quòd tanq̃ in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quo interfit inter illud caput & cuiuslibet membri excellentiam: quia de nullo san
Ioan.1. ctorum potest dici, uerbum caro factum est, nec quisquam eorum qualibet præsentia gratiæ unigeniti nomen accepit. Itaq; in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. i. ueraciter. Neq;.n. diuinitatis corpus est. Sed quia sacramen
Hebræ.10 ta ueteris testamenti uocat Apostolus umbras (ut præmisimus) futurorum, propter umbrarum comparationem, corporaliter dixit habitarẽ in Christo plenitudinem diuinitatis, q; in illo impleantur omnia, quę illis umbris figurata sunt, et sit quo

B dãmodo umbrarum illarũ ipse corpus. i. figurarum & significationũ ipsarum ille sit ueritas. Qui uero dicit carnales obseruantias adhuc necessarias, dicit Christum nõ esse corpus umbrarum, nec Deum ad omnia sufficientem in Christo quidem manet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & uos *estis in illo repleti* gratia diuinitatis, per quã uirtutib⁹ & sanctis operibus abundetis. Nec mirum si in uos per eum trãsfundi tur diuina gratia, qui tantæ excellentiæ est, ut sit *caput omnis principatus & potestatis*. Neq;.n. est ullus principatus aut ulla potestas in cœlo siue in terra, qui ab hoc capite non descendat, & huic capiti subdatur, atq; ab hoc capite regatur.

*In quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Iesu Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illũ à mortuis, et uos, cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuiuificauit cum illo, donans nobis om* Ephe.2. *nia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in semetipso.*

Modo latenter ingreditur Apostolus ostendere, obseruãtias legis esse superfluas, & solam Christi fidem sufficere ad salutem. Vos, inq̃t, estis in Christo spiritualib⁹ bonis repleti, *in quo & circuncisi estis*. Resurrectio enim Christi, quæ facta est tertio q̃dẽ à die passionis, sed octauo in diebus hebdomadis, ipsa uos circuncidit. Resurrexit.n. Christus, abstulit uobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum cũ quo nati eratis, & multo peius quod male uiuendo addideratis. Circuncisi in Christo estis *circuncisione non manu* hominis carnaliter *facta in expoliatione corporis carnis*. i. in

C ablatione superfluæ cutis, *sed in circuncisione Iesu Christi*, quę non carnem amputat, sed uitia. Non.n. duas res intelligi uoluit, quasi & aliud sit caro, & aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerū nomen est, quarum nulla caro est (nā multa sunt, excepta carne, corpora cœlestia & corpora terrestria) corpus carnis, dixit corpus quod caro est, sicut alibi
Ephe. 4. spm̄ mētis, eum spiritum qui mena est. Circuncisi, inqt, estis circuncisione, quę nō est manu.i. ope humano facta i expoliatione carnis corpis.i. in amputatione supfluæ carnis: sed est facta diuinitus in circuncisione
Luc. 2. Iesu Christi.i. in resecatione carnalium uitiorum & cōcupiscentiarū. Circuncisio.n. Christi quæ octauo die facta est, significauit nos p fidē resurrectionis eius ab omni superfluitate uitiorum fuisse spoliandos, & in octaua ætate seculi per resurrectionem corporꝝ ab omni labe mortalitatis & corruptionis exuendos. Circuncisi estis spiritaliter circuncisione Christi, *consepulti ei in baptismo.* Hæc est.n. in uobis circūcisio Christi, uitijs.s. uos esse mortificatos, ut sepulturæ eius in baptismo participes facti, resurrectionis quoq; ipsi9 incorruptibilitate morum & nouæ conuersationis sitis participes. Trina.n. mersio baptismi, imago est triduanæ sepulturę domini, ut quisqs in aquam uelut in sepulchrum deponitur, mortuus sit omnino peccatis, ut possit resurgere uirtutibus. *In quo.s.* Christo, *& resurrexistis* à morte animę post sepulturam baptismi *per fidem.* qua credidistis eum resurrexisse, & uos per eum resurrecturos. Resurrexistis (inquam) per fidem *operationis Dei.i.* per hoc quod credidistis operationem quam Deus fecit i eo, *qui suscitauit illum à mortuis, & uos conuiuificauit* atq; conresuscitauit, *cum illo, cum essetis* spiritaliter *mortui in delictis*, quæ D cōmiseratis derelinquendo bonum, *& præputio carnis uestræ* i. carnali imunditia ad quam lapsi fueratis. Præputium.n. hic uocatur illud, quod prę putio significatur, hoc est, peccata carnis. Cum ita essetis mortui, conuiuificauit uos Deus cum Christo, id est, resuscitans Christum corporaliter, resuscitauit uos cum eo spiritaliter: donans.i. dimittens *uobis omnia delicta* tam originalia q̄ actualia, ip se *delens chirographum decreti, quod erat aduersum nos.* Non solum.n. uobis gentibus delicta donauit, sed & nobis Iudæis præuaricationes quæ sunt ex lege, dimisit. Et hoc est, delens chirographum &c. Chirographum.n. uocatur manualis scriptura, ad alicuius rei memoriam cōmendandā facta. Quod chirographum diuidunt homines, inter quos res, unde fit chirographum, cōstituitur, & inde partem suam unusquisq; reseruat. Chirographum uero à Deo deletū fuit memoria peccatorum ex legis transgressione uenientium, quæ non recedebat à mente Iudæorum & malignorum spirituū. Deleuit ergo chirographum decreti, id est, memoriā transgressionis, quæ erat ex decreto .i. ex lege. Conscientia.n. nostra & diabolus, ad accusandum erat memoria illius trāsgressionis: et ita hęc memoria erat aduersum nos, nocēs nobis, et nos crucians. Sed hoc reatu per baptismum deleto, nec cōscietia nostra tam timet, nec diabolus quod obijciat habet. Quod decretū erat nobis contrariū.i. rectitudo iustitiæ quę decreta fuerat in lege, erat contraria prauitati nostrarum præuaricationum: sed per auxiliū nouæ gratiæ concordauimus aduersario nostro.i. legi diuinę, obtemperantes pręceptis eius, sicut ait dn̄s: Esto cō sentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in uia.i. esto concors & obediens sermoni pręceptorum cœ-

A lestium, qui tuis prauitatib⁹ aduersatur, cito dum es cum illo in itinere præsentis uitæ. Vel chirographũ, id est, manu scriptum, erat perpetratio præuaricationis Adę. Quod erat aduersum nos. i. aduersabatur saluti nostrę, & intercludebat nobis ingressum cœlestis patriæ. Decretum uero quod erat contrarium nobis, ipsa fuit sententia damnationis nostræ, quę erat cunctis hominib⁹ aduersa. Sed deleuit Deus hoc chirographum. i. ueteris culpæ cautionem, qua nos diabolus debitores mortis tenebat: ideo chirographum ipsum erat decreti. i. decretæ damnationis nostrę, quia decretum erat, ut iuste teneremur sub hoste captiui, cui nos spõte subdideramus ad consensum iniquitatis. Vel decretũ Dei fuit, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. Huius decreti uiolati chirographum. i. memoriã deleuit Deus, qñ peccatum primi parentis per sanguinẽ Christi abluit, & quasi obliuioni tradidit, *& ipsum tulit de medio*. Erat. n. hoc peccatũ inter Deũ & nos, separãs nos à Deo: sed deus tulit ipsum de medio, ut possimus adhærere Deo. Ipsum tulit de medio, *affigens illud cruci*, ut sicut à ligno cœperat, ita in ligno finiretur. Cruci fixo. n. Inocente Christo, iteremptũ est peccatum Adæ. Vel si decretum intelligimus legem Moysi, ipsum Deus tulit de medio Iudæorum & gentilium, ne per legem amplius separarentur, sed in Christo fierent unus populus, affigẽs illud cruci, ut iam cesset, postq̃ omnia sacrificia ĩ oblatione ueri agni sunt impleta: sicut nos à lege & à legis præuaricatione liberauit, sic patres antiquos ab inferis eripuit, nequis putet eos per legem saluatos, & hoc est quod de filio subditur, cum de patre ageretur, qm̃ inseparabilia sunt opera patris & filij. *expolians principatus & potestates, traduxit confidenter*. Expoliauit. n. B principatus & potestates dæmonũ, auferendo illis animas iustorũ, quas in inferno propter culpam primi parentis detinebant: & traduxit. i. trãs infernum duxit ad regna cœlorum ipsas ab inferis ereptas sanctorum animas: et hoc confidenter, id est, cũ magna fiducia fecit, non timens dæmones, utpote qui nullum habebat peccatum. Nec istud quod dicitur, expoliãs principatus & potestates, repugnat sententiæ qua dictum est, qui est caput omnis potestatis: qa ibi est sermo de bonis prĩcipatibus ac potestatibus, hîc autem de cõtrarijs. Principatus. n. uocantur illi nequam spiritus, qui principantur in uitijs suis, quæ specialiter suggerere consueuerunt: sicut spiritus fornicationis, qui principantur libidinosis & spiritus superbiæ, qui dominanĩ superbis. Potestates uero dicunĩ illi spiritus, qui habent uim pręcipitandi in maiora peccata homines, quibus præualent per internas eorum cupiditates. Ibi ergo uincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. Et ideo si in nobis ipsis uincim⁹ temporalium rerum cupiditates necesse est, ut ĩ nobis ipsis uincamus & illum, qui ꝑ ipsas cupiditates regnat ĩ homine. Spoliauit itaq; Christus hos principatus & potestates eripiens illis homines quibus dominabantur, dum per donũ sancti spiritus extingueret seculi cupiditates in cordibus ipsorum hominum, & traduxit easdem cupiditates uel prĩcipatus. i. ab his qui ad fidem cõuersi sunt, expulit, sicut dixerat. Nunc princeps huius mundi eĳcietur foras: & hoc fecit confidenter, sciẽs se iustam habere causam: & palàm. i. coràm omni populo pẽdens in cruce, triumphauit. i. cum gloria uicit illos in semetipso. i. in passione proprĳ

Gene. 2.

Ioan. 12.

C corporis, qui postea triũphaturus erat & in martyribus suis.

*Nemo ergo nos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt umbra futurorum, corpus aũt Christi.*

Et si quidem circuncisi spiritualiter estis circuncisione Chri, per quã nõ egeris circuncisione carnali, ergo nullam aliam carnalem obseruãtiã debetis legi, cum istam quæ maior est, accipere non debeatis, præsertim quia Deus chirographum decreti, id est, legis, sicut supradictum est, tulit de medio utriusq; plebis, affigens illud cruci, ut iam quasi mortuum cesset: & per triumphum dominicæ passionis à potestate dæmonum liberati sumus, à qua eripi per legem nõ ualebamus. Cum hæc ita sint, & à seruitute legis per nouę gratiæ libertatem sitis erepti, igitur nemo, nullus pseudo *nos iudicet*. i. iudicabiles & reprehensibiles dicat *in cibo aut in potu*. i. in discretione ciborum et potuum, quod alij sint assumendi, & alij respuẽdi: quia quos cibos Iu-

Nota. dęi uitant in pecoribus, nos uitamus in moribus: et quos potus illi cauent in liquoribus, nos cauemus in uoluntatis affectionibus. Nemo eorũ qui magistros legis esse se iactant,

Tit. 1. uos iudicet in cibo uel in potu, quod alij ĩmundi sint, alij mundi: quoniam omnia munda sunt mundis, coinquinatis autem nihil est mundum. *aut in parte diei festi*, ut alios dies festos putent, & alios non festos: quia nobis qui in Christum credimus resurgentem, iugis & æterna festiuitas est. aut in parte neomeniæ. i. Calendarum & mensis noui, quando decrescens luna finitur, & noctis umbris tegitur: quia Christianorum lumen est æternum, & semper solis iustitiæ radijs illustratur aut in parte sabbatorũ, ut non faciant seruile opus & onera non portent: quia nos Christi sumus libertate donati, & onera peccarorum gestare desinimus. νέον

D Græce, nouum dicitur Latine, μήνη, Luna. Neomensa, noua Luna & nouæ Lunæ obseruatio, nouæ uitæ est sanctificatio. Sabbatũ uero perpetuũ obseruat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intẽtus, nec in ipsis bonis actibus suis quasi dę ꝓprijs & de his quæ non acceperit, gloriatur illum in se operari cognoscẽs, qui simul operatur & quietus est. Sabbatum. n. quod interpretatur requies, significauit requiem, quam animæ sanctorum habent à uitijs in præsenti uita, & quã habituræ sunt corporibus exutæ, donec resumant corpora. Quæ omnia *sunt umbra futurorum*, quia nihil sub ueteri testamẽto Hebr. 10. carnaliter obseruabatur, quod non præfiguraret aliquid spirituale futurum uel in hac ecclesia, uel in ea quę iam in cœlis regnare cœpit, *corpus autem*. i. solida ueritas huius umbræ, *est Christi*. i. pertinet ad Christum. Omnia illa sunt umbrę futurorum, in quibus Iudęi iuxta literam hęrẽt, & tenentur in terra: nos uero iuxta spiritum transeamus ad Christum, qui ad distinctionẽ umbrarum nũc corpus appellatur. Quõ. n. in corpore ueritas est, & in corporis umbra mendacium, sic in spiritali intelligẽtia mundus omnis cibus & potus, & tota festiuitas, & perpetuæ Calẽdæ, necnon ęterna requies expectanda est. Vniuersa hæc loquitur Apostolus contra eos, qui credentes ex Iudęis in dominum saluatorem, Iudaicas ceremonias obseruare cupiebant. Vnde & adhuc subdit:

*Nemo uos seducat, uolens in humilitate, & religione angelorum, quæ non uidit, ambulans, frustra inflatus sensu suæ carnis, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis? Ne tetigeritis* Matth. 24 Marc. 13. Luc. 21.

C *geritis, neque gustaueritis, neque cõtrectaueritis quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.*

Ipsi qui de circuncisione uenerant & se Christianos dicebant, iudaizandi consuetudinem non deserebant, aliosque in errorem suum trahere satagebant. Ideo credentibus dicitur de illis. *Nemo uos seducat* uel superet. i. nemo uos à ueritate in errorem trahat, nemo uos in certamine disputationis fraudulẽter uincat, ut brauiũ uobis supernæ remunerationis tollat, *uolens ea quæ non uidit*. i. uolens tenere uel suadere carnalia legis mandata, quæ nunquam intellexit *in humilitate* literæ *& angelorum religione* atque cultura, ut nõ seruiatis spiritali intelligentię, sed exemplaribus futurorum. Humilitas. n. hoc loco non est illa, quæ laudatur in scripturis: sed illa, quæ deprimit sensum mentis in terrenã atque carnalem intelligentiam. Vere enim humilis sensus & miseranda suspicio est, dominum credere hircorum atque taurorum sanguine delectari & nidore thymiamatis, quem sępe homines declinamus. Religio angelorum uocatur hoc loco cultura, quæ non Deo, sed malignis spiritibus exhibetur. Ex quo enim factũ est quod dñs ait, Relinquetur domus uestra deserta, omnis iudaicarũ obseruationum cultura destructa est: quascunque offerunt uictimas, non Deo offerunt, sed angelis refugis. i. spiritibus ĩmundis. Vel in humilitate & religione angelorum, qa hmõi sectatores plerunque solent in seipsis humilitatem & religionem angelorum ostẽdere, ut citius credatur eis quasi sanctissimis. Angelos. n. iuxta hũc sensum uel cœlestes spiritus, uel sanctos prædicatores intelligimus. Nemo ita religiosum se fingẽs, seducat uos, *ambulans frustra*. i. faciẽs in uacuum & sine utilitate quicqd facit, quia infideliter cuncta facit: *inflatus sensu carnis suæ*. i. carnaliter cũcta intelligens, & traditionum iudaicarum deliramenta perquirens, atque ex earum notitia tumens *& non tenens caput* omnium scripturarum atque scientiarum. i. Christum qui est Dei sapientia, & est caput ecclesiæ sanctorum: & quia non tenet Christum, qui est caput omnis sacrę intelligẽtiæ & caput omnium electorum, patet quia fatuus & reprobus est. *Ex quo capite totum corpus* ecclesiæ *per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei*. Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus & cõiunctiones corpus ligatur, quia dũ capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachijs manus, dum digiti manibus sunt coniuncti, ac membra cętera membris inhęrẽt, corpus omne perficitur. Sicut sancti apostoli, quia redemptori nostro ppinqui steterunt, ei quasi pectus capiti inhęserunt. Quos quia martyres sunt secuti, coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores & doctores subuniti sunt per bona opera, manus brachijs inhęserunt. Hoc uero omne corpus redemptoris nostri quotidie per nexus & coniunctiones subministratur & construitur in cœlo: quia dum ad eum illuc electę animæ ducuntur, ei sua membra colligantur. De quo recte dicit, subministratum & cõstructum crescit in augmentum Dei: quia Deus omnipotens redemptor noster, qui in se in quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Sed quisquis adhuc carnaliter legem obseruandam prædicat, non tenet caput huius corporis: quia fidem & gratiã eius impugnat, & corpus eius quod ita connexum est scindere quęrit: et ideo sub- D

Luc. 13.
Matt. 23.

C tiliter uobis cauendus est, ut inimicus Christi & ecclesię, licet Christianum se fingat. Non solum.n. uaniloquos & mentis seductores, fabulosa & uana garrientes.i.in eis uanitatibus uelut altam sciam promittentes contra regulam fidei, quã catholicam suscepistis, cauere debetis: sed etiam ipsos, qui de ipsa incõmutabilitate diuinæ naturę, uel incorporea creatura siue creatore ueraciter disputant: et quod dicunt, omnino documẽtis atq; rationibus certissimis probant, & tñ ab uno Dei & hominum mediatore conantur auertere, tanquã pestem insidiosiorem cęteris fugite. Quod autem sequitur, *si ergo mortui estis cũ Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis?* hunc sensum habere uidetur: Si baptizati estis in Christo, & cum eo in baptismate mortui ab elementis mundi, cur mecum non dicitis,

Gala.6. Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? nec auditis dñm dicentem ad patrem, De mundo non sunt, sicut &

Ioan.17. ego non sum de mundo: sed econtrario quasi uiuentes in mundo decernitis: *Ne tetigeritis* corp⁹ hominis mortui, nec uestimentum aut scabellum in quo sedit mulier menstruata: *neq; gustaueritis* carnem suillam, neq; leporem, neq; sepiarum, neq; murenæ, neque anguillæ, neq; uniuersorum piscium qui squamas pinnulas'ue nõ habent: *neq; contrectaueritis* aliquid horum. Hîc loquitur Apostolus eis, q iam seruare legem carnaliter ex parte cœperant. Hucusq;.n. monuerat stantes, ne seducerentur: & nunc aggreditur eos, qui iam aliqua de lege seruabant. Quasi dicat: Vos uidete ne seducamini. Sed uos alĳ dicite cur legem seruatis. Si mortui estis cum Christo &c. Si, inqt, cũ fidem Christi accepistis, estis mortui ab elementis.i.separati ab omni superstitione

D & abstinentia creaturarum mundi, quid adhuc decernitis alias esse uitandas, & alias esse assumendas? Elementa.n. uocat has uisibiles creaturas, quæ tota uniuersitate per se considerata, partes mundi sunt. Et isti erant (ut dictũ est) ab elementis mortui, id est, separati ab abstinẽtia creaturarum mundi, qbus in laico ritu abstinebant. Vel elementa dicit, quę ipsi colebant in idolis, sicut mare in Neptuno, & aerem in Iunone. Sed p fidem Christi ab his separati erant. Nam ubi inuenimus aliter & aliter, facta est ibi quędam mors. Mors.n. est, nõ esse qui fuit. Immortalis quidem est anima, quia semper uiuit: et est in illa semper qdem permanens, sed mutabilis uita: ideóq; scdm mutabilitatem eiusdem uitæ, potest & mortalis dici: quia si olim uiuebat sapienter & nunc desipit, mortua est in deterius. si uiuebat insipienter & sapit, mortua est in melius. Ita mortui in melius erant isti, quibus nunc dicitur: Si mortui estis ab elementis, quid adhuc tanq̃ uiuentes decernitis? Cum Christo per fidem associati, mortem istam laudabilem assecuti sunt, propterea mortui esse cum Christo dicuntur. Vel cũ Christo mortui, quia Christo patiente et moriente, & illi cõpassi sunt & cõmortui, non quidem eo tẽpore quo ille mortem sustinuit, sed quo ipsi fidem perceperunt. Et quia mundo semel cum Christo mortui erant, non iterum quasi uiuentes mũdo decernere carnaliter debebant, dicentes adinuicem uel ad sequaces suos: Ne tetigeritis mortuum siue reptile, ne inquinemini ab eo: neque gustaueritis carnem animalium quæ non ruminant, neq; manu contrectaueritis horũ quippiam. In his uerbis adhibenda est quædam pronunciatio in uultu & in modo uocis. Per irriso-

A nem q̃ppe uerba posuit eorum qui dicunt, ne tetigeritis, neq; gustaueritis, cum sint omnia munda mũdis.
Tit. 1. *quae omnia ipso usu*. i. si quis utatur eis Iudaico ritu, ut ab his abstineat, & illis utatur, credens se ita iustificari, *sunt in interitum*. i. ducunt in mortẽ animæ: quia sunt *secundum praecepta & doctrinas hominum*, non Dei. Postq̃. n. ueritas aduenit, iam non Deus ea pręcipit, sed pharisæi: & q̃m authoritate sua uel Dei male ĩtellecta præcipiũt hęc, & rationibus docent, ideo usus eorum & cultura interimit, q̃a sunt præcepta & doctrinę hominum, nõ Dei. Vnde per Esaiam dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor uero eius lõge est à me. Frustra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum. Nam & super illa quæ lex carnaliter præcipit, addiderunt pharisæi & scribæ multa, adeo ut propter inuentiones suas frequẽter uiolarent ipsa legis carnalia mãdata. Vnde dñs arguit eos, dicẽs: Irritum fecistis mandatum Dei, ut traditiones uestras statueretis. Et q̃bus iussum est, ut diebus sabbati sedeat unusquisq; in domo sua, & nõ egrediatur, nec ambulet de loco in quo habitat, si q̃n eos iuxta literam cœperimus arctare ut non ambulent, nec iaceãt, nec stent, sed tantũ sedeãt si uelint præcepta seruare, solent respondere & dicere: Barachias & Symeon & Ellel magistri nostri, tradiderunt nobis ut duo millia pedum ambulemus in sabbato. Et cæteras hmõi doctrinas hominum præferũt doctrinæ Dei. *quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in superstitione & humilitate*. pro superstitione in Græco legitũ falsa religio, & humilitas hîc intelligenda est, quę humilia sentiat atq; terrena. Videntur igitur obseruationes Iudaicæ apud imperitos & uilẽ plebeculam imaginem habere rationis humanæq; sapientiæ in falsa religione & humilitate. i. in infimo & B carnali atq; terreno sensu. Vel sunt quidem rationem habentia sapiẽtiæ in superstitione. i. nõ in ueritate, sed in falsitate, quæ est superabundans; & in qua nulla est utilitas: & in humilitate. i. deiectione animæ. Quod si ad nonnullos id referatur, qui in ecclesia de abstinẽtię uirtute gloriantur, notandum est quod Apostolus superstitioni humilitatis speciẽ iungit: quia dum plus q̃ necesse est per abstinentiam caro atteritur, humilitas foris ostenditur, sed de hac ipsa humilitate grauiter interius superbitur. Apud Iudæos tamen multo magis in ostentatione humilitatis regnat superstitio: quia unde se cæteris humiliores ostendunt, inde super omnes superbiunt. Et ea quæ obseruant, sunt *non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis*. Non parcunt Iudæi corporibus suis in assumptione ciborum, contẽnentes interdum quæ habẽt, & quærentes quæ non habent. Et quia hoc faciunt, necessitate debilitates interdum & morbos cõtrahunt. Nec honorant semetipsos, cum omnia mũda sint mũdis, nihilq; possit esse pollutum quod cum gratiarum actione pcipitur, & idcirco à dño sit creatum, ut saturitate & adimpletione carnis humanos artus uegetet atq; sustentet. Elementa quoq; mundi, à q̃bus fideles esse mortuos dicit, possumus & legem Moysi atq; omne uetus instrumentum accipere, q̃bus quasi elemẽtis & religionis exordijs Deũ discimus: quomodo elementa appellantur literę: per quas syllabas ac uerba coniungimus, & ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoq; musica habet elemenra sua, & geometrica ab elementis incipit linearum. Sic elementis ueteris testamẽti, ut ad euangelicam plenitudinem ueniat, sancti

Marginalia (left): Nota. — Esaiæ. 29. — Matt. 15. — Marc. 7. — Matt. 15
Marginalia (right): Nota. — Tit. 1. — 1. Timo. 4.

A uiri eruditur infantia. Vnde & illi Psalmi qui literis prænotantur, per ethicam nos ducũt ad theologiam: 2.Cor.3. & ab elemẽtis occidentis literę quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum uiuificantem.

CAPVT III.

*Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.*

Qñquidem si mortui estis cũ Xpo ab elementis mundi, non debetis ultra tanq̃ uiuentes in mundo, mundana carnaliter discernere, & alia ac alia quærere, aliaq; & alia respuere: *igitur si consurrexistis cum Christo*, debetis incessanter superna in qbus iam Christus est, quærere, ut ea cum ipso ualeatis possidere. Nam sicut cũ Christo mortui mundo, mundana debetis postponere, ita cõsequẽs est cum Christo resuscitati, superna debeatis appetere. Igitur si consurrexistis cum Christo, *quærite ea quæ sunt de sursum*.i. cœlestia bona, ubi iam corporaliter *Christus est in dextera* Dei patris sedens. Non utique surreximus sicut Christus, sed tñ scdm spem quæ nobis in illo est, iam nos cũ illo resurrexisse testatur apostolus. Roma.8. Spe.n.salui facti sumus. Spe resurrectionem nostri corporis in Christi corporis resurrectione tenem⁹, & resurrectionem spiritus iam in re habemus, ut amodo in nouitate uitę ambulem⁹. Extinctis enim uitijs nostris per mysterium ac uirtutem dominicæ mortis, à morte animę resureximus per gratiam dominicæ resurrectionis. Vel ideo recte nunc dicitur, Si con- Matt.7. surrexistis cum Christo, quærite bonis operibus et deuotis precibus ea quæ sunt super cœlum, ut mereamini ea inuenire: quia omnis qui quærit, inuenit: & debetis ea quęrere, qa Matth.25. Christus quem inuenire desideratis, est iam ibi in dextera Dei. Recte in dextera quia oues ponendæ sunt ad B dexteram, & congruum est ut imaculatus agnus locum imaculati gregis primus obtineat. Per dexteram enim significatur æterna beatitudo. Et ibi iam sedet Christus.i. quiescit post laborem passionis. Sedere uel regnantis est, uel iudicantis, & Christus in dextera paterni throni sedet, quia cum eo regnat in ęternum. Ob hoc (inquam) sedere dicitur, qa nũc omnia iudicat, & ad extremum iudex uidebitur. Quęrite ergo ꝑpetua bona, in qbus ipse iam ita secũdum humanitatem sedet. *& sapite ea quæ sunt sursum*.i. palato cordis dulcem saporem supernorum bonorum tangite, *nõ quæ sunt super terram*.i. terrenorum & tẽporalium. Si.n. terrena uobis dulcia non fuerint, tunc cœlestium dulcedinem gustare poteritis. Si terrenas cõcupiscentias non habueritis, tunc cœlestibus gaudijs inhiare ualebitis, uel sapite superna, non terrena, id est, habete sapientiam & prudentiam de cœlestibus & ęternis, nõ de temporalibus & caducis.

*Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria.*

Superna, non terrena sapere debetis, qa mente mortui estis huic mundo. Morimur.n. secundũ spiritũ, & resurgimus secundũ spm̃, ut postea mortui scdm carnem, resurgamus secundũ carnem. Qũo.n. ꝑcedit mors scdm spiritum resurrectionem, quæ est scdm spiritum: sic præcessura est mors scdm carnem resurrectionem, quę futura est scdm carnem. Nã non facere quod faciebamus, nec credere quod credebamus, mors & resurrectio q̃dam in nobis est. Siqui idolis seruiebat, unum deum cognouit mortuus est in idololatria, resurrexit in fide. Si q ebriosus erat, sobrius est, mortua est ebrietas, resurrexit sobrietas.

A sobrietas. Oia ergo facta mala quæ desinimus facere, quasi mors in nobis est: quia non esse quod eramus, mors quædam est. Mortui, inquit, estis, sed mortui specie, uiui radice, sicut arbores in hyeme: quoniam *uita uestra abscõdita est cum Christo in Deo* patre, nec apparet nunc hoĩbus. Mortui enim estis, quo modo uidentur arbores ꝑ hyemẽ quasi aridæ, quasi mortuę. Sed ne arescatis, intus est radix, intus est uita, intus est charitas: quia uita abscondita est cum Christo in Deo. Erit autem postea tẽpus uestrũ, erit æstas uestra, quando circũuestiemini dignitate folioꝝ, & replebimini ubertate fructuum. *Cum autem Christus apparuerit* ueniens ad iudicium, qui est *uita uestra, tunc et uos*, nõ aduersarij uestri, *apparebitis in gloria cum ipso*. Modo tempus est hyemis, æstas autem uestra erit aduentus Christi. Hyems uestra est Christi occultatio, æstas ura Christi reuelatio. Considerandũ est, quia sancti uiri ab importunitate desiderioꝝ temporaliũ, à tumultu inutilium curarum, à clamore perstrepentium perturbationum semetipsos sacri uerbi gladio mortificare nõ desinunt, atq; intus ante Dei faciẽ in sinu mentis abscõdunt. Vnde recte per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondito faciei tuę à conturbatione hominũ. *Psal. 30.* Quod quamuis perfecte postmodũ fiat, & nunc ex magna parte agitur, cum à temporalium desideriorum tumultibus delectationes in interiora rapiuntur, ut mens eorum dũ in amore Dei tota tenditur, nulla inutili perturbatione laceretur. Hinc est qđ nũc Apostolus per cõtemplatione ab exteriore uita mortuos & q̃si in sepulchro abscõditos discipulos uiderat, qb⁹ dicebat: Mortui estis, et uita uestra abscõdita est cum Christo in Deo. Mortui uidelicet carnalibus desiderijs & tpalium reꝝ cupiditatibus: & uita uestra abscondita B est cum Christo in Deo, quia intus apud Deum cum Christo uiuit affectus desiderioꝝ uestroꝝ, ut extinct⁹ mundo lateat, & à cunctis exterioꝝ rerum perturbationibus intra sinũ intimi amoris abscondat. Vere cum Christo abscõdita est, q̃a cum Christo manifestabitur. cum enim Christus apparuerit esse uita uestra. i. cũ omnes in iudicio uiderint Christũ esse uitam & saluationem uestram, tũc & uos apparebitis cum ipso in gloria. i. cũ magno honore atq; splẽdore apparebitis omnib⁹ ad dexteram eius, participes gloriæ eius. Nostandum quia & Ioãnes hanc sñiam alijs uerbis explicat, dicens: Charissimi: nunc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus autẽ q̃a cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eũ sicuti est. *1. Ioan. 3.* Nã quod Paulus ait, mortui estis, & uita uestra abscõdita est cũ Christo in Deo: hoc est quod Ioãnes asserit, quia nũc filij Dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus, et quod Paulus addidit, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria: hoc Ioannes subiecit, scimus q̃a cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Hoc igitur erit apparere cum Christo in gloria, in manifestatione eius uidere speciem diuinitatis eius sicuti est, & ex uisione eius accipere similitudinẽ eius, ut qualis est ipse, tales & ipsi pro modo suo fiant qui uiderint eum. Hæc perfectis dicta sunt. deinde cæteris qui necdum tantam perfectionem assecuti sunt, dicitur.

*Mortificate ergo membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem: cõcupiscentiam malam & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus: propter quæ uenit ira Dei super filios incredulitatis. In quibus & uos ambulastis aliquando, cũ uiueretis in illis. Nunc*

C *autem deponite & uos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonē de ore uestro. Nolite mentiri inuicem*

Propter unitatem corporis, qa et maiores & minores fideles mēbra sunt ecclesię, cū sermo Apostoli diri geretur latenter, quasi nō essent alÿ, sed ÿdem ipsi, cœpit minores alloq: & ex his quæ pmiserat, causam exhortatiōis eorū assumpsit. Quia, in quit, ea quæ sursum sunt sapere debetis, nō quę sup terram, quoniam in maioribus ecclesiæ mēbris mortui iam estis huic mundo & uitÿs, ergo quod in illis factum est, in uobis facite: mortificate scilicet in uobis ipsis *mēbra uestra quæ sunt super terrā*, id est, extinguite uitia uestra quę ad corpus peccati pertinent, & in terrena cōuersatione uigēt, uel super terram uestri corporis male dominantur. Corpus peccati, est cōformitas ueteris hominis: & huius corporis membra sunt oīa uitia & mala opera. Hęc itaq membra uestra quę nō ad naturā hoīs, sed ad corpus peccati ptinent, mortificate, scilicet nō membra naturæ uestræ quæ Deus creauit, sed membra corporis peccati, quę uos fecistis, extinguite, ne amplius in uobis uiuāt. Et exponā uobis illa mēbra, uidelicet *fornicationem* mortificate.i.cōcubitum cum meretricibus quæ prostāt in fornicibus, unde fornicatio nomen accipit: *& immunditiā*, q & mollities appellaē, atq ab uno sexu perpetraē: & libidinē, q fit cū fœminis quę nō sunt publicæ ut meretrices: *& concupiscentiam malam*, qua male cōcupiscit uel mulier uel aurum, uel aliud aliqd quod nō licet haberi. Cōcupiscentia uocatur Psal.83. hoc loco mala, ad differētiam bonæ cōcupiscentiæ, de qua dicitur: Con Sapien.6. cupiscit & deficit aīa mea ī atria domini. & Cōcupiscētia sapientiæ deducet ad regnū perpetuū. Non solū ergo opera prædictorū uitiorū debetis mortificare, sed & concupiscen D tiam taliū, ut nec in corde concupiscatis aliqd illicitum, sed cor ab omni desiderio malo seruetis mundū. *& auaritiam*.i. insatiabilē amorē habendi mortificate. Quę auaritia omni Christiano est detestanda, qa *est simulachrorum seruitus*. Gala.5. Ephe.5. Sicut.n. qui idolis seruit, cultū debitū creatori imaginatæ creaturę tribuit: sic & auarus cum Deum solū colere deberet, colit potius numos, in qbus præfiguratę sunt imagines imperatorū. hoc enim unusqsq Deum habet, qd prę omnibus diligit, in quo præ oībus spem atq fiduciam habet. Et quoniam auarus hoc agit specialiter de numis, id est, plus diligit numos q aliud, & plus cogitat de numis q de alia re, atq plus sperat & cōfidit in numis q in alia re, idcirco numi eius dÿ sunt. Iure ergo uocatur idololatra, qui Deum nō colit, sed idola, id est, imagines mortuorū regū numis impressas. Hæc prædicta uitia id est, fornicationem &c. mortificare debetis, ne propter hoc si in uobis reperta fuerint, pereatis: *pp̄ter quæ iam olim uenit ira Dei*, id est, animad- Ephe.5. uersio diuinę ultionis *super filios incredulitatis*, id est, sup homines quos īcredulitas in errorem genuerat: qa non Gene.7. credentes in Deum, uerterunt se ad & 19. hęc uitia excercēda: & propterea pe Nu.11.& rierunt aquis diluuÿ & igne Sodo- 14.16.21. morū, uel tēpore Moysi in deserto 25. uarÿs exterminationib. Cauete ergo, ne & uos similiter aut grauius pp̄ter eadem uitia pereatis: qa nunc quoq pp̄ter hæc uenit quotidie ira, id est, ultio Dei super filios incredulitatis, id est, super eos, qui cum sint ecclesię filÿ per susceptionē sacramētorū, nō tamen firmiter credūt æternam iniquorū damnationem, & idcirco audēt agere talia. *In quibus uitÿs & uos ambulastis*.i. opera opibus uelut passus passibus addidistis aliqn̄, id

A est, olim *cũ uiuerelis in illis* uitijs, id est cum uitam uestrã in talibus duceretis. Sed nũc postq̃ per baptismũ talibus mortui estis, *deponite & uos* sicut & maioris deposuerunt, omnia uitia deponite ea, id ẽ, deorsum ponite ut nõ sup uos sunt, sed subter uos: ut ut nõ premãt uos, sed premãtur à uobis. Deponite. s. iram, id est, pturbati animi cõmunitionẽ aduersus aliquẽ: *& indignationem*, id est, uehemẽtẽ animi cõmotionem cum quodam arrogãtiæ uitio in læsionem & in alicuius despectũ accensi: & malitiam, qua mens intrinsecus mordetur, & q̃rit foris lædere fratrẽ: & blasphemiã, id est, prolationem mendacij cõtra Deũ, contra sanctos eius, & de sanctis eius. Blasphemia enim est, per quã de Deo ipo dicunẽ falsa, uel de sanctis eius. Nec solũ blasphemiã caueatis, sed &, quemlibet, *turpem sermonem* nõ emiseritis *de ore uestro*, ne per hũc, & os uestrũ & aures audientium & mẽtes eorꝫ maculetis. *& nolite mẽtiri inuicem*, ut alter alterũ fallat, mendaciũ ei pro ueritate loquens: sed puram ueritatẽ, quam cor uestrum nouerit, ore proferte.

*Expoliantes uos ueterem hominem cũ actibus suis, & induentes nouum, eũ qui renouatur in agnitione Dei scd̃m imaginem eius qui creauit eũ. Vbi non est Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia et omnibus Christus.*

Prędicta uitia deponite, *explicantes uos* in eorꝫ depositiõe *ueterem hominem cum actibus suis*, id est, ueterẽ uitã quæ in peccato est, in quo scd̃m Adam uiuitur: *& induentes nouum* hominẽ, id est, nouam uitam quę ĩ iustitia ducitur, in qua scd̃m Christum uiuitur. Expoliate ergo uos hunc ueterem hominẽ, id est, iniustitiam: & induite nouum hominem, id est, iustitiã: eum scilicet, *qui renouatur in agnitione Dei scd̃m imaginem eius qui creauit eum*. Totus. n. homo. s. & interiore B & exteriore sui parte inueteratus propter peccatum & pœnæ mortalitatis addictus est: sed nũc renouatur scd̃m interiorem sui partem, ubi reformatur secundum sui cõditoris imaginem: in resurrectione uero renouatur & secundum exteriorem sui partẽ. Sicut enim post lapsum peccati homo in agnitiõe Dei renouatur scd̃m imaginem eius qui creauit eũ, ita in ipsa agnitione creatus est, anteq̃ delicto uetera sceret unde rursus in agnitiõe eadẽ renouatur. Nam inter notionem & agnitionem aliqd interesse dicitur, eo q̃ notio sit earũ rerũ quas ante nescim⁹, & ipsas scire postea cœpimus: agnitio autem earũ, quas ante sciẽtes, deinceps scire desinimus, earũq; postea recordamur. Homo igitur in agnitione Dei creatus est, qa in principio creationis suæ, creatorem suũ ex ratione cognouit: sed postea per peccatum cęcatus, agnitionem creatoris amisit. Nũc uero per illuminationem euãgelij et per infusionẽ gratię spiritus sancti eundem creatorem suũ recognoscit, & mox iterius renouatur, qui uetustatem contraxerat, dũ creatorẽ ignoraret. Fit ergo renouatio reformato q̃ mentis scd̃m imaginẽ Dei. Ideo aũt dicis, scd̃m imaginem Dei, ut in ea re ĩtelligatur fieri, ubi est imago Dei, id est, in mente: sicut dicimus scd̃m corp⁹ mortuũ esse, non scd̃m spũ, eum q de corpore fidelis & iustus ab scedit. Quid. n. dicm⁹ scd̃m corpus mortuũ, nisi corpore uel in corpore, nõ aĩa uel in aĩa mortuũ? Aut si dicam⁹, scd̃m corpus est pulcher aut scd̃m corpus fortis, non secundũ aĩum, quid est aliud q̃ corpore, nõ animo, pulcher aut fortis? Et innumerabiliter ita loqmur. Nõ itaq; sic intelligamus scd̃m imaginem eius qui creauit eũ, quasi alia

C sit imago secundum quam renouatur, non ipsa quæ renouatur. Ipsa enim imago Dei renouatur in homine, quæ fuerat inueterata delicto. Nouũ (ut dixi) hoĩem induite. i. cõuersationem. ubi, id est, in quo homine nouo *non Gentilis est* neque Iudæus. i. nihil operatur, nihil prodest uel obest quòd ille qui hunc hominem induit, secundũ carnis originem Gentilis sit aut Iudæus: nec est ibi *circuncisio & præputium*, id est, nihil ibi utilitatis operatur circuncisio, de qua Iudæi præcipue gloriabantur: nec aliquid nocet ibi præputium. Neque barbarus est ibi, id ẽ, non nocet cuiquam sua barbaries, quia fit ciuis sanctorum & domesticus Dei. Vel barbarus. i. aliquis tam longe remotus & tantæ feritatis, ut uix posset à Romanis uinci, non impeditur sua barbarie in hoc nouo homine ne admittatur. *& Scytha* non est ibi. i. populus qui est in sinistro margine mundi, ferocior alijs barbaris, & tam pugnax, ut uix unquã à Romanis superari posset, nõ iuuat sua feritate in nouo homine, sed potius oportet omnem feritatẽ deponere, ut discat à Christo mitis esse & humilis corde. Et neque seruus est ibi abiectior, neque liber acceptior: quia neque seruitus neque libertas corporalis nocet uel adiuuat ibi quicquam. Itaque nec natio, nec ritus carnalis, nec conditio, nec sexus ullam differentiam facit, aut ualet siue operatur ibi aliquid: *sed omnia* est in homine hoc nouo Christus, id est, nihil in eo est nisi christiana pietas & christiana religio. Christus est ibi sanctitas & iustitia & charitas & omnia bona. *& in omnibus Christus* est, qui hoc homine nouo sunt induti: quia quicquid boni habent, à Christo habent: & quicquid boni faciunt, per Christũ faciunt.

Ephe. 1

Matt. 11

*Induite uos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem & donantes uobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut & dominus donauit uobis, ita & uos.* D

Illatio est quasi à toto. Quãdoquidem induere debetis nouum hominem, ergo induere debetis hic uirtutum ornamenta, quæ sunt quasi mẽbra uel partes eiusdem noui hominis, id est, nouæ conuersationis, *sicut electi Dei*, id est, Dei sapientia præcogniti, & à massa perdendorum separati, atque ad uitam æternam præordinati, & sancti, id est, baptismi sanctificatione à peccatis mundati, & sic iã à Deo dilecti, postquam purgati estis à peccatis quæ Deus odit. Et propterea ut amplius diligi ab eo mereamini, induite uos uirtutes quas ipse diligit. Induite uos *uiscera misericordiæ*, id est, internum affectum misericordiæ circundate uobis in opere, ut internus affectus piæ cõuersationis, quã erga proximos in corde habueritis, undique appareat in operib⁹ uestris, undique uos adornet. Vestis quippe qua ĩduimur, ab omni parte nos tegit. Itaque et uos ab omni parte circũtegi debetis uiscerib⁹ misericordiæ, ut in cũctis actibus urĩs fulgeat uiscera misericordiæ, quã mens urã cõcepit erga reuelationẽ miseriæ proximorũ. & sic foris in opibus induite benignitatẽ. i. bonũ ignem piæ dulcedinis, qui feruet in corde urõ. Benignitas. n. est quædam serenitas animi, qua aliquis hilariter loquitur & sua tribuit pro Deo, ac conuersatur cũ proximo humilitatem quoque induite, ut humilitas mẽtis appareat in omnibus uerbis & operibus uestris, in uestibus, in ĩcessu atque omni motu corporis. Ideoque & modestiam quasi uestem uobis circondate. ut in omnibus dictis & actibus uestris modũ teneatis. Modestia. n. quasi modi statio dicitur, quia per hanc uirtutem modus cõpetẽs seruatur in oĩbus modificans

A dificās uniuersas actiones. & ut modum non excedatis, induite patientiam, qua undiq; muniti, trāquillo animo toleretis omnia mala quę uobis ingerentur à proximis. Impossibile est enim, ut q cum aliīs hoībus conuersatur, non frequenter ab illis quædam sustineat, quę in multis ad excessum cōpellant, si uirtute patientiæ quasi uestimēto circundatus nō fuerit. Si uero undiq; aduersus oīa quæ acciderunt sibi patientiā tenuerit, semper modestiam seruare poterit. Et ideo patientiam induite, *supportantes uos inuicem*, ut alter alterurrū sustineat ī his quæ sunt grauia & aspera. Supportate inuicem. i. portate īuicem aliīs alios, ut illos q portauerūt se iudicent superiores: & se īferiores illis, quibus sunt superiores. Nō. n. patienter alium portat, q se superiorē illo reputat. Et estote *donantes uobismetipsis*, id est, cōdonantes atq; dimittentes aliī aliīs, si forte *quis aduersus aliquem habet querelam* de contumelia uel iniuria sibi ab eo illata. Donate inuicem, quicquid lęsionis uel offensionis pertulistis, unde merito conqueri poteratis. Et hoc facite non ficte, nec ex parte, sed *sicut dominus donauit uobis*, ita & uos facite, id est, sicut dominus in baptismo quicquid iniuriarū ei feceratis, condonauit uobis sine ullo respectu alicuius uindictæ ulterius sumendæ, ita & uos bono animo condonate uobis semper ad inuicem omnia sine respectu alicuius ultionīs. Debetis. n. conseruis non negare, quod à bono domino gaudetis uos percepisse. Alioquin iuxta parabolam euangelicā, repetet à uobis omne debitum quod dimiserat, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Matth. 18.

*Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in unum corpus, & grati estote.* Verbum *Christi* *habitet in uobis abundanter. In omni sapientia* B *docentes & commonentes uosmetipsos in psalmis & hymnis & cāticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus uestris domino. Omne quodcunq; facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum.*

Prædicta uirtutum ornamēta induite, sed *super omnia hæc charitatem*, quasi nobilius ornamētum, habete, quæ contineat & superornet omnia reliquarum uirtutū insignia. Superexcellit enim & superfulget omnibus aliīs uirtutib9, atq; magis placet immortalis sponsi cōspectibus, quod, id est, quæ res, uidelicet charitas, *est uinculum perfectionis*: quia per hanc ligatur omnis uirtutum pfectio, ne dissoluta defluat & dilabatur ac dispereat. Perfectionis uinculum est charitas, quia omne bonum quod agimus, p hanc, ne pereat ligatur. A tentatore nāq; citius quodlibet opus euellitur, si solutum à uinculo charitatis inuenitur. Si uero mens charitate ducitur & proximi dilectione cōstringitur, cum tentationum motus quilibet ei iniusta suggesserint, obicē se illis ipsa dilectio opponit, et nascentia in corde uitia reprimit. Charitas bona nostra uinciat in perfectione, *& pax Christi*, id est, quā Christus habet & dat, *exultet in cordibus uestris*. Pax Christi est, qua reconciliati sum9 Deo & sanctis angelis eius, & qua diligimus Deum atque peccatum execramur, & qua nos turbare cauemus, & qua nobis inuicē credimus quod nos inuicem diligamus: & qua inuicem corda iungimus, ut concordes simus atque cor unum in bona uolūtate habeamus: & qua spiritui nostro carnem subiugamus. & hæc pax non sit torpens in cordibus uestris, sed exultet ibi præ gaudio atque tripudiet, ut sitis scilicet semper memores huius pacis, & eā assecutos esse uos gaudea-

1. Cor. 13.

Ioan. 14. 16. & 20.

C tis. *in qua* pace etiam *uocati estis* euangelica prædicatione *in unum corpus*, id est, in hoc ut sitis unũ corpus ecclesiæ, seruantes pacem omnes inuicẽ, sicut diuersa nostri corporis mẽbra pacem & concordiam inuicem seruant, & in hac pacis exultatione nõ sitis ingrati Deo, qui uobis eam dedit, sed *estote et grati*, ut pro tantis beneficijs semper ei gratias corde, uerbis & operibus agatis: & ut hãc pacem intelligere ualeatis atq; seruare eam, & grati in ea semper Deo existere, *uerbum Christi*.i. doctrina Christianæ religionis, *habitet in uobis*, id est, maneat in corde & ore uestro non parce, sed abundanter, id est, affluenter et plenarie, ut & sciatis & loquamini uerbũ sacræ ędificationis. Dixi ut grati sitis, & uerbũ Xp̃i habitãs ĩ uobis habeatis, docẽtes uosipsos inuicem, uel unusq́sq; seipsum, *in omni sapientia* diuinorũ. Hæc est abundãtia uerbi Christi, quę debet in cordibus uestris habitare, uidelicet omnis sapientia, ut sensum perfectum habeatis in cognitione diuinę trinitatis & unitatis, & q̃cquid ad cultum eius p̃tinet noueritis, atq; pijs desiderijs gaudia regni eius prægustetis, et bonis operibus incessanter quæratis. In huiusmodi rebus est omnis sapiẽtia, quam Christianus habere debet in hac uita. Sitis ergo in omni sapiẽtia docẽtes (ut dixi) uosmetipsos inuicem.i. unusquisq; seipsum ea quæ necdum sciebatis. *& commonentes uosmet ipsos* in his quæ iam scitis, ut ea firmiter retineatis & opere compleatis. Docete (inquam) et commonete uosmetipsos, ut & instruamini, & ad bene agẽdum excitemini, *in psalmis*, qui ad bonam operationem cõmonent: *& hymnis*, qui de laudibus Dei canũtur: *& cãticis*, nõ carnalibus, sed spiritalibus, quæ de æterno gaudio resonãt, & ideo spiritalia sunt. Nã carnalia cantica frequẽter à carnalibus hominibus canuntur, & ad carnis D uoluptates p̃tinent. Sed his contraria sunt spiritalia cantica, quæ in solo conditore nos delectari admonẽt & gaudere. In talibus uosipsos docete et cõmonete. uos dico, *in gratia*.i. in gratiarum actione *cantantes in cordibus uestris domino*. Neq;.n. omnis qui labijs p̃sonat, domino cantat: sed qui deuoto corde eum laudans amat, et ad eius uisionem suspirat. Intus.n. est hoc gaudium, ubi uox laudis canitur et auditur: qua uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatorẽq; suum accendit in se gratia sancti spiritus sui. Ille.n. in gratia cantat domino, qui gratia sancti spiritus accensus, gratis amat eum quem laudat. Ita cantate. Et omne etiam *quodcunq; facitis in uerbo aut in opere*, id est, quę cunq; loquimini, & quæcunq; operamini, omnia facite in nomine domini, id est, nomen eius inuocate in exordio locutionis & actionis uestrę, atq; sequẽtia uerba & opera ad gloriam eius semper dirigite. Tunc enim & peccata locutionis & operationis uitabitis, & bona erũt quæ dicetis uel facietis. *Omnia in nomine domini* facite, in omnibus nomen domini inuocantes & glorificãtes. In nomine domini *nostri Iesu Christi* facite omnia, per quẽ habetis omnia quæ uobis à patre dantur, uos dico, *per ipsum* per quem omnia bona accipitis, *agentes gratias* de omnibus Deo q̃ uos creauit, *& patri* qui uos in filios adoptauit. Vel Deo, qui secundum humanitatem eius Christum creauit: et patri, qui Christum secundum diuinitatem ipsius genuit.

*Mulieres, subditæ estote uiris sicut oportet in domino. Viri, diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia. hoc enim placitum est in domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ut non pusillo fiant animo.* Ephe.6.

A Hucusq; generaliter illos instruxit & monuit. Nūc uero specialiter ad familiarem & domesticam conuersationē uertit exhortationē suā, & mulieres uiris, atq; filios parentibus subijcit. Est.n. etiam naturalis ordo in hominibus, ut seruiant fœminæ uiris, & filij parentibus: quia & illis iustitia hæc est, ut infirmior ratio seruiat fortiori. Hęc.n.in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, ut qui excellunt ratione, excellant & dominatione. Vnde nunc apostolus cōgrua dat pcepta. Vos, inquit, ô *mulieres, estote uiris uestris subditæ* ad omnia non tamen ad male agendum, sed *sicut oportet uos in domino* subdi, id est, sicut uos in christiana religione uiuētes decet ad oīa illis subijci, preterq; ad transgressionem mandatorum Dei. Et uos ô *uiri diligite uxores uestras.* Vxor; timere est et cum timore diligere, uiror; autem tantum diligere, quia dilectio perfector; est. Viri, diligite uxores uestras, *et nolite amari esse ad illas.* Licet illæ ad iracundiam prouocent, & talia faciant per quæ mereantur amaritudinē, uos tamen nolite eis amaritudine uicem reddere. Vos quoq; *filij, obedite parentibus uestris per omnia,* siue carnalibus, siue spiritalibus. Obedite illis per omnia, sed tamen *in domino,* id est, in his tantūmodo quę preceptum domini nō excedunt. *hoc enim placitum est* Deo, ut illis taliter obediatis. Et uos ô *patres, nolite filios uestros,* siue carnales, siue spiritales, *prouocare ad indignationem,* nimis aspere illos tractando, *ut non fiant pusillo animo,* id est, ut nō deficiat animus eor;, non ualens sustinere nimietatē asperitatis uestræ, & fugiāt à uobis, uel aliqd mali faciant per defectum animi. Et ideo cauete illis occasionē dare inobedientiæ, ne scilicet peccēt per iracundiā, & frangatur mens eorum in aduersis atq; deficiat.

*Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus* B *placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominū. Quodcunq; facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, scientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gessit. & non est per* Leui.19. *sonarum acceptio apud Deum.* Roma.2. Ephes.6.

Vos, inquit, ô *serui, obedite dominis carnalibus,* id est, qui uobis secundū corpus, non scdm spm̄ dominant̄. Obedite illis in bono *per omnia nō ad oculū seruiētes, quasi hominibus placentes,* id est, non tunc solūmodo bene agentes, quando uidemini ab illis: et quando non uidemini, negligenter agentes. Non ita subdole agatis cupientes fraudulenter placere illis per ea, quæ corā ipsis positi strenue agere uidebimini, *sed in simplicitate cordis,* non in duplicitate seruite illis, ut quod foris in opere ostenderitis, intus in corde habeatis, *timentes dominum,* qui inspector est cordium, & damnator dolosarum simulationum. Et *quodcunq; facitis, operamini* illud *ex animo,* id est, ex uoluntate. Eam quippe Deus innocentium probat, qua homo nō metu fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam qui timore non peccat, quāuis ei nō noceat cui uult nocere, sibi tn̄ plurimum nocet: & abstinens ab iniquo opere, sola mentis reus est uoluntate. Simulata enim innocentia nō est q innocentia, & simulata ęqtas non est æquitas, sed duplicat̄ peccatū in quo est iniqtas & simulatio. Propterea quicquid boni facitis, facite ex animo, nō ex simulatione, *sicut domino* Deo facientes illud, *non hominibus: scientes quòd* ex hoc à domino, qui remunerator est omnium bonor; operum, *accipietis retributionem* æternæ hæreditatis cum filijs. Et ideo *seruite domino* nostro Christo in omnibus quæ facietis. Si enim propter preceptum bono animo seruieritis carnalibus dominis, Christo potius quàm illis

C seruietis, & ab eo retributionẽ perci pietis, licet ab illis nihil bonæ remunerationis consequamini. Vel quãuis hominum seruitio sitis occupati, domino tamen Christo seruite, ut propter eorum seruitium non omittatis Christo seruire. Nec frangatur mens uestra, si uos male tractauerint: quia *qui iniuriam facit*, licet sit in hoc mundo potens & nobilis, recipiet à mundi iudice Deo *id quod inique gessit*. Ideo melior est tristitia patientis iniqua, quàm lætitia facientis iniqua, quia & de malitia mali sæpe flagellatur bonus. Qui iniuriam facit, recipiet quod gessit, ut ipse iuste crucietur, qui iniuste cruciauit alium. Et hoc ideo, quia *non est apud Deum acceptio personarum*, ut nobilibus parcat, si inique egerint: cum ignobiles puniat, qui male egerũt. Omnes enim æquo iudicio, siue dominos, siue seruos, siue diuites, siue pauperes, iudicat, & unicuique reddit secũdum quod egit.

Deu. 1. 10. & 16.
2. Par. 19.
Iob. 32. & 34.

CAPVT IIII.

*Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & uos dominum habetis in cælo.*

Ideo uos *domini præstate*, id est, largimini seruis uestris illud *quod iustũ est*, id est, quod suo seruitio promeruerũt: & quod est æquum, id est, quod ius naturæ uel rationis exigit, eorũ scilicet necessaria dari ipsis, etiã ultra quod seruitium eorum promeruit. Multi enim sunt serui, qui uel īfirmitatis, uel alicuius rei causa nõ promerẽtur suo labore ea quæ sunt illis necessaria: & tamen debent domini illis ea quibus indigent, retribuere. Hæc ita debetis præbere seruis uestris, *scientes quoniam & uos habetis dominum in cælo*, cuius serui estis, & à quo bona accipere etiam ultra meritum uestrũ indigetis. Contra quem etiã de munere eius superbitis, si illos, quos per cõditionẽ tenetis subditos, æquales uobis per naturæ consortium non agnoscitis. Nam iusti D etiam q̃ imperant, seruiũt illis qui sius uidentur imperare: qa non dominandi cupiditate imperãt, sed officio cõsulendi: nec principãdi superbia, sed prouidendi beneficentia. Et si sancti patres nostri habuerunt seruos, sic administrabãt domesticam pacem, ut secundum hæc tpalia bona filiorũ sortem à seruorũ conditione distinguerẽt: ad Deum autem colendum, in quo æterna bona speranda sunt, omnibus domus suæ membris pari dilectione consulerent.

*Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendũ mysterium Christi, propter quod & uinctus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.*

Redit ad generalẽ exhortationẽ. Hoc. n. omnibus conuenit ut instẽt orationi. Et bene ĩ ea uigilare iubet, ut cũ stamus ad orationẽ, cogitatio oĩs carnalis & secularis abscedat, nec tunc quicq̃ animus cogitet præter id solũ quod precatur, Subripit. n. frequenter hostis, & subtiliter fallens, preces nostras à Deo uocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud pferamus in uoce, cũ intẽtione syncera Deum debeat nõ sonus uocis, sed animi sensus orare. *Instate orationi*, ut obnixe & indeficienter oretis, uigilantes uiuaci studio mẽtis *in ea*. Et hoc ut oratio sit *in gratiarum actione*, ut rogantes à Deo beneficia grãs illi referatis pro his quæ iam uobis cõtulit. Ita orate pro uobis, *orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiũ sermonis*. i. aperiat nobis os, quo sermo pdicationis egrediaĩ à nobis *ad loquẽdum*. i. ad differendum & exponendũ *mysterium Xpi*. i. occultũ secretũ incarnationis & passionis xpi, et occultas eorũ causas pãdamus audiẽtibus, et ĩ his restaurationẽ salutis humanæ cõsiste redoceam⁹ *pper q̃d* mysteriũ, qa illud

A prædicabam, *& uinctus sum*.i. detineor in uinculis Romę, ne possim ire quò uoluero & pluribus euangelizare. Orate ut Deus det mihi loqui illud mysterium, *ut manifestem illud* & declarem alijs, *ita ut oportet* & conuenit *me loqui* de tanto sacramento, qui & annunciare illud missus sum.

*In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quo modo oporteat uos unicuique respondere.*

Vos in ecclesia.i. incorporati mēbris Christi, simul omnes orationi (ut expositum est) instate, sed procedētes *ad eos qui foris sunt*.i. uenientes ad loca ubi uos uidebūt illi, qui adhuc per fidem in ecclesiam non intrauerunt, *ambulate in sapientia*.i. agite sapienter, operamini prudenter, figite gressum operis caute, nequid insipientiæ, nequid reprehensionis ab infidelibus notetur in uobis, ne nomē domini per uos blasphemetur ab eis.
Roma .2. uos dico, *tempus redimentes*.i. uitam male actam pœnitendo & bene agēdo redimentes, ut transacta dāna quotidianis meritorum lucris recompēsetis. Tempus quippe redimimus, qñ anteactam uitam quam lasciuiēdo perdidimus, flendo reparamus. Dixi ut in uestra ambulatione & in uestra actione luceat sapiētia, et nūc addo ut & in sermone uestro semp̄ appareat. s. *sermo uester in gratia*.i. in dulcedine charitatis *semper sit conditus sale* sapientię, sicut bonus animæ cibus, ut nihil insipidum, nihil putidum habeat. Nam cibus cui sal imiscetur, fit sapidus: & caro bene salita, non putrescit nec fœtet. Ita fit & sermo uester, ut quasi cib9 sapidus recipiatur ab ore cordis audientium nō sit insipidus per insipientiam, nec putidus per admonitionem carnalis delectationis, nec corruptus per admistionem falsitatis, sed semper sale spiritualis sapientiæ conditus, & integritate ueritatis incorruptus, atq; odorem cœlestis & incorruptibilis delectationis spirans. Et ita condimentum diuini salis in se habeat sermo, B uester, *ut sciatis quomodo oporteat nos unicuiq; respōdere*.i. p̄ prudētiam moderatę discretiōis sciatis qūo respondendū sit fideli, qūo īfideli, quomodo diuiti, qūo pauperi, quomodo seni, qūo iuueni, quomodo uiro, qūo fœminę, & qūo cæteris gradibus uel cōditionibus. unusquisq;.n. suo modo alloquendus est, & unicuiq; suo modo respondedū est: Respōdendū est uerbis eius, si ipse prior locutus fuerit, uel respōdendū facto eius, si uerbis tacuerit. Vnusq̄sq; suo modo uel corrigendus est uel admonendus.

*Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister & conseruus in domino, quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & consoletur corda uestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est qui omnia quæ hîc aguntur, nota facient uobis.*

*Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus.* Quia dixerat se uinctū causa euangelij, ne putarēt eum grauiora pati, dicit Tychicum omnia sua eis & aduersa & prospera dicturū. Cui credendum est, quia est frater.i. Christianus, & pro uitæ suę merito charissimus Deo uel sanctis eius. *& fidelis minister*.i. fideliter ministrans sine fraude uerbū prædicationis. Vel minister.i. diaconus, *& conseruus*.i. mecum seruiens *in domino*.i. in his quæ domini sunt. *quem ad hoc ipsum*.i. ideo *ad uos misi, ut cognoscat quæ circa uos sunt* & mihi referat, & idcirco uidete neq̄d mali apud uos inueniat quod mihi renunciet. Ob hoc etiam illum misi, ut *& consoletur corda uestra*, ne īmoderatam habeatis tristitiam de his quæ patimini, uel q̄ me pati audistis. Misi eum cum *Onesimo charissimo & fideli fratre*, non uilissimo & fraudulento seruo, sicut olim fuit. Iste ē.n. Onesim9

C seruus Philemonis, qui peracto furto apud Philemonem dñm suũ, uel postq̃ consumpsit uel dissipauit illud, confugit ad apostolum, & audiuit ab eo uerbum salutis, atq; cõuersus est. & ideo sic cõmendat eũ apostolus, ne sit illis i aliquo suspectus. Vnde liquido demonstratur, quod hanc epistolam à Roma de carcere apostolus miserit, sicut illam ad Philemonem direxit. Nam eosdem salutatores in ista ponit & in illa, quos secũ esse declarat, & adiutores suos appellat .i. Aristarchum & Marcũ & Epaphram & Lucam & Demã. Vnde patet utranque epistolam ex uno eodemq; loco missam, ubi uinctus tenebatur apostolus. Nã Onesimum in uinculis Christo genuit. Vincula autem eum in Epheso pertulisse tacet omnino liber Actuum Apostolorum. Et ideo probatur nõ habere ueritatem sentẽtiam eorum, qui dicunt Apostolum Ephesi tantum in uinculis fuisse, & inde hanc epistolam Colossensibus misisse.

Pilem. 1.

*Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata. si uenerit ad uos, excipite illum) & Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.*

Aristarchus iste Thessalonicensis erat, & Apostolum secutus esse legitur. Vnde & ad cumulum gloriæ cum eodem apostolo captus teneri meruit pro nomine Christi. Marcus autem consobrinus .i. cõsanguineus Barnabæ apostoli, ipse est Ioãnes cognomento Marcus, pro quo facta est dissensio inter Paulum & Barnabam. Barnabas .n. uolebat secum assumere et hũc Marcum. Paulus autem rogabat eũ, ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non isset cum eis in opus euangelij, non deberet recipi. Sicq; facta est inter eos dissensio, ita ut discederẽt ab inuicem: & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus uero electo Sila, profectus est, traditus gratiæ dñi à fratribus. Qm̃ Marcus iste in ipsa se aciei fronte cõstituens, nimis tepide steterat, & insup ex acie socors recesserat, merito eum Paulus abiecit, ne illius quasi contagione uires corrũperentur aliorum. Prædicator .n. fortia debet in seipso cæteris exempla monstrare, et in bonis quæ cœpit, utiliter perseuerare. Sed qa Marcus nec fortiter egerat nec pseuerauerat, merito Paulus eum ulterius in uia prædicationis socium habere noluit. Timens etiam ne alios exemplo suo uanos ac desidiosos redderet, mandauit ecclesiis suis ne reciperent eum. Sed postea correptus est Marcus atque dignus effectus ut eum Paulus adiutorem habere gauderet. Et hoc est, quod dicit: *Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata*, ne. s. eum reciperetis, sed nunc *si uenerit ad uos, excipite illum*, quia uidelicet bene correptus est. *& Iesus uos salutat, qui dicitur Iustus.* id est, cui ab euentu sanctitatis suæ datum est hoc agnomen qđ est Iustus. qui. s. Marcus & Iustus, *sunt ex circuncisione*. i. ex genere Iudæorum. *Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei*. i. in prædicatione euãgelij, de qua dominus Iudæis ait: Auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Vel in regno Dei. i. in ecclesia ædificanda, de qua idẽ dñs ait, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Qui uidelicet adiutores, *fuerunt mihi solatio* in tribulatione mea.

Act. 12. Act. 15. Matth. 21. Matth. 13.

*Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi Iesu, semper solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, et pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.*

A Iste est sanctus Epaphras, de quo in principio epistolæ huius dictum est, Cognouistis gratiam Dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Iesu Christi. Quia ergo prædicauerat eis gratiam Dei, idcirco solicitus precibus Deum semper exorabat, ut ipsi in eadem gratia pmanerent ne labor eius fieret uacuus. Corporali enim presentia illinc abierat, & ppterea Deo qui nusquam deest, illos cōmendabat. Et hoc ē: *Salutat uos Epaphras, qui est ex uobis* originem ducens, & est *seruus Christi Iesu*. i. seruiens mandatis euangelicis. ipse dico, *semper solicitus pro uobis in orationibus*. i. semper solicite et attente orās pro uestra salute, ut. s. *stetis*. i. perseueretis. Vnde dictū est de diabolo, In ueritate non stetit, quia fuit ibi, sed non perstitit. Et uos estis in religione Christiana, ideoq; precatē Epaphras ut stetis. i. permaneatis in ea. Stetis perfecti bona operatione, *et pleni* bona uoluntate. Perfecti exterius, & pleni interius, ne sit mens intus uacua, cum perfecta foris appa ruerint opera. Tales (inquam) stetis *in omni uoluntate Dei*. id est, in obseruantia omnis diuinæ uoluntatis, ut. s. omnem Dei uoluntatem perseueranter impleatis. Hoc ille uobis à Deo cōcedi precatur, sine cuius gratia nihil potestis. Nam ego *testimonium illi perhibeo, quòd multum laborat* orādo et uigilando *pro uobis*. i. pro uestra salute, *et pro his qui sunt Laodiceæ*, quæ est urbs uobis proxima, & pro illis qui sunt Hierapoli, quæ & ipsa est ciuitas nō procul à uobis posita.

Sup. 1.

Ioan. 8.

*Salutat uos Lucas medicus charissimus et Demas.*

Lucas iste primo fuit medic⁹ corporum, deinde conuersus ad Christum, factus est medicus animarū. Inde est quòd plus ꝙ alij euangelistę, loquitur de misericordijs redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur, & sacerdotis personam in Christo describit interuenientis pro peccatis totius mundi. B

*Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, et Nympham et quæ in domo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut et in Laodicensium ecclesia legatur: et ea quæ Laodicensium est, nobis legatur.*

Prædicti sancti uos salutant. Vos autem salutate uicinos uobis *fratres qui sunt Laodiceæ, et* inter eos specialiter et nominatim *salutate Nympham* illam matronam religiosam, *et ecclesiam quæ est in domo eius*. i. familiā eius, uel multitudinem fidelium apud eam congregatorū, quos ipsa hospitatur & pascit. *Et cum apud uos lecta fuerit hæc epistola, facite ut et in Laodicensium ecclesia legatur*. i. curate in conuentu Laodicensium recitari: quia & propter eos secūdarie scripta est, sicut ppter uos principaliter. *et ea* similiter epistola, *quæ Laodicensium est*. i. quam ego Laodicēsibus misi, *legatur uobis*. quāuis & hanc epistolam quintādecimā, uel sextādecimam apostolus scripserit; & authoritas eam apostolica sicut cæteras firmauit, sancta tñ ecclesia non amplius ꝙ quatuordecim tenet, ut ex ipso epistolarum numero ostenderet, quòd doctor egregius, legis et euangelij secreta rimatus esset. Quatuordecim quippe, quatuor & decē sunt: & quatuor significant nouum testamentum, propter quatuor libros euangelij: decem autem uetus instrumentum, propter decalogum legis. Ex ipso itaq; numero uoluit ecclesia sancta demōstrare, omnem sapientiam uel perfectionem ueteris ac noui testamēti, breuiter in his epistolis comprehendi: ideoq; numerū ꝗ hæc significabat, excedere noluit.

*Et dicite Archippo. Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas.*

*Dicite*, inquit, *Archippo* episcopo ue

 ſtro à noſtra parte: *Vide miniſterium quod accepiſti*.i.attende & cōſidera quale opus ſuſcepiſti, *in domino* .i. in domini gratia, uel in his quæ domini ſunt. Noli cęcus eē, noli oculos auertere ab officio miniſterij tui.i.ab actione epiſcopatus tui, ſed uide ſolicita conſideratione quale miniſteriū ſuſcepiſti, ut ſtrenue *illud impleas*, non ocioſe uacuum teneas. Archippum præpoſitum eorum per eos commonet, ut qui regendam eccleſiam eorum accepit, ſit ſolicitus de eis. Plebis cauſa ſcribitur epiſtola, & ideo non ad rectorem dirigitur. Vel quia ipſe tepide agebat cum pſeudoapoſtolis, idcirco apoſtolus non per ſe, ſed ad maiorem confuſionē per ſubditos ſuos, quaſi pluris illos faciēs, admonet eum.

*Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote uinculorum meorum. Gratia uobiſcum, Amen.*

*Salutatio*, inqt *mea ſcripta manu Pauli* .i. manu ppria, ut ex ſubſcriptiōe mea ſciatis epiſtolā à me miſſam. *Memores eſtote uinculorum meorum.* Memoriā uinculorum ſuorum hortatur eos habere, ſiue ideo, ut eius exēplo informati, patientiam in tribulationibus habere diſcant: ſiue ut orent pro eo, ut citius abſoluatur, & ad prędicandum liber diſcurrat: ſiue (quod minus eſt credendum) ut aliquid ei largiantur, in ipſis uinculis minus neceſſaria procurare ualenti. Deinde, *Gratia*, ingt, *domini ſit uobiſcum*, ut ea cooperāte ualeatis opera bona facere. Hucuſq; protēditur epiſtola, q̄ miſſa eſt ad Coloſſenſes. Cōgruum autem uidetur, ut propter notitiam legentium ſubijciamus eam, quæ eſt ad Laodicenſes directa, quam (ut diximus) in uſu non habet eccleſia. Eſt ergo talis.

## EPISTOLA PAVLI AD LAO- 
*dicenſes, ut nonnulli opinantur.*



PAulus Apoſtolꝰ nō ab hominibus, neq; per hominem, ſed p Ieſum Chriſtum, fratribus qui eſtis Laodiceæ, gratia uobis & pax à Deo patre noſtro & dn̄o Ieſu Chriſto. Gratias ago Chriſto per omnem orationem meam, q pmanentes eſtis & perſeuerātes in operibus bonis, promiſſionem expectantes in die iudicij, neq; diſturbēt uos quorundam uaniloquia inſimulantium ueritatem, ut uos auertāt à ueritate euangelij, qđ à me prędicatur. Et nunc faciet deus, ut qui ſunt ex me ad perfectum ueritatis euangelij ſint deſeruientes, & benignitatem operum facientes, quæ ſunt ſalutis uitę ęternæ. Et nunc palàm ſunt uincula mea, quæ patior i Chriſto, in q bus lętor & gaudeo. et hoc mihi eſt ad ſalutem perpetuam, quod factū eſt orationibus ueſtris, adminiſtrante ſpiritu ſancto. Siue per uitam, ſiue per mortem, eſt mihi uiuere uita in Chriſto, & mori gaudiū. & ipſe in uobis faciet miſericordiā ſuam, ut eandem dilectionem habeatis & ſitis unanimes. Ergo dilectiſſimi, ut audiſtis præſentiam domini, ita ſentite, & facite in timore, & erit uobis uita in æternū. Eſt n. deus, qui operatur in uobis, & facite ſine peccato quæcunq; facitis. Et quod optimū eſt dilectiſſimi, gaudete in domino Ieſu Chriſto. & cauete omnes ſordes in omni lucro. Omnes petitiones ueſtræ ſint palàm apud Deum. Eſtote firmi in ſenſu Chriſti. & quæ integra & uera & pudica & caſta & iuſta & amabilia ſunt, facite. Et quæ audiſtis & accepiſtis, in corde retinete: & erit uobis pax. Salutate omnes fratres in oſculo ſancto. Salutant

A Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen. Hanc facite legi Colossensibus: & eam quæ est Colossensium uobis.

Epistolæ ad Colossenses Finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM Pauli Primam ad Thessalonicenses.

Actuū.17.



Hessalōica est urbs nobilis in Macedonia, ad quam cū uenissent Paulus & Silas, qm̄ ibi erat synagoga Iudæorum, scdm consuetudinem suam Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis de scripturis. Et quidā ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & de colentibus .i. proselytis gentibusq́ multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autem Iudæi assumentesq́ de uulgo uiros quosdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem, & assistentes domui Iasonis, quærebant eos producere in populum. Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes, qm̄ hi sunt qui urbem concitāt, & huc uenerūt, quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem plebē & principes ciuitatis audiētes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserunt eos. fratres uero confestim per noctem dimiserūt Paulum & Silam Berrhœam. Taliter conuersi sunt Thessalonicenses, & talia mox pro fide pati cœperūt. Nam & postquā apostolos dimiserunt, multa pro Christi nomine pertulerunt. Quorum constātiam apostolus collaudans, scribit illis ab Athenis, & intendit exhortari illos, ut immobiles inter aduersa p̄maneant, ac semper in melius proficiant. De- B inde errorem quorundam mortuos suos incōsolabiliter lugētium quasi nō amplius resurrecturos, corrigit docēs communē resurrectionem uentaciter esse futuram. Sed & in aliȷs pluribus uitam illorum atque mores instruit. Et quia ipsi ad obediendum proni erant, ideo non ponit nomen authoritatis suæ uel officȷ, sed ut pares admonet. Syluanum autē (id est Silam) & Timotheum idcirco secum ponit, quia in conuersione eorum fuerant cum illo participes laboris, uel quia tunc erant cum ipso Athenis. Et hāc epistolam (nisi fallor) primam omnium scripsit. Non enim ante istam inuenio illum aliquid scripsisse. Sic autem inchoat.

EPISTOLAE PAVLI PRIMAE AD THESSALONICENSES CAPVT I.

*Paulus & Syluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax,*

*Paulus* & duo socȷ eius *Syluanus & Timotheus* mittunt hanc epistolam *ecclesiæ Thessalonicensium*. Iudæorum proprie synagoga dici solet, quanuis & ecclesia dicta sit. Nostram uero apostoli nunq̄ synagogam dixerūt, sed semper ecclesiam, siue discernendi causa, siue ꝙ inter congregationem, unde synagoga: & conuocationem, unde ecclesia nomen accepit, distet aliquid, quòd. s. pecora cōgregari solent, quorum & greges proprie dicimus: cōuocari autem magis est utētium ratione, sicut hominum. Paulus & socȷ eius dirigunt has literas ecclesiæ Thessalonicensium, consistenti *in Deo patre & domino Iesu Christo*. i. in fide & charitate patris & filȷ, sub intelligitur & spiritus sancti, quo unctus est Christus. Vel in Deo patre & filio mittit Paulus & socȷ eius hanc epistolā. Gratia, inquit, & pax

fit uobis. Bene primo gratiã dicit, deinde pacem nominat: qa sine gratia Dei ad pacem reconciliationis p uenire non possumus, imo nihil pacificum nisi per gratiam eius habere ualemus. Gratia.n. gratis datur sine præcedentibus meritis, & per hanc dum culpas remittit, accedimus ad pacem reconciliationis. Potest & ita intelligi: Gratia & pax à Deo sit uobis, ut q humana gratia & seculari pace priuati estis, apud Deum gratiam & pacem habeatis.

*Gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis, memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores opis fidei uestra & laboris & charitatis & sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi, ante deum & patrẽ nostrum, scientes fratres dilecti à deo electionem uestram, quia euangelium nostrum nõ fuit ad uos in sermone tantum, sed in uirtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in uobis propter uos.*

Solito more ĩcipit à gratiarũ actione quia multam Dei gratiam in his uidet refulgere. Et idcirco Deũ primo laudat, qui dedit eis gratiam, deinde ipsos qui fide & operibus secuti sunt eum. Ac si dicat. Tenete quæ tenetis, agite quæ agitis. qm̃ talia sunt ut pro eis Deo gratias agam⁹. Agimus.n. grãs & laudes Deo non ad horam, sed *semper pro omnibus uobis*, maioribus & mediĳs & minoribus, uel uiris & mulieribus, quia gratiam quam uobis primo contulit, adhuc uobis cõseruat & augmentat. Ab ipso.n. sunt omnia bona quę habetis, & ideo gratias illi pro his referim⁹, Nos dico, *facientes memoriam uestri in orationibus nostris*, & hoc *sine intermissione*.i. nunq̃ ĩtermittimus facere memoriã uestri, quotiescunq; oramus. Nam sumus *memores operis fidei uestra*.i. qũo fides uestra nõ est ociosa, sed semp bonum opus agit, & ideo libenter pro uobis oramus. Memores (inquam) sumus operis uestri & *laboris*, quem in ipso operẽ ducitis.i. mente retinemus, qũo bene operantes laboratis. *& charitatis*.i. fraternæ dilectionis, quam bonis operibus ostenditis. Vel laboris tolerantię ad uersitatum, & charitatis qua inimicos diligitis. *& sustinentiæ*.i. expectationis *spei domini nostri Iesu Christi*, quoniam bona facientes & mala patientes, expectatis longanimiter supernum illud præmium, quod à Christo speratis accipere cum uenerit. Et hæc omnia facitis *ante deum*, quia in his non humanos fauores appetitis, sed omnipotentis Dei præsentiæ intenditis. Præsentem.n. dñm adesse cogitatis, & uos ante conspectum eius omnia facere consideratis. Vel nos sumus memores uestri ĩ orationibus ante deum. ante deũ, qui nos creauit. *& patrem nostrum*, qui nos adoptauit. Ita sumus memores uestri, *scientes electionem uestram*.i. scientes uos esse electos, & ad æternam uitam p̃destinatos, *ô fratres dilecti à deo*.i. quos Deus diligit, quia paternis flagellis uos ad ęternam hęreditatem erudit. Quem.n. diligit dñs, corripit: & flagellat omnem filium quem recipit. Vel memores sumus uestri, scientes electionem uestram.i. scientes qũo Deus per doctrinam nostrã uos elegit de multitudine cæterorum, qui sunt in ĩfidelitate relicti. Vere Deus prædicantibus nobis uos elegit, tãgens interius corda uestra dono sancti spiritus: *quia euangelium nostrum*.i. p̃dicatio nostra *non fuit ad uos in sermone tantummodo, sed etiam in uirtute* operis uel in uirtute miraculorum, *& in spiritu sancto*, quia per impositionẽ manuũ nostrarum dabatur uobis spiritus sanctus: *& in plenitudine multa*, quia plenarie uos instruximus, & spiritualibus gratĳs authore deo repleuim⁹, & copiose in uobis talia operati sumus: *sicut uosipsi scitis* & testes estis, *quales*.i. q̃ religiosi & mirifici *fuerimus in*

A nobis propter uos cõuertẽdos et instruẽdos, ut non solum ratione uerborũ sed & exemplo operum nostrorum uos informaremus.

*Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes uerbum in tribulatione multa cũ gaudio spiritus sancti, ita ut facti sitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia et in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum fides uestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. ipsi enim de nobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad uos, et quomodo conuersi estis ad deum à simulachris, seruire Deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira uentura.*

Ipsi scitis quales fuerimus uobis propter uos informandos. *Et uos facti estis imitatores nostri, &* quod est amplius, imitatores *domini, excipientes uerbum* nostræ prædicationis *in multa tribulatione* uestra uel nostra, *cum gaudio spiritus sancti*.i. qđ uobis spiritus sanctus de spe cœlestis mercedis inspirauit. Et propterea non ĩmerito supradiximus nos scire electionẽ uestram.i. uos esse de electis dei, qa nõ estis paleę, sed grana. Non solum.n. nostri, sed & Christi imitatores facti estis, dũ nulla uos tribulatio à susceptione uerbi cœlestis reuocare ualeret, sed potius gauderetis in tribulationibus pro uerbo. Nam excepistis illud.i. ex omnibus uel extra omnia reuerenter susceptis in tribulatione multa, quæ uobis ꝑpter uerbum est illata. Et licet tribulationes ꝑferret uestra caro, animus tñ gaudebat in spiritu sancto. Et in his dominum, atq; nos imitati estis, *ita ut facti sitis forma*.i. exemplum permanẽdi cõstanter in fide inter aduersa, *omnibus credentibus* qui sunt in *Macedonia & in Achaia*. Et ideo uos qui tot alijs exẽplum fidei & patientię facti estis, uidete ne deficiatis, sed semper robustiores in Christo perduretis. Vere B forma facti estis multis, nam effectus hoc indicat. Nam *sermo domini*.i. dominicæ prædicationis egrediens *à uobis, diffamatus est non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum* uobis affinem in circuitu *profecta est*.i. trãsiuit audita *fides uestra, quæ est ad deũ* se extendens. Et ita peruulgata est apud omnes, *ut non sit nobis necesse quicquam loqui* de uobis ad cõmendandũ alijs bonam uitam uestram, ut eos ad fidem & religiosam conuersationem exemplo uestri prouocemus. Vere nõ est necesse nobis ut nos loquamur. nam ipsi loquunẽ. *Ipsi enim* qui in circuitu degunt, *annunciant de nobis*.i. narrant alij alijs, *qualem introitum habuerimus ad uos*.i. quanta uirtute miraculorum et abundantia spiritalium bonorum accesserimus ad uo cõuertendos. *& quomodo*.i. quã facile aut ꝙ deuote *conuersi estis ad Deum*, & ꝙ facile doctrina nostra introierit ad corda uestra. Conuersi estis ad Deum *à simulachris*.i. ad cultum Dei a cultura idolorum, *seruire*.i. ut seruiatis Deo, non mortuo & falso, sicut est Iuppiter uel Hercules & cæteri quos ex mortuis hominibus pagani deos cõstituerunt: sed *uiuo & uero*, quia naturaliter Deus est. & *expectare*, id est, ut bene operantes expectetis longanimiter sine murmuratione piis desiderijs *filium eius Iesum de cælis* uenturũ reddere mercedem seruis suis, *quem* pater *suscitauit ex mortuis*, & *qui* filius ideo est expectãdus a nobis remunerator, quia delendo peccata nostra *eripuit nos ab ira uentura* ab animaduersione futuræ ultionis. Ira enim Dei non perturbatio, sed iudicium quo irrogatur pœna pro pc̃tis

CAPVT II.

*Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos, quia non inanis fuit, sed ante passi multa contumelijs affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciã habuimus in Deo nostro loqui ad uos* Act. 17

C *euangelium Dei in multa solicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neq; in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.*

Alīj nūciāt qualem *introitum* habuerimus *ad uos, nam uos ipsi fratres scitis* cum qualis fuerit, quia. s. non fuit inanis .i. infructuosus et leuis: *sed ante* q̄ ad uos ueniremus, passi sumus multa & contumelijs affecti sumus in Philippis, id est, in urbe Philippēsium, de qua migrauimus ad uos. Ibi enim ego & Silas ad iudices contumeliose tracti sumus, ita ut tunicæ nostræ scinderentur, & publice uirgis cæsi atq; in carcerem trusi, & ligno pedes cōstricti. Hæc & alia passi sumus in Philippis, antequam ad uos accederemus, *sicut & uos scitis*. Et patientia talium afflictionem uel infuriarum confortati, *habuimus fiduciam* & audaciam nō in uiribus nostris, sed *in Deo nostro*. i. in eius uirtute et potentia *loqui ad uos*. i. prædicare *euangelium Dei in multa solicitudine*, ne. s. priusq̄ uos bene instruerem, ab infidelibus impedirer. & tū fiducialiter & audacter locuti sumus uobis, quia *exhortatio nostra non est de errore*, ut aliquem errorē cuiuslibet prauæ sectę suadeamus: *neque de immunditia*, ut īmundam uitam in carnis pollutione exhortemur: *neque in dolo*, ut aliud in ore, & aliud in corde habeamus: Nam etiā ueritas est in dolo, qn̄ non pro amore ueritatis & utilitate audientium prędicatur, sed ut gloria uel aliquod lucrum adquiratur: Exhortatio nostra non est de errore, quia non exhortamur aliquem ut erret in ueritate: neq; de īmunditia, quia nemini suademus ut seipsum maculet: neq; in dolo, quia fraudulentam simulationem in uerbis non habemus: *sed sicut probati*, id est, probi habiti sumus *à Deo ut crederetur*. i. committeretur *nobis euangelium, ita loquimur*, hoc est, sicut illi D quos approbauit & elegit non per errorē, uel per īmunditiam, uel per dolum, sed per ueritatē fidei & mūditiam uitę ac simplicitatem cordis, sic prædicamus alijs euāgelium, *non quasi hominibus placentes*. i. non sicut illi qui fauorem hominum appetūt, *sed Deo* placere studentes, *qui probat*. i. scrutatur & inspicit *corda nostra*, & cogitationum secreta. Ipse. n. qui occulta cordium rimatur, nouit quia nō hominibus, sed illi placere quærimus. Et si hominibus placere quærimus, hoc non propter nos, sed propter ipsorum salutem agimus.

*Neq; enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est, nec quærentes ab hominibus gloriam neq; à nobis, neque ab alijs cum possemus oneri nobis esse ut christi apostoli, sed facti sumus paruuli in medio uestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis non solum euāgelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.*

Vere non sumus ex prædicatione quærentes placere hominibus, sed Deo: *Neq; enim fuimus aliquando*. i. unquā *in sermone adulationis*, ut per adulatoria uerba placeremus hominibus, palpando uitia eorum siue laudando, *sicut scitis neque* fuimus *in occasione auaritiæ*. i. non prædicauimus ea intentione uel occasione, ut res uestras nobis congregaremus, & inde nobis *Deus est testis*, qui nouit arcana pectoris. nec fuimus aliqn̄ *quærentes ab hominibus gloriam*, & hoc ostendo per partes hominum, quia *neq; à uobis, neq; ab alijs*. Quas uires nocendi habeat humanę gloriæ amor, nō sentit nisi qui ei bellū indixerit. Quia etsi cuiquā facile est, laudem non cupere dum negatur: difficile tamen est, in ea nō delectari cum offertur. Iustus autē quisq; aut tantum ipalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso

fran git

A frangit, si habet, ut honori suo liber emineat, ne ei uict⁹ delectatione suc cũbat. A uobis (inquam) nõ quæsiuimus aliqd terrenum, *cum tamen possemus nobis oneri esse*. i. uos grauare exigẽdo à uobis stipendia ut cæteri *apostoli Christi* exigunt uel accipiunt ab auditoribus suis. Nos nec rebus urĩs pasci, nec laudibus uestris magnificari quæsiuimus: sed facti *sumus paruuli in medio uestrum*. i. apostolatus nostri gloriã ante oculos uestros humiliauimus, & magnitudinem nostri sensus ad paruitatẽ uestræ capacitatis iclinauimus, *tanquam si nutrix foueat filios suos*, quæ sedet in terra, & tenet in gremio filios ac lacte nutrit, & blandiens cõsolat, atq; balbutiendo informat ad loquendũ. Sic. n. propter uos humiliati sumus, et materno affectu uos in sinu pietatis patienter fouẽdo portauimus, & lacte inchoationis potauimus, atq; blãditijs promissorum cœlestium uos consolati sumus, & de humanitate Christi uobis quasi balbutiuim⁹, ut ad loquẽdum uerbũ diuinitatis eius uos instrueremus. Sunt nutrices fouentes qdem, sed non filios suos. Et itẽ sunt matres nutricibus dantes, non fouẽtes filios suos. Ap̃ls uero germano & pingui affectu charitatis & nutricis psonam suscipere uidet, dicendo foueat: & mr̃is addendo filios suos. Et nutrici ergo se comparuit, qa alebat: & filios suos addidit, qa pepererat, dicẽs: filioli mei, quos iterum parturio. Assimilati (inqt) sumus nutrici pprios natos alenti: qa *ita desiderantes uos cupide*, sicut nutrix desiderat filios suos, *uolebamus tradere uobis nõ solũ euangeliũ Dei, sed etiam animas nostras*. i. non solum p̃dicationem ueritatis, sed ẽt totam uitam nr̃am expendere in salute ur̃a. & hoc ideo, *quia facti estis charissimi nobis* propter meritum uestræ sanctitatis, quam ab exordio uestræ conuersionis protinus arripuistis.

*Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem uestrum grauaremus, prædicauimus in nobis euangelium Dei. Vos testes estis & Deus, quàm sancte & iuste et sine querela nobis qui credidistis, fuimus, sicut scitis, qualiter, unumquenque uestrum tanquam pater filios suos, deprecantes uos & consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui uocauit uos in suum regnum & gloriam. ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis à nobis uerbum auditus Dei accepistis illud non ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum Dei, qui operatur in uobis, qui credidistis in ipsum.*

Vere facti sumus paruuli uobis ut nutrix, qa humiliati sumus in labore, sicut nostis. Vel ita: Vere aĩas nostras parati eram⁹ tradere uobis, sicut effectus operum nostrorum indicabat, qa incessanter laborabamus pro utilitate uestra quẽadmodũ recordamini. *Memores enim estis ô fratres laboris nostri*, quẽ apud uos habuimus, *& fatigationis*. Est plerunq; labor sine fatigatione, sed labor noster nõ fuit talis, & non fuit leuis. & momentaneus, sed grauis & continuus. Assidue enim & in p̃dicatione, & in manuũ ope laborauimus, et ideo pręnimietate iugis laboris fatigabamur, nec tamen deficiebamus. Nam *nocte & die operantes* manibus nostris, unde uictũ haberemus, *ne quem uestrum*, id est, ex uobis *grauaremus* accipiẽtes ab eo stipedium, *prædicauimus in nobis euangelium Dei*, ut exemplo nostro uos informaremus ad laborandum manĩbus proprijs unde uiuatis et indigẽtibus ministretis, atq; falsos apostolos uẽtri seruientes repellatis. Nam *uos estis testes* nobis & ipse Deus, qui nouit omnia, *quàm sancte*, quãtum ad puritatem mundissimę conuersationis, fuerimus uobis: & quàm *iuste*, quantum ad æquitatem erga proximos seruandam faciendo debita: & quàm *sine querela*, id est, quàm innocenter & irreprehensibiliter *nobis fui*

C *mus qui credidistis*, qa nihil fecimus uo-
bis, unde possetis cõqueri de nobis,
*sicut scitis*. uel sine querela fuimus uo
bis, quia nũquam questi sumus de
uobis, dum imbecillitatem uestram
portaremus. Taliter fuimus cõuer-
santes uobis, id est, ad utilitatem ue
stram. Sicut scitis, id est, ita hæc sci-
tis, sicut & alia quæ subiungimus,
scilicet *qualiter* monebamus amicabi
liter *unumquenq; uestrum* tanto affectu,
*tanquam si pater filios suos*, instruat nos di
co, *deprecantes uos*, ut in melius profice
retis: *& consolantes* in tribulationibus,
ne deficeretis. Et hæc facientes *testi-
ficati sumus*, id est, sub testimonio diui
næ maiestatis uel sanctorũ uos adiu
rauimus *ut ambularetis* in uia recta, ꝑ
ficiendo & ad cœlestem patriã ten-
dendo. ambularetis, inquã, *digne Deo*,
id est, per uiam quæ esset digna per-
ducere ad Deum, uel sicut dignũ est
electos Dei ambulare. *qui uocauit uos
in regnum suũ et gloriã*, ut ꝑ iter uirtutũ
festinetis ad eum, quatenus ĩ regno
eius & in gloria eius perenniter cũ
eo maneatis. Vel in regnum suũ, id
est, in præsentem ecclesiam uos uo-
cauit, & post in gloriam suã, id est,
in angelorũ societatem. Et quia uos
ad tantã beatitudinẽ uocauit, uosq;
libẽter seq uocantem cœpistis, ideo
nõ solum uos, sed *& nos agimus sine in-
termissione gratias Deo*, q hoc fecit in uo-
bis per gratiã suæ aspirationis, *quo-
niam cum accepissetis á nobis uerbum auditus
Dei*, id est, euãgelium in quo audistis
notitiam Dei, *accepistis illud nõ ut uerbum
hominum*, id est, non inutiliter & negli
genter sicut uerba hominum solent
accipi. uel non ut uerbum hominũ,
id est, quasi à sapientibus esset. *sed si-
cut est uere uerbum Dei*, id est, ita reueren
ter & honorifice, sicut illud quod re
uera locutus est Deus. Qđ effectus
ĩdicat, qa ipse Deus *operatur* quotidie
bona opa *in uobis, qui credidistis, tẽdentes in
ipsum* per fidẽ et desideria. Grãs (ingt)
agimus, Deo sine intermissione qm̃ D
cũ accepissetis & c. Quid est quod
hic Deo gratias agit? Nempe uanũ
est atq; inane, sicui grãs agit, ꝑ hoc
quod ipse non fecit. Sed qa hoc ua-
num & inane non est, ꝑfecto Deus,
cui de hoc opere grãs agit, ipse fecit,
ut qui percepissent ab Apostolo uer
bum auditus Dei, exciperent illud
non ut uerbum hoĩum, sed sicut est
uere uerbũ Dei. Dicit igitur: Opera-
tur in cordibus hominũ uocatione
illa scđm propositũ suũ, ut non ina-
niter audiant euangeliũ, sed eo audi
to conuertanť & credant, excipien-
tes non ut uerbũ hominũ, sed ut uer
bum Dei sicut & uere est. Hucusq;
multa dixit cõtra pseudoapostolos,
significans in eis esse cuncta uitia,
quæ in se & socijs suis esse denega-
uit, ac deesse illis omnia uirtutũ bo
na, quæ in se & comitibus suis esse
demonstrauit. Iam uero ne Thessa-
lonicẽses pro sua uel apostolorũ tri-
bulatione moueantur, subiungit.

*Vos enim imitatores facti estis fratres eccle-
siarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu,
quia eadem passi estis & uos à cõtribulibus ue
stris, sicut & ipsi à Iudæis. Qui & dominum oc
ciderũt Iesum et prophetas, et nos persecuti sunt,
& Deo nõ placent, & omnibus hominibus ad-
uersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut sal
uæ fiant, ut impleant peccata sua semper. Perue-
nit enim ira Dei super illos usq; in finem.*

Contra falsos apostolos latenter
fuerat locutus ut eos nõ susciperẽt,
nũc contra Iudæos manifeste loquiť
ut eos non metuãt. Vere, ingt, in ip-
sum credidistis, qa *uos estis facti imitato
res ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa*. i. in ter
ra Iudæorũ, *in Christo Iesu*. i. in instru-
ctione ipsiꝰ Christi. In hoc estis imi
tatores, *quia eadem passi estis & uos*, quæ
passæ sunt & illæ ecclesiæ. Passi (in-
quã) estis *à contribulibus uestris*. i. ab illis
de quorũ tribubus originẽ duceba
tis, *sicut & ipsi à Iudæis*. Ciues. n. et ami
ci uel cõsanguinei uestri uos perse-

A cuti sunt,sicut & illos sui. Nec mirũ si Iudæi more suo fideles psequunt, *Act. 7.* *qui & ipsum saluatorem dominum Iesum occiderunt & prophetas* antea, qui prænũciabant eũ: & nos apostolos postea *persecuti sunt*, qui prænũciabamus illis eũ aduenisse. & ideo ne miremini, sed patienter sustinete,si & uos psequũtur,qui semper persecuti sunt. & licet æmulatione legis hæc facere uideant, *Deo tamen nõ placent*, cuius grãm impugnant. Nec tantũ Deo rebelles sunt, sed *& omnibus hominibus*.i.saluti omniũ hominũ *aduersantur, prohibentes* inquantũ præualent, *nos loqui*.i.ne loquamur uerbũ Dei *gentibus ut credãt & salue fiant*, & ita hostes sunt omnib⁹, dum conant facere ut uerbum salutis per nos ad neminem ueniat, sed omnes in perditione relinquantur. Et hoc ex more faciunt, *ut impleãt peccata sua semper*.i. peccata peccatis incessanter accumulent usq; ad cõsũmatam plenitudinem,quando pro his mit- *Matth. 23.* tent in gehenã. Ideo aũt semper peccata sua implent,qa ira Dei ut excæcarent, peruenit sup illos.i. iã olim effusa est super corda illorũ, ex quo reprobauerũt saluatorem qui missus eis fuerat. Quãdo.n.patres eorũ dixerũt,Sanguis eius sup nos & su- *Matt. 27.* per filios nr̃os,tũc puenit ira Dei super illos, & durabit usq; in finẽ,qñ prædicante Elia recipient grãm. Vel ita: Vt impleãt peccata sua semper. Quadraginta.n.annos post passionem domini dedit Deus Iudæis ad pœnitentiam. Illis transactis, cum credere nollent, cõpleta sunt peccata eorũ, ut pro his perire deberent. Quando aũt hoc dixit Apostolus, stabat Hierusalem, nec erant peccata eorũ adhuc completa,sed completa sunt uenientibus Romanis. unde subdit: *Peruenit enim*.i. anteq̃ resipiscerent uenit, anteq̃ putarent uenit *ira Dei super illos*,opprimens eos. Ira Dei est ultio quæ p Romanos facta est, quæ ira perdurat super illos captiuos *usque in finem* seculi. uel hęc tpalis B ira idcirco dicitur peruenisse super illos captiuos, qa sequtur æterna, cũ sine fine post hãc uitam puniũtur in inferno. Peruenit ira præsentis ultionis, perdurãs super illos usque in finem: sequitur ira futuræ damnationis, perdurans sine fine.

*Nos autẽ fratres desolati à nobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinaui mus faciem uestram uidere cum multo desiderio. quoniã uoluimus uenire ad uos, ego quidẽ Paulus & semel & iterum,sed impediuit nos satanas. Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Non'ne uos ante dominũ nostrũ Iesum Christum estis in aduentu eius? uos enim estis gloria nostra & gaudium.*

Vos multa passi estis à ciuib⁹ uestris,sed *nos ò fratres desolati*.i. sine consolatione facti sumus *à nobis*. Desolatos nos fecistis tristitia, quã habuimus de tribulationibus uestris, anteq̃ sciremus cõstantiã fidei uestrę. Desolati sumus *ad tempus*, qm̃ horaria,& non diuturna fuit uel erit hęc nostra desolatio. Desolati(inquam) sumus ore,qa non possumus uobis præsentialiter loqui: & *aspectu*, qa nõ uidemus faciem uestrã: *non corde*, qa cor nostrũ uos semper intuet, & est uobiscũ. Os & aspectus cessat, sed cor et solicitudo non qescit. Nos ita desolati,*festinauimus abundantius*.i.multo magis accelerauimus, uidere faciem uestram,ne sit ĩmutata.i.ne forte defeceritis in tribulationib. quas passi estis à ciuibus uestris. Festinauimus(inquam)uidere faciẽ uestrã, id est,uos uidere facie ad faciem, uidere præsentiam uestrã,*cum multo desiderio* exhortandi uos, & ad constantiam perseuerantię festinauim⁹ quidem,sed quod festinabamus, implere nequimus. *Quoniam uoluimus* qdem omnes *uenire ad uos*,sed nõ potuimus. *ego quidem Paulus*, qui plus alijs curro & deuotior sum, uolui *& semel & ite-*

A afflictionibus cōsolans, ait: *Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus*. Ac si aperte dicat: Quid in hoc tempore uulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quęrimus, huc ad hoc uenimus ut feriamur? Hoc, inquit, scitis. *Nam* non tantum absentes hoc dicimus, sed *& cum essemus præsentes apud uos, prædicabamus* & prænunciabamus *uobis passuros nos tribulationes*. i. q̄a tribulationes passuri eramus, *sicut et factū est* postea, *& uosipsi scitis*, quia experimēto in uobisipsis hoc ꝓbatis. Et sicut nos pręsciuimus tribulationes nos fore passuros, nec fugimus, ita uos qui scitis q̄d in hoc positi sum⁹, nolite moueri, sed imobiles in ꝓposito uestro perdurare, patienter oīa tolerantes. Et quia nos pręd ictas tribulationes iam passi sumus, *propterea* ne uos pro nostris tribulationib⁹ terreremini, etiam misi ad uos, *ego amplius non sustinens* me esse icertū de uobis, quia incertus formidabā tribulationes nostras fore causas defectus uestræ fidei, misi Timotheū non modo cum hac epistola, sed prius *ad cognoscendam fidem uestram*, id est, ut cognosceret & renunciaret mihi si permaneretis in fide, & si ipsa fides uestra eēt fortis an infirma, *ne forte tentauerit uos* & tentando superauerit *is qui tentat*. i. deceptor antiquus, cuius officium est tētare homines & seducere. Deus autem intentator malorum tentamen torū est. Ipse enim neminem tentat, secūdum eam scilicet tentationem, quę deceptionis uel seductionis est. Secundum uero eam tentationē quę probationis est, tētauit Deus Abraham. Sed ego timui ne uos tentaret is deceptor, qui tentat ad decipiendum: *& inanis*, id est, infructuosus *fiat in uobis labor noster*, quē pro uobis pertulimus: hoc est, ne deceptori succūberetis, & non prodesset uobis quicquid in cōuersione & eruditione uestra laborauimus.

Iacob. 1

Gene. 22

*Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram, & quia memoriam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos uidere, sicut nos quoq; uos, ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram, quoniā nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis in omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante Deum nostrum, nocte ac die abūdantius orantes, ut uideamus faciem uestram, et compleamus ea quæ desunt fidei uestræ? Ipse autem Deus et pater noster & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostrā ad uos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitate in inuicem et in oēs, quemadmodum & nos in uos ad confirmāda corda uestra sine querela in sanctitate ante Deum & patrem nostrum in aduētu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.*

Priusquā sciremus quid ageretis, desolati fuimus à uobis. Sed nūc reuertente Timotheo, quē ad uos miseramus, & renunciante bona de uobis, consolati sumus. *Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis & annunciante nobis fidem & charitatem uestram*. i. referente nobis quia inter aduersa bene permanetis in fide, nec deseruistis charitatem, qua Deum & ꝓximos uel etiam inimicos diligitis, & referente *quia memoriam nostri bonam habetis*, id est, nostri memores estis, & nihil nisi bonum de nobis cogitatis, *semper optantes nos uidere sicut nos quoq;* desideramus uos cernere, ideo q̄a hoc de uobis audiuimus, *consolati sumus fratres in uobis*, qui prius eramus desolati. Cōsolati (inquam) sumus *per fidem uestrā*, id est, constantia fidei uestræ est causa ut nos consolationem habeamus *in omni necessitate*, id est, penuria quam patimur in uictu et uestitu: et in omni *tribulatione*, quæ nobis exterius ab aduersarijs infertur. Et uere consolati sumus, *quoniam nunc* in hac miseria *uiuimus* quasi iam in cœlo essemus, et quasi iam nos à mortuis resuscita-

C tos æstimamus, *si uos statis*, id est, si statum rectitudinis perseueranter *in domino* tenetis. Nolo steris in nobis, sed in domino, quia neque qui plãtat, est 1.Cor.3 aliquid: neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. O quàm mollia uiscera gestabat Apostolus, quando circa filios suos tanto æstu amoris inhiabat, ut diceret, Nunc uiuimus, si uos statis in domino. Metuebat nimis, ne eius discipuli in prędicatore suo tot persecutionum probra cernentes, fidem in eo despicerent, contra quã iminentes passionum contumeliæ præualerent. Et idcirco nimis dolebat in tormẽtis, sed magis filijs de tormẽtorum suorum tentatione metuebat: paruipendebat in se plagas corporis, dum formidaret in filijs plagas cordis. Ipse patiendo suscipiebat uulnera tormentorũ, sed filios cõsolando curabat uulnera cordium. Pensemus ergo cuius charitatis fuit filiorum salutem inter sua detrimenta requirere, inter dolores proprios alijs timuisse, & statum mẽtis in primis etiã ex sua dilectione custodire. Qui securus erat de mercede sua, etsi discipuli caderent, & tamẽ uelut si in casu illorum mercedem laboris sui perderet, in statu ipsorũ dixit se uiuere, id est, uitæ præmium habere. Nolebat enim uiuere illis cadentibus, sed illis stãtibus in domino, ut fructus eius esset illis integer, & merces eius apud Deũ plena gaudiorum. Consolati, inquit, sumus per fidem uestram. nam Deo nõ possumus dignas grates ex hoc reddere. *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis* bene stantibus, positi *in omni gaudio quo gaudemus* ppter *uos ante Deum nostrum*, cuius oculis manifesta sunt occulta cordium? Nõ enim ante homines est gaudium nostrũ, quia foris apparemus quasi tristes propter aduersa qbus circũdamur, sed intus ante dñm gaudemus semper de pfectu uestro. Nec tantum agimus illi pro uobis quantascunque gratias possumus, sed *et nocte ac die* sumus *abundantius orantes, ut* ueniamus ad uos *& uideamus faciẽ uestram*, atque ore ad os uobis loquamur, *& compleamus ea quæ desunt fidei uestræ*, q̃ olim nõ potuimus cõplere, qa eratis paruuli, & qa longo tpe uobiscum manere nequiuimus. Quia ergo fidem firmiter, qui iam adhuc totã pfecte nõ didicistis, retinere iter aduersa studuistis, ideo cupimus ad uos puenire, & ea quæ desunt uestræ fidei supplere. Ex hoc loco apparet, qa qđ superius ait, ita ut non sit nobis necesse quicq̃ loq, non idcirco dixit qđ ipsi iam oĩa fidei mysteria sufficienter scirent, sed (ut diximus) ppterea hoc dixit, qa non erat necesse ut ipse de illis qcq̃ loqueret alijs, cũ illos fama procul celebraret. Nos, inqt, oramus faciẽ uestram uidere & fidẽ uestrã ad plenum istruere, sed Deus faciat quod oramus. *Ipse aũt Deus* creator noster q põr, *& pater noster* cœlestis, q uult bonũ & pr̃no affectu nos diligit ac regit, *& dominus iesus Xp̃s*, q nos ab hoste redemit & suo dñio mancipauit, *dirigat*. i. directam & ab impedimentis liberam faciat *uiam nostram ad uos*. Sed uos dñs. i. spũs sanctus *multiplicet* in numero fideliũ, *& abũdare uos faciat charitate in inuicem*. i. inter uos uicissim, *& in omnes*, & in eos q uobis aduersanẽ. & hoc faciat ita pfecte, *quemadmodum & nos* abundare fecit charitate *in uos*. Et istã charitatis abũdantiã det nobis *ad confirmanda corda uestra*. i. ad hoc ut per ipsam dilectionem cõfirmentur corda uestra *in sanctitate*. i. in omni puritate atque mũditia & bonorũ actuũ obseruatione. *sine querela* i. sine crimine, ut sitis tam inocẽtes, ut nemo de uobis possit iure cõqueri. Et tales sitis *ante Deum*. i. in oculis Dei, q ueritatem inspicit, nec latet eum aliquid. Sunt. n. qui sancti uidẽtur co- Matt.6.13

Sup.1.

A ràm hominibus, sed non corā Deo. Vos autem estote ueraciter sancti et sine querela .i. irreprehensibiles ante oculos Dei, qui uos cernit & creauit: & patris qui nos adoptauit. Tales esse studete ante Deum *& patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius*. i. quando dñs Iesus ueniet ad iudiciū cum omnib⁹ sanctis suis. Qualis .n. quisq; præsentem uitam finierit, talis in die iudicij apparebit. Illi aūt non sine querela esse apparebunt de quibus iudex

Matt. 25 queretur, dicens: Esuriui, & nō dedistis mihi manducare. Vel, cum omnibus sanctis agite quæ dixi, qa sic agunt omnes sancti. Ad confirmationem omniū quæ præmissa sunt, subiūgitur *Amen*, quod interpretatur uere uel fideliter.

## CAPVT IIII.

*De cætero ergo fratres rogamus uos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodū accepistis à nobis, quō oporteat uos ambulare & placere Deo, sicut & ambulatis, ut abūdetis magis.*

Hactenus patientiam illam in sua uel aliorū tribulatione suasit, nunc eos in bonis actib⁹ proficere admonet: & quales uel in seipsis uel erga fratres esse debeant, docet. Magis tamen congruūt perfectis superiora, in qbus multifarie patientiā suasit: & sequentia magis aptant imperfectis, ubi mūditia & innocētia suadetur. Quia, inquit, hucusq; bene uixistis, quemadmodū superius demonstratum est, *ergo de cætero* quod superest, uiuendi spatio, rogamus ut illud ita ducatis ut in bonis operibus magis abundetis. & hoc est: De cætero qđ restat, *rogamus uos fratres & obsecramus*. i. per sacra adiuramus *in domino Iesu, ut* sicut eum timetis & amatis, ita propter reuerentiā & amorem eius qđ obsecramus, faciatis. Obsecram⁹ ut *ut quemadmodum accepistis à nobis*, id est, sicut didicistis ex doctrina nostra, *quomodo oporteat uos ambulare*, si uultis ad patriam peruenire, id est, quomodo per uiam iustitiæ debetis incedere, & in omnib⁹ *Deo placere, sicut & ambulatis*: qa quod uobis de hac ambulatione tradidimus, mox agere cœpistis: obsecramus, inquā, *ut abūdetis magis* in hac bonorum operum ambulatione. i. amodo propensius q̄ antea tēdatis ad cœlestem patriā per executionē mandatorū Dei. Vel secūdum alios codices, obsecramus ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo uos oporteat ambulare, & in ipsa ambulatione Deo placere, sic & ambuletis, de uirtute in uirtutem proficiendo ac perseuerando, ita ut abundetis magis ac magis quotidie.

*Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. hæc est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorāt Deum. Et ne quis supergrediatur neq; circūueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Non enim uocauit nos Deus in immūditiam, sed in sanctificationē. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui & dedit spiritum suum sanctum in nobis.*

Propterea moneo ambulare sicut accepistis à nobis, qa *uos scitis quæ præcepta* ambulandi & recte uiuendi *dederim uobis* ferēda & cōmendanda, idq; non per me, sed *per dominum Iesum*. Et licet sciatis, tamē ex parte replicabo. Nam *hæc est uolūtas Dei, sanctificatio uestra, quæ uobis prodest, nō ipsi*. i. hoc uult Deus & exigit à uobis, ut sanctificemini, *ut abstineatis uos à fornicatione*. i. ab omni illicito cōcubitu, ne tollentes membra Christi, faciatis membra meretricis. 1. Cor. 6 Vel, hæc est uoluntas Dei & sanctificatio uestra, ut abstineatis uos longe remoti à fornicatione qa dū uos abstinetis ab immūdo opere, sactificatur in uobis corpus & anima castitate. Ita uos abstineatis

C à fornicatiõe, *ut unusquisq; uestrũ sciat pos sidere* & dominio mẽtis subditum tenere *suum uas*, id est, suum corpus, qđ est uas animę. Ille enim possidere suum uas dicitur, qui in potestate sua suum corp⁹ tenet, ut nõ seruiat mẽs desiderijs carnis, sed caro rectis uoluntatibus mẽtis. Ita sciat unusqsq; uestrum suũ uas possidere *in sanctifica tione*, id est, mundissima purificatione: *& honore*, ne inhonoreř opprobrio turpitudinis. Ex cõtinẽtia enim fornicationis, nascitur sanctificatio castitatis, & inde est honor apud homines. Nam ẽt in hoc seculo honoratur, qui mũdam & castam uitam ducit: sicut ecõtra qui seipsum qualibet fornicatione contaminat infamis & ignominiosus habeř. Ita pos- Nota. sidete uestra uasa in sanctificatione & honore, *non in passione desiderij*, id est, quando peccatum desideraŧ, & non perficitur. non in passione desiderij, id est, nec saltem fornicãdi desideriũ habeatis, quod est passio & lęsio animæ. Passio enim desiderij est, ut non patiamini interius incẽtiua carnis, quæ procedant ex desiderio uestro. Non præcipio ut non patiamini incentiua carnis, qa hoc est ineuitabile, sed uidete ut non procedãt ex desiderio uestro, id est, ne præmeditando cõcupiscatis aliquem illicitũ cõcubitum, ut nõ postea patiamini intrinsecus desiderium, & subijciamini prauis suggestiõibus à desiderio ortis, *sicut & gentes*, id est, gentiles faciunt, de qbus non est mirandũ: nec uos debetis esse similes eis, qa *ignorãt Deum*. & ideo sine respectu diuinę formidinis aut reuerentiæ coeunt nefarie non solũ cum quibuslibet mulieribus, sed ẽt cum pecudibus. Et hæc est uoluntas Dei, *ne quis ex uobis supergrediatur in negotio*, id est, in mercatione *fratrem suũ*. i. alium Christianum, ut mercaturam cẽtum solidorꝫ extorqueat ab eoꝝ quolibet minore pretio: *neq;*

*circũueniat*. i. neqꝫ frauduleter decipiat D ostendens illi cõgeriem pannorꝫ exterius ualde pulchram & quasi magni pretij, cum sit interius uilis: aut Nota. æs deauratum uendens illi pro, auro, uel his similia faciens. Supergressio enim est, ubi pro minore pretio illud quod maioris pretij est, eliciť: circũuentio autem, ubi, per dolũ frater in ipsa uenditione uel emptione decipiť. Sed uos ab his uitijs. i. à fornicatione & à passione desiderij atqꝫ supergressione & circũuentione fratris, idcirco uos cõtinete, *quoniam uindex est dominus de his omnibus*, id est, ipse punit hæc omnia in suo iudicio, uidelicet non solum opus fornicationis, sed & desiderium illiciti operis, atqꝫ iniquitatem nõ iustæ mercationis. Ipse de his omnibus ultionem sumet, *sicut prædiximus*, id est, sicut ante iudicium denunciauimus *uobis* cum essemus apud uos, *& testificati sumus*. i. testimonijs scripturarꝫ ꝓbauimus. Vel testificati sumus. i. testes diuini iudicij fortiter hæc asseruimus. Ideo ẽt ab his est abstinendum, qa *non uocauit nos Deus in immunditiam*. i. ut immũdã & sordidam uitam duceremus: *sed in sanctificationem*, id est, ut incontaminatissimam atqꝫ mundissimam & uirtutibus plenam duceremus conuersationem. Vnde & per legem clamat: Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Et quia Dei uoluntas est san- Leuit. 11 ctificatio uestra, quæ tenenda est eo 19. & 20. ordine quo subiunximus, nec uoca 1. Petri. 1 uit nos Deus ut immunde uiueremus, sed sancte. *itaq; qui hæc spernit*, quę nũc de sctitate & mũditia seruanda diximus & de uitijs extirpãdis, *nõ hominem spernit, sed Deum*. i. nõ me spernit, Luce. 10 sed Deum cuius pręcepta loquor, et cuius uoluntatẽ annuncio: *qui & dedit in nobis*. i. in cordibus nostris *spiritũ sanctum*, ut omnia per spiritum eius loqueremur & faceremus: & ideo q dicta nostra quasi uerba hominum

A spernit, spiritum sanctum per quem omnia loquimur, spernit, & deũ cuius est ille spiritus. Erant inter Thessalonicenses nõnulli in supradictis uitijs manentes, & Apostoli uerba spernentes: propter quos ita loquit, ostendens quia contemptus apostolicorum præceptorum in deum potius refunderetur, non in Apostolũ.

*De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis. Ipsi enim uos à Deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in*
Ioã. 13 15
1. Ioã. 2. 4
*omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis, & operã detis, ut quieti sitis, & ut uestrum negocium agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis. & ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.*

De supradictis fuit opus scribere uobis, quia qdam uestrum sunt culpabiles in illis. sed *de charitate fraternitatis*, id est, de dilectiõe qua fratres amare debetis, *non habemus necesse scribere uobis*. i. nõ est necessarium nobis ut per
Ioãn 13 15
epistolam uos instruamus. Vere nõ habemus hoc necesse. Nam *uos ipsi didicistis à Deo*. i. docti estis ab euangelio Dei, *ut uos inuicem diligatis*, quia Christum dicentem audistis, hoc mãdo uobis ut diligatis inuicem. Vel per internam aspirationẽ didicistis hoc à deo, quia spiritus sanctus mox ut cor hominis repleuerit, ardere illud charitate facit: nec potest unq̃ discere charitatem, qui spiritum sanctũ non habet intus docẽtem. Vos hoc didicistis, sicut effectu declaratis. Nam *facitis illud in omnes fratres*. i. diligitis omnes Christianos, & operibus charitatis uos ostenditis illos diligere, non solum in urbe uestra, sed & *in uniuersa Macedonia*. uos illud facitis, id est, fratres diligitis, sed tñ *rogamus uos fratres ut abundetis magis*, in dilectione fratrum. i. adhuc abundãtiorem erga fratres studeatis habere charitatem, *& operam detis ut quieti sitis* à curiositate, quæ non sinit cor curiosi esse quietum. Operam detis. Quasi diceretur: Difficile est dimittere consuetudinem, sed cogite uos. Studete ne curiositas uastet quietem uestræ mẽtis ut antea. Quæ. s. curiositas cum alienam quærit uitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Graue nanq; est curiositatis uitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam uitã proximi exterius ducit, semper ei intima sua abscondit, ut aliena sciens, se nesciat. Et curiosi animus quanto magis peritus fuerit alieni meriti, tãto fit magis ignarus sui. Ideoq; quietem habere non potest, dum semper laborat aliorum uitam inutiliter scire: & sæpe uagatur per diuersa loca, ut discere possit aliena facta. Sed uos satagite ut quieti sitis. *& ut uestrum negocium agatis*. i. unusquisq; officiũ qđ ad se pertinet, dimissis alienis, quia uobis est utile in emendatione uitæ uestræ sic agere. *& operemini manibus uestris*, unde uictum habeatis, & unde beneficia tribuatis, *sicut præcepimus uobis* dum præsentes essemus, qa & opus manuum adiuuat quietos esse. Illud enim malum ex ocio uenit. Hinc est Eccle. 33
quod scriptura dicit, quia multam malitiam docuit ociositas. & date operam *ut honeste ambuletis*. i. irreprehẽsibiliter agatis *ad eos qui foris sunt*. i. corãm infidelibus qui sunt extra ecclesiam, ut exemplo uestræ honestatis conuertantur ad honestos mores et ad fidem. Non ergo sectandum est ocium, sed opus faciẽdum: quia honestum est, & quasi lux ad ĩfideles. & adhuc date operam, ut *nullius aliquid* i. nullam rem cuiuscunq; fidelis *desideretis*, nedum rogetis uel tollatis: sed sufficiat uobis quod habetis, uel ex iusto labore uestro quod uobis deest, acquiratis. Qui enim in ocio uiuit, res aliorum concupiscit. Idcirco abijcite ocium, ut uincatis alienarum rerum appetitum.

C *Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & caeteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo,*

Quia quidam illorum inconsolabiliter deflebant suos amicos mortuos, quasi non amplius resurrecturos, docet eos reuera futurã omniũ resurrectionem, & ideo non debere eos immoderate contristari de morte suorum. Quasi dicat: De charitate non indigebatis a nobis doceri, sed de resurrectione mortuorum indigetis. Et ideo *fratres nolumus uos ignorare.* i. nolumus ut ignoretis, sed uolumus ut sciatis quae scienda sunt de *dormientibus*. i. de mortuis, qui quasi de somno facile surgent & integro corpore. Sicut. n. citius homo a somno euigilat, ita concitae ad cõditoris nutum a morte corporis surgent. Ideo nolumus uos hęc ignorare, *ut non contristemini* de morte charorum uestrorum, *sicut & caeteri*. i. infideles contristãtur de morte suorum, *qui spem non habent*, spem. s. resurrectionis & incorruptionis aeternae. Nam & ideo etiam dormientes eos appellat scripturae ueracissima cõsuetudo, ut cũ dormiẽtes audierimus, euigilaturos

Psal. 40 non dubitemus. Unde & in Psalmo dicitur. Nunquid qui dormit, non adijciet ut resurgat? Vehementer. n. ab infirmis mentibus nomen mortis pertimescitur, somni autem uocabulum non timetur. Est autem de mortuis qui diliguntur, quędam tristitia quodãmodo naturalis. Moriẽ quippe horret non opinio, sed natura: nec mors homini accidet, nisi ex poena quã praecesserat culpa. Quapp si animalia quae ita creata sunt, ut suo quęq; tempore morianẽ, mortem fugiunt & uitam diligunt, quãto magis homo qui sic fuerat creatus, ut si sine peccato uiuere uellet, sine termino uiueret? Itaque necesse est ut tristes simus, qñ moriẽdo nos D deserũt quos amamus: qa etsi nouimus eos nõ in aeternũ nos relinq̃re hic mãsuros, sed aliquantũ pcedere secuturos, tñ mors ipsa quam natura refugit, cum occupat dilectũ, contristat in nobis dilectiõis affectum. Ideo nõ admonuit Apl's, ut nõ cõtristemur, sed ut nõ contristemur sicut & cęteri q̃ spẽ non hñt. Cõtristamur ergo in nostrorũ mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur: inde infirmitas afficit, hinc fides reficit: inde dolet humana cõditio, hinc sanat diuina promissio. Permittãtur itaq; pia corda charorum de suorũ dolere mortibus tristitia sanabili, & consolabiles lachrymas fundant cõditione mortali, quas tñ reprimat si dei gaudium, qua creduntur fideles qñ moriuntur, aliquantulum a nobis abire & ad meliora transire. Vere, inquit, non debetis inconsolabiliter cõtristari, sicut infideles, de morte charoꝝ uroꝝ, quasi non sint amplius uicturi & uobiscũ futuri, qa *si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita* pro certo credere debemus, quia & deus eos qui dormierunt per Iesum. i. mortui sunt in Christo, *adducet, cum eo* ad iudicium in die resurrectionis omnium, ut cum Christo iudicent mũdum & regnent. Unde & Zacharias ait: Et ueniet dñs Deus Zach. 14 meus, & omnes sancti cum eo. Vel per Iesum mediatorem adducet eos deus cum eo: quia quod resurgent, & quod cũ Christo iudices ueniẽt, hoc non nisi per Christum a deo patre accipient. Si credimus, ingt, qđ Iesus mortuus est &c. Quid est qđ praedicator egregius mortem domini, mortem uocat: mortem uero seruorum domini, non mortem, sed somnum nominat, nisi quia infirma corda audientium respiciens, medicamentum praedicationis suae mi-

A ra arte apponit: & illum quem iam resurrexisse nouerant, eis mortuum insinuare non dubitat, eos uero qui necdum resurrexerãt, ut spem resurrectionis insinuet, non mortuos, sed dormientes uocat. Nõ.n. uerebatur dicere mortuũ, quem auditores iam resurrexisse cognouerant: & uerebatur dicere mortuos quos resurrecturos uix credebant.

*Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archãgeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui*
1.Cor.15 *qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.*

Vere illi qui nunc in mortis somno dormiuit, uenient uiui cum Christo. Nã *hoc dicimus uobis* non in nostro, sed *in domini uerbo*, quia nõ noster, sed domini est sermo, quem de hac re uobis loquimur, qm̃ ipso docẽte ac iubente, uel per os nostrũ loquente, loquimur uobis talia. Hoc.s. dicimus, *quia nos qui* tunc temporis in carne *uiuimus, qui residui sumus*, omnibus præcedentibus sanctis.i. quorum uita tũc est adhuc in corpore residua, *non præueniemus in aduentu domini eos qui dormierũt*, id est, non anticipabimus eos qui lõge ante mortui fuerãt, ut primi ante illos occurramus dño, sed cum illis pariter occurremus. Hunc modum resurrectiõis ideo docet apostolus, quia uidetentur uiuentes citius post se dño occurrere q̃ mortui. Tam uelociter.n. fiet omnium resurrectio, ut uiuentes nequeant p̃cedere mortuos. Nam uoce iustorum qui tunc uiuentes in carne sunt inueniẽdi, locutus est nunc Apostolus: quia & ipse iustus erat, atq; i carne uiuebat, & nouissimos sanctos fore communionis suæ præuidebat, ideóq; uerbis eorum utebatur. Sed Thessalo- B nicenses hoc non intelligentes, putauerunt quod Paulus & qui cum eo scribebant epistolam, dicerent se reperiendos in die cõsummationis in carne, & coniecturis uarijs fluctuabant atque dicebant: Si Paulus inueniẽdus in corpore est, proximus est dies iudicij. Vnde corrigit eos in secunda epistola. Putabant.n. quod in diebus eorum futura esset generalis resurrectio, qm̃ apostolus uerbo præsentis temporis dixerat, nos qui uiuimus. Qua causa præcipue cõactus est aliam illis epistolam scribere. Viuentes nanque & residuos (ut diximus) nominauit, nõ quo uellet intelligi se cum socijs suis tempore resurrectionis in corpore reperiendos, sed nos dixit pro eo quod est, iustos, de quorum numero & ipse erat. Ipsi.n. rapientur obuiam Christo, & non peccatores. Viuentes autem, nõ iuxta tropologiam sanctos accipimus, qui peccato mortui non sunt, sed omnes quos in corpore inueniet Christus adueniens. Quodq; sequitur, non præueniemus eos qui dormierunt, nõ ad peccatores est referẽdum, qui somno negligentiæ sopiti sunt. neq;.n. peccatores cum iustis rapientur obuiam Christo, sed ad eos referẽdum est quos mors dissoluerat. Non præueniemus ad occurrendum dño eos qui dormierũt, sed ipsi prius euigilabunt.i. resurgẽt quã nos incipiamus occurrere dño. *Quoniam ipse dominus* in propria persona *descendet* localiter de cœlo, uel de cœlo.i. de occulto, et hoc *in iussu patris*. Descendet enim missus à patre, non diuersitate uirtutis, sed dispensatione iudicis. Vel in suo iussu descẽdet, quia iubebit resurgere mortuos & occurrere sibi. Non.n. ueniet humilis & occultus ut olim, sed excelsus & manifestus & cum imperiosa authoritate, ut omnia mox fiant quæ-

C cunque iusserit. *et in uoce archangeli.* quoniã archangelus uoce magna clamabit, ante eum excitans mortuos. De
Matt.25 cuiusmodi uoce dicit ipse: Media autẽ nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiã ei. *et in tuba dei* i. in aliquo sono magno & publico,
Ioan.5 diuinitus facto. De cuiusmodi tuba rursum ipse dicit, quia uenit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient uocem filij dei, & procedent. Hæc tuba omnes excitabit, & inimicos terrebit, suos ad bellum inuitabit, ut expugnent aduersarios, & effugent à facie dñi atque mittant in gehẽnam. Et iterum sicut tuba quondam in festis conuocabat populum Hebræorum, sic hæc tuba conuoca
Nu.10.29 bit ad solẽnitatem æternæ lætitiæ po
&.31 pulum sanctorum. Deo, inquit, iubẽ
Psal.80 te & uoce archangeli atque tuba Dei sonante, *descendet* dñs Iesus *de cælo* in aera, non in terram. Nam quia in iudicio erunt, & qui ad cœlũ assumentur, & qui in terra relinquentur, idcirco dñs inter cœlum & terram. i. in aere faciet de utrisque iudicium. Et ipso descẽdente, mortui qui in Christo sunt. i. qui in fide & dilectione Christi præsentem uitam finierunt, *resurgent primi.* i. antequam illi qui tũc uiuent, occurrẽt Christo, *Deinde.* i. facta illorum resurrectione, *nos qui uiuimus.* i. illi de nobis qui uiui tunc inueniẽtur, *qui relinquimur.* i. qui tormentis Antichristi erũt residui ex nobis, *simul cum illis rapiemur* ab angelis *in nubibus obuiam Christo in aera*. Vltimis sanctis se cõtinuat Apostolus propter unitatem ecclesiæ, cuius mẽbra sunt & primi & nouissimi iusti, & propter similitudinem passionum, quoniam similes apostolis erunt in passionibus illi nouissimi, *propter quod & dignissimi erunt.* Qui tamen cũ uiui reperientur, non præuenient mortuos. Adeo uelociter fiet resurrectio mortuorũ. Sed cũ illi fuerint resuscitati, occurrent dño in suis corporibus & illi, D qui uiuentes in corporibus fuerint inuenti, ita tñ, ut inglorium & corruptiuum, & mortale, gloria, & incorruptione, & ĩmortalitate muteñ, ut qualia corpora surrectura sunt, in talem substantiã etiam uiuorum corpora transformentur. Reuera. n. quantum ad præsentia uerba pertinet, uidetur apostolus asserere quosdam in fine seculi, aduenientẽ dño, cũ futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed uiuos repertos in illã ĩmortalitatẽ, quæ sanctis etiam cæteris dabitur, repente mutandos, & simul cum illis rapiẽdos in nubibus. Sed uideamus ne huic sensui sit cõtrarium, qd idẽ Apostolus scribit ad Corĩthios, Omnes quidem resurgemus, uel omnes quidem 1.Cor.15 dormiemus. Si ergo sanctos, qui reperientur Christo ueniente uiuẽtes, eique uenienti obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadẽ mox ĩmortalia redituros, nullas in uerbis Apostoli patiemur angustias, ubi dicit, Oẽs resurgemus uel omnes dormiemus, quia nec illi erunt à resurrectione alieni, quam dormitione præcedent, quamuis breuissima, non tñ nulla. Neque. n. dicendum est, fieri non posse ut dum per aera in sublime portañ, & moriantur & reuiuiscant. Quod autem subiecit, *& sic semper cum domino erimus.* non ita accipiendum est, tãquam in aere nos dixerit cum dño semper esse mansuros, quia neque ipse utique ibi manebit. Venienti quippe ibitur obuiam nõ manenti. Sed ita cũ dño erimus, id est, sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicunque cum illo fuerimus. Omnes. s. electi, & qui de somno mortis excitati, & qui uiuentes in carne reperti fuerimus, rapiemur in nubibus obuiã domino in aera, & sic. i. omnes simul ĩmortales erimus

A mus semper cũ dño, sicut ipse dixit: Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum, ut uideãt claritatem meam. Qñquidem omnes resurgemus, et cum dño semper erimus, *itaq; consolamini inuicem*. i. cõsoletur alter alterum de morte amicorum suorum *in uerbis istis* quæ diximus de resurrectione & societate uel gloria perenni omnium iustorũ. Pereat contristatio, ubi tanta est cõsolatio. Detergatur luctꝰ ex animo, fides expellat dolorem in tanta spe gloriæ. Omnes .n. iusti cum amicis suis sine fine simul manebunt imortales atq; beati in regno Christi. Et ideo non debetis amicos uestros, q̃ mortui sunt, lugere quasi amissos: quia nõ amisistis eos, sed p̃misistis.

1. Math. 3

CAPVT V.

*De temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Cum enim dixerint, pax & securitas. tunc repentinus eis superueniet interitus sicut dolor in utero habenti, & non effugient.*

De resurrectione indiguistis p̃ epistolam nostram doceri, sed de temporibus & momentis quibus futura est ipsa resurectio, non indigetis ut scribamus uobis. *De temporibus*. i. utrum æstate an hyeme, & utrũ die an nocte, siue quo mense uel post quot annos uenturus sit Christus *& momentis*. i. qua hora diei uel noctis uenturus sit Christus, *non indigetis fratres*. i. non est necesse *ut scribamus uobis*, quia non prodesset uobis hoc scire. Nõ est opus ut de his scribamus uobis, quia uos ipsi scrutando scripturas uel docti à nobis *diligenter*. i. studiose *scitis quia dies domini*. i. dies iudicij uel dies mortis, in quo dñs unumquenq; iudicabit, *ita ueniet* latenter incautis, *sicut fur in nocte*. ueniet .n. in nocte. i. in ignorantia, hoc est, ueniet nullo sciente aut sperãte, ueniet subitaneus & improuisus, ueniet ut fur, qui latenter uenit dum dormiũt homines, & omnia subripit, ut qui diues obdormierat, euigilans nihil inueniat. Sic. n. cõtinget securis & negligentibus per improuisum aduentum diei domini. Et propterea cœpit apostolus loqui de temporibus, ut moneret discipulos cauere sibi, ne ita deprehendãtur. Hoc igitur opus est scire, ut curẽt filij lucis esse. & parato corde uigilare, qui nolunt ab illa die sicut à nocturno fure cõprehendi. Nam si ad cauendum hoc malum. i. ne dies dñi tanq̃ fur inueniat imparatum, opus esset nosse tẽporum spatia, non diceret Aopstolus, non opus esse ut hoc scriberet, sed hoc potius esse scribendum tanquam doctor prouidentissimus iudicaret. Nunc autem nec opus illis esse monstrauit, quibus sufficiebat ut scirent, imparatis atque dormiẽtibus diem domini sicut furẽ esse uenturã: atque sciẽdo hoc essent ipsi uigilantes & parati post quantalibet tempora ueniret: & suum seruauit modum, ut. s. apostolus non tm̃ præsumeret alios id docere, de quo apostolis dñm dixisse cognouerat: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. de his. n. temporibus & momentis non erat opus ut scriberet eis. Vere, inquit, ut fur ueniet amatoribus seculi dies illa. *Cum enim dixerint*, pax est nobis & in ipsa pace *securitas* de futuro, quia nihil molestariũ amplius euẽturum nobis formidamꝰ, *tunc* subito descẽdente iudice, *repentinus eis superueniet interitus*. i. mors æterna corporis & animæ, *sicut dolor* superuenit mulieri *habẽti in utero* prolem, quia malum cõscientiæ ipsorum incipiet eos subito torquere, cum per iudicis aduentum cœperit urgeri ut ad lucẽ prodeat. i. omnibus appareat. Mulier. n. prægnans quod in utero diu portauit cum pondere, tandem

Actuũ. 1.

C eijcit cum dolore:qa & reprobi malum,quod diu latuit intra conscientiam ipsorum & grauauit eam, in conspectu iudicis cum graui tormēto cunctis manifestabunt. Mulier cum uoluptate pondus illud concepit, sed (ut dictum est) cum dolore eijcit: quia & reprobi culpam cum uoluptate libenter commiserūt, sed ante districtum iudicem hanc inuiti multa cum amaritudine manifestabunt. Mulier dum non sperat,subitis doloribus incipit urgeri, ut pariat:quia & reprobi dum non pręuident: incipiunt repentinis cruciatibus comprlli,ut latentia mala quæ intus habent,ante tribunal ęterni iudicis ad publicum proferant.Ita ergo subitis doloribus incipient torqueri intrinsecus instar pręgnantis, *& non effugient*. Mulier nanq; euadit, sed illi non effugient. Dominus circa finem seculi tribulationem maximam esse denunciat futuram, & dicit, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Apostolus uero testatur, quia dicent, pax est & securitas. Sed dominus hoc de electis loquitur,apostolus uero de reprobis. Intelligamus ergo non eā ipleri modo q̄ dn̄s prænūciauit, sed tunc esse potius uētura, qn̄ sic erit tribulatio uniuerso orbi, ut ad ecclesiā ptineat q̄ in uniuerso orbe tribulabitur, nō ad eos q tribulabūt eā. Ipsi.n.dicturi sunt, pax & securitas, ut repētinꝰ illis supueniat interitꝰ,& eos aduentus domini sicut fur in nocte comprehendat, qn̄ econtrario gaudebit & exultabit, qui diligit manifestationem domini. Sed & hoc notādū, quia post mortem Antichristi quadragintaquinq; dies cōcedentur ad emēdationem his,qui ad uitam præ destinati sunt, & in Antichristi persecutione offenderūt. Sed qui ad uitam præordinati non sunt, nec mor te principis sui corrigentur:sed toto D corde mundanis inhærentes, gaudebunt, & uxores ducent, atq; conuiuia facient, & domos ædificabunt, dicentes: Pax est nobis & securitas, licet princeps noster sit mortuus.Et dum ita pacatos & securos se putauerint, subito iudex apparebit, omnesq; tales condemnabit.

Luc. 21.

*Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis et filij diei. non estis noctis neque tenebrarum.*

Illis erit improuisus dies dn̄i,ut illaqueet eos ad mortem propter cordis ipsorum cæcitatem. Sed *uos ô fratres non estis in tenebris* ignorantiæ & infidelitatis ille cupiditatum secularū,ita *ut uos dies illa tanquā fur comprehendat* ad mortē. Illi.n. sunt in tenebris & nō uigilant aduersus aduentum furis qui præsumentes de cupiditatibus suis, & in delicijs huius seculi diffluentes,tument & erigūtur aduersus humiles, & insultant sanctis Matt.7. intelligentibus atq; tenentibus an- Luca.13. gustam uiam,quæ ducit ad uitam. Sed uos non estis tales,quia non cæcant uos seculi cupiditates.Nam *omnes uos estis filij lucis*.i. Christi,q ait:Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui Ioan.12. credit in me,in tenebris nō maneat. *& filij diei*.i.ecclesiæ sanctorum, quā illuminat sol iustitię Christus. Vere filij estis Christi & ecclesiæ,quia *non estis filij noctis*.i.diaboli qui est nox,de Iob.3. qua sanctus Iob dicit: Noctem illā tenebrosus turbo possideat, neque estis filij tenebrarū,id est, insidelium Ephe.5. & iniquorū,q si cōuersi fuerint, audient:Fuistis aliqn̄ tenebræ,nūc autem lux i dn̄o. Vel omnes uos estis filij lucis.i. fidei & filij diei.i. sanctę conuersationis.Et nequis putet parrim posse esse diei, partimq; noctis, addo quia nō estis noctis.i.ignorantiæ uel infidelitatis: neq; tenebrarū, id est, malorum operum. Nam filij

A noctis et tenebrarum, sunt infideles & iniqui. Noctis, inquam, & tenebrarum filij sunt, qui omnia mala operantur: & usque adeo filij noctis sunt ut timeant uideri quæ faciunt. Qui autem publice talia operantur, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris cordis.

*Igitur non dormiamus sicut cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti loricã fidei & charitatis & galeam spem salutis. Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christũ, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem & ædificate alterutrum, sicut & facitis.*

Qñquidem non sumus noctis, *igitur non dormiamus*.i. non torpeamus in bonis secularibus, *sicut cæteri* .i. sicut infideles, qui ad noctem pertinent: *sed uigilemus*. i. uigili corde aduentum occulti iudicis expectemus, attendẽtes omnia hæc esse transitoria & cito peritura: *& sobrij simus*.i. sobrie his utamur, nõ quasi bonis nostris, sed ad sustentationem datis. Non dormiamus.i. non simus securi & desidiosi, quasi hoc nobis sufficiat qđ Christianitatis religionem suscepimus, & ideo negligenter agamus: sed uigilemus.i. corporis & negligẽtiæ tenebras à nobis repellamus, et oculos mentis ad aspectum ueri luminis apertos teneamus: & sobrij simus.i. ebrietatem secularium cupiditatum caueamus. Et iustũ est, ut nos qui ad noctem nõ pertinemus, somnum & ebrietatem fugiamus: quia *qui dormiunt*.i. qui delectabiliter torpent & quiescunt in pręsentib⁹, *nocte dormiunt*.i. iniquitate delectantur *& qui ebrij sunt*.i. quos inebriat amor seculi, ut ĩmoderate utantur his rebus transitorijs, in nocte cordis *sunt ebrij*. Nox.n. est iniquitas, in qua illi obdormierunt & inebriati sunt cupiendo ista terrena. & omnes istæ felicitates quæ uidẽtur seculi, somnia sunt dormientium: et quõ qui uidet thesauros in somnis, dormiẽs diues est, sed euigilans pauper, sic omnia uana ista huius seculi, de quibus homines gaudent, in somno apparent & in ebrietate cernũtur. Euigilabũt & sobrij fient amatores talium qñ nolent, si modo qñ utile est, non euigilauerint & sobrij fuerint: & inuenient somnia fuisse illa & transisse sicut umbram. Illi qui sunt noctis, dormiunt & inebriantur: sed *nos qui sumus diei, simus sobrij*. i. moderate utamur his temporalibus, & propter pſentia bona non obliuiscamur quęrere futura.i. æterna. Sobrij, inquam, simus. Quod esse poterimus, si fuerimus *induti loricam fidei & charitatis*.i. si fides & charitas instar loricę nos undique munierint aduersus oĩa diaboli iacula.i. cõtra uniuersa uitiorum tẽtamẽta. Sicut.n. lorica munit uitalia: sic fides & charitas munit cor nostrũ, ne lędãt à uitijs irruẽtib⁹. Et q̃uis nũc Apl's dicat loricam fidei, alio tñ loco dixit scutũ fidei. Scutũ ergo est fides, qa tela inimicorum excipit & repellit. Lorica etiam est, quia interiora nostra transfigi non sinit. Similiter & charitas nobis est lorica, quia malignorum spirituũ iacula nõ sinit ad cor nostrum interius penetrare. Simus etiã induti galeã, scilicet *spem salutis*, ut spes æternæ salutis ad supna tẽdens, obuoluat.i. protegat caput interioris hominis.i. mẽtem nostram, ne lædatur ab ictibus inimicorum.i. à tentamentis dæmonum in hoc cõflictu uitiorum. Spes enim protegens mẽtis caput, est nobis galea, quæ scilicet spes dicitur salutis, quia per spem uenimus ad salutem. Et recte dicitur spes salutis *quoniã nõ posuit Deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis*.i. non posuit nos ad hoc

Ephe. 6.

C in spe,ut eamus in iram damnationis, sed ut acquiramus salutem bene operando. Nõ.n. ociosis datur salus,sed his qui merito bonorum operum acquisierint eam . Et hoc *per dominum nostrum Iesum Christũ*, quia nullum iustitię meritum salutem nobis acquirere posset, nisi per mediatorẽ Dei & hominum. Vel ideo sobrij simus & armis uirtutum induamur, quia non posuit Deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis. i. non ordinauit & statuit nos ad hoc, ut iram exerceret in nos,sed ut acquireret nos ad salutem per Christũ mediatorem, *qui mortuus est pro nobis*. i. qui nos morte sua redemit ab æterna morte, *ut siue uigilemus*. i. in corpore uiuamus, *siue dormiamus*. i. somno mortis quiescamus, *simul cum illo* qui est, uiuamus .i. semper sit & uiuat cũ illo mens nostra, siue dum in hoc seculo uiuimus, siue dum in sepulchro dormimus, *propter quod*. i. quia hæc spes est nobis, qa Christus mortuus est ad horam pro nobis,ut nos semper cum illo uiuamus, *consolamini inuicem*. id est, consoletur ex uobis alter alterum in aduersis præsentium tribulationum, uel in obitu charorum & *ædificate alterum* .i. uicissim uosmetipsos per bona colloquia & per bona exempla ædificate in uirtutibus, ut & singuli & simul omnes ædificemini templum dño. Aedificate ĩquam *sicut & facitis*. Collaudat eos ,ut magis ac magis prouocet ad studium bene agendi. Hucusq; autem generaliter locutus est omnibus, sed nunc singulariter ad subditos admonendos,ut prælatos suos honorẽt & diligant, se transfert: postea monebit & prælatos,ut corrigant subditos. Quia uero humiles erant & ad obediendum prompti,ideo non imperãdo, sed rogando iniungit eis ea quæ uult ut faciant. Vnde nec apostolũ se dixit in exordio epistolæ,quia nõ

Nota.

Exodi.3.

erat necesse ut cogerentur apostolica authoritate. Sic & nũc prelati ecclesiæ bonos subditos humiliter rogare debent, ut in melius proficiãt: non imperiose compellere, ut inuiti bona faciant. Ecce.n. subiungit apl's. D

*Rogamus autem uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, & monent uos ut habeatis illos abundantius in charitate, & propter opus illorum pacem habete cum eis.*

Vos omnes consolamini & ædificatis inuicem alij alios, ut monem⁹. Sed *Vos ô fratres*, qui subditi estis, *rogamus ut noueritis*. i. ostendatis nosse uos per reuerentiam & honorem *eos qui ĩ* regimine ecclesiastico *laborant inter uos & præsunt uobis in domino*. i. ordinatione dñi, uel in his quæ ad dominum pertinent. *& monent uos*, ut mala caueatis & bona faciatis, uel ad meliora proficiatis. Ita. s. noueritis eos, *ut habeatis illos abundantius in charitate*. i. magis q̃ exteros diligatis & honoretis illos, ac bonis corporalib⁹ alatis. Volo.n. ut ex charitate presbyteros honoretis, ac reuerentiam illis exhibeatis. *Et propter illorum opus*. i. quia increpant uos aut etiam aliqñ puniunt uos, uidentes sic oportere fieri, *habete pacem cum eis*. i. nolite murmurare, nolite pacis amicitiam relinquere, si resecauerint uestra uitia, sed ideo magis pacem firmam seruate, quia ipsi non ex odio, sed ex charitate corripiunt uos. Pulchre obuiat Apostolus, puerilitati eorũ, qui dũ pro culpis suis increpantur aut uerberanť, pacem, quam cum prælatis suis habebant, abijciunt, ac discordias & murmurationes faciunt, dum cum prælatis suis haberi pacem iubet propter opus ipsorum. Vel ita distingui potest: habete illos abundantius in charitate propter opus illorũ. i. propterea magis amate illos, quia monent uos & corrigunt, sicut scriptum est, Argue sapiẽtem, & diliget

A ligent te. & habete pacem cum eis, ut nunquam discordetis ab illis, etiam si grauiter uos increpauerint aut uerberauerint.

*Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte nequis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, sectamini inuicem & in omnes.*

b Nūc ad prælatos est sermo. Subditos rogauimus ut honorent præpositos suos, & pacē cū eis habeāt. Sed *uos fratres* qui præestis, *rogamus, corripite inquietos*. i. castigate curiosos & pacis qetem turbantes, atq; indisciplinatos ac uagos, Corripite illos, ne sitis mercenarij: q̄a qui ideo cessat a correptione talsū, ne pdat munus qd ab his accipere solebat, uel ne patiat ab his aduersa, mercenari9 est non pastor. *consolamini etiam pusillanimes*, idest, eos qui pusillū habēt animū ad tolerantiam præsentiū aduersitatū, & contristant pro malis quæ sibi accidūt, siue illos qui a spe deficiūt pro magnitudine peccatorum suorum. *suscipite infirmos*. i. nolite abijcere eos q in conscientia sua uel in actionibus suis sunt infirmi, sed suscipite illos ad sanandum sicut spiritales medici. Et si in hoc officio uobis aliqd iniuriæ a subditis illatum fuerit, *estote patientes ad omnes*, q uobis molesti fuerint. Hoc etiam uidete, id est, diligenti consideratiōne attēdite, *nequis alicui reddat malum pro malo*, id est, non solūmodo uos non reddatis malum pro malo, sed etiam uidete ne alius reddat. Tunc etiam malum pro malo reddetis, si eos qui malum uobis irrogant, ad pœnitentiam non prouocaueritis. Hoc nanq; loco intelligendum est tūc potius malum pro malo reddi, si is q corripiendus est non corripitur, sed praua dissimulatione negligitur. Aliquando autem homines correptores suos putant inimicos suos. Ideo cum dixisset, corripite inquietos: subiecit, consolamini pusillanimes. Si forte enim de correptione īcipit deficere, & perturbatur, tunc oportet consolari. Suscipite infirmos, ne per īfirmitatem cadāt. Si titubare eum fecit infirmitas, sinu tuo suscipiat charitas. Ac deinde uidete neq; alicui malū pro malo reddat. Ergo non est malum, correptio si fit. Ille autem malū pro malo ei reddet, cui correptionē subtrahit. Videte neq; aliquādo cuiquā id faciat, *sed semper sectamini omnes, quod bonum* & rectum *est inuicem*, id est, uicissim inter uos, *& in*. i. erga oēs alios.

Nota. (left margin, beside "est non pastor")

*Semper gaudete in domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim uoluntas Dei in Christo Iesu in omnibus uobis.*

Hæc communiter omnibus dicūtur. Licet frequenter aduersa patiamini, tamen nolite contristari, sed semper & in prosperis & in aduersis gaudete. Sed q̄a malum est seculari gaudio gaudere, propterea subiungo ut gaudeatis *in domino*, non in seculo nec in uobisipsis. In domino gaudete, ut intus apud eum sit gaudium uestrū & gloriatio uestra. *sine intermissione orate*, id est, ut nullo die intermittatis certa tempora orandi. Sed et continuum cordis desideriū, continua oratio est. Nunqd enim sine intermissione possumus genu flectere, corp9 prosternere, uel manus leuare, ut de hoc nobis dicatur, sine ītermissione orate? Sed qui nūc uult intermittere orare, non intermittat desiderare. Sic enim orabat Moyses, cui tacenti dixit dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quamuis nihil diceret ore. Ita iuge desiderium & incessabilis amor, assidua est oratio sanctorum. *In omnibus Deo gratias agite.* Vera fidelium humilitas est in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingratum esse, nec querulum: sed in omnibus Dei iudicijs Deo gratias agere, Deumq;

Nota. (left margin, beside "irrogant, ad pœnitentiam")

Exo. 14. (right margin, beside "de, quamuis nihil diceret ore")

C laudare, cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. In omnibus ergo q̃ uobis acciderint, agite Deo gratias. Et debetis hæc non inuiti facere, id est, gaudere semper & orare & gratias agere: quia *hæc est uoluntas Dei*, id est, hoc uult Deus ut ista faciatis. Quæ uoluntas est *in Christo iesu*, quia in Christi beneficio concessit Dei uolũtas hominibus, ut ista possint facere. Et est *in omnibus uobis* hæc Dei uoluntas, id est, Deus hoc uult ut omnes uos, maiores atque minores, ista faciatis.

*Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete uos.*

Quia quidam inter eos habebant spiritalia dona, sed ab aliĩs propter inuidiam prohibebantur exercere illa, nec prophetare sinebant, sed prophetiæ ipsorum ab æmulis contemnebantur, ideo nũc per Apostolum dicitur: Spiritum nolite &c. Non q̃a spiritus sanctus extingui possit, sed quia quantum in ipsis est, extinctores eius merito uocant, qui sic agũt ut extinctum uelint. *Spiritum* (inquit) *nolite extinguere*. Et tanquam exponẽs q̃d diceret, adiecit: *prophetias nolite spernere*. Extinguũt ergo quantũ ad eos, spiritum, qui prophetias spernunt: quoniam ignem spiritus sancti, qui prophetas ad loquendum illuminat & inflammat: extinguere & adnullare conantur. Nolite spiritum extinguere, id est, si spiritus sanct⁹ alicui reuelat aliq̃d, nolite prohibere quod sentit loqui. Et prophetias nolite spernere, id est, quę sancti per spiritum sanctum prædixerint, nolite putare falsa esse uel negligere: sed credite uera esse, & reuerenter suscipite: sed tamen iuxta Ioannem, noli

Ioan.4. te omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Vnde & hîc subditur: *Omnia autem probate, quod bonum est tenete*, Honorate prophetias

D sed tamen non omnium dicta indiscrete recipiatis, sed probate, id est, ratione discutite omnia, utrum bona an mala sint: & quod bonum inuenietur, tenere. Postquã singula quæq; discusseritis, & certa probatione quale sit unumquodq; noueritis, quod bonum esse noueritis, tenete: & econtra *ab omni specie mala abstinete uos*, id est, non solum ab eo quod ueraciter malum est, sed etiam ab ipsa similitudine mali, hoc est, si quid mala specie malum aliquid prætendit, etsi malum non sit, uos tamen abstinentes sitis ab eo, ne mala specie malum exemplum detis hominibus. Non enim occasionem malæ suspicionis de uobis dare hominibus debetis, cum uos malam conscientiam non habeatis.

*Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentum domini nostri Iesu Christi seruetur. fidelis est Deus qui uocauit nos, qui etiam faciet.*

Ego quidem uos moneo ita uiuere & sanctitati operam dare, sed *ipse Deus* faciat in uobis quod moneo, Deus pacis, id est, De⁹ cui per Christum qui pax nostra est, reconciliati sumus, & qui potest inquietudinem præsentium tribulationum remouere, *sanctificet uos* interius exteriusq; *per omnia*, ut nulla pars uestri absq; sanctificatione sit. Ita uos sanctificet, *ut integer seruetur uester spiritus*, id est, illud quo intelligitis: *& anima*, id est, illud quo uiuitis: *& corpus*, id est, illud quo uisibiles atq; contrectabiles estis. Tria sunt enim quibus homo constat, id est, spiritus & anima & corpus. Quæ rursus duo dicunt, quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur. Pars enim quędam eius rationalis, qua carent bestiæ, spiritus dicitur. Principale itaq; nostrũ, spiritus est. Deinde uita quæ coniũgit hũc corpori anima uocatur. Po-

A stremo ipsum corpus, quoniam uisibile est, ultimũ nostrum est. Illud enim quo ratiocinamur & intelligimus atque sapimus, ita proprie spiritus nuncupatur, ut non sit uniuersa anima, sed aliquid eius, id est, rationale nostrum, quo sentit & intelligit ipsa anima, non sicut sentit corporis sensibus, sed sicut ille est intimus sensus, ex quo est appellata sententia. Hinc autem pecorib9 sine dubitatione præponimur, eo q sint illa rationis expertia. Non enim spiritum habent, id est, intellectum & rationis ac sapientiæ sensum, sed animam tantum. Et si spiritus pecorũ in scripturis appellat, spiritus pro anima nominat. Sit ergo uester spiritus integer, id est, nullo consensu peccati uulneratus, & anima uestra integra, id est, delectationib9 carnis non sauciata: & corpus itegrum, id est, peccati perpetratione nõ lęsum. Et ita seruetur integra omnis uestrę substantia naturæ *in aduentum domini nostri Iesu Christi*, ut cum uenerit dominus, non inueniat in uobis peccatorum uulnera. Vsque in aduentum domini, id est, usque in finem uitæ præsentis seruetur integra: quia qualis quisque de hac uita exierit, talis apparebit in aduentum iudicis. Et seruetur *sine querela*, id est, tam innocẽs, ut nemo possit de ea iuste conqueri. Aliud nãque est, esse sine peccato, qd' de solo in hac uita unigenito dictũ

1. Petr. 2. est: aliud est, esse sine querela, qd' de

Luc. 1. multis sanctis etiam in hac uita di-

Philip. 3. ci potuit. Quoniam est quidam modus bonæ uitæ, de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querela esse non possit. Quis enim iuste queritur de homine qui nemini male uult & qbus potest fideliter consulit, nec cõtra cuiusquam iniurias

ib. 6. tenet libidinem uindicãdi, ut ueraciter dicat, Sicut & nos dimttimus debitoribus nostris? & tamen ex eo quod iterum dicit, Dimitte sicut & nos dimittimus, sine peccato se nõ esse declarat. Itaque sine querela conseruemini usque in aduẽtũ domini. i. usque ad terminum uitæ huius, ut nemo possit de uobis querelam facere. Et uere integri sine querela seruabimini, quia *fidelis est Deus*, id est, uerus in promissis, *qui nos uocauit* ad uitam, *qui etiam faciet* ut integri perueniatis ad eam.

B

Luc. 11.

*Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi nobiscum. Amen.*

Orate, inquit, *fratres pro nobis*, ut auxilio uestræ orationis liberemur a malis, & bona quæ cupimus assequamur. et ex nostra parte *salutate fratres omnes*, ut per hãc salutationem impleantur maiori gratia, & magis accendantur in amorem nostri. Salutate illos *in osculo* non lasciuo nec ficto, sed sancto, id est, casto & uera dilectione pleno. Adiuro etiam *uos per dominum*, ut si propter simplicem iussionem neglexeritis facere, uel saltem propter sacramentum adiurationis hęc faciatis. Adiuro uos *ut hæc epistola* quam mitto uobis *legatur omnibus fratribus sanctis*, id est, baptismo sanctificatis, ut omnes ædificentur per eam & confirmẽtur: uel sanctis, id est, perfectis, ut & ipsi proficiant. Et ut hæc omnia facere ualeatis, *gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum*, cuius auxilio compleatis. Amen.

Primæ ad Thessalonicenses epistolæ finis.

C PRAEFATIO IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES.



Perseuerantibus uel exercentibus se magnis tribulatiõib⁹, aliã scribit Apl's ad Thessalonicẽses epistolã, itẽ monens eos ad patiẽtiã, & oñdens fieri iusto Dei iudicio, ut boni p pñtes tribulationes ad gl'iam ppetuæ quietis perueniãt, & mali pp iniurias quas sctis itẽrũt, pœnas æternas subeãt. Ostendit ẽt non instare tpibus eorũ diem dñi, sicut ipsi putabant pp q̃dã eius
1.Thes.4. uerba, quæ de resurrectione posuerat in pcedente epl'a. Nã qđ dixerat, Mortui qui in Xpo sunt, resurgent primi: deinde nos q uiuimus, qui relinqmur, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Xpo in aera, hoc ipsi nõ intelligẽtes, cõturbati sunt, æstimantes q in diebus eorũ qui tũc uiuebãt, uenturus esset dñs. Qua de causa pcipue scđam hanc Apl's scribens eis ab Athenis epl'am, intendit, hmõi opinionem destruere: ne cum transiret tps, quo dominũ crediderant esse uenturũ, & uenisse non cernerent, etiã cætera fallaciter sibi promitti arbitrantes, de ipsa mercede si dei desperarent. Nam si Apl's in hoc mẽtitus putaretur, per oĩa reprobaretur: & ita diabolus tali opinione deluderet eos ac deciperet. Propter ea corrigit Apl's hunc eorũ errorem, & ostendit q̃dam certa signa demõstrari anteq̃ dies iudicij ueniat, scilicet primo uenturam discessionem & reuelandũ hominem peccati, qui est Antichristus. Remotione autem erroris huius facta, suo more transit ad moralem exhortationem, ubi & aspere corripit quorundam inquietudinem. Sic autem incipit.

D EPISTOLAE PAVLI SECVNDAE AD THESSALONICENSES, CAPVT I.

*Paulus & Syluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicẽsium in Deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Hæc superius exposita sunt. Post salutationem sic inchoatur.

*Gratias agere debemus semp Deo p uobis fratres, ita ut dignũ ẽ, quoniã supercrescit fides uestra, et abũdat charitas uniuscuiusq; uestrũ inuicẽ, ita ut nosipsi in uobis gloriemur in ecclesijs Dei pro patiẽtia uestra & fide in omnibus psecutionibus uestris et tribulationibus, quas sustinetis in exẽplũ iusti iudicij dei, ut digni habeamini in regno Dei, p quo et patimini: si tamẽ iustũ est apud deũ retribuere tribulationẽ his qui uos tribulãt, et uobis qui tribulamini, requiẽ nobiscũ in reuelatiõe domini Iesu de cœlo cũ ãgelis uirtutis eius, in flãma ignis dãtis uindictã his qui nõ nouerunt deũ et qui nõ obedierũt euãgelio domini nr̃i Iesu xp̃i.*

A magna laude eorũ ĩchoat, ut laudãdo eos roboret & nutriat, sed de oĩbus q̃ in eis laudat pmittit Deo grãs, significãs eos à Deo habere oĩa q̃ laudat, uel p qbus laudat eos, ne forte ex his q̃ diuinit⁹ acceperãt, extollerẽtur quasi ex seipsis hęc hñtes. Supbia.n. plerũq; nascitur ex bñ gestis. Debemus (ingt) ő *fratres agere semp Deo gratias pro uobis, ita* magnifice *ut dignũ est*, qa pro magnis magnę grę sũt agendæ: *quoniã fides uestra* nõ decrescit in tribulationibus, sed supercrescit. i. quotidie maior efficitur & supat ad uersitates, uel adeo pficit: ut opetur supra q̃ pcepim⁹. & sĩlr *charitas uniuscuiusq; uestrũ abũdat*. i. abũdãter exuberat inuicẽ. i. inter uos. & qa ita supercrescit fides ũra & abũdat charitas, inde grãs agere debemus Deo p uobis, nõ ita uos laudare tanq̃ hoc habeatis ex uobis. Ita supercrescit et abũdat fides & charitas ũra, ut nosipsi

qui

A qui non de paruo gloriaremur, *in uobis gloriemur in ecclesijs Dei*, id est, apud ecclesias fideliū, quibus exemplū de uobis damus. Videte ergo ne sitis exemplū defectus. gloriamur apud sanctorū ecclesias in uobis. i. de bonis qui sunt & augentur in uobis. Gloriamur scilicet *pro patientia & fide uestra*, id est, qa nō deficitis nec murmuratis, sed patientes estis et fidem seruatis *in omnibus psecutionibus uestris* de loco ad locum, *& tribulationibus*, id est, tormentis & afflictionibus, quæ uobis in uno loco fiunt. *quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei.* Ac si diceretur, dum tam dura toleratis, qui tam recta agitis, quid aliud q̃ iusti Dei iudicij exemplū datis? Quia ex uestra pœna colligendū est, quomodo feriat quibus irascitur, si sic uos affligi patitur, in qbus lætatur: aut quomodo illos percussurus est, quibus iustum iudicium exhibet, si etiā uos sic cruciat, quos pie redarguens fouet? Hinc. n. intelligitur qūo nō parcat impijs, tanq̃ sarmentis præcisis ad cōbustionem, quando iustis non parcit, ꝓpter perficiendam purgatio-
1. Petri. 4. nē. Vnde & Petrus ait: Tempus est ut icipiat iudicium de domo domini. Si autem primum à nobis, qs finis eoꝝ qui non crediderūt Dei euāgelio? Hoc est exemplū futuri iudicij, quod nūc cernitur in afflictione piorū, sed si illi modo ꝑ leuib⁹ pctīs suis grauiter iudicantur, multo grauius impij pro suis criminibus in fine iudicabuntur. Ideo sustinetis flagella præsentium tribulationum, ut per hoc purgati *habeamini digni in regno Dei*, id est, in æterna beatitudine, ad quam nullus intrabit immundus, quia nō est dignus. Sed uos per has passiones efficimini digni illo regno *pro quo et patimini*, non pro humano fauore, nec pro aliquo crimine. Nihil aliud enim quærit mens uestra pro his passionibus, nihil regnum Dei:

nihilq̃ criminis admisistis, pro quo B talia pateremini. Dixi qa sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, quo punietur aduersarij uestri, ut habeamini digni in regno Dei: tamen hac conditione fiet istud, *si est iustum apud Deum*, his dari pœnam & uobis quietem, id est, si opera eoꝝ tam pessima sunt, ut Deus iudicet iustum eē pro his retribui cruciatus æternos: & si opera uestra adeo uere bona coràm eo sunt, ut ipe iustum ducat pro his recompensare quietem perpetuam. Aliter enim iudicat Deus & aliter homo, quia sæpe quod nos improbamus, ipse approbat: & quod nos laudamus, ipse cōdemnat. Subtilia enī & iusta sunt iudicia Dei. Et ideo ne isti nimium securi fiant de futura saluatione sua, & incipiāt negligenter agere, ac nimium certi de damnatione suorū aduersarioꝝ, incipiant desperare conuersionem illoꝝ, pulchrè tēperatā dedit Apl's de utrisq; snīam. Sustinetis, iquit, in exemplū iusti iudicij Dei, ut digni habeamini in regno eius: si tñ iustum est apud Deum, *retribuere tribulationem æternam his qui uos* ad tempus *tribulant*, *& uobis qui* tpaliter *tribulamini*, *requiem nobiscum* sempiternā, non in pr̄senti uita, sed *in reuelatione domini Iesu*. i. quando reuelabitē et palàm coràm oībus apparebit dominus, ut reddat unicuiq; scdm op⁹ eius. Domini dico, uenientis *de cælo cum angelis uirtutis eius*, id est, per quoꝝ ministerium ostendet ipse uirtutem suā, dum bonos per eos elegerit, & malos foras miserit. & uenientis *in flāma ignis*, non qđ sit flāma circundatus, sed per effectū, qa inimicos exuret. Ignis dico, dātis. i. inferentis *uindictam his qui non nouerunt Deū* i. infidelibus: *& qui non obedierunt euangelio domini nostri Iesu Christi*. i. illis qui fidē habuerunt, sed mandata dñi seruare neglexerunt. Grauius peccat sciens, q̃ nesciens. Nec tñ ideo confugiendū est Nota.

C ad ignorãtię tenebras, ut in eis qſq; regrat excuſationem. Aliud.n.eſt ne ſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe arguitur in eo, de quo dicit, Noluit itelligere ut bene ageret. Sed illa ignorantia quæ non eſt eorũ qui ſcire nolũt, ſed eorũ qui tanq̃ ſimplr neſciunt, neminẽ ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat, ſi ppterea non credidit qa non audiuit qđ crederet, ſed fortaſſe ut mitius ardeat. Et ſi illi æterno igni cremandi ſunt, qui Deũ neſcierũt, qd de illis fiet, q pdicatores Dei uel ſeruos eius cauſa nõis eius pſecuti ſunt? Aut ſi illi perpetuo paſſuri ſunt, q euangelio qđ acceperant, nõ obedierunt, qd illi patient, q pcepta ipſius euangelij ſcienter & uolũtarie puaricati ſũt?

*Qui pœnas dabũt in interitu æternas à facie domini et à gloria uirtutis eius, cum uenerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum eſt teſtimonium noſtrũ ſuper uos in die illo. In quo etiã oramus ſemper pro uobis, ut dignetur uos uocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem uoluntatem bonitatis & opus fidei in uirtute, ut clarificetur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in uobis, & uos in illo, ſecundum gratiam Dei noſtri & domini Ieſu Chriſti.*

Ignis ille dabit uindictã .i. inferet pro culpis pœnam infidelibus, qui non nouerunt Deum: & uanis fidelibus, qui non obedierũt euangelio dñi. Qui utriq; dabũt.i. luẽt pœnas non horarias, ſed æternas: nec immodico dolore, ſed *in interitu*.i. in morte perpetua, longe remoti *à facie*.i. à pręſentia uiſionis *domini & à gloria uirtutis eius*, ne eam uideãt gloriã, quã uirtus eius oſtendet in ſe & dabit ſanctis, ſicut ſcriptũ eſt: Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Nam in iudicio uidebunt boni & mali formam ſerui, ac deinde cum mali in gehẽnam præcipitati fuerint, boni ſubleuabuntur ad uidendum claritatem diuinitatis eius. Tunc pro ignorantia & inobedientia ſua dabũt mali pœnas ęternas, pieċti à facie dñi, ut *cum uenerit glorificari in ſanctis ſuis*, id eſt, replere & illuſtrare ſanctos ſuos gloria ſua ut uidentes eum ſicuti eſt, ſimiles ei fiant, & ipſe glorioſus in eis appareat. I. Ioan. 3. *& admirabilis* fieri.i. admiratione et laude dign⁹ oñdi *in omnibus* ẽt minoribus, *qui crediderunt* ea fide, quæ per dilectionem operatur Admirabilis tũc fiet in his qui crediderũt, im- Gala. 5. pijs admirantibus tantam ſalutem iuſtorũ, quos hic deſpiciebant, & ipſis iuſtis ſuam ſalutem mirantibus. Ideo aũt (ſicut dictum eſt) dabit tũc Sapien 5. uobis regem nobiſcũ, *quia teſtimonium noſtrum*, id eſt, qcqd teſtificati ſumus uobis de his quę fierent *in illo die*.i. de gloria bonorũ & pœna malorũ *creditũ eſt* à uobis quamuis eſſet *ſuper uos*, id eſt, ſuperans ueſtrũ intellectum. Quamuis enim ſupra ſenſum eſſet quod dicebam⁹, nec poſſet illud intelligentia ueſtra capere, tamen uos noſtro teſtimonio fidem accommodatis. Vel ſuper uos fuit.i. uobis dominans, nõ q̃rentibus rationes. Vel quaſi de loco ſublimiori loquẽtes, ſuper uos teſtimoniũ protulimus, qđ creditũ eſt à uobis de his q̃ fient in die illo. *In quo* die ut dignet̃ uos.i. dignos habeat uocatione ſua Deus noſter, nos *etiã oramus ſemper pro uobis*.i. non ſolũ inſtruximus uos de illa iuſtorũ glorificatione uel impiorũ dãnatione, ſed etiã oramus aſſidue pro uobis, ut ad illam gloriam pertingatis, ut.ſ. *dignetur nos ſua uocatione Deus noſter*.i. dignos uos iudicet quos ad re- Matth. 25. gnũ uocet, dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. *& impleat omnem ueſtram uoluntatem bonitatis*.i. plenarie faciat qcqd bene uultis. Vel interim in hoc ſeculo impleat omnem uoluntatem bonitatis in uobis, id eſt, plene uos faciat uelle omne bonũ. & ipleat in uobis *opus fidei*.i. omne bonũ opus quod fides exigit, &

A hoc *in uirtute* potētis actionis. Vel cō fessio est proprie opus fidei, ut quod mens credit, lingua fateaꝛ. Impleat in uobis opus fidei, id est, confessionem, & hoc in uirtute cōstantiæ, ut nullo modo flecti possitis à fidei cō fessione. Ita uidelicet impleat hoc in uobis, ut in præsenti uita *nomen domini nostri Iesu Christi clarificetur in uobis.* i. clarū & gloriosum appareat in bonis operib⁹ uestris: *& uos* in alia uita clarificemini *in illo,* & hoc *secūdum gratiam Dei nostri patris, et domini Iesu Christi.* i. secū dum qđ pater & filius per gratiam sancti spūs electis suis gratuita bonitate tribuūt supra ꝙ mereri pñt.

CAPVT II.

*Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostra congregationis in ipsum, ut nō cito moueamini à uestro sensu, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini.*

Captata illoꝛ beneuolētia, illisq́ laudatis, secure descendit ad principalem intentionē. i. ad remotionem erroris, quo maxime turbati fuerāt, Quasi dicat: Vos qdem fratres patienter omnia sustinetis, propter remunerationem quam à Deo speratis: sed rogam⁹ uos ut à sensu catholicæ fidei nullatenus moueamini. *Rogamus autem uos fratres*, non per leue aliqd, sed *per aduentum domini nostri Iesu Christi*, si uultis ut uobis pſit, & per aduentū *nostra congregationis in ipsum* Christū, si uultis esse in ea, quādo omnes qui electi fuerimus, cōueniemus & congregabimur in ipsum saluatorē. *ut non cito moueamini.* i. nō cito titubetis *à uestro sensu.* i. à sensu catholicę ueritatis, uel à puro intellectu quē hactenus habuistis. Nō cito moueamini. Si.n. mouemini, cito est, qa nihil uobis inferꝛ qđ diu duret. *neq; terreamini* quasi de uicino periculo imīnētis iudicij. *neq; per spiritum moueamini aut terreamini.* i. si malign⁹ spūs quasi angelus lucis apparens in uisione, pſuadeat B uobis diem dñi uřis dieb⁹ īminere, 2. Cor. 11. uel siqs dicat se p spm̄ scīm̄ hoc cognouisse, nō credatis ei. *neq; per sermonem.* i. siqs pñtialiter apud uos publico sermone & īter alia uoluerit hoc astruere, nolite unquam credere, *neq; per epistolam* alicuius absentis *tanquam per nos.* i. iussu nostro missam uel sub noīe nostro, nolite seduci. Siue p epistolam quam uobis ante misimus, nolite turbari. i. nolite putare quòd epistola nostra dicat uestris diebus Christū esse uenturꝫ. Nolite his omnibus terreri, *quasi instet dies domini*, id est, quasi uicin⁹ īmineat dies, in quo dñs potentiam suam ostendet, puniendo malos & saluando bonos. Non ideo dicit hoc Apl's, ut uelit illos securitate torpere ac negligenter agere & imparatos esse, sed ne in ipsa perturbatione expectatiōis celerrimi aduentus dominici possent seduci, ad suscipiēdū pro Christo diabolū, qui hoc agebat ut sub nomine Christi se faceret adorari, sicut et beato Martino suadere uoluit. Qđ ut non possit, tp̄s & signa dominici aduentus describit Apl's. Nam animos eoꝛ uel occasio non intellectæ epistolæ, quam ipse eis miserat, uel ficta reuelatio aliqua quæ per somniū deceperat, uel aliquoꝛ coniectura, Esaię & Danielis euangelioꝛūq́ uerba de Antichristo prænunciantia, in illud tp̄s interpretantiū, mouerat atq; turbauerat, ut ī maiestate sua tūc Christū sperarent esse uenturꝫ. Cui errori medeꝛ Apl's, & exponit quæ ante aduentū Christi debeant præstolari, ut cū illa facta fuerint tūc, expecteꝛ Christus. Parcens tamen eoꝛ uerecūdiæ uel teneritudini, nequaquam eos aperte reprehendit, qa commoti fuerant, sed ne moueantur rogat, & prius etiam multū eos laudat. Plerūq;.n. pusillanimes utilius emendamus, si & eoꝛ bene gesta memora-

C mus, & siqua ab eis inordinate gesta sunt, non iam tanq̃ pperpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeāt prohibemus, ut & illa quæ approbamus, illatus fauor augeat: & contra ea quæ reprehendimus, magis apud pusillanimes exhortatio uerecũda conualescat. Vnde nunc magister egregius, ut dictũ est, cum Thessalonicenses in accepta prædicatione perdurantes, quasi de uicino mũdi termino quadā cognosceret pusillanimitate turbari, prius in eis quæ fortia prospicit, laudat: et caute monendo postmodum quę infirma sunt, roborat. Cũ.n. multa laude digna dixisset, subiũxit hoc de quo loqmur: Rogamus aũt uos fratres per aduẽtũ domini &c. Egit enim uerus doctor, ut prius audirēt laudati qd̃ recognoscerent, & post modũ quod exhortati sequerentur: quatenus eorꝫ mentem, ne admonitio subsequens concuteret, laus præmissa solidaret. Et qui cõmotos eos uicini finis suspicione cognouerat, non iam redarguebat cõmotos, sed quasi transacta nesciens, adhuc cõmoueri prohibebat, ut dũ se de ipsa leuitate motionis p̄dicatori suo incognitos crederent, tanto reprehensibiliores essent, quanto magis ab illo se cognosci formidarent.

Matt. 24. *Nequis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi*
Ephe. 5. *uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut qd̃ colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Non retinetis quòd cũ adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. tantum ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et*
Esaia. 11. *tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eo quòd charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati.* D

Videte, inquit, *nequis uos seducat ullo modo*, id est, neq; in errorem trahat uos, aut per spiritũ, aut per sermonem, aut per epistolam, aut per aliũ quēlibet seductionis modũ, ut credatis instare diem domini. Quoniam nõ īstabit, *nisi primum uenerit discessio*, ut omnes gentes quę Romano īperio subiacent, discedat ab eo: siue ut multitudo ecclesiarꝫ discedat à pontifice Romano, aut multitudo hominũ discedāt à fide. & nisi reuelatus .i. manifestatus & ostensus fuerit, qui omniũ prophetarꝫ uerbis prænũciatur, *homo peccati*, id est, Antichristus, q non est Deus iustitiæ, ut finget, sed homo peccati, in quo fons omniũ peccatorꝫ est. *& filius perditionis*, id est, diaboli, qui est uniuersorꝫ perditio. uel filius perditionis .i. natus ad hoc ut perdat alios, et tandē ipse perdat. qui. s. homo pestifer, aduersat̃ X p̄o, ideo uocat̃ Antichristus .i. cõtrarius Christo. Vel omniũ saluti aduersat̃, *& extollitur* .i. effert se *supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur* .i. sup illos q nũcupatiue, non essentialit̃ sunt dĩ, & super illũ q naturalit̃ est Deus. Deus .n. dici aliqñ & homo potest, iuxta qd̃ ad Moysen dicit̃: Ecce cõstitui te Deũ Pharaonis. Deus uero coli, purus homo nõ pōt. Quia uero se Antichristus & sup sanctos quosq; homines, & super ipsius potentiam diuinitatis extollit per exactũ sibi nomen gloriæ, & hoc qd̃ Deus dicit̃, et hoc qd̃ Deus colit̃, trāsire conat̃. Et ita erigetur, ut sedeat & se adorari iubeat *in tēplo Dei*, fortasse qd̃ est in Hierusalē. Vel potius in tēplo Dei sedebit .i. in mentibus christianorꝫ quos seducet, q fuerant templũ Dei. Nam iuxta hunc sensum dicit̃ in psalmo

Marginal notes: Nota. — Exo. 7. — 2. Cor. 6.

A Deus, uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Gentes.n.templum dei polluerunt, qñ pagani quosdã Christianos in persecutione idolis sacrificare coegerũt. In hmôi igitur tẽplo sedebit Antichristus, *ostendens se tanquam sit Deus*.i. super eorum mentes quos seducere poterit fastu gloriæ secularis, erigetur, ita ut cũ sit homo peccator, homo tñ existimari despiciens, Deum se super homines mentiatur. Nisi ita fuerit Romanum imperium antea desolatũ, & Antichristus ita manifestus præcesserit, Christus non ueniet, qui ideo uenturus est, ut Antichristum destruat. *Non retinetis* in corde, *quòd hæc* ipsa quæ nunc scribo per epistolam, cũ adhuc *apud uos essem*, præsenti sermone narrabam & *dicebam uobis*. Christum.s. non esse uenturum, nisi præcesserit Antichristus? Hoc debuissetis firmiter retinere, nec de suspicione proximi aduentus dñi fluctuare. Ego præsens dicebam Antichristum prius uenturũ. *Et nunc quid detineat scitis*.i.quæ causa sit ꝙ Antichrist⁹ mõ nõ ueniat, optime nostis. Qm̃ scire illos dixit, aperte hîc dicere noluit: & ideo nos qui nescimus qđ illi sciebant, aut uix aut nequaquam peruenire ualemus ad id, quod ipse in hoc loco sensit. De Romano tñ imperio intelligitur. q & ideo uidetur aperte noluisse dicere illud esse destruendum, quod ipsi qui imperabant ęternum putabant, ne eos in odium Christiani nominis excitaret. Si.n.aperte & audacter dixisset, Non ueniet Antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa perditionis aduersus nascentem tunc ecclesiam consurgere uideretur. Velauit ergo quadam obscuritate qđ dicebat, ne Roma.incitaret ad ꝑsecutionem ecclesiæ, uel impediret à suscipienda fide. Scitis, inquit, quid eũ nũc detineat, ut modo non ueniat. hoc.s. detinet B eum, qa ea quæ fieri debet ante aduentum eius, prius facienda erit discessio, ut gentes discedant à Roma. imperio, sicut iam factũ cernimus. Et adhuc prius est facienda grauior discessio, ut ingens multitudo eorũ qui Christianitatis uocabulum portant, discedat à religione uel ab ipsa fide Christiana, intantũ ut cũ uenerit Antichristus, facile suscipiat eũ. Hoc & his similia, sunt quæ adhuc detinent & retardant eũ. Non enim debet aut potest uenire, nisi qñ ita deprauatum fuerit genus humanũ ut cum uenerit, mox suscipiat eum. Scitis quid eum nũc detineat.i. quæ causa sit dilationis eius, *ut reueletur*.i. manifestius cunctis apareat *in tempore suo*.i. sibi congruo, qñ uidelicet satanas soluetur & aduersus ecclesiam totis uiribus relaxabitur. Tũc nanq; erit tempus Antichristi, quia tunc regnabit, cum quod uoluerit faciet, ideoq; tunc aperte reuelabit. Nam in membris suis *iam operatur mysterium iniquitatis*. Quod est dicere multis malis atq; peccatis quibus Nero impurissimus Cæsarum mundum premit Antichristi parturitur aduentus: et qđ ille operaturus est postea, in isto ex parte completur. Sic ergo in Nerone, cuius opera uelut Antichristi uidebantur, & in cæteris similibus operat aduersarius ille iam ab ipso tempore apostolorum mysterium iniquitatis: quia Nero & cęteri tales præfigurant eũ, sicut Abel & Isaac & Dauid præfigurauerunt Christum. tm̃ hoc restat, *ut qui nunc imperat*, imperet donec de medio fiat, id est, donec de medio tollatur. Tm̃ ut Romanum imperium, quod nũc ferè uniuersas gentes, *tenet*, *teneat eas donec de medio fiat*.i. donec illa potestas auferatur de medio mũdi: quia omnes undiq; Romã cõfluebant uelut ad caput. Vel de medio fiat.i. de cõ

Psal.78.

C muni tollatur illa potestas. De medio.n.fieri, est de cõmuni hominum aspectu auferri. *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem* significare Antichristũ nullus ambigit. Vel ita: Scitis quid nũc detineat eum. hoc fortasse, quia nõdũ sic deprauati sunt omnes, ut statim susciperent illum, ut reueletur in suo tempore, qñ parati erunt homines illum suscipere. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Ac si dicatur: Tunc Antichristus manifestus uidebitur. nam in cordibus iniquorũ secreta sua iam nũc occultus operatur. Iam in malis & fictis qui sunt in ecclesia, operatur mysterium iniquitatis. Quod ideo dicitur mysterium, quia uidetur occultum, quia tales operarij ostendunt se uelut ministros aut famulos Christi, cum re uera ministri sint Antichristi. Nam iniquitas eorum est mystica.i. pietatis nomine palliata, et sub specie boni perpetrat malum. Tm̃ est, ut qui tenet nunc fidem Christianæ religionis, teneat illã.i. tenaciter perseueret in ea, donec de medio fiat.i. donec de medio ecclesiæ exeat mysterium iniquitatis, quod nũc occultum est cum manifestum erit, qñ omnes de ecclesia palàm exibunt, qui non ad Christum, sed ad Antichristum pertinebũt. Et nũc reuelabitur iniquus. Vel Romanus pontifex, qui tenet nunc ecclesias teneat illas donec de medio fiat.i. donec ab ipsa Romana ecclesia quę est medium & cor ecclesiarũ, fiat iniquitas, ob quam ab ea multæ discedant ecclesię. Varijs modis intelliguntur hæc Apostoli obscurissima uerba, ubi tñ nullũ temporis spatium aperuit. Ait.n. ut reueleť in suo tempore, nec dixit post quantum temporis id futurum sit. Et subiũxit, nam mysterium operatur iniqtatis, nec expressit quandiu hoc opeť. Item qđ sequiť, tm̃ q tenet nũc, teneat donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, docet nos D Antichristum manifestum futurum: sed post quantum temporis reuelandus sit nec saltem obscure locutus est Apostolus. Quid.n. sit, q modo tenet, teneat: uel qđ sibi uelit, donec de medio fiat, potest qsq; sic coaptare, ut itelligat uel aliquatenus suspicetur, qa quoquo modo scriptum legit, quandiu teneat, aut post quanta temporum spatia de medio fiat, hic tacetur omnino. Sed quantumcũq; longum aut breue sit hoc iterualũ, omnia tñ in eo fient, quæ prius fieri debent: & tũc Antichristus manifeste reuelabitur fons totius iniquitatis. Qui nec modo in membris suis, nec tunc in seipso timẽdus est: quia ipsum *dominus Iesus interficiet spiritu oris sui*, id est, in uisibili uirtute spiritus sui, procedentis à se sicut à patre, diuina scilicet potestate & imperio maiestatis suę, cuius iussisse fecisse est, nõ in exercitus multitudine, non in robore militum, nõ in auxilio angelorũ. Sed quõ tenebræ solis fugantur aduentu, sic *& illustratione aduentus sui eum*, dñs destruet atq; delebit. Occidetur autem sicut è uolumine Danielis intelligimus, in monte Oliueti in papilione in solio suo, illo uidelicet loco, quo dñs in cœlum ascendit. Post cuius interfectionem concedenť ad pœnitentiã quadragintaquinq; dies his, qui ad uitam præordinati sunt, & persecutionem illam non sine offensione transierunt. Vtrum uero cõpletis illis quadragintaquinq; diebus, mox adueniat dñs, an adhuc supersit aliquantulum tpis, omnino nescimus. Qđ ergo diciť, qa dñs Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, non ita inteligendum est, quasi in ipso iudicii aduentu sit interficiẽdus atq; destruendus, sed antea. Illustratio.n. aduentus eius, non inconuenienter intelligiť aliqua claritas

Danie.11.

Actuum.1

A prænuncians aduentū eius, quę tanta sit, ut uisa ea, mox prętimore moriatur ille pestifer. Destruet itaq; eū dñs, *cuius est aduentus secundum operationem satanæ*. i. qui cū uenerit, faciet omnia diabolo instigante, non tñ sine sensu ut phrenetici, qui culpam nō habēt de malis q̄ faciunt. Nam sicut Deus erat in Christo, mūdū reconcilians sibi: ita diabolus erit in Antichristo, mundum seducens. Et sicut Christ⁹ ait. Pater in me manēs ipse facit opera: sic diabolus in Antichristo manens, faciet omnia quæ ille uidebiť facere. Eius itaq; aduētus erit secundū operationem satanę *in omni uirtute*, quia tunc satanas relaxabitur, ut in omni uirtute sua per eum operetur. & operabiť signis, quæ in quocūq; tempore significent aliquid: *& prodigijs*, quæ in futuro tm̄ aliquid significent. Vel signis minoribus, et prodigijs maioribus. Quæ. s. signa & prodigia erunt mendacia. i. falsa: siue qa mortales sensus per magica phātasmata decepturus est, ut quod nō faciet, facere uideatur: siue qa illa ipsa etiam si erunt uera prodigia, ad mēdacium pertrahēt credituros. Operabiť ergo per eum & per sequaces eius satanas in omni uirtute fortitudinis cōtrariæ, et in signis atq; prodigijs falsorum miraculorū uel ad falsitatem ducentium. *& in omni seductione iniquitatis*, quia simulabit se religiosum, ut sub specie decipiat pietatis, imo se Deum esse dicet, & se adorari faciet, atq; regna cœlorum promittet. Alios quoq; donis temporalium diuitiarum corrūpet, alios autem cruciatibus & minis atq; terroribus franget: & in omni arte seductionis fraudes suas exercebit *his qui pereunt*, id est, qui ad uitā pręsdestinati nō sunt, sed ad perditionem uadūt. Illa ergo Antichristi tentatio cūctis præteritis maior apparebit, qn̄ plus martyr corpus suū tormentis subijciet, & tñ ante eius oculos miracula tortor faciet. Quis. n. ad fidem cōuertatur incredulus, cuius iam credentis non paueat & concutiatur fides, qn̄ persecutor pietatis fiet etiā operatur uirtutis, ideq; ipse qui tormentis sæuiet ut Christus negetur, miraculis prouocabit ut Antichristo credatur? Sed potens est spiritus Dei, corda suorum etiam inter tam grauia tentamenta custodire. Nam his signis atq; prodigijs seducentur, qui seduci merebuntur, *eo quòd charitatem ueritatis non receperunt*, Iudæi. s. uel alij infideles, qui noluerunt recipere charitatem ueritatis. i. spiritū Christi. Dicitur. n. spiritus sanctus charitas, & Christus est ueritas. Charitas ergo ueritatis, ut diximus, est spiritus Christi. Sed hanc charitatem Iudæi nō receperūt *ut salui fierent*, ideo seducentur ut pereant. Vel charitatē ueritatis non receperunt, ut nō bona spiritalia concupiscerent, sed carnalia. Et quia spe inuisibilium bonorum gaudere nō norūt, in laqueos: Antichristi ruituri sunt, ut credant mendacio, qd' illo duce uelut in conspectu inimicorū suorū uisibiliū, qui eos uisibiliter captiuauerāt, habituri sint uisibilē gloriā. Quia ergo charitatē ueritatis nō receperūt, ut inuisibilia bona, quę sola sunt uera, diligerent, & saluatore suscepto salui fierent, *ideo mittet*, id est, uenire permittet *illis Deus* non operatorē, sed ipsam operationem. i. fontē, *erroris, ut credant mendacio*, quia mendax est ille ipse & pater eius. *ut iudicentur*. i. in aduentu iudicis cōdemnentur *omnes qui non crediderunt ueritati, Christi, sed consenserunt iniquitati* Antichristi. Deus illis operationem erroris mittet, quia diabolū facere ista permittet iusto ipse iudicio, quamuis faciat ille iniquo maligno consilio. Vt iudicentur, inquit omnes &c. Proinde iudicandi seducentur, & seducti etiam iudica-

Margin notes: 2. Cor. 5. — Ioan. 14. — Ioan. 14 — Ioan. 8.

C buntur. Sed iudicandi seducuntur illis iudicijs Dei, occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturę nunquam iudicare cessauit, seducti autem iudicabūtur nouissimo manifestoque iudicio. Et quidem si Antichristus de uirgine natus esset, & prior uenisset in mūdū, poterāt habere Iudęi excusationē, et dicere quod postea uenerit ueritas, & ideo primitus mendacium poterant pro ueritate suscipere, sed cum non ita sit, ideo iudicandi sunt, imo proculdubio condemnandi: quia Christi ueritate contempta, postea mendaciū.i. Antichristū suscepturi sunt.

*Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro nobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis, in quam & uocauit nos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.*

Illi condemnabuntur, qui ueritate reprobata mendacium suscipiēt: sed nos & uos saluabimur, qui ueritatem suscepimus, unde & gratias agere debemus. Et hoc est. *Nos autem debemus semper gratias agere Deo pro nobis,* quos ad suam notitiam uocauit, ô *fratres dilecti à Deo*, pro merito uestræ sanctitatis, uel dilecti ab eo gratis priusquam aliquid boni meruissetis, & sic per præuenientem dilectionē uocati, quoniam ipse prior dilexit nos. Gra-
1.Ioan.4. tias (inquam) Deo agere debemus, eo quod ab æterno *elegerit nos* apostolos Deus in consilio prouidentiæ uel sapientię suę, & elegerit nos primitias .i. primos & pręcipuos, non ultimo tempore periculoso, sed in exordijs euangelicæ gratiæ, & hoc *in salutem* ęternam, ut in eam nos perducat, positos, *in sanctificatione spiritus*, qui in baptismo sanctificat, *& in fide ueritatis*, non erroris, quia quicquid nostra fides credit, uerum est, nec fallitur opinione alicuius erroris, sicut illi qui sequuntur Antichristum: *In quam & uocauit.* i. non solum nos primitus uocauit, sed etiam deinde uos *per euangelium nostrum* quod uobis prędicauimus, *in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi*.i. ut per fidem acquiratis gloriā quā habet Iesus. Vel in acquisitionē gloriæ Christi.i. ut uos sibi Christus acquireret ad glorificādum se, ut essetis populus acquisitionis, & Christum bene uiuendo glorificaretis. D

*Itaque fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus et pater noster qui dilexit nos, & dedit cōsolationem æternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.*

Quoniam quidem uos deus ad fidē conuertit, ut per hanc ad gloriam pertingatis, nec instat adhuc dies domini, *itaque fratres state* in fide, & nolite moueri à uestro sensu: & ut stare firmiter in fide ualeatis, atque statū rectitudinis in operibus bonis seruetis, tenete in corde & operibus *traditiones quas didicistis, siue per sermonem* nostrum, dum essemus pręsentes: *siue per epistolam*, quā uobis misimus absentes. Et nos quidem sermonibus & epistolis uos admonemus, ut in bono stetis: sed ipse deus per ęternam gratiam suam exhortetur interius corda uestra. Nos enim foris in uacuum laboramus, si ipse intus non fuerit operatus. Et ideo *ipse dominus noster Iesus Christus*, qui nos suo dominio pie mancipauit: *& Deus* qui nos creauit, *& pater noster*, qui nos in filios adoptauit, & paterno affectu *nos dilexit*, dans unigenitum pro nobis, & per spiritum paracletum, qui interpretatur cōsolator, dedit nobis *consolationem æternam*, cū iam inter aduersa pręsentis miseriæ incipimus æterna gaudia prægustare: *& spem bonam* qua de exilio ad patriā expectamus redire in gratia.i. ī eius gratuito munere, quia hoc non merueramus:

A ruceramus: ipse inquam filius & pater, qui tam tot & tanta nobis largitus est, *exhortetur corda uestra*.i. icitet ad meliora uoluntates uestras, *& confirmet contra impugnationes in omni opere* bono, & in omni sermone bono.

CAPVT III.

*De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est, qui confirmabit uos, & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis fratres in domino, quoniam quæ præcipimus uobis, & facitis & facietis Dominus autem dirigat corda uestra in Charitate Dei & patientia Christi.*

De his quę ad uos pertinent, diximus & monuim⁹ quō agere debeatis: sed *de cætero*.i. de eo quod ad alios pertinet, *fratres orate pro nobis, ut sermo Dei* quem loquimur, currat sine impedimento ad omnes gētes, ut multi uelociter conuertantur. Currat.i. sine obstaculo festinanter ad omnes perueniat. & clarificetur.i. clarus & intelligibilis fiat audientibus, *sicut & apud uos* cucurrit & clarificatus est. & orate *ut liberemur*, ne detineamur *ab importunis & malis hominibus*.i. infidelib⁹ qui resistunt nobis, sed ubiq; liberi discurramus ad prædicandum. Liberemur ab īportunis.i. infidelibus qui resistunt ueritati, disputādo uerbis contra eam, & malitia nos persequuntur, & tormentis cruciant. Ideo dico liberemur, quia *non omnium est fides*.i. nō ad omnes pertinet fides id est, non adhuc omnes fidem acceperunt qui accepturi sunt. Vel orate ut liberemur, quia non omniū est fides.i. nō ad omnes pertinet fides, non omnes credituri sunt etiā orantibus uobis, sed tm̄ qui pręordinati sunt. Nam posse habere fidem, sicut posse habere charitatē, natura est hominū: habere autem fidem, sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Ideo autem Deus per orationes fidelium non credentes credere facit, ut ostēdat quia ipse facit. Nemo est.n. tam imperitus, tam carnalis, tā tardus ingenio, qui non uideat Deum facere, quod se rogari præcepit ut faciat. Non omnium est fides, sed tū nolite eos timere qui sine fide sunt, quia *dominus est fidelis*.i. uerax in promissis, quæ pollicit⁹ est electis suis, dicens: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Fidelis est.i. fideliter adimplens quæ promisit. *qui confirmabit uos in bono, & custodiet à malo*. Confirmabit.i. firmos & stabiles faciet, ne sitis fluctuantes, & circūferamini omni uento doctrinæ in nequitia hominū. & custodiet à malo, non ut nihil aduersitatis patiamini, sed ut nihil possit nocere uobis. Diximus ut teneatis traditiones nostras, & cętera quæ iussimus īpleatis: nec puto frustra, sed *confidimus de uobis fratres in domino*, qui in uobis operatur, *quoniam ea quæ præcipimus uobis, & nunc facitis & semper facietis*. Sed ne frustra hęc de uobis confidamus, dn̄s.i. spiritus sanctus *dirigat corda uestra*.i. rectas faciat uolūtates uestras existentes *in charitate Dei* patris, ut eum toto corde diligatis: *& in patientia Christi*, ut parati sitis libēter pati pro Christo, sicut ille passus est pro uobis. Tota trinitas in hac breui sententia declaratur. Dn̄s enim præmittitur, ipse (ut diximus) est spiritus sanctus. Qui recte dn̄s appellatur, sicut pater & filius, quia ubi uult spirat, & quicquid uult facit, atq; regit uniuersa, nec regitur, & omnia illi seruiūt. Vnde & in superiori etiam epistola similiter dominum Apostolus eum uocauit, dicens: Vos autem dominus multiplicet &c. Post hoc autem de curiosis agitur, cum subditur.

B

Matth.28.

Ephe.4.

Ioan.3.

1.Thess.3.

*Denunciamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non se-*

C *cundum traditionem quam acceperunt à nobis.* 1.Cor.11. *Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos. Quoniam non inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte & die operãtes, ne quem ueſtrum grauaremus. Non quaſi nõ habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus nobis ad imitandum nos. Nam et cum eſſemus apud uos, hoc denunciabamus uobis, quoniam ſiquis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes. His autem qui eiuſmodi ſunt, denunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent.*

Vos quidem præcepta noſtra (ſicut confidimus) facitis & facietis, ſed quicunque ea non fecerint, ſubtrahite uos ab illis. Et hoc *nobis denunciamus fratres*.i. de hac re nuncium uobis diuinum afferimus *in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti*.i. in authoritate noĩs eius, uel in gloria eius, ut ꝑp reuerentiã noĩs eius, uel propter gloriam noĩs eius faciatis quę dicimus, ut ſcilicet *ſubtrahatis uos* & ſeparetis *ab omni fratre*, id eſt, ab omni Chriſtiano *ambulante inordinate*.i. uiuente non ſicut ordo naturæ uel ordo Chriſtianę religionis exigit, & ambulante *non ſecundum traditionem* ambulandi.i. uiuendi uel operandi, *quam acceperunt à nobis*. Ab omni fratre qui ſic ambulat, uos ſubtrahite.i. non cõmunicetis ei in cibo uel in potu, uel in mercatura, ſiue in colloquio, uel in alia re, niſi cauſa corrigẽdi eum ne participes ſitis delictorum eius: ſed uitate eum, ne uideamini fouere prauitatem eius, ut erubeſcat & corrigatur, cum ſe uiderit ab omnibus caueri. Ab eis qui non ſcdm traditionem noſtrã ambulãt, uos ſubtrahite, nam uos *ipſi ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos*.i. nõ eſt opꝰ ut exponam uobis eam traditionẽ, quia ſcitis eam. Scitis uidilicet, qũo qui recte uolunt ambulare, debent ambulare per uiam, per quam nos ambulamus.i. exempla noſtra ſeq. D *Quoniam non inquieti fuimus inter uos*, ut illi qui aliena negocia curant, ocioſe uagantes & huc & illuc, ac diuinũ officium relinquentes, & uitam ſingulorum ſuperflue ſcrutãtes, ac fratribus detrahentes, & murmurationes ac diſſenſiones uel ſcandala nutrientes. Dum.n. uacant et nihil operantur, calidus hoſtis uanam mentem eorum occupat talibus: quia ſicut ſcriptum eſt, multam malitiam, docuit ocioſitas. Sed nos non ita fuimus inquieti. *Neq; gratis*.i. ſine pretio iuſti laboris *mãducauimus*, nõ dico de Eccle.33. licioſas eſcas, ſed nec ipſum panem ſumptum *ab aliquo, ſed in labore* manuũ *& fatigatione*, qui laborabamus uſq; ad fatigationẽ *nocte & die operantes* unde uictum haberemus *nequem ueſtrum grauaremus*.i. ne alicui ueſtrum eſſemꝰ oneri ſtipendia ſumẽdo. Et non laborauimus, *quaſi non habuerimus poteſtatem* ſumendi ueſtra.i. non ideo uictũ proprio labore quæſiuimus, ꝙ non poſſemus ą uobis accipere ſumptꝰ: ſed ideo *ut noſmetipſos daremus formam nobis*.i. exemplum *ad imitandum nos*.i. ut uos ocium dimitteretis, & opere nos imitaremini. Si.n. nos cum poſſemus ex prędicatione uictum habere maluimus ex labore noſtro uiuere Gene.3. multo magis uos debetis in ſudore uultus panem ueſtrum præparare. Propter aliã cauſam apud iſtos in opere laborauit Apoſtolus, & ꝓpter aliam apud Corinthios. Corinthĳ.n. tenaces erant, & multis uitĳs occupati: & ſiquid Apoſtolo dediſſent, uideretur eis quòd Apoſtolus deberet leuiꝰ erga eos agere, nec aſpere increpare, ſed eis blandiri propter dona ipſorum. Iſti uero ſolebant in ocio uiuere, & idcirco dedit illis apoſtolus in ſeipſo exemplum operãdi manibus proprĳs, ut inde haberent unde poſſent uiuere, & indigentibꝰ eleemoſynam prębere. Sciẽdũ itaq;

A beatum Apostolum opera corporalia seruos Dei operari noluisse, quæ finem haberent in magnam spiritalem mercedem, ad hoc ut & ipsi uictu ac tegumento nullo indigerent, et manib9 suis hoc sibi procurarent. Neque huic apostolico præcepto & exemplo contrarium est quod dñs ait, Nolite soliciti esse, dicentes, quid mãducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur? Non.n.dñs phibuit seruis suis ut ista non pcurent, quantum necessitati sat est, unde honeste uiuere possint, sed superfluitatem nimiæ solicitudinis deliciosarũ escarum & uestium interdixit. Non .n.ait, Ne soliciti sitis aïæ uræ ut mãducetis, sed qd mãducetis: neque corpori uestro ut induamini, sed, quid induamini: prohibens.s.nimiam accurationem in eligendis uestibus et cibis, non laborem operis aut moderatam curam in reb9 necessarijs. Nos ipsos, inquit, formam dedim9 uobis, ut nos imitaremini in labore operis, nam & hoc dicebamus uobis. Qui uidelicet non solum nunc dum sumus absentes, hoc uobis dicimus: sed etiã *cum essemus præsentes apud nos, denunciabamus* ac præcipiebamus *uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet.* Non diximus, si quis non operař non manducet: sed, si quis non uult operari: quia sunt nonnulli qui uellent, sed nõ possunt. & ideo licet nõ operentur, inculpabiles tñ sunt, quia in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Qui uero possunt, sed nolunt, illi merito culpantur, & illis etiam corporeus cibus interdicitur. Idcirco autem & laboris nostri mentionem fecimus, & ut similiter agatis præcipimus, atque superius, ut ab omni fratre ambulante inordinate uos subtrahatis, admonuimus: quia *audiuimus.*i.relatum est nobis, *quosdam inter uos ambulare inquiete.*i.de loco ad locum tota die uagari, & *nihil operantes* manibus suis, quod utile sit illis uel alijs, *sed curiose agentes.*i. cum quadam superflua & inutili solicitudine & studio, quærentes ab alijs quid agat rex Francorum, aut quanti sit annona, seu quale tempus ĩ hoc anno sit futurum, uel his similia. Multa.n. breuiter hic reprehendit uitia.i.inquietudinem & ociositatẽ & curiositatem & multiloquiũ, in quo nõ deerit peccatum. Nam inquietudo dũ solicite domus aliorum circuit, uel aliena acta curiose perquirit, in multis offendit. Curiose.n.agunt, q ad hoc uacant, ut dicere aut audire aliqd noui possint. Sed *his qui eiusmodi sunt denunciamus, &* insuper obsecramus.i.per sacra adiurantes eos rogamus, *in domino Iesu Christo,* ut saltem propter eius reuerentiam faciant qđ dicimus, ut scilicet nõ curiose loquãtur, uel interrogẽt quid agat ille uel ille, nec ociosi manentes uiuant ex alieno labore, sed *cum silentio operantes.*i. linguam refrænantes, & manus in opere exercentes, mãducent nõ alienum panem, sed suum.i.proprio labore pparatũ, non ab alijs sibi datũ.

Matth. 6. — Nota. — Luc. 2. — Prouer. 16. — Nota.

*Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cũ illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.*

Propter necessitates sanctorũ qui quamuis obtemperent pceptis apostoli, ut cum silentio operantes panem suum manducent, possunt tñ multis ex caussis indigere supplemẽto aliquo talium sustẽtationum, ne illi qui habebãt unde seruis suis necessaria præberent, hac occasione pigrescerent, præuidens continuo subiunxit: *Vos autem fratres nolite deficere bene facientes.* Monuimus, inquit, loquaces & ociosos, ut silentium teneant & manibus suis operentur, unde uictum habeant. Sed uos fratres, qui habetis huius mundi substantiam,

C nolite propter hoc quod diximus, deficere bene facientes illis, sed sustẽtate illos de bonis uestris: quia etsi operentur, possunt tñ nonnullis, immo pluribus indigere, cum sint forsitan ĩfirmę & delicatę naturę. Pręcipimus ut operentur quantum poterunt. Quod.i. sed *si quis non obedierit uerbo nostro*.i. huic præcepto, siue etiã cuilibet aliĭ mandato, quod uobis damus *per epistolam, hunc notate*.i. notam reprehensionis huic imponite. Vel per epistolam hunc notate.i. per literas quis sit mihi notificate. *& ne commisceamini cum illo*, id est, ne cõmunicetis illi, sed excõmunicate illum, & à uobis separate, ut à uobis abiectus *confundatur*, id est, erubescat, cum se uiderit à cunctis abhorreri, & sic uel ꝓpter uerecũdiam corrigatur & obediat. Et licet pręcipiam non cõmisceri, tñ nolite illum *existimare quasi inimicum*.i. nolite illum odio habere, putãtes quod sit inimicus, sed affectu dilectionis corripite illũ *ut fratrem*, q̃a unum habet uobiscum patrem. Ac si dicat: Pacem cum eo exteriorem soluite sed interiorem circa illũ medullitus custodite, ut mentem peccãtis sic uestra discordia feriat, quatenus pax à uestris cordibus nec abnegata discedat. Nam licet cũ extraneis uel etiã paganis cõmunia sine agenda, ut per hoc ad amorem nostræ religionis attrahantur, cum fratribus tñ aliquoties non sunt agenda, ut corrigantur. Extranei.n. blandimentis ad bene agendum sunt alliciendi: fratres uero, si sponte peccauerunt, asperitate moderata sunt corrigendi.

*Ipse autem dominus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amẽ.*

Monui ut inobedientem fratrem exterius corripiatis, & tamẽ ĩterius apud uosmetipsos pacem erga eum D teneatis: sed quia hoc non nisi per donum gratiæ cœlestis facere ualetis, *ipse dominus* qui est *pacis* & concordiæ dator & amator, *det uobis pacem* non horariam, sed *sempiternam*.i. quę finem non habeat. Pacem.i. fraternam concordiam, uel sedationem tribulationum, quas ab aduersariĭs patimini, siue quietem ab impugnatione uitiorum, uel pacem cum Deo & sanctis angelis, quæ nunq̃ finiatur uel interrumpatur, det ipse uobis *in omni loco*.i. & apud domesticos & apud extraneos, & in hoc seculo & futuro. Et ut pacem habeatis, *dominus sit cum omnibus uobis*, qui uos & à malo defendat, & in bono custodiat. *Salutatio mea* subiungitur, scripta *manu Pauli*.i. propria manu mea, non manu notariĭ. *quod est signum in omni epistola*, ut per hoc cognoscatur esse mea: *ita enim scribo*. Ne quis pseudo poneret nomẽ suum in principio pro Pauli nomine. et diceret suam esse epistolam, ideo Paulus in fine consueuerat hoc signum ponere, per quod ab eo recognosceretur. Non tñ in unaquaque epistolarũ eius hoc ĩuenitur, sed in ista & ĩ illa quę est ad Colossenses, & in prima ad Corinthios. Galatis hoc idem sic dicitur: Videte qualib⁹ literis scripsi uobis mea manu. Et Philemoni, Ego Paulus scripsi mea manu. Quod ergo dicit, quia hoc signum est in omni epistola, non sic intelligendum est, ut prorsus in una quaq; sit hoc ita scriptũ, sed in multis: quia omne non semper plenariã uniuersitatem significat, sed aliqñ quãdam multitudinem. Nam q̃d dictũ est ad Corinthios, Salutant uos omnes sancti, nequaquam putandũ est, quod omnes sancti qui erant in uniuerso mundo, tunc per illam epistolam salutarent eos cum plures essent qui scriptionem illius epistolæ ignorarent. Similiter et quod Romanis

*Gala.6.* *1.Cor.16.* *Roma.16.*

A nis dictum est, Salutant uos omnes ecclesiæ Christi, non de oíbus ecclesiis quæ erant in orbe, intelligif. Sic ubi legimus, qa oẽs gẽtes narrabãt de prælĳs Iudæ, nequaquam credimus qđ omnes gentes quæ erant in Scythia, uel in India, uel in remotis insulis, tũc loquerenĩ de Machabæi prælĳs. Multa quoque similia in scripturis sanctis reperiũtur ĩ qbus omne, non uniuersitatem significat. Nõ ergo mentitus est Apl's, qui dixit hoc signum esse in omni ep'la sua, quod tamen non per singulas quasque posuit, qa scđm usitatam scripturarũ sanctarum locutionẽ hoc dixit. Deinde *gratia domini nostri Iesu Christi*, inquit, hoc est, generale auxiliũ Christi ad oía & donũ sit *cum omnibus uobis*, tam maioribus quam minoribus, tam uiris quam mulieribus. Vel si hoc quod dicit nunc, gratia domini nñi Iesu Christi cum oib⁹ uobis, est illa salutatio quam sua manu in omni epistola pro signo se testatur scribere, tunc ueraciter omne potest intelligi uniuersitatem plenarie significare, qa hoc reperif in fine uniuscuiusque epistolę. Omnes enim quas scripsit, finiuntur in precatione gratiæ. *Amen.*

1. Mach. 5.

Secundæ epistolæ ad Thessalonicenses finis.

## PRAEFATIO IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEVM.

Actuũ. 15. & 16.



SIcut Lucas refert, cũ discessisset Paulus à Barnaba perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias peruenit que Derben & Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris uiduç fidelis patre gentili. Huic testimonium bonum reddebant q in Lystris erãt & Iconio fratres. Hunc uoluit secũ proficisci. & assumens circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebãt.n. omnes quod pater eius gentilis esset. Non propterea circuncidit eum Paulus, quod putaret aliqd iustificationis illi iam ex circuncisione prouenire: sed ne Iudæi propter eũ, si esset incircuncisus retardarent fidem suscipere. Quem cum postea Paulus in Asia pontificem Ephesiorum reliquisset, pseudoapostoli qui carnales obseruantias inducere nitebantur, propter hanc eius circunsionẽ uires in eum assumebãt. Ipse minus fortiter quam oporteret, resistebat eis. Et ideo scribit ei Apostolus, ostendens quodãmodo rationes quas illis obĳciat. Scribit etiam de episcopali officio, quomodo scilicet ecclesiam ĩstruat, quales presbyteros uel diacones ordinet, quales uiduas honoret, quomodo seipsum in ecclesia habeat, & quõo eã regat. Sicque ĩcipit.

## EPISTOLAE PAVLI PRIMAE AD TIMOTHEVM,

### CAPVT I.

*Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperiũ Dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo dilecto filio in fide: gratia & misericordia & pax à Deo patre nostro & Iesu Christo domino nostro.*

Timotheo scribit *Paulus*, cui credẽdum est, quia est *apostolus Christi Iesu*, id est, legat⁹ regis saluatoris: & hac authoritate munitus, resistit pseudo apostolis. Et est apostolus non secũdum suam p̃sumptionem, sed *secundum imperium Dei*. Et idcirco qui ei resistit, ĩperio dei resistit. Spũs sc̃tũs p̃cepit: Segregate mihi Barnabã & Paulũ in opus ad qđ assũpsi eos. Et nũc ipse Paulus dicit se apostolum esse iuxta imperium Dei, quia imperiũ spiritus sancti est imperium Dei pa- Actu. 13.

C (C margin) ... 

ëris, cum inseparabilis sit uoluntas & opatio trinitatis: Paulus est apostolus secundum imperium Dei *saluatoris nostri & Iesu Christi spei nostræ*, id est, iuxta præceptum summi patris qui nos saluat, & filij in quo est spes salutis & gloriæ nostræ, non in carnali obseruatione. Paulus qui tanq authoritatis est, mittit hanc epistolam *Timotheo dilecto filio in fide*, id est, quē ipse genuit non in carne, sed in fide. Licet enim iam fidelis esset, & bonum testimonium haberet, quando Paulus eum inuenit, tamen per eum in eadem fide & religione sic instructus est, ut recte dicatur ab eo genitus in fide. Vel in fide scribit ei contra corruptores fidei. Et hūc filium salutat, dicēs: Sit tibi *gratia*. id est donatio spiritus sancti, qua ministri Dei, id est, episcopi armantur *& misericordia*, per quam diuinitus à miseria huius seculi uel omnium malorum libereris: *& pax*: id est, tranquillitas animi & prælibatio ęternę pacis, ut uitijs & hostibus superatis, in pacata quiescas ecclesia. Et hoc sit tibi *à Deo patre nostro qui nos creauit, atq; paterno affectu nos diligit: & à Christo Iesu domino nostro*, id est, ab eo quem unxit Deus, & saluatorem constituit, q & nos suo dño clementer mācipauit.

*Sicut rogaui te ut remaneres Ephesi, cum irē in Macedoniam, ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem, quæ est in fide.*

ita sit tibi gratia, misericordia & pax, *sicut rogaui te ut remaneres Ephesi*, id est, resideres pōtifex apud Ephesios. Vel subauditur, ita fac, sicut rogaui te facere cum irem in Macedoniam, ut scilicet remaneres Ephesi, id est uice mea pręsens ageres & ordinares ecclesiam Ephesi, quam ego absens nō poteram sufficienter gubernare, *ut denunciares*, id est, ex parte Dei nuncius esses *quibusdam*, quorum nomina spiritus sanctus, qui in me loquitur, ignorat, *ne aliter* quàm nos *docerent*, *neque* auditores eorum *intēderent eorum fabulis & genealogijs interminatis*, id est, locutionibus generationum & computationibus, quæ sine termino sunt præ longitudine, quia finis earum non potest inueniri: quę ideo sunt respuendæ, quia *præstant quæstiones* disputationum, id est, generant lites *magis*, id est, potius *quàm ædificationem* morum & iustitiæ, *quæ est in fide*, non in carnali obseruatione. Prius præcipitur de pseudo repellendis, tam doctoribus quàm auditorib9, ut illis primo repulsis, deinde ualeat puritas catholicæ ueritatis prædicari & audiri. Fabulas uocat, quas alibi traditiones dicit, quas præter legitimas & propheticas scripturas Iudæi tenent, quas non scriptas habent, sed memoriter retinent, & alter in alterum loquendo transfundit, quas deuterosin uocāt. Vbi etiā dicere audent & credere, Deum homini duas creasse mulieres, ex quibus texunt genealogias uere (sicut nunc dicit Apostolus) infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Et pseudoapostoli, qui uolebāt esse partim Iudæi, partim Christiani, erant autem hæretici, docebant apud Ephesios non solum carnales obseruantias legis, sed etiam has Iudęorum traditiones à libris propheticis & legitimis alienas, & nonnulli Ephesiorum intendebant uerbis eorum. Sed Timotheus ad hoc relictus est Ephesi, ut auditores & doctores huiusmodi corrigeret aut expelleret.

*Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Ipsi docent fabulas & legem car-

A naliter implendam, sed *finis praecepti*, hoc est, plenitudo legis *est charitas*. Finis enim non consumptionem praecepti, sed consummationem hoc loco significat. Omnis itaque praecepti finis est charitas, id est, ad charitatē refertur omne praeceptū, & per charitatem impletur. Totam enim magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas, qua Deum proximumque diligimus. Finis igitur.i.consummatio omnis praecepti, quod uel in ueteri, uel in nouo testamento legitur charitas est non qualiscunque, sed ea quae est *de puro corde*. Nam & male uiuētes irretiuntur sibi societate perditae conscientiae, et dicuntur se amare, nolle discedere ab inuicem, suis collocutionibus conciliari, desiderare se absentes, gaudere ad mutuam sibi praesentiam. Sed amor iste tartareus est. Quamobrem ut à tali amore uera charitas christianorum distinguatur, de corde puro esse dicit. Latrones enim inter se & caeteri tales charitatem de corde puro nō habent, qa purum cor in charitate est, quando diligitur homo secundum Deum, & nihil aliud quam id quod diligendum est, diligitur. *& conscientia bona* subiūgitur propter spem, & conscientiam ponit pro spe. Ille enim sperat, qui conscientiam bonam gerit: quem uero pungit cōscientia mala, retrahit se à spe, & nō sibi expectat nisi damnationem. Tertio *& fide*, inquit, *non ficta*. Si.n. fides nostra mendacio caruerit, tūc et non diligimus quod non est diligendum, & recte id credimus, quod speramus, & speramus qđ credim9, ut in nullo spes nostra fallatur. Qui uero fingunt sibi quod credant & sperent, sicut haeretici & Iudaei siue Gentiles, fidē habent fictam: & ideo non possunt habere charitatem, quae complet mādatum. Ille etiam fidem habet fictā, qui bene quidem credit, sed propter metum aut uerecundiam, seu pter quamlibet aliam causam non confitetur quod credit, sed quodāmodo fingit se non credere. Sed illa charitas consummat omne praeceptum, quae est de corde puro, quae nihil diligit nisi quod debet diligi: & de cōscientia bona.i. de bona spe quā gerit conscientia bene operantis: & de fide non ficta, id est, non ab hominibus inuenta, sed à diuinis eloquijs sumpta, uel non ficta, id est, nō propter metum in corde celata, sed oris confessione libere prolata. *A quibus uirtutibus*, id est, à charitate de corde puro, & à spe bonae conscientiae, & à fide uera quidem procul aberrauerunt, putantes se Deum & proximū puro corde diligere, cum non pure diligerent: putantes se spem bonae conscientiae habere sine merito actionis religiosae, & putantes se non fictam fidem habere cum haberent fictitiam, sed fallebantur. Tales erant qui carnales obseruantias praedicabant, quia Deū se diligere putabāt cum non diligerent eū, sicut in actione eorum declarabatur, dum putarent se praecepta eius adimplere, sed magis ea transgrederentur: & putabat se bonam habere conscientiam, quasi de obseruatione legis, & aestimabant se fidem non fictam habere, sed à diuinis eloquijs sumptam, cum magis haberent fictitiam, credentes Deum hircorum atque taurorū sanguine delectari & odore thymiamatis, quem nos homines saepe declinamus. Et hoc est quod dicit, quia *quidam* à charitate & à bona cōscientia & à fide non ficta *aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium*, ut uane loquantur de lege, *uolentes esse doctores legis*, dum carnaliter eam docēr obseruari *debere non intelligentes* uerba quę docent, uidelicet *neq; ea quae ipsi loquuntur*, id est, uerba quae docent, & manda

Nota.

A ta carnalium ceremoniarũ quæ ipsi docent: quia non intelligũt quid sit sabbatum, uel circuncisio, uel hirci seu tauri immolatio uel aliquid huiusmodi, id est, nesciunt, quid in his significetur, *neq; ea intelligunt de quibus affirmant*, id est, authoritates, de quibus assumunt quædam testimonia, per quæ conantur asserere ceremonias illas iuxta literam carnaliter esse cõplendas: quia non animaduertunt scripturarum intẽtionem & sensum spiritalem, ideoq; uana loquuntur, uolentes esse magistri aliorum, cum ipsi nihil sciant. Vel neque ea quæ loquuntur, neq; ea de quibus affirmant, intelligunt, id est, neque quæstiones quas proponunt, neque rationes quibus eas probant. Similiter faciunt hæretici, uel quilibet temerarij præsumptores, cum siquando de praua & falsa opinione sua reprehendi & cõuinci cœperint ad defendendum id quod leuissima temeritate et aptissima falsitate dixerũt, libros sanctos unde id probent, proferre conãtur: uel etiam memoriter, quæ ad testimonium ualere arbitrantur, multa inde uerba pronunciant, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Postquàm his uerbis Apostolus improbauit aduersarios, mox suam partẽ approbat, subdens.

Nota.

*Scimus autem quia bona est lex, siquis ea legitime utatur, sciens hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis & nõ subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, parricidis, et matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris, et siquid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.*

Ipsi non intelligunt legem quam docere uolunt, & ideo uane de ea loquuntur: sed nos intelligimus eam, & ideo uere de ea loquimur. Nam *Scimus quia bona*, id est, utilis *est lex, siquis ea legitime utatur*, id est, sicut intẽdit ipsa lex, ut scilicet per eam confugiat ad gratiam, *sciens quia iusto lex non est posita, sed iniustis*. Iusto nõ est lex posita, quæ tamen bona est, siquis ea legitime utatur. Hæc autem duo Apostolus uelut inter se contraria connectens, monet lectorem ad scrutandã quæstionem atq; soluendam. Quomodo enim bona est lex, siquis ea legitime utatur, si iusto nõ est posita? Nam quis legitime utitur lege, nisi iustus? At iusto non est lex posita, sed iniusto. An non etiam iniustus, ut iust⁹ fiat, legitime uti lege debet, qua tanq; pædagogo perducatur ad gratiam, per quam solam quod lex iubet, possit ĩplere? Per ipsam quippe iustificatur gratis .i. nullis suorum operum præcedentibus meritis. Alioquin gratia iam non est gratia: quandoquidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus, idest, non quia legem impleuimus, sed ut legẽ implere possimus. Iniustus ergo legitime lege utitur, ut iustus fiat. Quod cũ factum fuerit, ea iamiã non utit̃ tanquam pædagogo, cum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto lex nõ est posita, si & iniusto est necessaria, nõ qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur? Vel legitime utitur lege iam iustus, cum eam terrendo imponit iniustis, ut cum & in ipsis cœperit inolitæ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, cõfugiant per fidem ad iustificantem gratiam, et per donum spiritus suauitate iustitiæ delectati, pœnam literæ minantis euadant. Ita non erunt cõtraria, nec pugnabũt inter se duo ista, ut etiam iustus bona lege legitime utatur, et tamen iusto lex posita non sit. Non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei qua credidit. Le

B

Gala. 3.

Roma. 11.

megiti

A gitime utitř lege, qui intelligens quare sit data, per eius cōminationem confugit ad gratiā liberantē. Et ideo bona est ei lex, qa plurimum ꝓdest ei, dum perducit illū ad gratiam. At huic gratię qua iustificatř impius, qſqs ingratus uelut ad legem implendam de suis uiribus fidit, ignorans Dei iustitiam et suam uolens constituere iustitię Dei non est subiectus.
Roma. 10. Et ideo fit ei lex nō absolutionis ad iutoriū, sed criminis uinculū, ideóq; non est ei bona, non qa malū sit lex,
Roma. 8. sed qa peccatū per bonum talibus operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per mādatum scit ꝙ malū sit quod admittit. Iusto autem nō est lex posita, id est, imposita ut supra illum sit. In illa enim est potius quàm sub illa, qa non sua uita uiuit cui coercendi lex imponitř. Iniustus uero sub illa est, qa sua uita uiuit, cui coercendi lex imponitř. Vt enim sic dicam, ipsam quodāmodo legem uiuit, qui cū delectatione iustitiæ iuste uiuit, nō ꝓprio aut transitorio, sed cōmuni ac stabili gaudens bono. Sub lege aūt quisq; uiuit, inquantū peccator est: id est, inquantū à ueteri homine nō est imutatus. Suam enim uitam uiuit, & ideo lex supra illum est: quia qui eam non implet, infra illam est. Sed pseudoapostoli hæc non intelligentes, non legitime utebantur lege, & ideo uolebant eam imponere iustis, id est, Christianis per gratiā iuste uiuentibus. Nec contrarium est
Psal. 118. huic sententiæ apostoli, quod Psalmista utiq; iustus precatur, legē pone mihi domine uiā iustificationum tuarum: quia de noui testamenti gratia id postulat, cum de duritia literę ueteris instrumenti dicat Apostolus legem non esse iusto positam, sed iniusto. Qui. n. sponte facit ea quæ lex moraliter iubet uel amplius, cur ei necessitas legis imponeretř? Libertate. n. facit, nō necessitate, qđ facit. In B iustus uero qui sponte noluit bonū facere, cogendus est legis necessitate. Apl's itaque ne uideretř legem culpare, dicit quia bona est, siquis ea legitime utatur. Et rursus ne uideretř eam inducere, dicit quia non est posita iusto ut ei dominetř, sed iniustis, id est, eis qui legem naturalem non seruabant. *& non subditis*, id est, contumacibus, qui cum eis aliquid prohibetř, tunc illud magis ex quadam superbia faciūt. *impijs* quoq; posita est, id est, pietatem rectæ fidei nō habentibus: *& peccatoribus*. i. sub ipsa fide grauiter peccantibus. Et subsequenter exponitř per partes quibus peccatoribus, uidelicet *sceleratis*, sicut sunt raptores & fures ac sanguinis effusores: *& contaminatis*, sicut qui seipsos libidine polluunt, uel etiam turpiloquijs, uel ebrietatibus inhonestisq; conuiuijs sordidant. *parricidis quoq; & matricidis* lex ponitur. i. ijs qui patrem uel matrem occidunt, ut quia lex naturæ in eis est soluta, reformetur per legem literis scriptam. *homicidis* etiā. i. hominū occisoribus: *& fornicarijs*. i. illis qui miscētur cum meretricibus. *masculorū concubitoribus*. id est, Sodomiticam abominationem agentibus: *& plagiarijs*. i. sicarijs uel quolibet gladio plagas facientibus. *mendacibus*, q falsa loquuntř: *& periuris*, qui falsò iurant. His q talia faciunt, est lex imposita, *& qui aliud quid tale perpetrant*: siqd aliud aduersatř sanę doctrinę, id est, morali doctrinæ legis naturalis uel scriptę, quæ sensum mentis sanat. quæ. s. doctrina *est secundum euangelium*. i. concordat euāgelio gloriæ beati Dei, id est, quod prædicat uel dat gloriā Deo, qui ex seipso naturaliter est beatus, cum ipse sit ęterna beatitudo, quod euangelium *est mihi creditum* à Deo, sicut fideli dispensatori.

*Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit*

C *ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui et persecutor & contumeliosus, sed misericordiã Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabũdauit aũt gratia domini nostri, cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.*

Deus mihi credidit euangelium.i. cõmisit prædicationẽ euangelij. Vnde gratias illi ago.i. laudes ei deuotus offero de hoc eius gratuito dono, quia lex nullum meritũ bonum in me posuerat. Ostendit se multis peccatis plenum fuisse sub lege, iustificatum uero postq̃ recessit ab ea, *Gratias* (inquit) *ago ei*.i. Deo patri, *qui me confortauit*, id est, mentem roborauit *in Christo Iesu domino nostro*, sicq̃ fortẽ reddidit, ut nec mors, nec uita me possit à Christo separare: sed fortis sim & ad agenda bona, & ad toleranda mala. Ita me confortauit, et inde gratias illi ago. Et iustum est ut illi grates referam, *quia fidelem me existimauit*, id est, præuidit, cũ sub lege fuissem infidelis. Fidelem, inquam, me existimauit, *ponens in ministerio* prædicationis, q̃a præsciuit me fideliter dispensaturum euangeliũ, ita ut nihil subtraherem, nihilq̃ peregrinũ adderem, *qui prius sub lege fui blasphemus*, id est, male loquens de Iesu Nazareno: *& persecutor* sanctorũ eius: *& contumeliosus*, id est, cõtumelias multas uerbis & operib⁹ faciens Christianis. *sed misericordiã Dei*, id est, remissionem peccatorũ à Deo *consecutus sum, quia* nõ malignę mentis studio id *feci, sed ignorans*, id est, nesciẽs me male agere: quia zelo legis feruens, persequebar prædicatores gratiæ & inde putabam me Deo placere, sicut dominus prędixerat: Venit, inquit, hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. Quamuis enim & illis sępe uenia cõcedatur, qui scienter peccauerunt, ego tamen multo facilius ideo sum misericordiam cõsecutus, quia non per malitiam, sed per ignorantiam peccaui, degens *in incredulitate*:

Act. 9.

Ioan. 16.

D quia ignorabam malum esse persequi Christianos, nec credebã Iesum esse Christum. Nec tantũ misericordiam sum cõsecutus, qua mihi peccata dimitterẽtur: sed etiam *superabundauit*, id est, super omnẽ peccatorum meorũ enormitatem abundauit, *gratia domini nostri* Iesu Christi, q̃a superueniẽs noua gratia maior fuit in me q̃ fuerat culpa, ut sanctitas uinceret peccata præcedentia. Gratia (inquã) superabundauit in me *cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu*, id est, cum fide qua in Christum credidi, & charitate qua dilexi Christũ, uel in Christo proximum. Cum hac enim fide & dilectione superabundauit in me magnitudo cœlestis gratiæ, ut diuinis charismatibus exuberarem.

*Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam. Regi autem seculorum immortali, inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen*

Gratia Christi superabũdauit in me. Nam *sermo* quẽ de hac re loquor, est *fidelis*.i. uerus: *et est dignus omni acceptione* cordis & operis, quia corpus & animam saluat, ideoq̃ dignus est, ut omnib⁹ modis accipiatur à cunctis hominibus, tam Iudæis quàm Gentilibus. Et quis est ille sermo? *quia* scilicet *Christus Iesus*, id est, rex saluator *uenit in hunc mundum peccatores saluos facere*, id est, à peccatis saluare uel à peccatis liberare. Nulla enim causa fuit ei ad nos ueniendi, nisi ut peccatores saluos faceret. Omnes autem peccauerũt, uel in seipsis, uel in primo parente. Sed uenit unus sine peccato, qui saluos faceret à peccatis. Venit peccatores saluare, *quorum primus ego sum*, non tempore, sed culparum magnitudine, q̃a omnibus peior sum.

A Peiorem enim uoluit itelligi primũ, quomodo in artificibus quicunque uult ædificare,dicit:Quis est hic primus structor? Quis est primus faber?Aut si curari uult,dicit:Quis est primus medicus? Non utiq; interrogat qs prior sit ætate,aut quis prior sit pfessione, sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi sunt,sic iste in iniquitate primus, & in peccatis excellens. Sed cum, inquit,in malis actibus cæteros præissem, dũ princeps persecutorum essem, *ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo*, id est, maximo peccatore misericordiam consecuto, *ostenderet Christus Iesus omnem patientiam*, qua diu sustinet peccantes, ut tandem cõuertantur: & ostenderet eam, *ad informationem eorum qui credituri sunt illi, ut eant in uitam aeternam*, id est, ut informaret eos ad pœnitentiam exemplo meæ conuersionis, dum uiderent quanta patientia ipse me expectauit ut cõuerteret,tandemq; conuersum quanta gratia donauit,ut nemo iam desperare posset remitti sibi quæcunq; peccata, cum ego tantorum scelerum indulgentiã accepissem, sed unusq;q; pctõr sibi diceret:Si Saulus scũs est,ego quare despero?Si à tãto medico tam desperatus æger sanatus est, ego uulneribus meis illas manus non aptabo? ad illas manus nõ festinabo?Vt hoc dicerẽt homines,ideo Saulus factus est ex persecutore Apostolus. Quia cum uenit medicus uolẽs sibi famã cõparare,infirmũ quærit aliquẽ desperatum,& ipsum sanat.Et si pauperrimũ iueniat,non ibi qrit mercedem,sed cõmendat artẽ. Ita & Xp̃s potentiã specialis medicinæ spũalis suæ ostendit in Saulo, ut omnes deinceps nossent eum sanare posse cũctas infirmitates oĩum cõfugientiũ ad se.Deinde,ego, inqt, pter hmõi causam consecutus sum misericordiam.Sed inde fit honor et gloria *regi seculorum*, id est, patri & filio & spiritui sancto, qui regnat ab æterno in æternum per omnia secula,& dominus atq; rex est oĩum rerum,utpote creator. Regi dico,imortali.i.incõmutabili.Nam ubi inuenis aliter et aliter, facta est ibi quædam mors. Mors enim est, non esse quod fuit. Et idcirco Deus est uere imortalis, quia nunq̃ mutaĩ, sed semper idem ipse pmanet. Et est inuisibilis in sua substantia,quia uideri diuinitas humano uisu nequaq̃ põt. Ideo enim dicitur iuisibilis,quia hoc uideri ab homine non potest, per quod uidet homo corpora, non qa mentes piorum uisione sua fraudẽtur, cum scriptum sit: Beati mundo corde,quoniã ipsi Deum uidebunt. Vel idcirco Deus inuisibilis est, qa eius magnitudinem nemo saltem ualet mente comprehendere, cũ & pax eius exuperet omnem itellectũ.Et iste est solus Deus,qa preter eũ nullus alius. Sed mouere quenquã potest,qũo de hoc solo Deo qui est ipsa trinitas, dictum sit,*inuisibili soli Deo*, cum sint etiã quædam creaturæ inuisibiles, qa & à Christo condita sunt omnia uisibilia et iuisibilia. Sed quia sunt dĳ falsi uisibiles, ideo dictum est, inuisibili Deo soli *honor & gloria*. Nam est & creatura inuisibilis, quę tamen non est nobis Deus.Honor ergo & gloria soli Deo qui est Deus iuisibilis. Honor sit ei à creaturis, & gloria in essentia sua. Vel honor in bona conuersatione sanctorum, & gloria in multiplicatione eorum, perdurans *in secula seculorum*, id est, in longitudinem omnium temporum, uel potius in immensitatem spatiorũ æternitatis. *Amen.* B

Psal. 101. Matt. 5

*Hoc praeceptum commendo tibi fili Timothee secundum praecedentes in te prophetias,ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonã conscientiam: quam quidam repellentes,circa fidem naufragauerunt.* Ex quibus est Hymenaeus

C *& Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.*

Postq̃ cõmemorauit quę & quanta sunt beneficia patris et Christi circa peccatores, uult animare Timotheum ad bene agendum, ut scilicet sicut bonus miles pugnet contra uitia, & cõtra falsos apostolos, & populũ sibi cõmissum defendat & doceat. Hoc, inquit, *præceptum cõmendo tibi fili Timothee.* Cum filium uocat, ostendit quia patri pręcipiẽti debet libenter obtemperare. Cum nomen eius ponit, attentiorem reddit, & ad magnum sui desiderium excitat. Recte etiam Timotheum nominat, quẽ ad bene agendum prouocat, q̃a Timotheus interpretatur beneficus. Hoc præceptum cõmendo, id est, omnibus modis quibus possum mando, & attentius iniungo tibi *secundum præcedentes in te prophetias,* id est, sc̃dm scientiam scripturæ prophetarũ, quę iandiu in te est, uel secundum quod spiritus propheticus ostendit mihi de te. Hoc uidelicet præ cæteris mandatis commendo, *ut in illis,* hoc est, inter alios qui tibi sunt commissi, *milites bonam militiam,* id est, in castris Dei sicut strenuus miles prælieris contra uniuersos hostes populi Dei, & spũalibus armis eos expugnes, ut nec falsi doctores, nec maligni spiritus, nec uitia tibi uel populo quẽ regis, prævaleant. Bonam exerce militiam, *habens fidem* rectam *& bonam conscientiam,* ut nullius praui cõsensus tibi sis cõscius, sed cor tuum uideat te in omnibus bene uelle agere. Ideo. n. potes implere quod dico, ut bene milites, q̃a fidem habes & bonã cõscientiã, per quas agitur Dei militia. Et idcirco semꝑ has habere studeto. Quam puritatis ac bonæ uoluntatis & humilitatis conscientiã *quidam repellentes,* & cõsentire peccatis eligẽtes, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc, dũ uento sꝑbiæ impellerent̃, *naufragauerunt.* i. nauem aĩæ scopulis errorũ fregerũt, atq; se & alios in mare huius seculi demerserunt. Et ita naufragiũ pertulerũt *circa fidem* quasi per circuitũ ueritatis euntes, & non ex toto à fide recedentes, nec tñ intra eã manentes. *Ex quibus est Hymenæus & Alexander,* qui idcirco fidẽ perdiderunt & naufragiũ erroris ꝑtulerunt, q̃a cõscientiam bonę humilitatis habere noluerunt. Superbia. n. demersit eos in pericula errorũ, dum doctores uideri uoluerũt. *Quos tradidi satanæ* i. excõmunicationi & diabolo uexandos permisi, ut uel cruciatibus eruditi *discãt non blasphemare.* i. corrigant̃, & ad salutem reuertant̃. Licet. n. prima peccati persuasio uenerit à satana, & ipse sit author omniũ peccatorũ, quidam tñ ei traduntur ad correctionem, ut opus satanæ excludatur opere satanæ. Nulla. n. creatura est, siue quę in ueritate manet dans gloriã Deo, siue quæ in ueritate nõ stetit quærẽs gloriam suã, quę aut uolens aut nolens diuinæ ꝓuidentiæ nõ seruiat. Sed uolens seruit, quę hoc spõte facit quod bonum est. De illa uero quæ hoc nõ uult, fit qđ iustum est. Nam si etiam ipsi præuaricatores angeli cum principe suo diabolo non recte dicerentur procuratores uel actores prouidentiæ diuinæ, non dñs principem huius mundi diabolum diceret, nec apłica ptãs ei blasphematores traderet, ut à blasphematione corrigerent̃. Sed princeps iste sub tanto imperatore nõ facit, nisi quantũ illi permittit̃, & ꝓcuratores isti nihil faciunt, nisi quãtum dñs sinit. Non. n. latet eũ sicut hominem aliq̃d, aut in aliquo est minus potens, ut ꝓcuratores & actores, qui sunt in eius potestate, aliq̃d ipso siue non ꝑmittẽte, siue nesciente, in subiectis sibi, ꝓ suo gradu rebus efficiant. Non tamen eis rependitur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt, quia quo animo

Apoca. 22.

Ioan. 12. 14 & 16.

D

A faciunt, ipse considerat. Quia neque liberam uoluntatem rationali creaturę suæ Deus negauit, & tamen potestatem qua etiam iniustos iuste ordinat, sibi retinuit. Recte ergo nonnulli traduntur satanæ ut corrigantur, quia non potest eis satanas facere nisi quod diuinitus ordinatur. Hactenus de pseudopdicatoribus egit Apostolus, nunc de cunctis hominibus subiungit.

CAPVT II.

*Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate cōstituti sunt, ut quietā et trāquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coràm Saluatore nostro Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.*

Hîc monet orandū pro omnibus. Quia, inquit, Christus uenit peccatores saluare, & tu in hoc militare debes, *igitur* doce orare, ut impetretur quod faciendum est. *Obsecro*. i. per sacra adiurās rogo, *primum omnium*. i. maxime prę omnibus *fieri* à te uel à subiectis tuis, siue ab omnibus sanctis, *obsecrationes*, id est, rogationes cum adiuratione sacrorum, ad maiorem expressionem rogandi: & *orationes*. i. preces simpliciter fusas, atque *postulationes*, quibus petantur Dei beneficia generi humano tribuenda: & *gratiarū actiones*, quibus de iam perceptis beneficijs Deo referantur gratiæ. Vel ordo Missæ in his uerbis ostenditur,

Nota. ut obsecrationes sint, quas facimus in celebratione sacramentorum, cōmemoratione sacrorum, antequam illud quod est in domini nostri mensa, incipiat benedici: orationes uero, cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuēdum cōminuitur: postulationes autem, cum populus ab episcopo benedicitur. Postulationes enim quasi ex debito petiuit, uelut cum quadam fiducia uel adnisu. sic postulatio ibi fit cum fiducia, ut quod B hic geritur, in æterna uita perficiatur. Quibus peractis, & participato toto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit. Hæc autem causa pręcipua fuit Apostolo ista dicendi, ut his breuiter præscriptis atque significatis, non putaretur negligendū esse quod sequitur, *pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti*, ne quis (sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas) æstimaret hæc non esse facienda pro illis à quibus persecutionem patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligēda. Vnde & adiungit: Hoc. n. bonū est &c. Vel obsecrationes, id est, cum adiuratione pro rebus difficilibus, ut pro cōuersione impiorum uel pro remouendis malis orationes, ut quando iam cōuersis uirtutes & bona orantur. Postulationes, ut quando gloria cœlestis illis petitur. Gratiarum actiones de perceptis seu peractis bonis. Et huiusmodi preces fiant pro omnibus hominibus, ut nullus sit tam peccator, pro quo non oretur, cum & Saulus precibus Stephani sit conuersus. Et pro illis etiam de quibus minus ui- Actuū. 7. debatur, id est, pro regibus, licet sint mali & sanctis infesti, & pro omnibus qui in sublimitate secularium dignitatum positi sunt, sicut consules & duces: quia de omni genere hominum conuertuntur ad religionem, & perueniūt ad salutem, & de his qui fastu & elatione secularis potentiæ fidem & humilitatem uidentur abhorrere, sicut cernimus quod etiā ipsi reges, desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, unum uerum Deum cognouerunt & colunt: & ideo pro illis orandum fuit, cum etiam persequerentur ecclesiam. Ob hoc etiam orandum est pro principibus, ut nos qui sub ipsis sumus. *uitam agamus quietam* à persecutione &

C *tranquillam* in pace, & hoc *in omni pietate* diuini cultus, *& castitate* fidei, ut conuersis principibus gentiles non audeant inquietare nos, mouendo persecutiones pro ipietate idololatriæ: nec hæretici tranquillitatem nostrã turbare præsumant, uolentes corrũpere castitatem fidei quorũdam. In pace principum, quies & regnũ seruatur ecclesiarum. Nam in bellis & discordijs eorum dissipatur trãquillitas, tepescit pietas, soluitur disciplina uel districtio. Qua soluta, infirmorum castitas uiolatur. Et ideo pro his orandum est, ne eueniãt hæc per dissensionem principum. Vnde & per Hieremiã dominus Iudæis, qui in Babylone captiui tenebãtur, præcepit dicens: Quærite pacem ciuitatis ad quam trãsmigrare uos feci, & orate pro ea ad dñm, quia in pace illius erit pax uobis. Babylon uero (quę dicitur confusio) societatem iniquorum significat, Iudæi autem ciues supernæ Hierusalem, qui in hoc seculo peregrinantur inter malos, et regibus atq; principib⁹ tributa reddunt, & cætera quæ saluo Dei cultu constitutio secularis exigit. Idcirco debent orare pro pace eorum, q̃a in pace eorum erit illis pax, utiq; interim tẽporalis, quæ bonis malisq́ cõmunis est. Vtimur ergo et nos pace Babylonis, ex qua per fidẽ & cœlestis patrię desiderium ita populus Dei lętabitur, ut apud hanc interim peregrinetur. Pax autem nostra propria & hîc cum Deo est per fidem, & in æternum cum illo per speciẽ. Orate, inquit, pro p[illegible]e principum, & pro salute omnium, quia *hoc agere est bonum*. i. utile ecclesiæ, & acceptũ, id est, gratum atq; placitũ *coram Deo saluatore nostro*, qui sicut nos saluat, ita *& omnes homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire*, sicut iam uenim⁹. Quamuis certum sit nobis, non omnes saluos fieri, nõ tñ ideo debemus

Hiere. 29.

D omnipotentissimę Dei uoluntati aliquid derogare: sed ita intelligere qđ dictum est, q̃ omnes homines uult saluos fieri, tanq̃ si diceret nullum hoĩem fieri saluum nisi quẽ saluum fieri uelit: seu qđ nullus fiat saluus, nisi quem uelit. Et ideo rogãdus est ut uelit, quia necesse est fieri si uoluerit. De orando quippe Deo agebat Apostolus ut hoc diceret. Sic.n. intelligimus quod in euãgelio scriptũ est, qui illuminat omnem hominẽ, non quia nullus hominum sit qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso non illuminetur. Vult itaq; omnes saluos fieri qui salui fiũt, & omnes ad agnitionem ueritatis uenire qui ueniunt: quia nisi ipso uolente nullus saluatur, uel ad agnitionem ueritatis accedit. Aut certe sic dictũ est, qui uult omnes homines saluos fieri, non q̃ nullus hominum esset, quem saluum fieri nollet, qui uirtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset: sed ut omnes homines, omne genus hominum intelligamus per quascunq; differentias distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardi cordis, sapiẽtes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, senes, decrepitos, in linguis oĩbus, in moribus oĩbus, in artibus oĩbus, in ꝓfessionibus omnibus, in uolũtatibus, & in conscientiarum uarietate innumerabili constitutos. & siquid differentiarum aliud est in hominibus. Quid (est.n. (oro) eorum, unde non Deus per unigenitũ suum in omnibus gentibus saluos homines fieri uelit, & ideo faciat, quia omnipotẽs uelle inaniter non potest quodcũq; uoluerit? Præceperat Apostolus ut oraretur pro omnibus hominibus,

Ioan. 1.

Matth. 11.

Luc. 10.

A et specialiter addiderat pro regibus, & his qui in sublimitate sunt constituti, qui putari poterant fastu & superbia seculari humilitatē Christianæ fidei abhorrere. Proinde dicens, hoc enim bonum est coram Saluatore. i. ut etiam pro talibus oretur, statim ut desperationem tolleret, addidit, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc quippe Deus bonum iudicauit, ut oratione humilium dignaretur salutem præstare sublimibus.

*Vnus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Xp̄s Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus testimonium temporibus suis, in quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem dico, nō mentior, doctor gentium in fide & ueritate.*

1. Timo. 2.

Quia dictum erat ꝙ Deus omnes homines uult saluos fieri, ne quisꝗ diceret posse esse salutis uiam in bona conuersatione & unius Dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, *unus enim Deus*, inquit, *unus & mediator Dei & hominum homo Xp̄s Iesus*, ut illud quod dixerat, omnes hoīes uult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non Deū, quod semper erat uerbum: sed hominem Christum Iesum, cū uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Erāt. n. mortales & peccatores, Deus uero, cui erant reconciliandi, ut possent saluari, īmortalis erat & sine peccato. Mediator autem inter Deum & homines oportebat ut haberet aliquid simile Deo, & aliquid simile hominibus, ne in utroꝗ esset hominibus similis, longe à Deo: aut in utroꝗ Deo similis, longe esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Et ideo īter mortales peccatores & īmortalem iustum, apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum Deo: ut qm̄ stipēdium uitæ pax est, per iustitiam coniunctam Deo euacuaret mortem iustificatorum impiorum, quam cum illis noluit habere cōmunem. Et quia omnes homines quādiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, quærēdus fuit medius, qui non solum homo, sed & Deus esset, ut homines ex mortali miseria ad beatam īmortalitatem huius medij beata mortalitas īteruenjendo perduceret. Proinde īter nos & Deum mediatorem, mortalitatē habere oportuit trāseuntem, & beatitudinem permanentem, ut per id quod transit, congrueret morituris ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni autem angeli īter miseros mortales & beatos īmortales medij esse non possunt, qa ipsi quoque & beati & īmortales sunt. Possunt autem medij esse angeli mali, qa īmortales sunt cum illis, & miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum īmortalitatem & miseriam, & mortalis eē ad tempus uoluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & īmortales superbos, & miseros noxios, ne īmortalitatis iactantia homines seducerent ad īmortalē miseriam, & suę mortis humilitate, & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorꝝ corda per suam fidem mūdans, ab illorum immundissima dominatione liberauit. Ad hoc enim se īterponit medius īmortalis et miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, qm̄ persistit quod impedit ipsa. s. miseria. Ad hoc autem se īterposuit mortalis & beatus, ut mortalitate transacta, & ex mortuis faceret īmortales, quod in se resurgendo mōstrauit: & ex miseris beatos, unde ipē nūꝗ discessit. Alius ergo medius malus, qui separat amicos: alius bonus, qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medij separatores, un⁹ uero bonus: quia multitudo quę beata est, unius

Ioan. 1.

C Dei participatione fit beata. Cuius participationis priuatione, misera multitudo malorum angelorum, quæ se opponit potius ad impedimentũ, quam interponit ad beatitudinis adiutorium, & ipsa multitudine obstrepit quodammodo, ne possit ad illud unum beatificũ peruenire, ad quod ut pduceremur, non multis, sed uno mediatore opus erat: & hoc tali, ut eius diuinitatis participatione efficeremur beati. Neq; .n. nos à mortalitate & miseria liberãs, ad angelos imortales beatosq; pduxit, ut eorum participatione etiam nos imortales & beati esse possimus, sed ad illam trinitatem, cuius participatione & angeli sunt beati. Mediator .n. est nõ inter patrem & homines, sed solum inter Deũ & homines. Deus est, pater & filius et spiritussanctus: homines sunt, peccatores & mortales. Inter illam trinitatem & hominum infirmitatem atq; iniquitatem, mediator factus est homo non iniquus, sed infirmus, ut ex eo qđ non est iniquus, iungeretur Deo: & ex eo q infirmus, ppinquaret nobis, atq; ita inter Deum & homines mediator existeret. Sed Apostoli uerba uideamus. Vere, ingt, oẽs uult saluos fieri: quia unus est Deus creator omnium, cuius participatione fient salui omnes qui saluabuntur: & unus est mediator Dei & hominum, qui omnes uni Deo coniungat ut fiant salui. Christus Iesus est iste mediator nõ scđm qđ ipse est Deus, sed secundum id quod est homo: *qui dedit semetipsum* in cruce *redemptionem pro omnibus*, nullum excipiens, qui uellet redimi ad saluandum. In hoc .n. patet quantum Deus homines diligat, & eos uelit omnes saluos fieri, si peruersitas eorum non obstiterit: quia mediator Deus, quem Deus inter se & homines posuit, mortem pro omnibus sustinuit, ut omnes à morte redimeret. Et ideo qui non saluantur, D non est quod de Deo, uel de mediatore possint conqueri, sed de seipsis, qui nec redemptionẽ quam mediator dedit, nec salutem quã Deus obtulit, uoluerunt accipere. Sed ipsum dedit redemptionem, & dedit se *testimonium* salutis omnium electorũ *temporibus suis*, quia resurgens ex morte & ascendens in cœlum tempore resurrectionis & tempore ascensionis seipsum præbuit exemplum & confirmationem secuturæ nostræ saluationis. Nam in eo quod resurrexit et ascendit, testatus est quodammodo quia membra eius resurgẽt & ascendent, immo ipse fuit ipsum testimonium. Sed & futuræ dãnationis eorum qui nolunt saluari, dedit se testimonium qñ persecutores suos una uoce prostrauit. Aduẽtus .n. eius & quicquid in carne gessit uel ptulit, reprobis est testimonium damnationis, electis uero testimonium saluationis. In quibusdam codicibus legitur, cuius testimonium temporibus suis cõfirmatum est. Quod ita intelligitur: Testimonium quod prophetæ dixerũt de Christo, uel quod ipse Christus de se protulit, uidelicet quãdo uel qualiter passurus eẽt, uel resurrecturus & cætera cõgruis temporibus reuera & euentu confirmatum est. *In quo* testimonio confirmando & annunciando, positus à Deo *sum ego prædicator & apostolus* i. præco & legatus, ut omnibus testificer, qa ipse uult omnes saluos fieri. Prædicator, est nomen authoritatis: apostolus, nomen dignitatis uel potestatis, quod plus est. Et in prædicatione testimonij huius est mihi credendum, quia *ueritatem de hoc dico, et non mẽtior* in hac parte. Et idcirco omnes mihi debent credere, quia omnes docere studeo fidem & ueritatem, utpote *doctor in fide & ueritate*. Fides est, qđ non uides credere: ueritas, quod

Ioan. 18.

credidisti

A credidisti uidere. Fides ducit ad ueritatem. Si maneat in eo quod credit, peruenitur & ad id quod uideatur.

*Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter*
1. Petri. 3. *& mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.*

Quandoqdē sum doctor gētium & magister ecclesiarum, *ergo uolo uiros orare*. i. ut uiri deum orent, nō solum in ecclesia, sed & *in omni loco*, qa deus ubiq; est. & orēt *leuantes* ad cœlestia, non deprimentes ad terrena *manus puras* à peccatorum sordibus. Ne enim cōfundantur manus ad deum leuatæ, debent & à peccatis esse puræ, et in bonis operibus exercitatæ. Manus puras leuare iubemur, ut cum leuas manus ad deum, ueniant tibi in mentē opera tua. Quia. n. manus istę leuantur ut impetres quod uis, ipsas manus cogita in bonis operibus exercere, ne erubescāt ad deum leuari. Et leuentur *sine ira*, ut ne retineas iram in corde tuo aduersus pro-
Matt. 6. Luc. 11. ximum, sed libera cōscientia dicas. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *& sine disceptatione*. i. sine litigio causarum, ne adhuc ī corde retineas uoluntatem contendēdi iudicio aduersus fratrem tuum, sed remitte qcquid illud est, ut et tibi oranti remittantur peccata diuinitus. Vel sine disceptatione apud Deum, ut non disputes in corde tuo, & iudices de inscrutabilibus arcanis secretorum Dei,
Nota. uel hæsites in fide. *Similiter & mulieres orent in habitu ornato*, ut uestes earum religionem prætendant, non libidinem puocet ipsarum indisciplinata nudatio. Et sint *cum uerecundia*, ut sic humiles exaudiantur dum orant: et cū *sobrietate*, ut in cibo & potu modum teneant. Ipse dico, *orantes se non in crinibus tortis*. i. arte crispantibus, *aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa*, qa talibus ornamentis concitant aspiciētes ad luxuriam, *sed sint promittentes pietatem* nō per uerba iactantiæ, sed *per opera bona, quod decet mulieres*. Sic. n. congruum est, ut illæ, nō uerbis, sed operibus ostēdant pietatem suæ mentis, & non induant se luxuriosis ornamentis.

*Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in uirum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum omni sobrietate.* 1. Cor. 14. Gene. 1. 2.

*Mulier* non in clamosa uoce, sed *in silentio discat*, ne uox eius audientes moueat ad libidinem. Et discat non erecta, sed *cum omni subiectione*, quia propter culpam primæ transgressionis subiecta est uiro seruitute conditionis potius q̄ dilectiōis. Sed *docere non permitto mulieri*, qa nimirū aliqn̄ cum docuit, à sapientiæ æternitate separauit. *neq;* enim permitto eam *dominari in uirum*, etsi dominetur in aliam mulierem: quia uir fortioris naturæ est, et dominium debet habere super mulierem. *sed uolo eam esse in silentio*, ut neque cum uicina fabuletur. Silentium teneat, quia dum loquitur, magis ad luxuriam irritat & irritatur. Et ne uideretur mulieris dura conditio quæ tam in mariti redigeretur seruitutē, ad antiquum & originale exemplū redit Apostolus, quod *Adam primus factus sit deinde Eua* ex costa eius: & qd diabolus Adam seducere nō potuerit, sed Euam: et quod post offensam Dei statim uiro subiectā sit. Illi autē seducuntur, qui quod faciunt, non putant esse peccatū. Adam uero sciuit esse malum qd faciebat, sed inexpertus diuinæ seueritatis, in eo falli potuit, ut ueniale crederet esse commissum. Aç per hoc qdem in eo qd Gene. 3.

A bitur: quia per effectum bonorum operum perpetuæ saluti sociabitur. Et hæc opera bona maxime in officijs misericordiæ frequentari solent. Opera uero misericordiæ nihil prosunt paganis siue Iudæis, q Christo nō credunt, siue hæreticis, siue schismaticis, ubi fides & dilectio non inuenitur. Et ideo tm̄ saluabitur hæc mulier. i. caro per filiorum generatione & p operum bonorum actione si ipsa opera permanserint in fide catholica & dilectione gemina, et in sanctificatione cum omni castitate corporis & animæ, uel sobrietate. Nam sine fide impossibile est placere Deo, nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non maneat in radice dilectionis: nec prodest qc quid agitur sine sanctificatione, nec opus bonū est aliqd sine castitate.

Nota.

Hebræ. 11.

CAPVT III.

*Fidelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ nescit præesse, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et in laqueum diaboli.*

*Fidelis*. i. uerax est nunc *sermo*, quem loquor, uidelicet, *si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Opus, non dignitatem: laborem, non delicias. Opus, p quod ī humiliate crescat, ne tumescat fastigio. Episcopatus, quid sit, noluit exponere, quia nomen est operis, non honoris. Græcū est enim atq; inde ductum uocabulum, quod ille qui præficitur, illis q bus præficitur, superintendit, curā eorum scilicet gerēs, ἐπισκοπεῖν nanque superintendere est. Ergo ἐπίσκοπος superintendēs interpretatur, ut intelligat non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Nec desiderare episcopatum æstimādus est, qui suum desiderat lucrum uel honorem, non plebis salutem. Non enim dicitur, qui episcopatum desiderat, bonum gradum desiderat: sed bonū opus desiderat: qd in maiori ordine constitutus possit, si uelit, occasionem exercendarum habere uirtutum. Ipse ergo sibi testis est, quia episcopatum non appetit, qui non boni operis ministeriū, sed honoris gloriā quærit. Benefacit qui episcopatum desiderat. i. superintendere alijs & solicitudinem gerer pro multorum salute. Oportet ergo *episcopum esse irreprehensibilem*, ut nulli uitio mancipatus sit, & ex subiuncta uirtutum enumeratione manifestatur, quæ sit illa irreprehensibilitas. Ac si talibus appetitoribus dicatur: Laudo quod quæritis, sed prius discite quid quæratis, ne dum uosmetipsos metiri negligitis, tanto fœdior uña reprehensibilitas pateat, quanto & a cunctis cōspici in honoris arce festinatis. Notandum etiam, quia qñ Apostolus hoc dixit, plebibus qui cunq; præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum quærere, qñ per hunc quasi ad martyrium festinaretur: neque dubium esset, si non ad mortem, saltem ad supplicia grauiora ueniri. Nunc autem locus superior, sine quo populus regi nō pōtest, etsi ita teneatur & administretur ut decet, in indecēter appetit. Si autem sarcina hæc imponitur, suscipiēda est propter carnis necessitatem. In actione enim non amandus est honor uel potentia in hac uita, qm̄ omnia uana sub sole: sed opus ipsū, quod per eundem honorem uel potentiam fit, si recte atq; utiliter fit. i.

Nota.

Eccle. 33.

C ut ualeat ad eam salutẽ subditorum quæ secũdum deũ est. Et qñquidem tale est officium episcopi, ergo oportet esse irreprehẽsibilem. i. talem, ut nullum in eo uitium notetur quod
Mtt. 12. reprehendi possit, quæ res pene con
Iacob. 3. tra naturam est. Omne. n. uitiũ, etiã in ocioso uerbo, reprehẽsione dignũ est. Et quis est qui nec in his quæ loquitur, reprehendi queat? Sed futurꝰ pastor ecclesiæ talis debet eligi, ad cuius comparationem recte grex cęteri nominentur, ut cum reprehenderit alios, ipse à nemine, reprehendi possit. Perdit enim authoritatem arguendi, cui possunt ab eo quem arguit, propria delicta improperari. Oportet eũ esse *unius uxoris uirum*. i. qui unam uxorẽ habuerit, nõ habeat secũdã, sicut beatus Hilarius uel Antissiodorensis Germanus. sobrium,
Iudic. 13. siue uigilantem. Sacerdotes enim q
Luc. 1. 21. ministrant in templo Dei, prohibentur uinum & siceram bibere, ne in crapula & ebrietate grauentur corda eorum, & ut sensus officiũ Deo exhibẽs, uigeat semper et tenuis sit. prudentem ut excludantur illi, qui sub nomine simplicitatis excusant
Nota. stultitiam sacerdotum. Nisi. n. cerebrum sanum fuerit, omnia membra in uitio erunt, ornatum bonis operibus & honestis moribꝰ, ut in his sapiens deprehendatur. Sunt. n. quidem ignorantes mensuram suam & tantæ stoliditatis ac irreuerentiæ ut in motu & in incessu & in sermone cõmuni risum spectantibus tribuant. pudicum. i. uerecundum uel castum, ne impudens sit uel castitatem uiolet. hospitalem, ut imitetur
Ge. 18. 19. Abraham, & cum peregrinis, imo ĩ peregrinis Christum suscipiat, & hoc ante episcopatũ quoq; solitus sit agere. doctorẽ. i. qui habeat gratiam docendi. Nihil. n. prodest conscientia uirtutum frui, ni & creditũ sibi populum possit ĩstruere, & eos

D qui contradicũt, redarguere. Innocens enim absq; sermone conuersatio quantum exemplo prodest, tm̃ silentio nocet. Et latratu canum ac baculo pastoris, luporum rabies deterrenda est. *non uinolentum, non percussorem*. Vitia uirtutibus opponit. Dixit qualis esse debeat sacerdos, dicit & qualis non esse debeat. Non sit uinolentus, sed sic bibat ut ignoretur an biberit. Vinolẽtia. n. scurronum est & comesatorum, uenterq; mero æstuans cito despumat in libidinem. Non sit percussor. i. ita irascibilis & perturbati sensus, ut percutiat, qui debet patiens esse & eum imitari, q dorsum suum posuit ad flagella, & maledicentes non remaledixit. Vel 1. Petri. 2
non sit percussor. i. nõ percutiat uerbo uel exemplo prauo conscientias infirmorum. Non conuenit eum esse uinolentum ac percussorem, *sed modestum*, ut temulẽtiam et iram modestia refręnet, & modeste agat in omnibus. *non litigiosum*. i. qui litigare soleat. Nihil enim imprudentius arrogantia quorundam, qui garrulita Nota.
tem authoritatem putant: & parati semper ad lites, in subiectũ sibi gregem tumidis sermonibꝰ tonant. *non cupidum*, qa cito deuiaret à iusto propter cupiditatem munerum, sicut filij Samuelis. Auaritiam enim uel cupiditatem esse uitandam sacerdoti, & ipse Samuel exemplo suo docet, nihil se cuiquam rapuisse corãm po- 1. Reg. 8.
pulo probans: & apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter ui- 1. Reg. 12.
ctum atq; uestitum nihil aliud uolebant. *suæ domui bene præpositum*, non ut opes augeat, sed ut ea quæ populis Infra 6.
pręcepturus est, prius à domesticis exigat *filios habentem subditos cum omni castitate*. In filijs eius probatur disciplina, si bene fuerint subditi & obediẽtes patri. Et tanta ab eo castitas exigitur, ut si filij eius casti nõ fuerint,

ipse

A ipse episcopus esse non possit, & eodem uitio offendat Deũ, quo offendit et Heli pontifex, qui corripuerat quidem filios suos, quoniam in uestibulo templi cũ mulieribus dormiebant: sed quia nõ abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit & mortuus est. Domus suæ (sicut dictum est) debet esse bene præpositus, ut regat eam secundum Deum. Sed *si quis nescit præesse domui suæ*, quę praua est respectu ecclesiæ, *quomodo habebit diligentiam ecclesiæ Dei?* id est, quõ sciet solicitudinem habere, ut diligenter regat ecclesiam, quæ multo maior est, quàm domus eius, & maiori prudẽtia est regenda? *non neophytum*. i. rudem conuenit eũ esse. Nõ sit neophytus. i. nouiter ad fidẽ conuersus, qui ordinatur episcopus, *ne in superbiã elatus*, id est, prę cæteris digniorẽ se putans, quasi eo indigeat Christiana religio, *incidat in iudicium diaboli*, id est, damnetur propter superbiam ut diabolus, qui se cunctis meliorem iudicauit, & factus est cũctis posterior. Nec nuper baptizatus, nec nuper à secularibus negotijs uel à malitia separatus, fieri debet episcopus, quia unusquisque talis est neophytus. Nec cõgruit ut heri catechumenus, hodie sit põtifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: uespere in circo, mane in altari: dudũ fautor histrionũ, nunc cõsecrator uirginum. Ignorat momentaneus sacerdos humilitatẽ & mansuetudinem, nescit seipsum contẽnere. De dignitate transfertur ad dignitatem. Nõn ieiunauit, non fleuit, nõ mores suos sæpe reprehẽdit, & assidua meditatione correxit, nõ substantiã pauperibus erogauit. Iudicium autem diaboli & ruina, arrogantia est. Incidunt in eã, qui in puncto horæ needum discipuli, iam magistri sunt. Non solũ prædictas uirtutes habere q ordinatur, prædictisque uitijs carere, sed *& oportet illum bonum testimonium habere ab his qui foris sunt*. Qua

1. Reg. 4.

Esaia. 14.

Nota.

le principium, talis & clausula sermonis. Qui irreprehensibilis est, nõ solum à domesticis, uerũ & ab alienis consono ore laudatur. Alieni extra ecclesiam, Iudæi Gentiles & hæretici. Talis ergo sit pontifex Christi, ut nec hi qui foris sunt, religioni uitæ eius detrahere audeant, ne si reprehẽsibilis fuerit, incidat in opprobrium, ut exprobrent illi uitia sua: & ita cõtemptus incidat in laqueũ diaboli, odio habens illos à quibus se contemni uiderit. Solet nanque euenire his, qui ab alijs despiciunt, ut despectores suos & ipsi despiciant: sicque in iram & odiũ, & cæteros diaboli laqueos incidant. Ideoque pontifex sit talis, ut nemo possit ei exprobrare aliquam pristinam sordem. Si uero post fidem assumptam contraria uirtutibus, quæ nunc descriptæ sunt habuit, non ad pontificatum est recipiendus. B

*Diacones similiter pudicos, non bilingues, nõ multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primũ, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent & multam fiduciã in fide, quæ est in Christo Iesu.*

Vbi prætermissis presbyteris, mox post episcopi descriptionem subiungit de diaconibus, dat intelligi quia nomine episcopi & pontificem designauit & presbyterũ: atque oĩa quæ de episcopo dixit, de presbytero secundarie sunt obseruanda. Nam & presbyter est episcopus, id est, superintendens ecclesiæ quam regit. Sed ille est maior episcopus, iste minor. Et quemadmodum præmissum est oportere episcopum esse pudicum; *similiter diacones* oportet esse *pudicos*, id est, castos, *non bilingues*, id est, non dupliciter loquentes, ut in præsentia cu

C iusdam loquantur de eo bene: & cũ absens fuerit, loquatur de eo male. *non multo uino deditos, non* inebrient: qa q inebriatur, & mortuus & sepultus est, neq; ebriosi regnum Dei possidebunt, *non turpe lucrum sectantes,* sicut auari qui emunt & pluris uendunt, uel usuras accipiunt. *habentes in conscientia* a sordibus uitioꝶ *pura mysterium fidei,* id est, tenentes in corde mũdo quod de fide est alijs occultum, sicut est q Christus de uirgine natus est, & qđ peccatum non fecit, & qđ moriendo mortem destruxit, & quod uere corpus eius sit panis q in altari consecratur, & cætera fidei arcana. Tales sint diacones. Sed *& hi primum probentur.* Hic innuit, qa & episcopi sunt probandi. Primum probentur, & sic.i.tales inuenti fuerint, quales descripsimus, *ministrent* sacris altarib⁹, *nullum habentes,* nõ dico peccatum, sed *crimen,* quia nullus homo sine peccato est, sed multi sine crimine. Crimẽ nanq; est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum, sicuti homicidium, adulterium, furtum, sacrilegium, & aliqua immunditia fornicationis. *Mulieres,* id est, diaconissas *similiter* ut diacones, oportet esse *pudicas,* ut munditia castitatis in eis regnum teneat. *non detrahentes,* id est, non quærentes loquendo minuere bonam familiam alicuius, sed *sobrias.*i.ab omni ebrietate imunes, et *fideles in omnibus* dictis & factis suis, ut fidẽ Deo seruent & hominibus. *Diacones sint unius uxoris uiri,* id est, non ordinetur diaconus qui duas aut plures habuerit uxores, sed qui tantum unam habuit: & ei non misceatur, postq̃ ordinatus fuerit. Ita sint diacones uiri singularium uxorum, *qui bene præsint filijs suis,* quos prius genuerunt, erudientes eos in disciplina domini: *& suis domibus* bene prælati, ut eas bene regant. Et iustum est ut filios suos atq; domos bene guber- D nent: qa *qui bene ministrauerint* in paruis rebus, *acquirent sibi bonum gradum,* id est, altiorem gradum in bono, & acquirent *fiduciam multam in fide quæ est in Christo Iesu,* id est, certitudinẽ sument uel dabunt, se bene conuersaturos fideliter in maiori, & instructuros alios in fide christiana. Vel bene præesse filijs & domibus suis debent, ut his prius assueti, bene postea sciãt ministrare in ecclesia: quoniã qui in diaconat⁹ officio bene ministrauerint, gradum sibi bonum acqrent, ut promoueri mereantur ad episcopalem gradũ, et multam sibi fiduciam ęternę remunerationis acqrent in fide, quæ est in Christo, qui per humilitatem obedientiæ meruit exaltari.

*Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te uenire cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei uiui, columna & firmamentum ueritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.*

Hæc omnia firmiter retine & custodi, qm̃ ea *scribo tibi fili Timothee, sperãs me ad te cito uenire,* ut te præsens instruã adhuc plenius. Et ideo studiosius interim obseruare debes, quę tibi iniũgo, ut nõ erubescas cũ te uidero. Veniã (ut spero) uelociter. Sed *si tardauero,* scribo tibi hæc, ut interim *scias quõ conseruari te in domo Dei oporteat,* ut ꝓdesse possis oĩbus qui in ea sunt, & scias quarr unũquenq; debeas instruere. *Quæ* domus in qua Deus habitat, *ecclesia est* ex multis collecta fidelibus, qui uarijs modis sunt docẽdi. Ecclesia *Dei æternaliter uiui*: & ideo æternalr bene faciẽtis eis, qui uoluntatẽ eius custodiunt: & cõtra ęternalr puniẽtis illos, q̃ ꝓcepta eius contemnunt. Et ipsa eius ecclesia est in perfectis, *columna.*i.sublimis & recta & inconcussibilis, & sustentãs iuniores atq;

[Margin notes: 1.Cor. 6. — Nota. — Phil. 2. — Nota.]

A sustollens et in eisdē prefectis est ipsa *firmamentum ueritatis*, qa uerbis & exēplis firmat in cordibus īfirmorū ueritatem fidei et mandatorū Dei. *Et manifeste magnum est in ea pietatis sacramentū*, ī quo salus humana cōsistit. Sacrm est res occulta .i. mysteriū siue mysticum aliqd. Et in hoc recte potest intelligi sacramentū, de quo dictum est Colossensibus: Mysteriū qđ absconditū fuit à seculis & generationibus, nunc aūt manifestatū est sanctis eius, qb⁹ uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius in gentib⁹, qđ est Christus in uobis spes gloriæ. Sacramentū .ii. pietatis est, qa Dei filius per uiscera misericordiæ suæ uisitauit nos oriens ex alto, illuminare his q in tenebris & in umbra mortis sedebāt. Sacramentum pietatis ī eo est, qđ unigenitus Dei misericorditer homo fieri dignatus est per grām, ut sibi fratres acquireret, qui cum eo possiderent hæreditatem regni cœlorū. Et hoc sacramentum manifeste magnum est, qa cuncti fideles nouerunt hoc ita magnū esse, ut nemo sufficiat magnitudinē eius excogitare, qđ nobis, *manifestatū est in carne* Christi, qa in eo quod ipse carnem assumpsit, intelligimus oēs electos esse membra ei⁹ uel fratres, ideoq́ simul regnaturos. *iustificatum est in spiritu*, quia homo ille singularis quem uirgo genuit, factus est p spiritum sanctū iustus in utero matris .i. in ipsa conceptione & creatione fecit eum spūs sanctus iustū, ac deinde in præsenti uita seruauit eū sine peccato. Nos quoq dum membra eius efficimur, in spiritu sancto per baptismū iustificamur. Et hoc tantę pietatis sacramentū *apparuit angelis*, id est, innotuit apostolis & prædicatoribus, qui pro eo qđ gloriam regni cœlestis annunciant, angelorum nomine designant. Vnde & Ioannes in Apocalypsi septem angelis scribit, id est, episcopis septem ecclesiarum B Asiæ. Et p huiusmodi angelos .i. per ueritatis nūcios *prædicatum est* hoc sacramentū gentibus, ac per eorū prædicationem *creditum est in mundo*. Quod aūt sequitur, *assumptū est in gloria* in nostro qdem capite perfecte iam completum est, sed in membris eius completū ex toto non erit: donec omnes electi receptis corporibus, in regnū cœlorum simul sint ingressi.

Colos. 1.

Luc. 1.

CAPVT IIII.

*Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentiū mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentiū nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendū quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem*

1. Timo. 3.
2. Petr. 3.
Iude. 1.
Eccle. 36.

Ecclesia qdem est columma & firmamētum ueritatis, sed tn̄ spūs sanctus manifeste in me uel per me *dicit, quia in nouissimis temporibus*. i. regnante Antichristo uel antea *discedent, à fide quidam* notabiles, propter cuiusmodi discessionem dictum est, Nisi uenerit discessio primum. Et qa tales futuri sunt, ideo uigilandum est, ne nostris tpibus surgant: uel si surrexerint, ne alios seducant. Discedent enim a fide ueritatis, *attēdentes spiritibus erroris*, id est, dæmonibus, qui per artem fallaciæ loquentur eis uel apparebunt, & aliqua uelut bona dabūt, ut eos errare faciāt, uel in errore detineant, sicut Agimnensibus hæreticis nouimus contigisse, quos dæmones in equorum specie noctibus apparentes, portant per aera ubicunq uoluerint, & copiam eis temporalium rerum ministrant, atq praui dogmatibus imbuūt. Vel attendentes spiritibus erroris, id est, hæresiarchis, in quibus maligni spiritus lo-

2. Thes. 2.

C quentur & errorem docebũt. Et attendentes *doctrinis dæmoniorum*, id est, hominum dæmonia habentium, *loquentium mendacium in hypocrisi*, id est, simulata relegione, ut magis decipiant, *& habentium conscientiam suam cauteriatam*, id est corruptam & putrefactam, atq; putredinem cũ fœtore semper emittentem. Dæmoniorũ dico, *prohibentium nubere, & abstinere* iubentium *à cibis quos*
Nota. *Deus creauit*. Hoc Agimnenses faciunt & Manichęi, nõnulliq; alij fecerũt. Ille enim prohibet nubere, qui hoc esse malum dicit, nõ qui huic bono aliquid melius anteponit. Multum ergo interest inter hortantes ad uirginitatem, bono minori bonum amplius præponendo: & prohibentes nubere, concubitũ propagationis, qui solus proprie nuptialis est, uehementius accusando. Item multũ interest inter abstinẽtes à cibis pp sacratã significationẽ, uel pp corporis castigationem, & abstinẽtes à cibis quos deus creauit, dicẽdo q; eos de9 nõ creauit. Nã et primi patres nři à qbusdã cibis abstinuerũt, nõ tñ eos dãnandi, sed significãdi grã: & nũc fideles, non qa cibos putent imun-
Nota. dos, sed edomandi corporis causa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non solũ à carnibus, sed à qbusdam terræ fructib9 abstinẽt, uel semp, sicut pauci: uł certis diebus atq; temporib9, sicut per quadragesimam ferè omnes. Manichæi uero ipsam creaturã negabant esse bonam, & dicebant esse imundam, eo q; carnes diabolus operaretur. Et ab escis huiusmodi temperabant, quod nõ significatione, sed natura malæ & imundę essent. Qua in re creatorẽ earũ sine dubio blasphemabant, quod pertinebat ad doctrinam dęmoniorum. Deus enim creauit escas *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus*, id est, ut cum gratiarum actione perciperentur à fidelib9, qui bene credunt de ipsis escis, licet nec D dum intelligant qđ credũt, *& his qui cognouerunt ueritatem*. i. qui intelligũt qđ de eisdem escis credunt. Hanc scilicet ueritatẽ cognouere, *quia omnis creatura Dei bona est* in natura sua, *& nihil* ciborũ est reijciẽdum. i. abhorrendũ & respuendũ quasi naturaliter malum uel imundũ, *quod percipitur*, id est, pcipi solet, *cum gratiarum actione*, id est, ut agant Deo gratiæ à percipiente. Omnia qppe quæ naturalitet sunt, in ordine suo bona sunt: & nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suũ in Dei obedientia non custodiens, eorũ quoq; ordinem male utendo perturbat. Patres autẽ nostri qui Deo placuerunt, tenuerunt ordinem suũ in ipsa obedientia, ut qcqd Deus tẽporibus congruis iubendo distribuit, sic obseruarent quomodo ille distribuit. Itaq; non solum carnes ad cibos datas, cum omnes natura mundæ sint uel essent, quasdam tñ nonnulla significatione imundas illo tẽpore non ederunt, quo eas non edi præceptum erat, ut talibus significationibus futura rerum manifestatio præfiguraretur, sed & azymum panem, & cætera eiusmodi in quibus fuit umbra futurorũ. Quæ tam rei essent illius temporis & illius populi homines, si obseruare contemnerẽt (quãdo illa sic fieri, & ista quæ nũc reuelata sunt, sic prænunciari oportebat) q̃ nos despiciẽtes essemus, si nũc iam manifestato nouo testamẽto, illas prænunciatiuas obseruationes aliquid nobis prodesse putaremus. Nihil ergo ciborum est reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. *Sanctificatur enim cibus ipse per uerbum Dei*, quod est in actione gratiarum, *& oratione*, quæ adiungitur ne diabolus per eum noceat. Verbum enim sanctificat, oratio autem impetrat, diabolus uero per cibum tentat.

A *Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ quæ nunc est et futuræ. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur, quia sperámus in Deum uiuum, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium.*

Hæc de cibis & creaturis quæ dixi, *proponens fratribus* ad tenendum, *bonus eris minister Christi Iesu*, tu dico, enutritus uel à matre tua uel ab aliĳs fidelibus, *uerbis fidei*, id est, uerbis quæ fidem docent, & uerbis *bonæ doctrinæ*, quantum ad bonos mores, *quam assecutus es* ab infantia, & tunc cum studio perquirens eam & inueniēs. Bonam quidem doctrinam tene & doce quā assecutus es, sed *ineptas & aniles fabulas*, id est, iudæorū traditiones deuita: quia sunt ineptæ, id est, sine aptitudine: & aniles, id est, uetularū sermonibus infusæ iuniorū cordib⁹: & sunt fabulæ, id est, inania uerba sine ueritate & utilitate. Hoc nō de diuinis eloquĳs dicitur, sed (ut dixi) de traditionibus, quas Iudęi à senioribus suis acceperunt pręter legales & propheticos libros, & de stultiloquĳs hæreticorū, qui prohibent nuptias & iterdicūt cibos quos Deus creauit ut cum gratiarū actione sumerentur. Fabulas quidem deuita, sed *teipsum exerce ad pietatem*, Hoc est fabulas impiorū caue, & ad pietatem temetipsum exerce, id est, hoc sit studium tuum, ut mente sis religiosus, et erga Dei cultū deuotus, atq; fidei pietate syncerus. Idcirco moneo ut esse studeas mente pius erga Deū et ꝓximum: qa *corporalis exercitatio*, quę est in ieiunĳs & uigilĳs ac labore manuū atq; multimoda corporis afflictione, in qua te fatigas, *ad modicum utilis est*. i. parum utilitatis habet respectu magnę utilitatis, quā habet pietas religiosæ mentis. Nam illa corporalis exercitatio & in hypocritis uel hæreticis inuenit, pietas aūt deuoti ac beneuoli cordis, non nisi in electis reperitur. Illa corporalis exercitatio ad modicū utilis est, *pietas autem ad omnia utilis est*, quia omni bono studet, *habens promissionem uitæ quæ nūc est & futuræ*, quia Deus pĳs promisit uitam quam habent in hoc seculo animę iustorū, uel subsidia temporalia, & uitam futuræ beatitudinis, dicēs: Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adĳcient uobis. Et per Salomonem, dicēs de sapientia: Longitudo dierum dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Dextera. n. uitam perennem, sinistra uero uitam præsentem designat. Vel exerce te ad pietatem, id est, ad compassionem proximorū, & ad opera misericordiæ. Pietas est ad omnia utilis, qa & in futuro & præsenti seculo prodest, dans temporalia & æterna remedia. Habens promissionem uitæ quæ nunc est & futuræ: qa qui pietatis beneficia pauperibus impendit, & in pręsenti dat ei Deus unde tpaliter uiuat, & in futuro uitam sempiternam. Et fidelis est iste sermo de pietate. i. uerax: qa scilicet pietas est utilis ad omnia, & fideliter adimpletur quod ei promissum est, ut habeat uitam præsentem & futuram. Iste sermo est fidelis, neminem fallens, *& est dignus omni acceptione*, ut à cūctis hoībus oīno accipiat. Vere pietas habet ꝓmissionem uitæ pręsentis & futuræ. nam *in hoc laboramus*, ut ꝓmissionē hanc cōsequamur, *et maledicimur* ab impĳs & blasphematoribus. In hoc laboramus, *quia speramus in Deum uiuum*. i. in hoc insudamus pietatis ac iustitiæ opibus, qa speramus uitam quā Deus uiuēs ꝓmisit pie agētibus. *Qui est saluator omnium hominum*, qa solem suū facit oriri super

B

Matt. 6.
Lucæ. 12.
Prouer. 3.
Matt. 5.

C bonos & malos, & pluit sup iustos et iniustos, atq; salutem corporis in hac uita cõmuniter parat bonis & malis. maxime itã ipse est saluator fidelium, qa præter tpalem salutem, quę illis est communis cũ reprobis, dat eis æternam salutem, quam possideant cum angelis.

*Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiã tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum uenio, attende lectioni, exhortationi, et doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuũ presbyterij. Hæc meditate, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ, insta in illis. Hoc. n. faciẽs, & te ipsum saluũ facies, & eos qui audiunt.*

Hæc quæ dixi de fabulis uitandis & pietate sectanda, præcipe scientibus *& doce* nescientes. Pręcipe hęc ut fiant, & doce qũo fiant. Et ut pręceptum tuũ atq; doctrina suscipiat, *nemo adolescentiam tuam contemnat*: ita uiue, et maturũ te moribus ostende, ut nemo te quasi adolescentẽ possit cõtemnere, nec uita ætatem tuã faciat reprehensibilẽ. quiuis corpore sis adolescens, si qd reprehẽsibile feceris, audacius reprehendit, & quasi cõtemnit. Potest etiam ad subiectos referri, ut dicat, nemo eorũ qb⁹ pręcipies & quos docebis, contemnat adolescentiam tuam: qa in sacro eloquio nõnunq; adoloscentia iuuentus uo-

Eccle. 11. catur, Salomone testante, qui ait: Lętare iuuenis in adolescẽtia tua. Si. n. unum esse utraq; nõ decerneret, quẽ monebat in adolescentia, iuuenẽ nõ uocaret. Sic & in hoc loco adoloscẽtia p iuuentute intelligit, ut sanctus Timotheus in authoritate prædicationis sit et solidę ętatis. Nemo ętatẽ tuam contẽnat, sed tu *exemplum esto fidelium in uerbo*, ut ipsi exemplo tuo bona loquant: & *in conuersatione*, ut exemplo tuo bene & honeste conuersent: atq; *in charitate* Dei & proximi, & in

D integritate fidei & munditia castitatis. Et ut ita possis exemplũ bonorũ operũ aliis præbere, *attende lectioni* diuinarũ scripturarũ interim *dum uenio*. Valde enim iter humana uerba cor defluit. Cumq; indubitanter constet, quod externis ocupationũ tumultibus ĩpulsum, à semetipso corruat, studere incessanter debes, ut per eruditionis studiũ resurgat. Attẽde (inquam) lectioni, & post lectionem attende *exhortationi* iam uolentiũ, *et doctrinæ* nesciẽtiũ. Sic enim debes agere, ut quod lectio faciendum docuerit, facias: & subditos tuos ut hoc idem faciant, admoneas: atque illos qui hoc ignorant, doceas. Sic age & *noli negligere gratiam* episcopalis officij, *quæ est in te*: qa ad hoc gratis te Deus prætulit illi populo, ut sic agas, quę gratia *est tibi data per prophetiam cum impositione manuum presbyterij*. Videtur Apostolus prophetiam uocare inspirationẽ sancti spiritus, per quam pręsciebat quid de hoc & de cæteris esset acturus. Vel certe de hoc quod fieri deberet, episcopus specialiter prophetauit, siue ipse Apostolus, siue qlibet alius sanctus. Impositionẽ uero manuũ eam dicit, quæ in ordinatione eius facta est. Quæ manuũ impositio fuit presbyterij, qa per hanc impositionẽ accepit presbyteriũ .i. episcopatum. Episcopus enim sæpe uocatur ab apostolis presbyter, & presbyter episcopus. Vel hęc impositio manuum fuit presbyteri, qui Latine dicit senior: qa ipse Apostolus qui iuxta hunc sensum presbyter intelligit, ĩposuit manus suas capiti eius, dum illum consecraret epm. Nam 1. Petri. 5. & Petrus atq; Ioannes in epistolis 2. Ioan. 1. suis seipsos uocant seniores .i. pre- 3. Ioan. 1. sbyteros, propter grauem maturitatem morum & sapientiæ, uel etiam propter ætatem. Deinde, hęc, inquit, meditare .i. hæc pertracta & uolue in animo tuo quæ iniungo tibi, qa

A idcirco cõstititutus es pontifex: *et in his actionibus atque meditationibus* iugiter *esto, ut* dum ita uixeris & docueris, ut dixi, *profectus tuus sit manifestus omnibus*, id est, cuncti te patenter sciãt omnibus proficere. Et ut tibi alijsque proficias, *attende tibi*, id est, mentis intuitum frequẽter reduc ad teipsum, & diligenter attẽde qualiter uiuas. ac siquid in te corrigendum inuene ris, statim corrige, & semper ad meliora nitere, *et doctrinæ insta in illis*, id est, instanter doce illos qui sunt cõmissi tibi. Et libenter debes utrũque facere, quia hoc ita faciens, duplicem fructum afferes, quoniam *& teipsum saluũ facies, et eos qui te audiunt*. Te enim saluabis, si tibi attẽderis: & auditores tuos, si doctrinæ institeris. Sic enim debet rector propriam salutem quærere, ut cõmunem non deserat: & sic cõmunem pfectum quęrere, ut propriũ non negligat. Nam ita de subiectis suis rõnem Christo iudici reddet, ut & de seipso reddere cogatur.

CAPVT V.

*Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: iuuenes, ut fratres, anus, ut matres, iuuenculas, ut sorores in omni castitate.*

Dixi ut instes doctrinę, sed tamẽ hoc age cum discretione, ut unum quenque doceas uel admoneas prout congruũ fuerit. Aliter nanque admonendi sunt iuuenes, & aliter senes. quia illos plerunque seueritas admonitionis ad pfectum dirigit, istos uero ad meliora deprecatio blanda cõponit. Et ideo *seniorem ne increpaueris, sed* pro pietatis honore obsecra eũ reuerenter *ut patrem*, quatenus p benignã obsecrationem, facilius tuam suscipiat admonitionem. Indignatur. n. et erubescit, si fuerit aspere correptus. iuuenes uero admone cum affectu dilectiõis, ut fratres. Senes & in scriptura sacra uocant, non q sola quantitate temporũ, sed qui morum grã dguitate maturi sunt. Iuuenes autẽ, qui nulla cõsilij grauitate deprimũtur. Et ideo tales etiam hoc loco possunt intelligi. Seniorem ergo qui maturitate puectus est, si in aliquo aliter q oportet egerit, ne icrepaueris, sed blande obsecra ut se emendet, et de cætero in melius pficiat. iuuenes uero, quos morum leuitas agit, icrepa benigne (si deliquerit *ut fratres: anus* similiter quæ uel ætate uel bonis moribus sunt prouectæ, admone cum reuerentia *ut matres: iuuenculas* aũt ætate uel moribus, admone *ut sorores*, & hoc *in omni castitate*. In alloquio iuuenculare rectissime iuuenis de omni castitate admonet, ut nec saltẽ minima carnis titillatione circa eas moueat.

*Viduas honora quæ uere uiduæ sunt. si qua autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam pie regere, & mutuam uicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est corám Deo. Quæ autem uere uidua est & desolata, speret in Deum, & instat obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in delitijs est, uiuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Siquis autem suorum & maxime domesticorum curám non habet, fidem negá uit, & est infideli deterior.*

Viduas, inquit, *honora quæ uere uiduæ sunt*, id est, quę omni auxilio suorum sunt destitutę, quæ manibus suis laborare non possunt, quas paupertas debilitat, ætasque conficit, quibus Deus spes est, et omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adolescentulas uiduas, exceptis quas excusat infirmitas, uel suo labori, uel liberorum, uel propinquorum ministerio delegari. Honor autem in præsenti, pro eleemosyna uel pro munere accipitur. Nam & quod alibi dicitur, Honora patrem & matrem, non in uerborum sono, qui inopiam parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in uictus necessarijs ministrãdis debet intelligi. Itaque uiduas honora, id est, sumptibus ecclesiasticis ale, non tamen omnes, sed quæ

*Ephe. 6.*

*Nota.*

C uere uiduæ sunt, id est, quæ non habent auxilium nisi solius Dei. Sed *si qua uidua habet filios uel nepotes, discat primũ pie regere domum suam*, in quo probabit̃. Hoc discat primum, id est, antequã ad ecclesiam ueniat stipendijs ecclesiæ honoranda. Discat domum regere, *& parentibus* qui eam aluerunt, *mutuam uicem reddere*, ut & pari lege alias nutriat. Nec solum genitores, sed & filij, uel nepotes, cæteriq́ propinqui dicunt̃ parentes. unde & tota progenies parentela uocat̃. Et in mundana lege parens parenti per gradum & parentelam succedere iubet̃. Mutuam ergo uicem (ut dictum est) reddit parentibus, qui nutritus à maioribus, nutrit minores: & quod à præcedentibus accepit, subsequentibus impẽdit. Vel mutuam uicem parentibus reddit, qui filijs & ꝓpinquis sibi seruitia impẽdentibus subsidia rependit. Hoc agat bona uidua, qa *hoc est acceptum coram Deo*. Et hæc tamen nondum est uere uidua, quæ parentes habet qui illi sunt solatio. Sed illa *quæ uere uidua est*, id est, ab omni auxilio mundano destituta, & ab omni terreno solatio *desolata, sperat in Deũ*, id est, uidens ex nulla parte se habere suffugium, toto animo adhæret Deo à quo solo sperat auxilium uitæ & salutis: & ideò *nocte ac die instat obsecrationibus* pro remotione toti⁹ mali, *& orationibus* pro adeptione bonorũ. Talis erat sancta Anna, quę non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Luc. 2. Præ cæteris enim uiduæ debent uacare orationibus, quia & dominus cum ad semper orandum hortaret̃, Luc. 18. uiduam cõmemorauit, quæ uidelicet iniquum iudicem ad audiendũ causam suam assidue interpellando cõmouit. Quapropter cũ in uiduis destitutio et desolatio notet̃, si se oĩs anima intelligat in hoc seculo destitutam & desolatam, quãdiu peregrinatur à dño, profecto quandam uiduitatem suã Deo defensori assidua & impensissima precatione cõmendat. Mystice .n. uel ecclesia uel oĩs anima quæ itelligit se derelictã omni auxilio, nisi solius Dei, uidua est. Vnde.n. mulier est uidua? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius Dei. Illæ uero quæ hñt uiros, quasi superbiũt de auxilio uiroꝝ. Videnẽ aũt uiduæ desertæ, sed robustius est auxiliũ eaꝝ. Ergo tota ecclesia una uidua est, siue in uiris, siue in fœminis, siue in coniugatis, siue in maritatis fœminis, siue in adolecẽtibus, siue in senibus, siue in uirginibus. Omnis ecclesia una uidua est deserta in hoc seculo, si sentit illud, si nouit uiduitatem suam. tunc.n. auxilium præstò est illi. Sed simpliciter uiduã mulierem iteꝝ sicut superius intelligamus. Quę.n. uere uidua est & desolata, ꝑsistit in precibus, & sit Deo ꝓxima. Nam ecõtrario illa *quæ in delitijs est*. i. quæ carnem suã delitio se fouet, & in ꝑcibus & ieiunijs nullatenus affligit, uiuẽs cõmuni uita, *mortua est* in aĩa: qm̃ Deus ab ea recessit, qui est uita aĩæ. Vnde & beatus Iob de sapientia, quę Deus est, dicit, Iob. 28. qa non inuenit̃ in terra suauiter uiuentiũ. i. in mente eoꝝ qui uoluptatibus huius uitæ seruiũt. Hoc est.n. uiuentem mortuũ esse, non habere Deũ manentẽ in sua mente. Ne ergo uiuẽs sit mortua, delitię sp̃uales delitijs carnalibus in sancta castitate succedant. i. oratio, ieiuniũ, bona cogitatio, bonoꝝ opeꝝ frequentatio. Nam qñ uidua pro delitijs nuptiaꝝ quas in carne uiri hr̃e solebat, aliaꝝ & carnalium delitiaꝝ tanq̃ in solatio usum assumit, tunc uiuens mortua est. Nã sicut in ipsis sensibus corporis acutius audiũt q nõ uident, et tãgendo multa discernũt, nec tanta uiuacitate tãgũt q oculis utunt̃, non intelligit̃ ex uno auditu nẽpe ex sen-

A su auditus, luminum repressa intentione sentiendi, eam se in alios sensus promptiori dignoscendi acumine exercere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur ex altero: ita & sæpe carnis cupiditas à concumbendi uoluptate cohibita, maiori uoluptate in pecuniæ se porrigit appetitum: & illinc auersa, huc se impetu ardentiori conuertit. Mors autem est ipsa lætitia in perfruendo, cum quisque adipiscitur quod perdite concupiuit. Et ideo mortua est uidua quæ in delicijs uiuit, ad quas delicias per cupiditates tanquam portas mortis peruenitur. Et idcirco præcipe uiduis ne diliciose uiuant. *Et hoc est, præcipe illis, ut irreprehensibiles sint.* i. ut caueant facere ea quæ sunt digna reprehensione. Dixi superius, ut uidua si filios uel nepotes habet, discat regere domũ. Si aũt hoc agere neglexerit, fidem perdidit: quia *siquis non habet curam suorum, et maxime domesticorum*, ut quantum potest procuret illis necessaria, *fidem negauit* operibus, etsi nõ uerbis: quia proximum non diligit, & infideliter erga eum agit. Vel uiduæ nõ studeant cõgregare delicias, Sed uel filij, uel cæteri propinqui impendãt illis quod necessarium est. Sed siquis est qui nolit, fidem negauit quam in baptismo promisit, quando diaboli operibus abrenunciauit, *& est deterior infideli*, qui nunquam fidem habuit. Hic .n. ueritatem nouit, & se bene acturum promisit: infidelis autem nec nouit adhuc, nec promisit. Sed iste promisit, & implere noluit, ideo deterior est illo qui fidem nondum percepit. Multo .i. grauius delinquitur scienter quam ignoranter, & multo peius est bona opera promittere & non facere, quam nec promittere nec facere. Curam ergo suis, & maxime domesticis quisque debet impendere: quia cũ cœperit uelle prodesse quibus poterit, primitus inest ei cura suorũ. Ad eos quippe habet opportuniorem faciliorem que aditum cõsulendi uel naturæ ordine, uel ipsius societatis humanæ. Nam infidelis curam suorũ habet, & ideo deterior est infideli, qui hanc non habet.

*Locus obscurus.*

B

*Vidua eligatur non minus sexaginta annorũ, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si pedes sanctorum lauit, si tribulationem patientibus subministrabit, si omne opus bonum subsecuta est.*

Hĩc cõmune dat præceptũ de his uiduis, quæ ecclesiæ pascũtur alimonijs: & idcirco ætas præscribitur, ut illæ tm̃ accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare non possunt, atque maturitatem habent morum pariter & ætatis. Simulque cõsidera quod illa quæ duos habuit uiros, etsi anus, etsi decrepita, etsi egens est, ecclesiæ stipes non meretur accipere. Dixi superius ut ueras uiduas honores sumptibus ecclesiæ. Et uidua quæ sic est honoranda, eligatur habens *non minus sexaginta annorum*, nisi iam est extinctus fomes libidinis, *quæ fuerit unius uiri uxor*, id est, quæ nõ habuit nisi unum maritum, post mortem eius *habens testimonium in bonis operibus*, scilicet, *si filios enutriuit* quos habuit, si pauperes *hospitio recepit*, *si sanctorum* prædicatorum *pedes lauit*, quos tunc recipere periculosum fuit. Cum fratres hospitio suscipiuntur, mos inoleuit apud plerosque sanctos ut pedes eorum lauentur: & magna in hoc facto commendatio est humilitatis, ne dedignetur facere Christianus, quod prior fecit Christus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso excitatur: uel si iam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectu. Et uidua est eligenda quæ testimonium habet hæc omnia fecisse, & *si tribulationem patientibus* .i. incarceratis uel quibuslibet afflictis bona quæ potuit subministrauit, atque

*Ioan. 13.*

C ut breuiter concludam, *si omne opus bonum subsecuta est*. Et hæc talis pascatur alimentis ecclesiæ, & si uires habuerit, seruiat sacerdoti.

*Adolescentiores autem uiduas deuita. Cum.n. luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritã fecerunt. Simul autem & ociosæ discunt circuire domos, non solum ociosæ, sed & uerbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post satanam. Siquis fidelis uel si qua fidelis habet uiduas, subministret illis, & non grauetur ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt, sufficiat.*

Dixi ut uidua eligatur nõ minus sexaginta annorum, nisi compressa est omnis lasciuia. Sed *adolescentiores uiduas*, quarum adhuc sanguis feruet, deuita ad ministeriũ ecclesię. Et quare? Quia cum *luxuriatæ fuerint, uolunt nubere in Christo*. i. quia sæpe contingit ut relicto proposito castitatis, per multos amatores luxurientur, uel in luxu ciborum & delitiarũ uersentur, & post multam luxuriam uelint nubere. i. copulari uiris in Christo. i. per legitimas nuptias, quasi tunc nõ sit peccatum nubere. ipsę dico, *habentes damnationem* æternam, *quia primam fidem irritam fecerunt*. i. quia castitatem domino uouerunt et non reddiderunt: uouentibus uidelicet uirginitatem uel uiduitatem, non solum nubere, sed etiam uelle nübere est damnabile: ideo uidelicet habẽt damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt, etsi non nubendo, tñ uolendo. Non quia ipsę nuptiæ uelut malum damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta uoti fides non damnatur susceptio de bono inferiore, sed ruina à bono superiore. Postremo damnãtur tales, nõ

Nota. quia cõiugalẽ fidem posterius inferre, sed quia continentiæ primam fidem irritã fecerunt, uolẽtes nubere.

Voluntas.n. quæ à proposito cecidit, damnatur, siue subsequãtur nuptiæ, siue desint. Et ideo tenenda est in corde perseueranter uoluntas boni propositi, ne quis uel quę retro aspiciat, & uxori Loth similis fiat. Quid.n. fecit uxor Loth? Liberata est à Sodomis, & in uia posita, retro respexit. Vbi respexit, ibi permansit. facta est statua salis, ut illius cõtemplatione cõdiantur homines, cor habeant, & non sint fatui non retro respiciãt, ne malum exemplum dãtes, ipsi remaneant, & alios condiant. *Simul autem & ociosæ* &c. Nec solũ quæ diximus, faciunt prædictæ mulieres: sed cum illis malis addunt, quòd sunt ociosæ, nihil manibus operantes, & fiũt propter mentis uagationem etiam corpore instabiles, quia nõ stant in domibus suis, sed discũr. i. assuescũt circuire sine rõnabili causa domos alienas, quod religioni inimicũ est. Nec solum ociosæ sunt, sed & uerbosæ. i. abundantes multiloquio fabularum & inutilium sermonum. Nec solum uerbosę, sed *& curiosæ*. i. inuestigantes aliorum facta, & negligẽtes sua, & studentes aliquid semper audire. Et sunt *loquentes ea quæ non oportet*, id est, turpia & ad libidinem pertinentia, uel quolibet alio modo religioni contraria. Et quia quædam uiduæ postquam Deo continentiam & religiosam conuersationem promiserunt, talia mala faciunt, *ergo uolo iuniores* uiduas nõ continentiam uouere, quam seruare non possunt, sed *nubere, & filios procreare* legitimos, ne siquos ex fornicatiõe genuerint, extinguãt eos propter metum & uerecundiã. & uolo eas *esse matresfamilias*. Nubant, ne uagentur per alienas ædes, sed sub uiris positæ, habeãt frænum quo regantur. Procreent filios, & sint matres familiarum, ut non sint ociosæ, sed nutritura filiorum & gubernatione familiarum utilibus occu-

D

Luc. 9. 17.

Gene. 19.

A petur actionibus. Bonum est. n. nubere bonum filios procreare, bonũ matres familiarum esse, & ideo faciant hæc bona, ne forte cõmittant supradicta mala. Hoc uolo eas facere, *& nullam occasionem dare aduersario*. i. infideli, *gratia maledicti*. i. causa malæ locutionis. Hoc est, nolo ut ĩfideli qui nobis aduersatur, & cui magnũ est de nobis male loqui, dent ullam occasionem, ut possit aliquid maledicere de eis. & forrasse darẽt occasionem, sicut iam nonnullæ dedere: q̃a iam *conuersæ sunt quædam retro* à bono cõtinentiæ, quod proposuerunt, eũtes *post satanam* qui retro cessit & periit. Hoc apostolus addidit, ut in his uerbis eius ĩtelligeremus eas quas nubere uoluit, melius potuisse continere q̃ nubere, sed melius nubere q̃ retroire post satanam. i. ab excellenti illo uirginali uel uiduali castitatis proposito, in posteriora respiciendo cadere & interire. Dixi ut iuniores nubant. Sed si aliquæ nubere uolũt, procurent eas sui. Et hoc est. *Siquis fidelis, uel siqua fidelis habet uiduas*. i. uitis orbatas sorores aut consanguineas, q̃ aliqua linea generis ad eum pertineant, *subministret illis necessaria, & non grauetur ab eis ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt*, id est, omni auxilio destitutæ *sufficiat* alimenta præbere. Hîc ostendit apostolus quia & fideles sibi & aliis in posterũ necessaria prouidere debẽt, ut intelligeremus quod præcipit dominus non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & pp inopiæ timorẽ iustitia deseratur.

Matt. 6.

*Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura, Non infrenabis os boui trituranti. & dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationẽ noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

Deute. 25. 1. Cor. 9. Matt. 10. Luca. 10.

De uiduis ita fiat, ut hactenus ostẽdi. Sed de bonis presbyteris aliter, B scilicet ut *qui bene p̃sunt* ecclesiæ, *habeantur digni duplici honore*, ut in pr̨senti accipiant honorem stipẽdiorum à subditis suis, & in futuro à Deo honorem gloriæ perennis, *maxime qui laborant in uerbo scientibus, & in doctrina* nesciẽtibus. i. qui monere student eos qui sciunt, & docere eos qui nesciunt, et cum duplex honor. i. gemina retributio talibus debeatur, de uno honore probo, quem illis debent subiecti in oblatione sumptuum. Nam legis *scriptura dicit: Non infrenabis os boui trituranti*. i. non prohibebis pr̨dicatorẽ cibos ex ecclesia sumere. Et euangelii scriptura secundum Lucã dicit, q̃a *dignus est operarius mercede sua*. i. dign⁹ est prædicator receptione sumptuũ. Luca. 10 Ex euangelio. n. Lucæ sumpsit Apostolus hanc sententiam, probans auctoritate sua. Dignus est operarius mercede sua, quia iam de mercede sunt operis ipsa alimẽta sustentationis, ut hîc merces de labore pr̨dicationis inchoetur, quæ illic de ueritatis uisione perficitur. Qua in re considerandum, q̃ uni nostro operi dų mercedes debentur, una in uia, altera in patria: una quæ nos in labore sustentat, altera quæ nos in resurrectione remunerat, q̃m digni honore duplici boni presbyteri sunt. Merces itaq; quæ in præsenti recipitur, hoc in nobis debet ager, ut ad sequẽtem mercedem robustius tendam⁹: quia unusquisq; uerus prædicator non ideo prædicare debet, ut in hoc tpe mercedem recipiat, sed ideo mercedẽ recipere, ut pr̨dicare subsistat. Quisq; n. ideo p̃dicat, ut hîc uel laudis uel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat. Quisquis uero se uel ea quæ dicit, ideo placere hominibus appetit, ut dum placet quod dicitur, nõ ipse sed dominus ametur, uel idcirco terrena stipendia in prædicatione con-

C sequitur, ne à prædicationis uoce p indigentiam lassetur, huic proculdubio ad recipiendam mercedem nihil obstat in patria, quia sumptus sum psit in uia. Nam & homo dat in labore cibum operario suo, ut laborare sufficiat, & post laborem reddit ei mercedē. Multo magis ergo deus operarium suum dupliciter honorabit. i. remunerabit. Et ideo non facile recipias accusationem *aduersus presbyterum*, quia non facile est accusanda tam alti nominis persona *noli* cōtra eum *accusationem recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus*, id est, nisi accusator duos uel tres produxerit testes ram idoneos, ut accusatio sit sub eis .i. ut ipsi testes sint accusatore superiores, ut uita eorum nō sit inferior uita accusantis. Testes.n. (ut ait Isidorus) considerantur cōditione, natura & uita Conditione, si liber, nō seruus. Nam sæpe seruus metu dominātis testimonium supprimit ueritatis. Natura, si uir, non fœmina. Nam uariū & mutabile semper fœmina. Vita, si inocēs et integer actu. Aeneid. 4 Nam si uita bona defuerit, fide carebit. Non.n. potest iustitia cum scelerato homine societatē habere. Duo autem sunt genera testium: aut dicētium id quod uiderunt, aut proferētium id quod audierūt. Duobus autem modis testes delinquunt, cum aut falsa promunt, aut uera silentio obtegunt. Nam apud ueteres nō minoris erat culpæ ueritatem tacere, q̄ mendacium dicere.

*Peccantes autem coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant. Testor coram Deo et Iesu Christo & electis angelis, ut hæc custodias, sine præiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando.*

Sic age erga presbyterum, ut dixi. Sed *peccantes argue coram omnibus, ut & cæteri* qui peccare uolebant, *timorem habeant*, ne talia facere præsumant. Dominus dicit, si peccauerit in te frater Matth. 18 tuus, corripe illum īter te & ipsum D solum, & nunc Apostolus peccātes corā omnibus iubet argui. Sed nulla cōtrarietas est in his duobus præceptis, quia aliqñ corripiendus est inter te & ipsum solum, aliquando coràm omnibus arguendus. Tunc enim secretò monendus est, qñ peccauit in te .i. qñ tu scis q̄a peccauit. Quia .n. secretum fuit qñ in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & cum uis corā omnibus corrigere, nō es corrector, sed proditor. Ergo illa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius: illa uero arguenda coràm omnibus, quæ peccantur coràm omnibus. Demum ad cōfirmationem obseruantiæ cunctorum pręceptorum subditur. *Testor coram Deo.* Ac si dicatur: Deus est mihi testis, quòd aīam meam liberaui, dicendo quæ dicere debui, tu tibi caue ne pereas trāsgrediēdo quæ iussi. & corā̀m *Christo Iesu testor*, qui iudicabit: & corā̀m *electis angelis*, qui separabunt malos à bonis. Matth. 13. & 25. Testor *ut custodias hæc* quæ nunc præcepi de accusatione presbyteri non leuiter suscipienda, & de manifesta correctione peccantium, uel etiā cæ tera præcepta per totā superius epistolam data, & inferius adhuc danda. Hæc custodias, *nihil unquam faciens sine præiudicio*. i. sine præmeditatione, an sit faciendum, an non faciendum, *declinando in alteram partem*, nisi in eam quam præmeditando cognoueris iustam. Vel hæc custodias sine præiudicio. i. sine reprehensione, nihil faciens declinando in alterā partem quam non iussi. i. in partem sinistræ actionis. Vel hæc quæ dixi de accusatione presbyteri, custodias, nihil faciens sine præiudicio, id est, sine præexaminatione, & ab examinatione nō declines in aliud quàm examinatio inuenit.

A *Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere, propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quae aliter se habent, abscondi non possunt.*

Quia tam grauiter tractanda est causa presbyteri, & ideo prius diligenter considera, quis sit ille quem ordinaueris presbyterum. Nō.n. facile debet ordinari, qui nō facile potest ab ordine deponi: et idcirco *nemini cito imposueris manus* ordinādo illum, sed diu proba illum antea, qa in morando poteris uitam eius cognoscere: *neq; communicaueris* consentiendo *peccatis alienis*, si incōsiderate peccatorem ordinaueris. Qui.n. indignum ordinat, peccatis eius cōmunicat. Et ut illos ab ordinatione possis expellere, *teipsum castum custodi*. Ac si dicatur: Qui indignos uis repellere, teipsum debes in uitae munditia custodire. Et qui alios iudicas, uide ne possis ab alijs de prauo actu iudicari: qsquis peccata caues aliena, caue propria. Dico ut te custodias castum, & tam tn̄ *noli adhuc aquam bibere*, sicut prius consueueras, *sed modico uino utere*, quia modice sumptum non nocet castitati. Et hoc praecipio, *propter* dolentem ex longa abstinentia *stomachum tuum*, in quo sedes est infirmitatis: *& propter infirmitates tuas frequentes*. i. frequenter tibi uenientes. Quia de castitate admonuit, hac occasione īmoderatā abstinentiam prohibet, quam Timotheus inierat, & modicum uinū pręcipit ob infirmitates sumēdum, medici consilio magis q̄ apostoli, licet apostolus sit medicus spiritalis, & ne Timotheus imbecillitate superatus, non posset implere praedicationis opus. Vix tamen etiam propter has necessitates uini potio cōcedit, quia uinum & adolescentia duplex B incendium uoluptatis. Sed stomachi dolor & frequens infirmitas in sancto Timotheo fomenta libidinū reprimebat. Apostolus itaq; cum dilectum discipulum de instituendis ecclesiae officijs admoneret, nequos forte ad sacros ordines inordinate proueheret, dixit: Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castū custodi. Qui ad infirmitatem eius corporis protinus se cōuertens, ait: Noli adhuc &c. usq; tuas infirmitates. Statimq; subiunxit, dicens, *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium, quosdam & subsequuntur.* Et quid ad illud pertinet, qđ ab īfirmo bibi aquam prohibet, hoc quod de peccatis quorundam hominum manifestisq; subiunxit, nisi quod interposita de eius infirmitate sententia ad hoc in extremo redijt, qđ superius dixit, manus cito nemini imposueris &c. Vt enim haec eadem peccata quanta sollicitudine refellenda essent ostenderet, interposita contra infirmitatis molestiam discretionis admonitione, protinus intulit quod in alijs patescerent, et in alijs laterēt, dicens: Quorūdam hominum &c. Similis īterpositio reperitur in libro dn̄i Iob, ubi de reprobis dicitur: De mane usq; ad uesperam succidētur, & quia nullus intelligit, in aeternū peribūt, statimq; de electis additur, qui autem reliqui fuerint, auferētur ex eis iterumq; mox de reprobis subiungitur, Morientur, & non in sapiētia. Sed in alijs scripturarum sanctarum locis inueniuntur frequenter huiusmodi interpositiones. Cur ergo Timotheus, uel quilibet episcopus nemini debeat cito manus imponere, ne peccatis alienis cōmunicet, si peccatorem ordinauerit, subiūgitur causa cūm dicitur: Quorundā hominum peccata manifesta sunt,

Prouer. 20

Iob. 4.

C præcedentia ad iudiciũm.i. quorundam peccata ita sunt aperta, ut eorũ fama uel notitia prius ueniat ad iudicium.i.ad locum in quo fit discussio personarum, q̃ ipsi infames qui ueniunt ad ordinandum. Quosdam autem & subsequũtur ad iudicium peccata sua, quia tunc primum manifesta fiunt, cũ ordinandi discutiũtur. De quibusdam peccatis hoc intelligendum est. Non.n.omnia panduntur in illa discussione, sed aliqñ latent plurima. Nec solum peccata quædam ita manifesta sunt, & quædam in discussione, uel in conuersatione paulatim deteguntur, sed etiã quædam *bona facta similiter manifesta sunt* præcedentia ad iudicium, ut non sit opus probandi ea esse bona: & quædam iterum esse bona, *quæ aliter se habent*.i.quæ nõ ita sunt manifesta, *non possunt abscondi*, uel in ipsa discussione, & ideo ꝓbãda. Hieronymus: Quod dicit, istiusmodi est. Quidam tam libere & palàm peccant, ut priusquã eos uideris, statim intelligas peccatores: alios autem qui callide occultant uitia sua, ex consequenti cõuersatione cognoscimus. Similiter et bona apud aliquos in propatulo sunt, in aliis longo usu discimus. Augus. Manifesta ea dicit, de quibus clarũ est quo animo fiant. Hæc præcedũt ad iudicium, quia si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerariũ. subsequuntur autem illa quæ occulta sunt, quia nec illa latebunt tempore suo. Sic & de bonis factis intelligendum est. De manifestis ergo iudicemus, de occultis uero iudicium Deo relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue mala, siue bona, cum tempus aduenerit quo manifestentur.

CAPVT VI.

*Quicunq; sunt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrinã blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti, quia beneficij participes sunt.* D

Quod de seruo Hebræo ꝓcipitur, ut sex annis seruiat, septimo dimittatur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitarẽt à dominis suis, apostolica nũc authoritas iubet seruos dominis suis esse subditos, ne nomen dñi & doctrina blasphemetur. Pseudo enim dicebant, nõ licere seruos teneri nisi sex annis, uel potius neminem debere esse seruũ alterius, sed omnes æqualiter esse liberos, qa omnes ex uno patre Adam descenderant, & omnes Christus redimendo liberauerat. Et horum prauę persuasioni contradicit Apostolus, dicens Christianos seruos debere quibuscunq; dominis, siue paganis, siue Christianis bene seruire: qa hoc præcepit Christus, cum diceret, Reddite quę sunt Cęsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo. Et hoc est: *Serui* Christiani qui *sunt* grauati *sub iugo* infidelium dominorum, *quicunq;* sint illi serui.s.etsi iusti, etsi sapientes sint, *dominos* tamen *suos arbitrentur dignos omni honore*, bene seruiendo illis, *ne* si seruire cõtempserint, *blasphemetur* à dominis eorum ꝓpter eos *nomen domini* quasi aliena inuadentis, *& doctrina* Christiana quasi prædicans iniusta, & contra legem mundanam decernens. Sic agant qui dominos habẽt infideles. Sed illi *qui habent fideles dominos, non ideo* quidem *contemnant* seruire, sicut pseudoapostoli dogmatizabant, *quia sunt fratres*.i. dominis suis in Christo pares, qm̃ utiq; Christiani: *sed magis*.i. maiori affectione *seruiant eis, quia fideles sunt*.i. participes sacramentorum ecclesiæ *& dilecti* sunt à Deo, *quia participes sunt eius beneficij* præsentis & futuri. Lucæ. 20.

*Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languẽs*

A *circa quæstiones et pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à ueritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.*

Hæc quæ dixi de seruis, *doce* ignorantes, *& exhortare* sciẽtes. Et hoc age, *si quis aliter docet* .i. si quis prædicauerit cõmunem omnibus i Christo libertatem, dicens omnes debere liberos esse, tu econtrario tunc præcipe, & pdica, ut serui dños suos omni honore dignos arbitrentur, & non contẽnant eis seruire. Nam semper expedit quidem ista docere, sed tunc maxime qñ puersus quis aliter docet, pdicans ut omnes sint liberi: *& non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi*, dum ei obijcitur Christum dixisse, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, & pręcepisse Petro ut pro se & pro ipso Christo staterem repertũ in ore piscis daret his qui tributũ exigebãt. et item dixisse, Discite à me quia mitis sum. *&* non acqescit *ei doctrinæ* nostræ, *quæ est secundum pietatem*. i. quę non facit odiosam Christianitatem, docẽdo insolescere. Ille qui his & huiusmodi sermonibus dñi & huic doctrinæ non acquiescit, sed aliter docet *superbus est*. i. superbia, nõ ratio ducit eum. Superbus est. i. non patiens uinci, & à snia sua deflecti. Et quãuis se sciolum putet, tamen *nihil sciens* est, *sed* est semp *circa quæstiones languens*, id est, inefficax & impeditus ad soluendum, & ad ueritatis indaginem peruenire non ualens *&* similiter est languens circa *pugnas uerborum*. i. circa repugnantiam quæ uidetur esse in qbusdam scripturarum uerbis, licet sensus concordet, sicut est, Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. & iterum, Quicunqȝ uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Videntur enim hæc uerba huic stulto repugnare, ut nos filius liberos faciat, & iterum sit seruus qui uoluerit esse primus, cum primus inter nos maxime sit liber, si nos liberi sumus. Vel circa pugnas uerborũ languet. i. circa disputationes, in qbus disputatores pugnant uerbis iuicẽ. *Ex quibus* quæstionibus et uerborum pugnis *oriuntur inuidiæ & contentiones, blasphemiæ & suspiciones malæ*, quia propter uerba pseudoapostolorum libertatem huiusmodi prædicantium, hi q seruos habent, inuident Christiano nomini, & contendunt aduersus fideles, & blasphemant Deum quasi qui aliena sibi tollit, & suspicantur male de nobis, quasi hanc libertatem finxissemus ad lucrum. Et contra illos oriũtur inde *conflictationes hominum mente corruptorum*. i. pseudo pędicatorum, quorum intelligentia uel ratio error corrupta est, ne possit in uiolatæ ueritatis cognitionem habere in uera rerum notitia. Vel mente corruptorum, quia etsi caro eorum propter simulationẽ sanctitatis est integra, mens tñ interius delectatur imunditijs libidinum, & turpitudinibus uel amore pecuniarum. *Et qui priuati sunt à ueritate*, quia etsi aliqñ ueritatem catholicę doctrinæ aliquatenus cognouerunt, propter errores quos menti suæ inseruerunt, cognitionem illam penitus amiserunt. Hominũ dico *existimantium pietatem* .i. Dei cultum, *esse quæstum* temporalium rerum, quia pseudo putabãt qđ Christus esset colendus propter commoda pręsentis uitæ, non futuræ: quoniam & ipsi propter acquisitionem præsentium lucrorum prædicabãt. B

Luca. 20.

Matt. 17.

Matth. 11.

Ioan. 8.

Marc. 10.

Matth. 20

*Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hũc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.*

Ipsi putãt pietatem nostrę religionis esse quæstum emolumenti carnalis, & uerum quidem est ꝙ Christia

A na *pietas est quæstus*, nõ tamẽ exiguus, ut tẽporalia tm̃ acquirat, ut ipsi putant, sed *magnus*. i. æterna corporis & animæ bona conquirens. Magnus quęstus est pietas *cum sufficientia*. i. pietas cui sua parua sufficiunt, nec desiderat plus habere q̃ necesse est. Hãc autem sufficientiam non indecenter uult, qsquis eam uult, nec amplius uult. Alioquin non ipsam uult, & ideo nec decenter uult. Hanc optabat qui precabatur, dicẽs: Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi: tribue tm̃ uictui meo necessaria. Hæc necessaria debent nobis sufficere, qa incongruum est, ut qui nihil huc attulimus, & nihil hinc portabimus, multa hîc habere quęramus. *Nihil* uidelicet *intulimus in hunc mundum* qñ nati sumus: & *haud*. i. nõ est *dubium quia nec auferre* hinc aliqd *possumus*, quando morientes de mundo eximus. Nudus enim egreditur de matris utero, & nudus migrat de mundo. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus. Cur itaq; alius in hac uita quærit fieri ditior alio? uel cur diues cõtra pauperem inflatur, cum uterq; sine diuitijs uenerit, & sine diuitijs abiturus sit? Nõ igitur diuitias multiplicare quęramus quas hinc nobiscũ portare nõ possumus: sed *habentes alimenta* qb⁹ pascamur, *&* indumenta *quibus tegamur, his contenti simus*, nihil ultra quærentes in hoc seculo, quia frigus & fames simplici uestitu & cibo expelli potest.

Prouer. 30

Iob. 1.

Nota.

*Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ô homo Dei hæc fuge. Sectare uero iustitiã, pietatẽ, fidem, charitatẽ, patientiã, mansuetudinẽ. Certa bonũ certamen fidei, apprehende uitam æternã, in quã uocatus es, & confessus bonã confessionem corãm multis testibus.*

B Nobis apostolis quos cæteri debent imitari, sufficiunt alimenta & tegumenta, omnibusq; Christianis sufficere debent. *Nam qui uolunt diuites fieri, in tentationem incidunt.* Non dico qui diuites sunt, sed qui uolunt fieri diuites. Aliud.n. est esse diuitem, aliud fieri uelle diuitem. Hîc cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, nõ diuitiæ. Diuiti præcipitur ut eroget pauperi, ne desideret. Nam qui uolunt diuites fieri, etsi non fiant, ipsa tamen uoluntate incidunt in tẽtationem, *& in laqueum diaboli*. i. in hoc ut consentiant suggestioni diaboli, amando diuitias, quarum amorem ille suggerit, & illaqueantur ab eo p consensum iniquæ persuasionis, & per actionem prauitatis. & cadunt in *desideria multa inutilia & nociua*, quia nihil prosunt, sed ualde nocent, quæ ita nocent, ut mergant *homines in interitum* corporũ *& perditionem* animarum. Et recte dixi qa per cupiditatem diuitiarum cadũt in multa desideria: nam *cupiditas est radix omnium malorum*. i. non est aliqua species mali, quæ nõ ex aliqua cupiditate aliquando procedat. Hac enim & primus angelus cecidit, qui utiq; non amauit pecuniam, sed propriam potestatẽ. Hac & primi homines deiecti sunt, qui non aurum, sed inconcessam sibi diuinitatem superbe cupierunt. Plus enim uolentes habere q̃ acceperãt, & quod acceperant amiserunt. Nã cum initium omnis peccati sit supbia recte malorum omnium radix esse dicitur cupiditas. Vel auaritia hoc loco generalis intelligitur, qua qsq; appetit aliqd amplius q̃ oportet, propter excellentiam suã & quẽdam propriæ rei amorem. Talis.n. peruersitas mentis, competenter uocatur superbia uel cupiditas. Cum sit ergo specialis quædã cupiditas, quæ usitatius amor pecunię dici potest, Apostolus nunc cupiditatem nominans,

Esaia. 14.

Gene. 3.

Eccle. 10.

A nominans, per speciem genus signi-
ficauit, & uniuersalem cupiditatem
intelligi uoluit, dicens: Radix oium
maloꝶ est cupiditas. Ipsa quippe la
tenter oritur in mente, sed peccatoꝶ
omnium punctiones patenter ꝑdu-
cit in opere. Quas uidelicet punctio
nes ab hac radice surgentes, statim
prædicator egregius insinuauit, sub
dens: *Quam quidam appetentes, errauerunt à*
*fide, & inseruerũt se doloribus multis.* Qui. n.
multos dolores dixit, quasi nascen-
tes ex hac radice punctiones uel spi
nas innotuit. Quidam per cupidita
tem errauerunt à fide, & inseruerũt
se doloribus multis sicut illi q pro-
pter dona principum adorauerunt
idola, & post etiam in hoc seculo ui
les oĩbus effecti, multas miserias p-
Ephe. 5. tulerunt. Nunc quoq; multi per cu
Colos. 3. piditatem errant à fide, qm̃ auaritia
est idoloꝶ seruitus: & inserunt se do
loribus multis, qm̃ mens coꝶ assi-
due pungit̃ spinis solicitudinũ pro
acquisitione uel conseruatione diui
tiaꝶ & multiplici labore corpus il-
loꝶ atteritur. Illi per cupiditatem ir
rationabilem in tot mala decidunt.
Sed *tu ô homo* ratione utens, qa es *Dei*
non cupiditatis *fuge hæc* mala, si qñ ꝑ
aliquã delectationem humanę fragi
litatis apprehẽdere te uoluerit. Hæc
qdem fuge, sed *iustitiam sectare* ut nun-
quam obseruatio iustitię te possit ef
fugere, sed semper ꝑ oẽs uias actio-
num eius sequere. Sectare iustitiam,
faciendo unicuiq; quod ius exigit,
non qđ cupiditas. Et sectare *pietatem*
ut egenti uel afflictio condescendas
per compassionem, & ei clementer
subuenias, prout necesse habuerit,
& sine auaritia tribuas quod opus
fuerit. Et sectare *fidem* ut credẽdo bo
na inuisibilia, cõtemnas uisibilia, qa
qui uerã fidem de Deo et futura bea
titudine habet, nõ curat hic cum im
pijs in exilio fieri diues, nec pluris
est ei mundus q̃ Deus. Sectare *chari*
*tatem* erga Deum et ꝓximum, qua pe B
nitus caret auarus: qa nec Deum di
ligit, cuius mãdatũ de dãdis eleemo Luc. 11.
synis contemnit: nec ꝓximum dili-
gere ꝓbatur, cui de suis opibus nihil
impartit̃. Tu uero ut charitatem se-
ctari possis, adde *patientiam*, qua perfe
ras æquanimiter, quæ tibi à proxi-
mis inferẽtur, ne mordearis intrinse
cus ullo dolore idignationis aduer-
sus eos qui tibi hæc inferent, sed se-
renum & trãquillũ cor erga eos ser
ues. Multa. n. oportet te æquanimi-
ter à proximis tolerare, si charitatẽ
non uis frequenter amittere. Et erga
eos præcipue, à qbus aduersa perfe-
res, sectare *mansuetudinem* ut nihil aspe
ritatis, nihil amaritudinis illis repẽ
das, sed mitis & tractabilis erga eos
maneas. Cupidus aũt neq; patiẽter
aduersa tolerat, neq; mansuetudinẽ
erga quempiam seruat. *Certa quoq;. i.*
pugna pro anima tua in agone præ-
sentis uitæ, ut coronam percipias in
fine. Certa nõ malum certamen, si-
cut auari, qui certant alios superare
diuitijs: uel sicut hæretici, qui certãt
fideles à fide separare: sed certa *bonum*
*certamen fidei* ut benigne contendas fi-
de & bonitate alios superare, & infi
deles fidei subijcere. Vel certamen fi
dei. i. quod fides exigit, certa ut uel
in martyrio, uel i agone iustitiæ, uel
contra hostes fidei, uel contra quæli
bet uitia pugnes assidue. Et per ui-
ctoriam huius certaminis *apprehende*,
id est, ui quadam ad te prende *uitam*
*æternam*. Quam debes uiriliter appre
hendere, quia *in* eam *uocatus es* à Deo
per euangelicam prędicationem, uel
per propositum diuinæ uoluntatis,
& tu *confessus es bonam confessionem* fidei
& iustitiæ *coràm multis testibus* quando
baptizatus es, siue quando in epi-
scopum consecratus: ideoq; fructũ
huius confessionis, id est, uitã æter-
nam, nitere apprehendere.

*Præcipio tibi coràm Deo qui uiuificat omnia,*

C *& Christo Iesu, qui testimonium reddit sub Pontio Pilato bonam confessionem: ut serues mandatum sine macula irreprehensibile, usq; in aduentũ domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immor-*
Apoc. 17. *talitatem, & lucem habitat inaccessabilem, quẽ*
& 19. *nullus hominum uidit, sed nec uidere potest, cui*
Ioan. 1. *gloria, honor & imperium sempiternũ. Amen.*
1. Ioan. 4. Vt uitam æternam possis apprehẽdere, & bonam cõfessionem tuã seruare, *præcipio tibi corã Deo qui uiuificat omnia* quę uiuificant: et coràm Christo, qui in passione sua bonam cõfessionem reddidit, ut serues mandatum. Non. n. uitam cõsequeris æternam, nisi per eum q uiuificat oĩa, & ideo nunc illum præceptionis meæ testẽ adhibeo, ut ipse tibi uitam tribuat, si obedieris: nec bonam confessionẽ
Ioan. 5. tuam seruabis, nisi imitando Xpm, qui sicut sub Pilato bonam cõfessionem dedit, ita & tu coràm potestatibus huius seculi non timeas ueritatem cõfiteri, & ꝓpterea coràm Christo tibi præceptum trado. Deus pater uiuificat omnia, non tamen sine filio: quia quæcunq; ille facit, hæc et filius similiter facit. Et sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Nec sine spiritu sancto agitur ista uiuificatio, qa
Ioan. 6. sicut idem filius ait, Spũs est qui uiuificat. Non solus pater, sed tota trinitas quæ unus Deus est, uiuificat oĩa. Quod aũt sequtur *et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem* de filio ꝓprie intelligitur: quia sub Pilato in forma serui solũ filium nouimus passum esse, non ẽt patrem uel spiritum sanctum. Tunc enim ipse filius bonum reddidit testimonium, quia dixit se regem esse, quamuis sciret se inde moriturum esse: & illud testimonium fuit bona cõfessio ueritatis. Hoc testimonium & hanc confessionem reddidit ipse,
Ioan. 18. quando respondit Pilato: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus D sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeã ueritati. Omnis q est ex ueritate, audit meã uocem. Sic & tu nullo metu tyrannorum debes à confessione ueritatis reticere. Itaq; pręcipio tibi coràm Deo q est trinitas, & coràm Christo, qui Supra. 2.
est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, *ut mandatum* bene agendi & bene docendi, qđ tibi trado, *serues sine macula* criminalis peccati, & serues illud *irreprehensibile*, id est, ut non sit habile ad reprehendendũ propter aliquam similitudinem inhonestatis. Et ita serues illud *usq; in aduentum domini nostri Iesu Christi*, de quo ipse dicit: Vigilate, quia nescitis qua Matt. 24.
hora dominus uester uenturus sit. i. usque ad obitum tuum. Vel in Timotheo ꝓcipitur unicuiq; rectori ecclesiæ, qa successurus est alius post alium usq; in nouissimum domini aduentum, ut seruet sine macula criminis, & sine reprehensione inhonestæ similitudinis hoc mãdatũ. *Quem* dominum Christum, uel quem aduentum domini, *suis* .i. cõgruis & dispositis *temporibus ostendet*, id est, palàm Matt. 24.
omnibus uisibilem ponet Deus trinitas, qui naturaliter in seipso, & ex seipso *beatus* est, quod nulli creaturæ congruit. Nulla enim creatura potest eẽ beata, nisi participatione beatitudinis sui creatoris. Qui *& solus potens* est, quia per seipsum naturaliter omnia põt. Creaturæ uero siquam Roma. 13.
habent potestatem, ab illo hanc accipiunt. Non est. n. potestas nisi à deo. Et ipse est *rex regum*, quia sub eius imperio regnant omnes quicunq; regnãt: *& est dominus dominantium*, quia illi seruiunt aut uolentes, aut inuiti, quicunq; aliĵs dominantur. Hæc (ut diximus) de tota trinitate dicuntur, quæ unus est Deus. *Qui solus habet immortalitatem*, quia solus est immutabilis. In omni enim mutabili natura,

A nonnulla mors est ipsa mutatio, q̃a facit aliq̃d in ea non esse quod erat. Proinde & ipsa anima humana, quę propterea dicitur imortalis, q̃a qua litercunq; secundum modum suum nunq; desinit uiuere, habet tamẽ pro ipso suo modo quandam mortẽ suã. Quia si iuste uiuebat & peccat, moritur iustitiæ. Si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato. Vt alias eius mutationes taceam, de quibus longum est disputare, & creaturarũ natura cœlestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam et angeli peccauerunt, atque dæmones facti sunt: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt. Et cuicunq; rationali creaturæ præstatur ut peccare nõ possit, non est creaturæ proprium, sed Dei gratię. Ac per hoc solus Deus habet imortalitatem, qui non alicuius gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Qui *& lucem habitat inaccessibilem.* Sed si inaccessibilis est lux, in qua ipse manet, quomodo nobis dicitur, Accedite ad eum & illuminamini? Sed inaccessibilis est uirib9 nostris. acceditur autem ad eum muneribus suis. Moyses enim accessit ad caliginem ĩ qua erat Deus. illa enim caligo lux ista est, quæ hic dicitur inaccessibilis: q̃a & omnis etiã corporea lux, quæ præ nimietate claritatis non potest aspici, recte caligo et inaccessibilis potest appellari. De hac caligine ad quam Moyses accessit, Dionysius ita scripsit: Diuina caligo est inaccessibile lumen, in quo habitare Deus dicitur, & inuisibili eo existente propter supereminẽtem claritatẽ, & inaccessibili eodẽ per superexcellentiã superessentialis luminum manationis. In hoc fit oĩs scire Deũ & uidere dignus, eũ non uidendo neq; cognoscendo uere sup uisionẽ & cognitionẽ factus, hoc ipsum

Psal. 33.

Exo. 19.

cognoscens, quia post omnia est sensibilia & intelligibilia, & propheticę uidens mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Inaccessibilis ergo dicitur lux ista, siue caligo quam Deus inhabitat, propter superexcellẽtiam splendoris, in cuius uisione caligat interior oculus rationalis creaturę: q̃a sicut idem Dionysius alibi de eo loquitur, educit super & uerbum et intellectum, in obscuritatẽ sup omne & uerbum & intellectum superessentialiter superessentialis super diuinitatis, neq; nomen eius, neq; uerbum, sed superexaltatur. Ista exaltatio est illa lucis inaccessio. *Quem nullus hominum uidet, sed nec uidere potest* ꝑpter supereminentem claritatẽ quæ exuperat te reuerberat humanũ uisum. Videri enim diuinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur, quo iam qui uiderint, nõ homines, sed ultra homines sunt. Scriptura quippe sacra omnes carnaliũ sectatores, humanitatis nomine solet notare. Vnde Corinthijs dictũ est: Cum sit inter uos zelus & contentio, non'ne carnales estis, & secũdũ hominem ambulatis? Et paulopost: Non'ne homines estis? More. n. suo Apostolus et hîc & ibi homines uocauit, humana sapientes: quia qui diuina sapiũt, supra homines sunt. Videbimus igitur Deum, si per cœlestem cõuersationem supra homines esse mereamur. *Cui sit gloria* in amplificatione fidelium, & *honor* in assiduitate bonæ conuersationis, *& imperium* in plenaria humilitate cordis eorũ. Imperiũ dico *sempiternum* ut ipse perennitet in bono corde eorũ regnet. Vel sine initio & sine fine, & sine mutabilitate est ei permanẽs in seipso naturaliter gloria & honor, necnon & imperiũ sempiternũ, quo uoluntas eius ęternaliter adimplet. Non. n. cœpit imperiũ habere, q̃n cœpit creatu

B Psal. 138.

Locus obscurus.

Ioan. 1.

1. Cor. 3.

C ras facere, sed ab æterno possidet imperium sempiternum. Amen. i. fideliter dicta sunt hæc omnia.

*Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam.*

Superius ostēdit pericula, quę cōtingunt his qui uolunt fieri diuites, & ideo ne Timotheus de salute diuitum desperaret, ipsosque deuitaret, docet eum qualiter eis uiam salutis ostendat. *Diuitibus*, inquit, *huius seculi*. i. qui seculares habent diuitias, *præcipe non sublime*. i. nō superbe *sapere*. Vbi notādum ualde est, quod humilitatis doctor memoriam diuitum faciēs, non ait, Roga, sed præcipe: quia etsi impendenda est charitas uel pietas infirmitati, honor tamen non debeē

Nota. elationi. Talibus ergo rectum quod dicitur, tanto rectius iubetur, quanto et in rebus transitorijs altitudine cogitationis intumescunt. Nihil. n. tam timēdum in diuitijs quam superbia. Non. n. diuitias expauit Apostolus, sed morbum diuitiarum. Morbus aūt diuitiarum est superbia. Nam grandis est animus, qui inter diuitias isto morbo non tentaē. Magnus ergo est diues, qui nō se ideo magnum putat, quia diues est. Qui autem ideo se magnū putat, superbus & egenus est. Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi. Non adderet huius seculi, nisi essent et alij diuites: qui nō sunt huius seculi. Ipsi sunt. n. quorum princeps &

2. Cor. 8. caput est ille, de quo dictū est: Propter uos egenus factus est cū diues esset, ut illius inopia diuites essetis. Paupertas. n. Xpi nō pecuniā nobis attulit, sed iustitiā. Paupertas illius unde? Quia mortalis effectus est. Ergo ueræ diuitię imortalitas ē. Ibi. n. uera copia, ubi nulla indigētia. Qui ergo has habet diuitias, diues ē, sed non huius seculi. Nec tñ & diuites huius seculi contempti sunt, sed eis ostēdit, quo ueras possint habere diuitias. Præcipe, inqt, diuitibus huius seculi non sublime sapere. i. ut sublimitas nō sit eis sapida & dulcis: *neque sperare in incerto diuitiarum*. i. ut non sperent in diuitijs, de quibus incertū hñt quandiu illas possideant, & qd sibi pro illis uenturum sit. Sicut poma uel arbores habent suos uermes, ita diuitię suum uermē hñt. Vermis diuitiarum est superbia. Ergo pręcipitur diuitibus, non ut diuitias abijciant, sed ut superbe non sapiant. Vermis. n. excluditur, usus diuitiarum permittiē. Inde aūt superbit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si in certa diuitiarū prudēter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret: & quanto esset ditior, tanto fieret sollicitior, etiam secūdum hanc uitam. Multi enim pauperes in istis seculi perturbationibus securiores fuere. Multi aūt propter suas diuitias quæsiti & comprehensi, atque cruciati uel interfecti sunt. Multi erant heri diuites, et uenientibus latronibus atque cūcta auferentibus, euigilāt pauperes: ergo non est sperandum in incerto diuitiarum *sed in Deo uiuo*. Ne. n. se spē perdidisse arbitrarentur, subiunctū est, sed in Deo. In Deo sperent, *qui præstat nobis abunde omnia ad fruendum* tēporalia & ęterna. Sed magis ad fruendū ęterna, ad utendum tēporalia. Tēporalia tanquam uiatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Tēporalia, unde bona faciamus: æterna, unde boni efficiamur. Hoc ita debent facere diuites & *bene agere*. i. bonis operibus insudere, & *diuites fieri in bonis operibus*; ut repleantur diuitijs bonorum operum. Sperēt in domino qui dat omnia abūdanter ad fruendū. i. qui nobis erit oīa ad fruendum. Nam non mihi uidetur dictum, qui dat nobis abunde

A abunde omnia ad fruendum, nisi se ipsum. Videtur enim esse aliud uti, aliud frui. Vtimur enim pro necessitate, fruimur pro iucunditate. Ergo ista tpalia dat ad utẽdum, se autem dat ad fruendũ. Si igitur se, quare dictum est omnia, nisi iuxta illud qđ
I. Cor. 15. dictũ est, ut sit Deus oĩa in omnib⁹? Diuites, inqt, fieri in operib⁹ bonis, *facile tribuere*. Hoc prosint illis diuitię, ne sit ei difficultas tribuẽdi. Vult. n. pauper, & nõ potest. Vult diues, & potest. Ergo quia facile potest, facile tribuat indigentibus. Diuites enim debent *cõmunicare*, id est, bona sua sanctis pauperibus cõmunia secum facere, & *thesaurizare sibi fundamentum bonum*, id est, firmitatem perpetuæ stabilitatis *in futurum* ubi sunt uere diuites sed non huius seculi. Non enim, quia dico, ut facile tribuant & communicent, expoliare eos uolo & inanes relinquere. Nam doceo lucrum cum dico ut thesaurizent sibi. Non ut diuitias perdant, moneo: sed quo eas præmittant, doceo. Præmittant thesauros suos in locum ubi est uera uita, ut ipsi postmodum sequentes, apprehendant eam: ne si hîc thesaurizauerint, decipiãtur à falsitate huius uitæ, sicut ille diues purpura
Luc. 16. tus, qui Lazaro micas dare noluit: & ideo flammis postea traditus, impetrare gutam aquæ non potuit.

*O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.*

Cum plurima Timotheo Apostolus iniunxisset, post omnia iubet ut depositum, id est, cõmendatum sibi thesaurum scientiæ, uidelicet acceptum à domino talentum bene custodiat, ut multiplicatum illud reddat: & idcirco nomine proprio illũ uocat, ut uigilantiorem & attentiorem reddat ad seruandum quod ad monet. O, inquit, *Timothee, depositum*, id est thesaurum sapientię *custodi* quem B Deus & ego tibi cõmendamus, ne quis illum tibi furet per nouas inductiones uerbo℞. Et ideo custodi illum, *deuitans nouitates uocum profanas*. i. quæ sunt extra religionẽ. Aliæ enim non sunt uitandę quæ congruũt doctrinæ religionis, sicut ipsum nomẽ Christiano℞, quod post ascensionẽ domini cœpit, quando primum in Antiochia discipuli sunt appellati Christiani, res tamẽ ipsa & ante nomen erat. Et aduersus impietatẽ Ar- Act. 11. riano℞ nouum nomen patres addiderunt, ὁμοούσιον, sed non rem nouã tali nomine signauerunt. Hoc enim uocatur ὁμοούσιον, quod est, Ego & pater unum sumus, unius uidelicet Ioan. 10. eiusdemq́; substãtiæ. Nam si omnis nouitas profana esset, nec à domino diceref, Mandatum nouum do uobis, nec testamentum appellaref nouum. Ioan. 13. Sed profanæ sunt uocum nouitates, quoties hæretici nouũ quẽlibet errorem inueniunt, & loqui cæteris præsumunt. Et huiusmodi nouitates deuita, si depositum uis custodire. *& oppositiones scientiæ falsi nominis* caue. i. oppositiones quæ Christianæ doctrinę possunt obijci ex scientia hæretico℞, qui se scientes esse iactãt, cum sint insciĳ, uel ex sciẽtia secularí, quæ falso nomine uocaf sciẽtia cum nomen eius uero℞ sit ignorãtia, siue error uel imperitia. Ex qua prædicationi euangelicæ multa opponunf, sicuti est non potuisse uirginem parere, nec Deũ potuisse mori, nec mortuũ resuscitare seipsum potuisse, & his similia, q̃ nobis ab imprudentia physico℞ uel hæretico℞ opponunf. Sed huiusmodi oppositionis deuita, quæ ueniunt ex scientia, quæ falso nominaf sciẽtia: q̃a nõ est scientia, sed inscientia. *quã scientiam quidam promittentes* aliĳ se daturos, *exciderunt*, id est, ex toto ceciderunt, in errores, eundo *circa fidem* semꝑ & nun-

C quam intus intrãdo. Nihil enim sic amant isti q̃ scientiam promittere, & fidem rerum uerarũ quas credere paruuli præcipiunt, uelut imperitiã deridere. *Gratia tecũ*. Ac si dicat: Multa tibi per huius epistolæ textũ iniũxi, sed ut hæc omnia custodire ualeas, gratia Dei sit tecum, id est, cum uiribus arbitrij tui manẽs & cooperans. *Amen*. id est, fideliter dicta sunt uniuersa, quæ continent in hac epistola. Nam sicut amen quod in fine orationis respondetur, totam confirmat orationem: sic amen qđ in fine epl'æ subscribit, confirmat epistolã.

Nota.

Epistolæ primæ ad Timotheum finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM SECVNDAM AD TIMOTHEVM.



Aulus Romæ uinculis tentus, et iam de mundo transitu rus, scribit iterũ Timotheo infirmitatibus & aduersis fatigato ut constanter laboret in gratia Dei sibi credita, exhortans multis modis eum ad martyriũ. Roborat eum contra falsos prędicatores, & instruit de regula omnis ueritatis, & de his quæ futura sunt temporibus nouissimis, & de sua passione. Sicq; incipit.

EPISTOLAE PAVLI SECVNDAE AD TIMOTHEVM, CAPVT I.

*Paulus apostolus Iesu Christi per uolũtatem Dei, secundum p̃missionem uitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio: gratia, misericordia & pax à Deo patre & Christo Iesu domino nostro.*

Timotheo scribit *Paulus qui est apostolus* i. legatus *Christi Iesu*, quẽ misit saluator rex p̃dicare uiã salutis, & est ap's non per suã usurpationem, sed *per Dei patris uoluntatem*. Est inquã ap's .i. prædicare missus, *secundum promissionem uitæ, quæ est in Christo Iesu*. i. ut annunciet credentibus factãã Deo p̃missionem illius incorrupti onis, quæ iam est ĩ Christo à mortuis resuscitato, quod. s. Deus p̃misit membris eam uitam, quæ iam est in capite. Et ille qui tantũ est ap's, scribit *Timotheo* non uili, sed *charissimo filio* in sanctitate & sapiẽtia genito. Et huic filio sit *gratia* .i. donum sp̃us sancti, per qđ sanctificet q̃cq̃d gerit: & *misericordia*, qua misericorditer à peccatis et hostib' cũctisq; miserijs liberet: *& pax*, quã suis Christus reliq̃t in obseruatione fraternæ charitatis, quãq; daturus est illis in requie beatæ perennitatis. Et hæc sint illi *à Deo patre*, qui nos creauit & in filios adoptauit, *& à Christo Iesu domino nostro*, qui est rex & saluator & dominator nostri.

D

*Gratias ago Deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in cõscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die desiderans te uidere, memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide & matre tua Eunice. Certus sum autem quòd & in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuũ mearũ. Non. n. dedit nobis Deus sp̃um timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis.*

*Gratias ago de te Deo meo, cui ego in cõsciẽtia pura seruio à progenitoribus meis*. i. ab Abraham, Isaac et Iacob, cęterisq; sanctis patribus Hebręis à quib' exemplũ accipio diuinæ seruitutis. Vel si de carnali patre et matre hoc intelligit, ex quo ab his p̃cessi & ĩtelligere cœpi, semp Deo seruiui in cõsciẽtia pura ab intẽtione mala. Nã & in persecutione quã zelo legis in xp̃ianos exercui, purã cõscientiam habui, ga

A inde multū Deo me placere putaui, sicut ipse Christus eis prædixerat: Ioan. 16. Venit, ingt, hora ut oīs qui interficit uos arbitreť obsequium se præstare Deo. Itaq; semp cōscientiæ puritatē .i. cordis mundā ītentionem hñs ab infamia, nō cesso seruire Deo. Cui nūc grãs ago ꝙ .i. quantū *habeam tui memoriam sine intermißione*. Hoc est perpē dēs assidue quantū sim tui memor, grãs Deo refero, q te talem fecit, ut sis dignus semper in memoria meæ mentis ꝑmanere. Vel scdm alios co dices facilius legiť ita: Gratias ago Deo cui seruio à progenitoribus in cōscientia pura, qđ habeam sine intermissione memoriā tui, ꝙ.s. sis dignus ꝑpter meritū tuę sanctitatis in corde meo semp esse. Hæc est sapiēs exhortatio ad meliora. Memoriam tui habeo sine ītermissione *in orationibus meis*.i. nunꝙ ītermitto tui memor esse, quotiescūq; oro, ut et pro te orē *nocte ac die*. Et ideo te sic ꝑcibus meis intermisceo, ga sum *desiderans te uidere*, ut aliqđ solatiū habeā in conspectu prę sentię tuę, q tot malis afficior in hoc carcere. Videre inquā te desidero, *memor lachrymarum tuarum*, quas uberes fudisti, cum te Ephesi relinquerē, ga nimis erat tibi durū non semper eē mecū. Et ꝑpterea te desidero uidere, ut uidens te quem tantū diligo, *implear gaudio*. Magnum.n. mihi gaudium erit. si te adhuc uidere potero priusꝙ moriar. Dixi ga sum memor lachrymaꝝ tuaꝝ. Et sum memor earum, *accipiens recordationem eius fidei, quæ est in te nō ficta*, non simulata, nec fictitia, sed uera & bonis opib⁹ ornata, quę Act. 16. te monet ut fortiter agas, cum ēt in fœmitis firma fuerit, qm̄ & *habitauit primum in auia tua Loide, et in matre tua Eunice*. pater.n. tuus fuit Gentilis. In illis habitauit fides. sed & ego *certus sum*.i. pro certo noui *quòd & in te* habitet eadem fides, cuius exēplū ab illis accepisti, & ideo serua diligenter eam.

*propter quam causam*.i. ga fidem à bonis B parentib⁹ uelut hęreditario iure pos sides, & tam bonus hucusq; fuisti, ut nō possis auferri de memoria cordis mei, *admoneo te ut resuscites gratiā Dei, quæ est in te per impositionem manuū mearū*.i. prędicando exerceas offm̄ epale. qđ accepisti qñ, tibi man⁹ in ordinatione tua imposui, qđ quasi mortuum est in te timore martyrij. Gratia.n. epatus admonet eum resuscitare, ut cōfidentius prędicet uerbū Dei, non timens terrenas potestates, nec erubescens se dicere seruū crucifixi & discipulū uincti. Aliquantulū.n. in hoc negligens & timidus fuerat factus, qm̄ aduersis erat fatigat⁹. Sed auiæ & matris eius mentio pręmittiť, quæ mulieres fuerūt, & fidē constanter tenuerūt, cum adhuc recentior esset, paucíq; fideles essent, ut cogitet ga ipse qui uir est, & sub eis nutritus, multo magis nunc cū iā multitudo fideliū abundet, fidem et gratiam uiriliter tenere et prędicare debet. Moneo, ingt, ut resuscites grãm Dei, quę metu tribulationū quodāmodo cecidit in te. Quod potes & debet agere, ga *Deus non dedit nobis spiritum timoris, sed spiritum uirtutis*.i. nō dedit nobis spm̄ qui faciat nos timere ad uersitates huius seculi, sed q nos faciat fortes cōtra aduersa oīa, ut per uirtutē cōstantiæ semp uincamus timoris aduersitatē. Non accepimus spiritum timoris illius, de quo dicit dominus: Nolite timere eos qui oc- Matt. 10. cidunt corpus, ne.s. negemus eū illo timore, quo turbatus est Petrus, sed Ioan. 18. accepimus spiritū illius timoris de quo subiungit. Timete eum qui habet potestatem & corpus & animā perdere in gehēnam. Maior quippe Matt. 10. libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, ut cum oībus amorib⁹, terroribus, erroribus suis uincať hic mundus. Hoc sctōꝝ martyria docuerūt, donāte illo à quo ꝑ-

C ceperunt spm̄ non timoris, quo psequētibus cederēt: sed uirtutis *& dilectionis & sobrietatis*, quo cūcta minātia, cūcta mutātia, cruciātia cūcta superarēt. Virtutis, ut cōtra aduersa fortes essent: dilectionis ut Deū super oīa diligerēt: sobrietatis, ut seculi cupiditatibus inebriati fugerent.

*Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neq; uinctū eius, sed collabora euāgelio secūdū uirtutem Dei, qui nos liberauit, et uocauit uocatione sua sancta, nō scdm opa nostra, sed scdm propositū suum & gratiā: quæ data est nobis in Xpo Iesu ante tpa secularia, manifestata est aūt nūc per illuminationē saluatoris nostri Iesu Xpi, qui destruxit quidem mortē, illuminauit aūt uitam & incorruptionē per euangeliū, in quo positus sum ego prædicator & apostolus et magister gentiū. Ob quā causam & hæc patior, sed nō confundor. Scio.n. cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem.*

Qm̄ spm̄ timoris non accepisti, sed uirtutis & charitatis, *itaq; noli erubescere testimonium domini nostri Iesu Xpi*.i. non solū non timeas, sed ēt non erubescas prædicare Xpm crucifixum, qa surrexit, & ideo glia resurrectionis penitus excludit confusionē crucis. Cum ipse sit dn̄s noster, cui oēs seruire debemus, noli erubescere testimoniū eius.i. non sit tibi uerecundia, hūc prædicare Deū imortalem, qui pro oībus in assumpta carne dignatus est ad horā gustare mortē, ne incidas ī illam cōminationē qua
Luc.9. dixit, Qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius hoīs erubescet, cū uenerit in maiestate sua. *neq; erubescas me uinctum eius*, qa non est rubor cōfusionis pro iustitia pati uincula. Non est in hac re quicq̄ uerecundiæ, & ideo noli ppter insultationes infidelium erubescere me uinctū esse pro Xpo, *sed collabora*.i. mecum labora *euāgelio*.i. profectui euangelij *secundum uirtutem Dei*.i. à Deo nobis datam, *qui nos* sanguine Christi *liberauit* à iugo diaboli, sicut antea sanguine agni filios D Israel à potestate Pharaonis, & per euangelicā prædicationē *uocauit* nos qui eramus auersi. Vocauit nos *uocatione sua*.i. sibi soli cōgrua. uocatione dico, *sancta*.i. ad hoc spectāte, ut nos sanctos faciat. Vocationē Apl's duplicat, ut insinuet nos à Deo uocatos per filiū & apostolos. Vocauit inquam nos, & hoc *non secundum opera nostra*, qa non feceramus opera pro qbus digni essem' ab eo uocari, sed potius damnati. sed ipse sine pcedētibus bonis operibus nostris misericorditer uocauit nos *secundum propositum suum*.i. secundū quod proposuerat nos p misericordiā saluare quos posset per iustitiam damnare. & secundum *gratiam* suam uocauit nos.i. secūdū gratuitam Dei donationem *quæ data est*.i. præuisa dari *nobis in Christo Iesu ante tempora secularia*.i. antecq̄ coepissent cū seculo ista tempora, quæ suis spatijs uoluuntur & transeunt. Nam ante seculū nō erat tēpus, sed æuum: sed cū seculo (sicut diximus) exordiū habuit tp̄s, qn̄ cœpit mutabilitas & uicissitudo diei & noctis. Et in illo ætatis æuo, postq̄ mūdus fieret, data est nobis in cōsilio diuinæ puidentiæ per Xpm ista gr̄a, sed *nunc manifestata est* in nr̄æ uocationis & saluationis cōpletione *per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi*.i. per illuminationē nouæ sciētiæ quā saluator attulit, & qua nos illuminauit, aperiēs nobis sensum ut intelligeremus scripturas. *Qui destruxit &c.* Hæc Luc.24. est illa gr̄a, qđ s. saluator *mortē quidem* nr̄am destruxit, *uitā aūt & incorruptionē* sua resurrectione *illuminauit*.i. clara luce manifestauit, ut sit uita & icorruptio aīæ & corpis, ad quā nos tendere uoluit. Et hanc illuminationem fecit *per euangelium*.i. per manifestationē euāgelij, in qua denudanī ea quæ in lege uelabanī. *in quo* euangelio immobilis *positus sum ego prædicator*, id est, præco clamans, *& apostolus*, id est,

A legatus potestatem habens, *& magister gentium* .i. quotidie gentes docens. *Ob quam causam*.i. quia euangelium prędico *etiam hæc* aduersa nunc Romę tanta *patior, sed non confundor*.i.nō erubesco in omnibus contumeliis & tormentis quæ perfero, sciens quia per hæc gloriam acquiro. Nam *scio cui credidi*.i. scio quis sit cui fidem meā cōmisi, & certus sum quia omnia potest, et *quia potens est depositum meum seruare* .i. thesaurum meritorum meorum quem illi occulte seruandum cōmendaui. Ipse potens est & hoc pretiosum iustitiæ meæ depositum seruare, differendo *in illum* notabilem iudicij *diē* ut tunc illud mihi restituat, & diuitias iustitiæ quas illi cōmēdaui, reddat. Vsq; in illum iudicij diem, de quo frequenter loquor & cogito potest ille thesaurum spiritualium diuitiarum mearum sibi cōmissum custodire, ut tunc illū mihi copiosius reddat, & magnis me diuitijs repleat.

*Formam habens sanorum uerborum, quæ à me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu, bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis.*

Christus seruabit depositum, qd' ego illi cōmendaui, & tu serua depositum quod Christus tibi cōmendauit. Tu *habens formam uerborum sanorum*. idest, regulam uerborum in quibus nihil est insaniæ, sed pura cordis sanitas, *quæ* nō à quocunq; magistro, sed *à me audisti in fide et dilectione* quæ est *in Christo Iesu*, id est, sicut Christus Iesus īstituit, *custodi bonum depositum*.i. thesaurum scientiæ à Christo tibi commendatum, uel officium tibi cōmissum, & custodi illud non per tuam industriam, sed *per spiritum sanctum qui habitat in nobis*.i. in te sicut in me.

*Scis hoc quòd auersi sunt à me omnes qui sunt in Asia, ex quibus est Phygelus et Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cum Romam uenisset, solicite me quæsiuit & inuenit. Det illi dominus inueni* B *re misericordiam à domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu melius nosti.*

Idcirco opus est ut tu bonum depositum à Deo tibi uel à me cōmendatum diligenter custodias, qa scis *quòd auersi sunt* .i. recesserunt à *me omnes qui in Asia sunt* ficti, à quibus maxime est tibi cauendum, ne furentur depositum tuū. Illi de Asia qui ficto cor/de fuerant cum Apostolo, simulantes se eius amicos, reliquerunt eum, cum uiderent ipsum in arcto constitutum. Et istos ad hoc nunc cōmemorat, ut Timotheus sibi caueat, ne & ipse similiter ab eo se auertat. Omnes, inquit, auersi sunt à me, non q' dē omnes qui sunt in Asia, sed omnes illi Asiani, *ex quibus est Phygelus & Hermogenes*.i. qui tales sunt ī Asia, quales isti duo. Illi simulatores tandem se qui essent detegentes, terga mihi dedere in faciē, sed non ita fecit Onesiphorus, uel familia eius Onesiphori beneficia cōmemorātur, ut & Timotheus hūc imitet', ipsiq; gratiam reddat, & in eo cōfidat, qm̄ Ephesianus uel Asianus est. Qui cū ad imperatorem, utpote qui nobilissimus erat, magnæq; dignitatis, seu pro qualibet alia causa Romam uenisset, requisiuit ubi esset Apostolus: et cū didicisset illū esse in carcere, non est dedignatus uenire ad illum, sed consolatus est illum, & præbuit illi quæ necessaria erāt. Et hoc est quod apostolus pro magno cōmemorat. Et quia misericordes misericordiā Matt. 5. consequentur, misericordiam illi à dn̄o retribui precatur. *Det*, inquit, *misericordiam dominus domui*.i. familię *Onesiphori, quia* non solum ipse sed & familia quæ cum ipso uenit, *sæpe me refrigerauit* suo colloquio & consolatione, ac pœnarum mearum mitigatione, & bonorum suorum ministratione: *& catenam meam non erubuit*, sicut prædicti simulatores, q auersi sunt à me.

C *sed cum uenisset Romam, solicite me quæsiuit*, ut opem mihi ferret, *& inuenit*. Hic ostẽditur quia fideles qui sunt in carcere uel in infirmitate, uel alicubi in afflictione tenentur aliqua necessitate, solicite debent ab his qui misericordiam à Deo expectant, inquiri et refrigerari *Det illi*.i. Onesiphoro qui tam misericors ĩ me fuit, *dominus Christus inuenire misericordiam à* Deo patre *in illa die* iudicij, de qua sæpius cogito. Det illi dominus inuenire misericordiam *à domino*. Tale est illud quod in Gene .19. genesi legitur: Pluit dominus super Sodomam ignem & sulfur à domino. Hæc quæ dixi, fecit mihi Romæ Onesiphorus. *Et quanta ipse mihi Ephesi ministrauit tu melius nosti*, quàm ista quę scribo, quoniam illa uidisti.

CAPUT II.

*Tu ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nam qui certat in agone, non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.*

Qñquidem Onesiphorus alijs recedentibus me quæsiuit, & multa mihi non solum Romæ, sed Ephesi ministrauit, *ergo tu fili mi* exemplo illius *confortare*. Tu, quasi dicatur: Tu confortare qm̃ alij defecerunt. Confortare *in gratia quæ est in Christo*, ut non solum in ea maneas, sed etiam robustior fias in ipsa quotidie ad bona facienda & prędicanda, & mala per patientiam superanda. Et uerba *quæ audisti à me per multos testes*.i. per multorum testimonia prophetarum confirmata, *hæc commenda fidelibus*. Vel per multos testes hæc cõmenda fidelibus.i. coadiutores tibi cõstitue, per quos ista quę te docui, cõmendes fi-

D delibus.i. sanæ fidei *hominibus*.i. sine fraude fideliter agentibus, qui uita & scientia & facũdia *erunt idonei etiam alios docere*, sicut ipsi docentur à te uel à tu is adiutoribus. Ita enim multiplicabitur doctrina uirtutis, & crescet religio. Cõmenda hęc fidelibus. Et in huiusmodi exercitijs *labora sicut bonus miles Christi Iesu*. Et ut more strenui militis Christi possis agere, audi qualiter agat quis talis miles: *Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus*, quia nemo potest duobus dominis seruire.i. Deo et seculo. Clericus hac sententia tenetur.i. Si.n. non contentus stipendijs, quæ de altari domino iubente consequitur, exercet mercimonia intercessiones uẽdit, ui duarum munera libẽter accipit, hic negociator magis potest uideri q̃ clericus. Multo minus autem licet monacho, ut sit negotiator secularium mercimoniorum, uel implicatus curis secularib⁹. itaq; diffinitio boni militis Christi est, qa soli Deo qui diuidi nõ potest, totus militãs, non implicat se negocijs secularib⁹, id est, non se inuoluit propter terrena lucra curis & actionibus seculi, sciẽs ibi multos peccatorũ laqueos abscondi, ut solis diuinis libere uacans, et placeat cui se probauit.i. deuouit. Et uere bonus miles prę ter regis sui militiam nihil debet agere, si eidem regi uult placere, sub cuius signis decreuit militare: quia agonista qui coronam appetit, agonẽ suũ debet legitime perficere. Et hoc est: *Nam qui certat in agone*.i. qui cum aduersario confligit in certamine, *non coronatur*.i. non consequitur uictoris prę mium, nisi legitime.i. prout lex agonis postulat, *certauerit*. Sic & athleta Christi qui cum diabolo pugnat in agone præsentis uitæ, non percipiet coronam æternæ gloriæ, nisi uictor fuerit scd̃m legem Christianæ pugnę. Delectat igitur mentem magni

Matt .6.
Luc .16.
Nota.

A studo præmiorum, sed non deterreat certamen laborum: quia ad magna præmia perueniri nō potest, nisi per magnos labores. Et profectus fidelium sine tentatione non prouenit, nec sibi quicq; īnotescit nisi probationis examine. Nec coronabit nisi uicerit, neq; uincet nisi certauerit, nec certabit nisi inimicum habēs & tentationi resistens. Prosunt ergo iustis labores certaminum, quia per hos merentur coronari. Dixi q̄a miles Dei non implicatur negocijs secularibus, nec iustus certator transgreditur legē certaminis, sed tamen *laborantem agricolam*.i. prędicatorē *oportet primum*.i. ante alios *accipere de fructibus* agri, in quo laborat.i. de carnalibus bonis ecclesiæ. Timotheus iste exēplo Apostoli labore manuum suarum uolebat uiuere, & ab eis quibus uerbū salutis prædicabat, nihil accipere. Vnde & penuriam multā patiebatur, quia infirmus erat, & labori manuum uacare non poterat. Admonet ergo eum sub specie agricolæ, ut de agro quem colit, fructū quo sustentetur, non spernat accipere. Itaq; q̄m sciebat illum corpore īfirmū, nec in opere corporali posse laborare, dicit illi quod miles Dei secularibus negocijs se non implicat, ne forte cum indigeret uictu quotidiano, uellet ab eis quibus euangelium ministrabat, aliqua sibi negocia quærere, quibus animi eius implicaretur intentio. Aliud est.n corpore laborare animo libero, sicut opifex potest, si nōn sit fraudulētus, aut auarus & priuatæ rei auidus: aliud autem, ipsum animū occupare curis colligendæ sine corporis labore pecuniæ, sicut uel negociatores, uel procuratores, uel conductores faciunt. Cura uidelicet præsunt, nō manibus operanť: ideoq; ipsum animū occupant hūdi solicitudinę. Timotheum ergo ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis B operari manibus non poterat, sic exhortatur & consolatur: Labora, inquit, sicut bonus miles etc. usq;, nisi legitime certauerit. Hinc, ne ille angustias pateretur, dicens, Fodere nō ualeo, mendicare erubesco, adiunxit Luc. 16 statim, Laborantem agricolā oportet primum de fructibus percipere, scdm id quod ad Corinthios dixerat. Quis plantat uineam & de fructu eius non edit? Fecit itaq; securū, 1. Cor. 9. non ad hoc ut euangelium uēderet, sed tn̄ ut ab eis quibus euangelium ministrabat, & quos tanq; uineam uel agrum excolebat, huic uitæ necessaria (quæ sibi suis manibus exhibere non ualebat) sumeret. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus &c. id est, ille qui labo rat in uerbo prędicationis et regimi ne ecclesiæ, debet sicut primus est, ex bonis ecclesiæ primus sumere, et sic cæteris distribuere. *Intellige*.i. discerne *quæ dico*, etsi uideat contrarius esse, & contra id quod ipse facio, dicere. Tu enim infirmus es, ideo debes accipere: ego uero si acciperem, scandalum generarem. Et bene poteris hæc ita ītelligere, quia *dominus tibi intellectum dabit* non solum in his, sed *& in omnibus*.

*Memor esto, Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangeliū meum, in quo laboro usq; ad uincula quasi male operans, sed uerbum Dei non est alligatum.*

Vt legitime certando tendas ad coronam, *memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis*.i. sedula meditatione in animo tuo reuolue Christū per laborem passionis peruenisse ad gloriam resurrectionis, teq; similiter opportuno tempore ad gloriam resurrecturum, si nunc pro eius nomine non respueris amaritudines passionum. Fides resurrectionis Christi eos distinguet à paganis & Iudæis, quia illi credunt esse eum crucifi-

C xum, nos autem credimus eum die tertia resurrexisse. Libēter.n. credūt crucis contumeliam, sed cōfiteri nolunt resurrectionis gloriam, ideoq; perpetuam sustinebunt ignominiā. Nos uero post crucem & sepulturā alacriter confitemur resurrectionis gloriam, ut eius exemplo per certamina spiritualium bellorum accipere mereamur perennem uictoriæ coronam. Qui est *ex semine David*, qa incorrupta eius genitrix ueram de stirpe Dauid duxit carnis originē. Nā filius Dei, per quem facti sumus, & filius hominis per assumptionē carnis factus est, ut moreretur pp delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram. Et hoc, *secundum euangelium meum*, quia scdm authenticam ueritatem meæ prædicationis
Roma.4. asserit Christus & ex stirpe Dauid incarnatus esse & post mortem resurrexisse, licet peruersi negēt. *In quo euangelio laboro usq; ad uincula*, & tu similiter agere debes. Laboro usq; ad uincula in euangelio, qm̄ uniuersos præcedentes labores & ad ultimum uincula patior in euangelica prædicatione, habitus *quasi male operans*. Et ego quidem in corpore meo uincula porto, *sed uerbum Dei non est alligatum*, qm̄ libere procedit ex ore meo, nec solum præsentes sermonibus īstruo, sed & absentes epistolis confirmo. Quia ego ligari possum ab eis q ueritati contradicunt, nō ipsa ueritas quam loquor. Sic & tu in illis pœnis non debes à predicatione ueritatis cessare.

*Ideo omnia sustineo propter electos ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus: si negauerimus, et ille negabit nos, si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commone testificans coràm domino.*

Dixi quia uerbum Dei non potest D alligari. Et *ideo*.i. qa cohiberi nō possum à prædicatione ueritatis, *sustineo libenter omnia* mala, quæ mihi pro hac re inferuntur, & hoc facio *propter electos*, quia his qui ad uitam prędestinati sunt, ualde proficit quod nulla me pœnarum acerbitas ab instātia prædicationis frāgit. Vel quia sum memor resurrexisse, ideo sustineo patienter omnia propter electos exēplo mei informandos *ut & ipsi* quemadmodum ego sustinentes, *cōsequantur ueram salutem, quæ est in Christo Iesu*, & cōsequantur eam *cum gloria cœlesti*, ut simul accipiant & salutem æternam & cœlestem gloriam. Et iste *sermo* de consecutione salutis & glorię eorū, quos deus in prędestinatione sua iā elegit, *fidelis est*.i. uerax & nihil fallaciæ habens. Et uere fideliter iste sermo complebitur. *Nam si commortui sumus*.i. si cum Christo mortui sumus, hoc est, si imitatiōe mortis eius mortificati sumus in baptismo uitijs, ut ultra iam non uiuamus in eis *& conuiuemus*.i. etiam cum illo uiuemus in æterna beatitudine. *Et si sustinemus* aduersa pro eius nomine, sicut ille sustinuit pro nostra salute, tunc *& conregnabimus*.i. cū illo regnabimus participes regni eius, si uero *negauerimus* illum metu passionum, *& ille negabit nos* in futuro iudicio, dicens: Nescio uos, unde sitis. recedite à me operarij iniquitatis. Matt.7.
Hoc est.n. quod ipse minatus est, dicens: & 25.
Qui negauerit me coràm hominib⁹, negabo & ego Luc.12.
eum coràm patre meo. Matt. 10.
Et *si non credimus* de illo quæ credenda sunt, *ille permanet fidelis*.i. uerax in his quæ de seipso locutus est, & *non potest negare seipsum*. De qua re Dionysius Areopagita sic argumētatur: Suimet negatio, casus ueritatis est. Veritas autem ὤν est. & ueritatis casus non ὤν. ὤν uero interpretatur, existēs, uel qui est. Si igitur ueritas ὤν est, negatioq; ueritatis non ὤν. ὄντος casus, ex onte cadere.

A dere. Deus cadere non potest, & nõ esse non ὤν. Tanquam si quis diceret, nõ posse non potest, et nescire scdm priuationem nescit. Hæc ex dictis Dionysii. Si ergo deus nõ potest negare se, & non potest mentiri uel aliquid iniustum facere, quõ est omnipotẽs, nisi qa hæc uel his similia posse, non est potentia, sed impotentia? Nam q talia potest, quod sibi non expedit potest, & qđ non debet potest. Quæ quanto magis potest, tanto magis aduersitas & peruersitas possunt in illũ, & ipse minus contra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia. Sed Deus inde uere est omnipotẽs quia nihil potest per impotentiam, & nihil potest contra eum aliquid. Recte itaq; de omnipotente dictũ est, quia negare seipsum non potest. Nam & de Iudæis legi-

*Ioan. 12.* mus quod propterea non poterant credere, quia dixit Esaias, Excæcauit

*Esaie. 6.* oculos eorum & indurauit cor eorum. Sic autem dictum est, non poterant, ubi intelligendum est quod nolebant, sicut & de Deo nunc dicitur, quia negare seipsum nõ potest. Sicut ergo quòd dñs seipsum negare non potest, laus est uoluntatis diuinæ, ita quod illi non poterant credere, culpa est uoluntatis humanæ. *Hæc commone* attendere & seruare, *testificans*. i. ut idoneus testis affirmans ea *coràm domino*, id est, in oculis Dei qui nos præsens aspicit.

*Noli contendere uerbis. Ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Solicite autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem uerbum ueritatis.*

Hucusq; dedit rationes, cur esse debeat constans in prędicatione. Et ne ipse studio constantiæ uellet contentionibus more garrulorum deseruire, *noli*, inquit, *uerbis contendere*. Nõ ait, noli rationibus contendere, qa hoc bonum est: sed noli contendere uerbis, ubi procax garrulitas est. Ideo B noli uerbis contendere, quia *ad nihil est utile* sic cõtendere. i. ad nihil ualet huiusmodi contentio, *nisi ad subuersionem audientium*. Auditores. n. per hanc subuertũtur, putãtes aduersarios habere aliquã rationabilẽ cãm, dũ sic eos clamantes attendunt. Litigiosa uerba desere, & aduersarios tuos bonis operibus uince. Et hoc est: *Solicite cura teipsum exhibere Deo probabilem*. i. laudabilem, ut. s. te talem Dei oculis exhibeas, quatenꝰ ipse te approbet. Et exhibe te *operarium inconfusibilem*. uel secundũ alios codices irreprehẽsibilem, quod idem significat. Ex reprehensione. n. nascitur cõfusio illi qui reprehenditur: & qui non potest reprehendi, non cõfunditur. Exhibete ergo operarium inconfusibilem. i. irreprhensibilem. i. talem te fac in cunctis operibus tuis, ut in nullo eorũ sustineas cõfusionẽ uerecundiæ, nec reprehẽdi possis in aliquo, nec qsq̃ improperare tibi ualeat qd dignum cõfusione. Et exhibe te *recte tractantem uerbum ueritatis*. ut neq; sanctũ des canibus, nec margaritas porcis, sed (prout oportuerit) secũdũ qualitatẽ uniuscuiusq; personæ uerbum Dei *Matt. 7.* annuncies, & nihil prauæ intelligentiæ admisceas. Hæretici enim nõ recte, sed peruerse tractant uerbum ueritatis, quia conantur illud ad prauitatem sui sensus inflectere, De quorum doctrinis subditur.

*Profana autem & uaniloquia deuita. Multũ enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à ueritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, & subuertunt, quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.*

Verbum ueritatis (ut dixi) recte tracta. Sed *profana*. i. uerba hæreticorum aliena à pietatis religione, *& ua*

C *uiloquia* eorum .i. dicta ipsorum quæ uacua sunt ab omni utilitate, *deuita*. Et quare? Quia si audita fuerint, *proficient multum ad impietatem* perfidiæ roborandam & augmentandam, dum destruunt fidei pietatem. *& sermo eorum serpit ut cancer*. i. magis ac magis occupat & deuorat ac maculat mentes, in qbus radicare cœperit, sicut morbus qui dicitur cancer, latius semp occupat, & fœdat ac deuorat illam partem corporis in qua nascit, uel sicut piscis qui dicitur cancer, nõ in ante, sed retro tendit, sic sermo eorũ non auditores suos ad deum ducit,

Ioan. 8. sed à Deo retrahit, & apostatare facit. *Ex quibus* sic loquentibus *est Hymenæus & socius eius Philetus*, *quia ueritate fi*dei in qua positi fuerant, *exciderunt* imitantes diabolum, qui in ueritate non stetit, *dicentes iam esse factam resurrectionem* in eorum cordibus, qui crediderũt, nec aliam amplius futuram. & talibus dictis *subuertunt quorundam fidem*, ut non credant corporum resurrectionem. Omnes. n. sectæ, quæ se aliquam religionem hominibus inserere præsumpserunt, non negauerunt istam mentium resurrectionẽ, ne diceretur eis: Si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid ĩ me facere uis? Si non facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si non facis ex iniquo iustum, quare mihi loqueris? Si autem facis ex iniquo iustum, ex impio pium, ex stulto sapientem, fateris resurgere animam meam, si tibi obtemperauero, si tibi credidero. Volentes ergo credi sibi omnes qui instituerunt alicuius etiam falsæ religionis sectam negare istam resurrectionẽ mendacio non potuerunt. Omnes de ista consenserunt, sed multi carnis resurrectionem negauerũt. Dixerũt in fide iam factam esse resurrectionem. Attendentes. n. uerba quæ assidue dicit Apostolus, quia & mortui sumus cum Christo, & resurreximus cum D eo, nec intelligentes quare ista dicātur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in finem temporum esse sperādam. Et talibus nunc resistit idem Apostolus. Ex quibus, inqt, est Hymenæus et Philetus, qui à ueritate exciderũt, dicẽtes resurrectionem iam factam esse, & subuertunt quorũdam fidẽ. Iam factā esse resurrectionẽ dicebāt, sed eo modo, ut non speraretur alia: & reprehendebant homines qui sperabant resurrectionem carnis, uelut iam resurrectio quæ promissa erat, credendo impleretur in mente. Sub uertunt, inquit, fidem quorundam. Et quasi diceretur ei, & quis eis potest resistere, subiecit statim: *Sed firmum fundamentum Dei stat*. Fides quorũdam infirmantium & ad electorum sortem non pertinentiũ subuertitur ab hæreticis, sed firmum fundamentum Dei. i. firma fides quam deus p spiritum sanctum in cordibus electorum suorum fundauit, stat. i. nullatenus subuerti uel ĩclinari potest, al. solidauit. *habens hoc signaculum*. i. hanc uelut sigilli impressionem, quia scilicet *cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate quicunq; nomen domini nominat*. Hoc signaculum cordi suo impressum bonus habet. i. hanc cogitationem suę menti firmiter infixam, ut apud se dicat, Quid mihi prodesset, si exterius simularem esse iustum uel fidelem, & interius nequam essem? Nihil. Quia qui corda omnium inspicit, ipse nouit qui sunt eius. Ideoq; ueraciter in oculis eius studeo fidelis uel iustus apparere, ut possim ad eorum sortẽ qui sunt eius, pertinere. Talis cogitatio est diuini sigilli impressio. Per hoc etiā hæreses & omnia saluti cõtraria deuitat, quia scit debere discedere ab iniquitate omnes qui dominum inuocant. Hæc itaq; sigilli impressio, qua distinguuntur à cæteris

A qui subuertuntur, est in fundaméto Dei firmo. i. in robusta fide electorũ Dei, quia nouit dominus qui ad eius hæreditatem pertineant: & alijs rece dentibus à fide, illi qui prædistinati sunt, non possunt recedere: uel si recesserint, necesse est eos redire. Nec moueat quod sæpe diabolus seducit etiam illos, qui regenerati, i Christo iam uias ingrediuntur Dei, quia nouit dominus q sunt eius. Ex his in æternum damnationem neminẽ ille seducit. Sic eos nouit dominus, ut deus, quem nihil latet etiam futurorum. Nam sunt etiam quidam ex eorum numero, qui adhuc nequiter uiuũt, aut etiam in hæresibus uel in gentilium superstitionibus iacent, & tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius. Nanq; i illa ineffabili præscientia Dei, multi qui foris uidentur, intus sunt: & multi qui intus uidẽtur, foris sunt. Et nequis diceret, non curo amplius quid faciã, quia secutus sum quod si dominus me nouit esse suum non potero perire, & econtrario si nouit me suũ non esse, non potero ad salutem peruenire, subiungitur utilis admonitio, ut discedat ab iniquitate omnis qui nouit nomen domini. Liberum. n. arbitrium dedit nobis dominus, ut arbitrio propriæ uoluntatis recedamus ab iniquitate, & simus ex illis quos ipse nouit suos esse: uel permaneamus in iniquitate, & simus ex illis quos nouit ad se non pertinere. Nam et hoc est illud signaculũ, qđ fundamento nostræ fidei apparebit impressum, si propria sponte recesserimus ab iniquitate. Ab iniquis. n. recedere non possumus, quia mista est palea tritico donec area uentiletur. Mira comparatio. Nam ecce in ipsa area triticum recedit à palea cũ expoliatur, & nõ recedit ab area cũ trituratur. Qñ autem omnino separabitur cum uenerit uẽtilator. Ergo

Nota.

modo area in orbe terrarum est. Ne B cesse est ut si proficis, inter iniquos uiuas: quia Abel esse nõ potest, quẽ Cain malitia non exercet. Ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate potes. Satis. n. fixum atq; imobile uelut sigilli impressione debet corde retineri. Hierusalem captã ab huius seculi Babylonia, decursis tẽporibus liberandam esse, nullumq; ex illa, fore periturum, quia qui peribit, nõ ex illa erat. Recedat ergo ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini, quia nisi ab illa recesserit, non ei proficiet nominatio domi nici nominis: quoniam non omnis qui dicit Christo, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris eius. Matth. 7.

*In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & aregentea, sed & lignea & fictilia. & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Siquis ergo emundauerit se ab istis, erit uas in honorem, sanctificatum & utile domino, ad omne opus bonum paratum.*

Ab iniquitate recedat, qui nomen domini nominat. Sed ab iniquis (ut diximus) non potest recedere, quia *in magna domo*. i. in ecclesia toto orbe dilatata, *non solum sunt aurea & aregentea uasa*. i. iusti sapientia & eloquentia præditi, *sed & lignea & fictilia*. i. peccatores comburendi & confringendi. Cum enim auro sapientia uel charitas, & argẽto eloquentia designari soleat, per aurum quod pretiosius est metallis omnibus, intelliguntur nunc illi, quos charitas quę cęteris uirtutibus pręfert, uel sapientia decorat: per argentum uero quod mira claritate micat, illi qui nitore acris eloquentiæ resplendent in eruditione multorum. Hi. n. merito uocãtur aurea & argentea uasa ministerio summi regis apta in eius domo magna. Lignea uero & fictilia uasa, carnales designant, quos ignis uitiorum facile incendit, & impetus aduersi

A *non oportet litigare*, quia lis generat odiū: sed oportet eum *esse mansuetum*, id est, quasi manu assuetum, hoc est, contractabilem, id est, mitem uel lenem *ad omnes*, ut nemini sit asper, id est, q̄si ferus: & *docibilem*, id est, habilem ut facile doceatur. Hoc.n. distat inter docilem & docibilem, quod docilis est qui alios potest docere, docibilis autem, qui facile potest doceri. Vnde dicit, Erūt omnes docibiles Dei, id est, facile docebuntur à Deo. Non oportet seruum domini litigare, quia mūdo & simplici oculo opus est ut īuenia tur uia sapientiæ, cui tantæ malorum & peruersorum hominum deceptiões & errores obstrepunt, quos omnes euadere conuenit, hoc est, uenire ad certissimam pacem & īmobilem stabilitatem sapientiæ. Vehementer .n. metuendum est, ne studio altercandi uel contendendi quisq; nō uideat quod à paucis uideri potest, ut paruus sit strepitus cōtradicentium, nisi & sibĳpsi obstrepant. Recte ergo dicitur, quia seruū domini nō oportet litigare, sed mitem esse ad omnes & docibilem atq; *patientē*. Et ne quisquam ex eo putet cessandum esse à correptione erroris alterius, adiungitur quia oportet eum esse *cum modestia corripientē eos qui resistunt*. Ita nos nec deesse cōuenit fratrum correptioni, nec studere certamini. Quōo cum modestia corripimus, nisi cum lenitatē cordis retinemus, & aliquam medicamenti acrimoniā uerbo correptionis aspergimus? Pax igitur & dilectio in corde retinenda est, modus autem sermonis, siue acrius siue blādius proferatur, sicut salus eius qui corripitur, postulare uidetur, moderandus est. Modeste sunt corripiendi illi qui adhuc procaciter resistūt, *nequādo det illis Deus pœnitentiam*. Nā correptionis utilitas, quæ nunc maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur, tunc est salubris, quādo supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi cum facit ut peccati sui quemcunq; pœniteat, & quis hoc dat, nisi qui respexit Petrum negantē, & fecit flentem? Ideo non solū cum agitur pœnitentia, uerum & ut agatur, necessaria est eius misericordia. Hic sermo quo dicitur, nequando: pro, si forte, ponebatur antiqtus, sed modo inusitatus habetur. Corripiētem, inquit, eos qui resistunt, nequādo, id est, si quando uel si forte det illis Deus pœnitentiā. Vel etiam ita potest hæc sententia concordare, Non despetemus de eorum salute qui adhuc resistunt, sed corripiamus eos, ne nobis eos non corripientibus, Deus aliquando per seipsum det eis pœnitentiam, & erubescamus qui de salute eorum desperabamus. Ob hoc enim studere debemus, ut eos ad pœnitentiam conuertamus, ut mercedem nobis inde cōquitamus, nequando sine nobis per internam aspirationem det illis Deus pœnitētiam, & nos mercedem inde nōn habeamus. Det illis pœnitentiam erroris sui *ad cognoscendam ueritatem* catholici dogmatis, quam ignorantes impugnabant *& resipiscant à laqueis diaboli, à quo capti tenentur ad uoluntatem ipsius* implendam. Resipiscere est quasi resapere, cum quis ab eo quod male sapuit reuertitur ad illud, quod antea recte, sapuit uel sapere debuit.

Ioan.6.

Luc.22.

B

CAPVT III.

*Hoc autem scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.*

Qui tenentur illaqueati à diabolo, resipiscent fortassis aliquādo: sed

C tamen *hoc scito quòd* tales abundabunt *in nouissimis diebus*, id est, in nouissima ætate. Tunc enim *instabunt tempora periculosa*, in quibus multæ periclitabuntur animæ. & inde periculosa, quia tunc *erunt homines seipsos amantes*. Nescio enim quo inexplicabili modo quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat: & quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim nõ potest uiuere de se, moritur utiq; amando se. Nõ ergo se amat, qui ne uiuat, se amat. Cum autem ille diligitur de quo uiuitur, non se diligendo magis diligit, qui ppterea se non diligit, ut eum diligat, de quo uiuit. Quia uero circa finem seculi maxime abundabunt, qui neglecto Dei ac fratrũ amore, seipsos male amabunt & sic amãdo se peribunt, ideo tempora periculosa tunc instabunt. Erunt homnes seipsos amantes, qa non curabũt nisi de seipsis: nec quę rẽt nisi ppria lucra, ppria cõmoda, proprios honores, proprias glias. Et ab hoc uelut fonte quod scilicet erunt seipsos amantes, manabunt multi uitiorum riui. Nam quia secũdum præsentem uitam seipsos male diligent, ideo erunt *cupidi* pecuniæ, *elati corpore, superbi mente, blasphemi*, id est, falsa & impia de Deo loquentes: *parentibus*, siue carnalibus, siue spiritualibus *non obedientes: ingrati* benefactoribus: *scelesti*, id est transcendentes modum peccati, & in atrocia grauiter delapsi: *sine affectione*, id est, sine uisceribus compassionis: *sine pace*, id est, discordes & inquieti: *criminatores*, id est, crimen bonis impingentes: *incontinentes*, id est, libidinem non cohibentes: & *immites*, id est, asperi & litigiosi: *sine benignitate*, id est, immisericordes: *proditores*, id est, secreta bonorum aduersarijs eorum detegentes: proterui, id est procaces, *tumidi*, id est, uento superbię inflati *uoluptatum* carnalium *amatores magis quàm Dei*, sicut ipse dixit, quia lux uenit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. *habentes quidem* in habitu & uerbis, sicut falsi monachi, *speciem pietatis*, id est, similitudinem religionis: sed *uirtutem eius*, id est, rẽ factis & moribus *abnegantes*. Sed beatus Augustinus hæc a pastoribus ecclesiæ specialius remouere studens, loquitur: Non sint seipsos amãtes, qui pascũt oues Christi, ne tanq̃ suas, non tanquam ipsius pascãt eas, & uelint ex illis sua lucra q̃rere, sicut amatores pecuniæ: uel eis dñari, sicut elati: uel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut superbi: uel intantum progredi, ut etiam hæreses faciant, sicut blasphemi: nec cedãt sanctis patribus, sicut parentibus non obedientes: & eis qui illos corrigere uolunt, quia perire nolunt: mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant animas suas & alienas, sicut celesti, materna ecclesiæ uisceta dirumpant, sicut irreligiosi, non cõpatiantur ĩfirmis, sicut sine affectione: alios quiescere non sinant, sicut sine pace: famam sanctorũ maculare conentur, sicut criminatores: cupiditates pessimas non refrænẽt, sicut incontinentes: exerceant lites, sicut ĩmites: nesciant subuenire, sicut sine benignitate: indicent inimicis piorũ quæ occultanda cognouerint, sicut proditores: humanam uerecundiam inuerecunda excogitatione pturbẽt, sicut pcaces: superba scientia inflẽt sicut tumidi: lætitias carnales spũalibus gaudijs anteponant, sicut uoluptatũ amatores magis q̃ Dei: simulent religionẽ, sed hanc in ueritate nõ teneant, sicut hñtes qdem speciem pietatis, uirtutem aũt eius abnegantes. Hæc.n. atq; hmõi uitia siue uni homini accidant oĩa, siue his alia & alijs alia dominenẽ, ex illa radice quodãmodo pullulant, cũ sint hoĩes seipsos amantes, quod uitium

Nota. Nota. D

A maxime cauendum est eis, qui pascunt oues Christi, ne sua quærant, non quæ Iesu Christi, & in usum cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi.

*Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes.*

In nouissimis diebus tales erunt homines, quales descripsit: *& hos deuita*, qa iam multi ex his apparuerũt, *Ex his enim sunt, qui penetrant domos &c.* Nõ ait, penetrabunt, tanquam futurorum prænũcians, sicut supra dixerat, instabunt tempora periculosa, sed ait, penetrãt domos *& captiuas ducunt mulierculas.* Nõ ait ducent uel ducturi sunt, sed iam ducunt. Nec putandus est hoc loco pro tpis futuri uerbis præsentis tpis uerba posuisse, quãdo quidem illos ab eo cui scripsit euitari admonebat. Nec tñ frustra dixit, in nouissimis dieb⁹ istabũt tpa periculosa: & hinc ea pẽiculosa futura demõstrãs, tales hoĩes futuros esse pdixit: qa tãto plures erũt et magis abundabũt, quanto magis approquinquabit ad finem. Videmus ergo tales nũc abũdare. Sed quid si abũdantiores erũt post nos, & omnino abundantissimi, quando iam iamque ipse finis instabit? Ex his iam sunt hæretici, qui penetrant domos, id est, intrãt ut secrete loquantur illis qui sunt intus. Nota. Vel domos, id est, cõscientias audiẽtium uerbis seductorum male penetrant. & captiuas ducunt mulierculas, id est, in captiuitatem errorum trahũt insipientes & infirmas ac uiles & inconstantes, seu uirorum, seu mulierum animas. Animas dico, *peccatis oneratas*, & ideo dignæ erant seduci: *quæ ducuntur uarijs desiderijs*, id est, nũc ista, nunc illa cupiunt: ea quæ iam tenent fastidientes, alia semper appetunt ac nouis delectantur. Tales enim facile deserũt ueritatem catho B licam, & sermonibus nouorum errorum libenter aurem accommodant: *semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes.* Semper discunt, & nũquam ad scientiam ueritatis perueniunt, qui studium in discẽdo uidentur habere, sed non ueniũt ad hoc ut discernãt inter ueritatem & mendaciũ, inter bonum & malum. Tales sunt discipuli hæreticorum atque Iudæi. In hac enim uita semper sunt discentes, & ad notitiam ueritatis nõ pertingunt. Roma. Cum uero de hac uita exierint, iam non erũt discentes, sed erroris sui mercedẽ recipientes Sic enim dictum est, semper discentes, & ad ueritatis scientiã non peruenientes: ac si diceretur, semper ambulantes, & ad uiam non peruenientes. Non solum enim illuc nõ perueniũt, quo ducit uia, sed nec ad ipsam uiã perueniẽtes. Nos autem semper ambulemus in uia, donec eo ueniam⁹ quo ducit uia. Nunquã in illa remaneamus, donec pducat ubi maneamus.

*Quemadmodum autem Iannes & Mambres* Exo. 7. *restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.*

Tales non perueniũt ad scientiam ueritatis, sed potius resistunt ueritati, quæ à catholicis doctoribus prædicatur, sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi ueritatem prædicãti. Hi enim fuerũt magi Pharaonis, quorum nomina nũc dicit Apostolus, sed in Exodo non leguntur. Et hoc est: *Quemadmodũ autem Iannes & Mambres* sub Pharaone *restiterunt Moysi*, ne de Ægyptia seruitute educeret populũ Dei, *ita & hi* hæretici *resistunt ueritati* prędicatorum, ne per eam fideles ab ignorantiæ tenebris & à seruitute peccati liberentur. Ipsi dico *homines corrupti mente*, quia mẽs eorum uitiata est ab adultero diabolo, amissa castitate

C quæ est in Christo. Et sunt *reprobi circa fidem*, id est, retro à probitate conuersi, circumeuntes exteriora fidei, sed intus non manentes. Ipsi taliter captiuant mulierculas, id est, misellas & hebetes animas, & resistunt ueritati *sed ultra non proficiẽt* in seductione hominum. *Nam insipientia eorum* quæ nunc latet, dum ipsi putantur esse sapientes, *erit omnibus manifesta* per Ioannem apostolum, *sicut & illorum fuit* per Moysen. Per Ioannem enim in Asia detegetur & destruetur insipiẽtia erroris eorum, sicut per Moysen manifestata est illorũ in Ægypto. Animositas hæreticorum semper ĩquieta est, quos magorum Pharaonis habere conatum declarat nunc Apostolus, dicẽs: Quemadmodum Ioannes &c. usque, sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionẽ mentis inquietissimi fuerunt, in tertio signo defecerunt, fatentes aduersum se esse spiritũ sanctum, qui erat in Moyse. Nam deficiẽtes dixerũt, Digitus Dei hic est. Sicut autem cõ
Exo.8. ciliatus spiritus sanctus, requiem præstat mitibus & humilibus corde: ita contrarius & aduersus malignus spiritus, immites & superbos inquietudine exagitat. Quam ĩquietudinem muscæ illæ breuissimæ significauerunt, sub quibus ipsi magi (sicut dictum est) defecerũt, dicentes: Digitus Dei hic est. Quorum insipientia fit omnibus manifesta, cum ostenduntur palàm omnibus esse insipientes, ne iam aliquos seducere ualeant, qui primo tãquam per pollicitationem & ostentationẽ excellentis sapientię seducebat.

*Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.*

D Hæretici resistunt ueritati & sunt circa fidem reprobi. Sed *tu assecutus es meam doctrinam*, id est, ea quæ doceo didicisti, & scis alijs tradere & assecutus es *institutionem* meã, id est, quomodo ĩstitui uitam ducere, uel alios instruere: & *propositum* meum assecutus es, quia proposuisti uiuere sicut ego proposueram, ut scilicet eodem modo uel eodem tempore ieiunes & uigiles, quo ego, & cætera similiter facias: & *fidem* meam, quia similiter credis ut ego: & *longanimitatem*, quia didicisti longanimiter (sicut ego) inter aduersa non murmurans, expectare diuina promissa: & *dilectionem*, quia didicisti: & aduersarios sicut ego, diligere: & *patientiam*, qua toleres æquo animo aliena mala, sicut ego, nec aduersus eum doleas qui tibi hæc intulerit: & *persecutiones* meas de ciuitate in ciuitatem, quia tu mecum nonnunquam has sustinuisti: & *passiones*, id est, afflictiones meas & tormenta, quia tu factus es earum particeps & nosti eas: & *qualia mihi aduersa facta sunt Antiochia, & Iconij, & Lystris, & quales persecutiones*, uel ibi uel alijs locis *sustinui*, tu assecutus es, id est nosti & participasti, & in nulla relictus sum Actu.13.
ut deficerem, sed *ex omnibus me eripuit dominus*, & te similiter non deseret, sed eripiet. Antiochiæ Pisidiæ excitauerunt Iudæi persecutionem in Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos, uenerunt Iconium. Vbi cum factus esset impetus Gentilium & Iudęorum cum principibus suis, ut contumelijs afficerent & lapidarent eos intelligentes confugerunt ad ciuitates Ly Actu.14.
caoniæ, Lystran, & Derben. Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis, lapidantes Paulum, traxerunt

A xerunt extrã ciuitatem, æstimantes eum mortuum esse. Et hoc nunc commemorat Antiochiæ & Iconij & Lystris se pertulisse. Et nequis putaret se sine tribulationum tolerãtia posse Deo placere, adiũgit: Et oẽs qui uolũt &c. Ego (inquit) sustinui persecutiones, *& omnes qui volunt pie uiuere in Christo Iesu*, id est, qui uolunt religiosé & deuote uitã ducere in Christi fide, *patientur persecutionem*. Nunquã deest pie uiuẽtibus persecutio, qa & cum ab eis qui foris sunt, nõ sæuientibus uidetur esse tranquillitas, multi sunt intus qui corda pie uiuentiũ suis perditis moribus cruciãt, quoniam per eos blasphematur Christianum nomen. Quod quanto est charius eis q uolunt pie uiuere in Christo, tanto magis dolẽt ꝙ per malos intus positos fit, ut minus ꝗ̃ piorũ mentes desiderant, diligatur. Hæretici quoq; cum conanẽ habere nomẽ & sacramenta Christianorũ & scripturas & professionem, magnũ dolorem faciunt in cordibus piorũ, qa multi uolentes esse Christiani, ꝓpter eorũ dissensiones hæsitare cogunẽ: & multi maledici in his etiam ĩueniũt materiam blasphemãdi nomẽ Christianorũ, quia & ipsi quoquo modo Christiani appellanẽ. His & huiusmodi prauis moribus & erroribus hominũ persecutionem patienẽ, qui uolũt in Christo pie uiuere, ẽt nullo infestante, nulloq; uexãte corpus illorũ. Patiuntur quippe hanc persecutionem nõ in corporibus, sed in cordib⁹. Pia tristitia est, uitijs alienis tribulari, nõ implicari: mœrere, nõ hærere: dolore cõtrahi, nõ amore attrahi. Hæc est illa ꝑsecutio, quã patiuntur oẽs qui in Christo pie uolunt uiuere. Quid. n. hîc tam persequiẽ uitã bonorum, ꝗ̃ uita iniquorum? Nec cogit pium imitari quod displicet, sed cogit dolere qđ uidet. Quoniam uiuens impie etsi non obligat consentientem, cruciat sentientem. Sed B & diabolus incessanter pios persequiẽ, & tanto periculosius quanto occultius. Persequiẽ inquam eos hostis, cui noĩa sunt mille & mille nocendi artes. Persequitur eos & hic mundus illecebris suis, perseqitur eos innumerabilium exercitus uitiorum, persequitur eos caro ipsorum, persequuntur eos & illicitæ cogitationes suæ.

Nota. (margin, left)

Virgilius. (margin, right)

Nota. (margin, right)

*Mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu uero permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.*

Pij patientur persecutiones, *mali autem homines & seductores* habebunt prosperitates. Mali, quantum ad se: seductores, quantũ ad alios. Seductores dicunẽ, qui quasi sub specie dulcedinis ĩfundũt uirus pestiferæ persuasionis. Mali & seductores *proficiẽt in peius*, id est, successus habebunt in erroribus, & ad grauiora peruenient, *errantes* ipsi & alios *in errorem mittentes*. Non tamen diu proficiẽt, qđ à Paulo superius dictũ est, sed ultra non ꝓficient. Tales errabunt & successũ habebunt, aliosq; trahẽt post se. Sed tu noli post eos in errorem ire, sed *permane semper in his bonis quæ didicisti à me & credita sunt*. i. cõmissa sunt *tibi* à Deo *sciens à quo* magistro *didiceris*, id est, ꝗ̃ uerax & quãtæ authoritatis, & quantum te diligens sim ego, qui te docui. & ob hoc etiam in his permane, *quia sacras literas nosti*, id est, sacris literis, legis uidelicet et prophetarum scriptis, eruditus es *ab infantia*, quæ literæ *possunt te instruere*, id est, sufficienter doctum reddere, ad æternam *salutem* consequendam, et hoc *per fidem quæ*

C est in Christo Iesu: qa ueteris instrumenti dicta nō instruūt ad salutē, sed ad mortē, si Xp̄s in eis non intelligit̄ et fides eius tenet̄. Recte dixi qa sacræ literę te possūt instruer̄ ad salutē tibi & aliis cōquirendā. Nā *omnis scriptura diuinitus inspirata*, id est, diuino spiritu facta, *utilis est* ad hoc. Illę enim scripturæ arcem authoritatis obtinent, quæ per spiritum Dei prolatæ sunt, quæ & canonicæ nuncupant̄. Omnis scriptura quam Deus aspirauit, id est, quæ per diuinā aspirationem est composita, utilis est *ad docendū ignaros, & ad arguendum*, id est, ad cōuincendum eos qui resistunt: & *ad corripiendum*, idest, ad increpandum, uel secū dum alios codices, ad corrigēdum, id est, emendandum eos qui peccāt: & *ad erudiendum* rudes, ut ad perfectū sensum proficiant *in iustitia*, id est, in obseruatione iustitiæ, *ut homo Dei* qui sic eruditur, *sit perfectus* in conuersatione, *instructus* per scripturas *ad omne opus bonum* agendū.i. diligēter sciens qualiter agēdum sit unumquodq; opus bonū. Talis enim uir merito homo Dei dicitur, quia sequestratus à nequitiis eorum qui uitiis seruiūt possessio factus est creatoris sui.

CAPVT IIII.

*Testificor coràm Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius, prædica uerbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.*

Quoniam sacris literis es instructus, ideo *testificor*, id est, adiuro te ut prædicare non cesses. Testificari enī est adiurare: qa qui adiurat, testem ponit in ipsa adiuratione. Testificor *coràm Deo* patre, id est, in p̄sentia Dei, qui ubiq; est & omnia uidet, te adiuro & ipsum testem adhibeo & coràm Christo Iesu, id est, coràm mediatore Dei & hominum, qui sicut pater diuinitate cœlum & terrā implet, te obtestor ut prædices. Cuius mediatoris testimoniū spernere non D debes, quia ipse *iudicaturus est* omnes. Neq; enim pater iudicat quēquam, sed iudiciū omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Ioan.5. Ipse iudicaturus est *uiuos*, id est, eos qui in carne uiui reperientur cum uenerit: *& mortuos*, id est, illos quoq; animę iam à corporibus 1.Thes.4. fuerunt egressæ: & testificor, id est, testem facio & in testimonium huius meæ adiurationis erga te adhibeo *aduentū ipsius*, in quo recipiet unusquisq; prout gessit, *& regnum eius*, in 2.Cor.5. quo iusti perpetualiter regnabunt. Et quid est quod sub tam magnis & timendis testibus tam fortiter testificor? Hoc scilicet, *prædica uerbū euāgelii*, & in hoc non sis horarius, sed *insta*, id est, in prædicatione assiduus esto. Et hoc fac *opportune* uolentibus, *& importune* nolentibus. Opportune, cum inueneris auditores qui uerba tua libenter excipiāt: importune, cū inueneris qui monita tua fastidiant. Vel opportune, īportune, id est, opportune importunitatem exhibe, qa apud auditoris mentem ipsa sua uilitate destruit se, si habere importunitas opportunitatē nescit. *Argue* resistentes, ut rationibus conuicti cedāt: *obsecra* bene agētes, ut in melius proficiant: *increpa* delinquētes, ut cōfusi se corrigant. Et hoc age *in omni patientia*.i. patienter expectando emendationem eoR, non mox ipsos repellendo, si fuerint inobedientes, & in omni *doctrina*, id est, docendo eos attente, non irascēdo illis uel indignando. Vel ita distingui potest: Insta, opportune, ut alius sit sensus, Importune argue, deinde cætera contexantur, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, ut tunc opportunus sentiaris, cum instas ædificando, cum autem destruis arguendo, nō culperis, etsi importunus uidearis. Ita duo quæ sequuntur, ad duo

A superiora possunt sigillatim referri: obsecra, cum opportune instas: increpa, cum importune arguis. Dein de cætera duo similiter, sed conuerso ordine referuntur: in omni patientia, ad sustinendas īdignationes eorum, quos destruis: & doctrina, ad īstruēda eorum studia quos ædificas. Pensandū nobis est qualiter loquamur: quia sæpe uerba quæ hunc ad salutem reuocant, alium uulnerant. Vnde nunc Apostolus, qui Titum admonet, dicens: Argue cum omni imperio. Timotheum exhortatur, dicens: Argue, obsecra, increpa cū omni patiētia. Quid est quod uni imperiū, alij patientiam præcepit, nisi quòd unum lenioris, alterum uero feruentioris spūs esse conspexit? Leni per authoritatē imperij iniungenda erat seueritas uerbi: is autem qui spiritu feruebat, per patientiam temperandus fuerat, ne plus iusto īferuescēs, nō ad salutem uulnerata reduceret, sed sana uulneraret. Ob hæc ergo doctrinam suam Apostolus tanta arte dispensat, ut exhibendo hanc, alteri imperium & alteri patientiam proponat: quia (ut dictum est) mansuetioris spūs Titum, & paulo feruentioris uidit esse Timotheum. illum per æmulationis studium inflāmat, hunc per lenitatem patientiæ temperat: illi quod deest tāgit, huic quod superest subtrahit: illū stimulo impellere nititur, hunc freno moderatur. Magnus quippe susceptę ecclesię colonus, alios palmites ut crescere debeāt, rigat, alios, cum plus iusto crescere conspicit, resecat: ne aut nō crescendo fructus non ferant, aut īmoderate crescendo quos protulerint, amittant. Sequitur.

Tit. 1

*Erit enim tps, cum sanam doctrinā non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros, prurientes auribus. Et à ueritate quidē auditum auertent, ad fabulas autē conuertentur.*

Ideo (inquit) tanta instantia debes prædicationi insistere, quia *erit tempus* in quo ueritatis prędicatio nō suscipietur, & idcirco festina tempus illud præuenire, dum tua prædicatio potest effectum habere. Non ante finietur tempus, quàm ea quæ dico fiant: sed erit adhuc tempus *cum sanam doctrinā*, id est, ad sanitatem animæ pertinentem, *non sustinebunt* homines, sed uelut onus graue rejcient eam ab humeris suis. Hanc non sustinebunt, *sed ad sua desideria* complenda *coaceruabunt sibi magistros*, id est, aceruum sibi congregabunt magistrorum, qui doceant eos ea quæ desiderant, ipsi dico *prurientes auribus*, id est, pruritum habētes in auribus spiritaliter fornicātibus, sicut quodam pruritu libidinis ēt in carne corrumpitur integritas castitatis. Nam sicut caro quæ prurit, semper uult fricari: sic aures eorum semper cupient audire uerba, quæ errores doceant & ad delectationes illiciant. *et à ueritate quidem auertent auditum*, id est fugient audire sermonem ueritatis quæ illis erit aspera, quia non mulcebit eos in nequitijs suis, *ad fabulas autem conuertentur* ut audiant eas, id est allocutiones falsas & ociosas. Nec solum ad tales fabulas, quales in theatris recitātur, uel quales à uanis hominibus sæpe dicuntur: sed etiā ad tales, quales contra dominū hæresiarchæ poterunt fingere. De his quos nunc Apostolus prænunciat, locutus est & Esaias: Populus enim ad iracundiā prouocans est & filij mēdaces, filij nolētes audire legē Dei. Qui dicūt uidētibus, nolite uidere: & aspiciētibus, nolite aspicere nobis ea quę recta sūt. Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte à me uiā, declinate à me semitā, cesset à facie nr̄a sanctus Israel. Sic aūt illi maxime loquentur, qui relinquent ecclesiā, & sequentur Antichristū cum regnauerit. Et sanā christianæ prędicationis doctrinā non sustinebunt. Esa. 30.

xx 4

C Sed auertent auditũ ab ea, & cõuertentur ad Antichristi fabulas. Sed & olim tpbus hæreticorũ ferè hæc omnia facta sunt. Nũc quoq; multi sũt qui nolũt sustinere doctrinam sanæ moralitatis, & ueritatem quæ in ecclesia pdicat, audire fastidiunt, fabulas aũt histrionum libenter audiũt.

*Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministeriũ tuũ imple, sobrius esto: ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus index. Nõ solum aũt mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.*

Illi respuent ueritatem catholici dogmatis, & suscipiẽt fabulas errorum: sed *tu uigila* prudenter attendendo ueritatẽ & repellendo oẽm errorem, & *in omnibus* actib⁹ *labora*, & *opus fac euangelistæ*, id est, euangelici prædicatoris. Opus.n. euangelistæ est, bene uiuere & bene docere, morib⁹ & uerbis subditos instruere. *ministerium tuum*, id est, tui officiĩ *imple* ut nõ sit in aliquo uacuũ à bona actiõe tua, sed qcqd in eo debes agere, plenarie perficias. *& sobrius esto*, id est, nõ inebriet mentem tuã ullus error, aut seculi amor, uel auaritia, seu quodlibet aliud uitium. Idcirco te moneo uigilare aduersus insidias dæmonũ & hæreticorũ & errorũ atq; uitiorũ, & bene laborare, & opus euangelistæ facere, quia *ego* qui hucusq; uigilaui et opus euangelistę impleui, *iam delibor*, uel secundũ alios codices, imolor, quod idẽ significat. Nam delibatio quæ est sacrificiorũ degustatio, sacrificationem, id est imolationem proprij corporis hoc loco designat. Iam delibor, id est iam immolari cœpi, & hostia Deo grata p populo mihi commisso per passionem offerri, *& tempus meæ resolutionis instat*, id est, iam uicinum imminet tempus, in quo resoluar à uinculis istius corporis, ut liber in cœlum euolem, *bonũ certamen certaui*. hoc secundum græcam locutionem dicitur, uelut si diceret, strenuam militiam militaui, fidelem seruitutẽ seruiui. Nam latinus sermo diceret, bono certamine certaui. Bonum (inquit) certamẽ certaui, id est, bene pugnaui, bene cõtra impugnatores fidei & contra mala transeuntia sine defectu certaui. *cursum* bonæ actionis meæ quo ad brauium cœleste festinabam, *consummaui. fidem* inuiolabil em *seruaui*. Quomodo potuit hoc dicere, cui adhuc restabat ipsi⁹ passionis quam sibi impendere iam dixerat, tam magna cõflictatio, tam molestum atq; grande certamen? an ad eius consummãdum cursum parum adhuc deerat, quando illud deerat, ubi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talibus uerbis certus securusq; gaudebat, quia de uictoria futuri certaminis certum eum securumq; iam fecerat, qui eandem passionem iam illi reuelauerat imminere, non re plenissima, sed spe firmissima hoc dicit: et quod futurum esse præsumpsit, tanquam factum fuerit indicauit. Cursum (inquit) peregi. Et *in reliquo*, id est, in eo spatio quod restat amodo & usq; in æternum, *reposita est mihi corona iustitiæ*, id est secreto tutoq; loco, seruatur mihi corona quam iuste merui, *quam* nõ dabit, sed *reddet mihi* quasi debitam *dominus* Iesus *in illa* notabili *die* communis iudicij, de qua sedule cogito: uel in illa optata die resolutionis meæ. & ideo reddet eam mihi quia *iustus index* est, reddens unicuique secũdum opus eius. Sed Matt.16. *non solum mihi* reddet coronam huiusmodi ipse, *sed & his qui diligunt aduentum eius*, id est, etiam omnibus qui Roma.2. sibi de bona operatione sunt conscij. Aduentum enim iudicis non diligunt, nisi qui in causa sua habere se iustitiæ meritum sciunt. Et ideo

A quisquis non diligit, sed metuit aduentum eius, corrigat uitam suam, ut bonam habens causam possit ut ueniat desiderarē: & coronam ab eo, non damnationem spectare.

*Festina ad me uenire cito. Demas enim me dereliquit, diligens hoc seculum, & abijt Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcum assume et adduc tecum. est enim mihi utilis in ministerio,*
Coloss. 4. *Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum. ueniēs adfer tecū, & libros, maxime autem & membranas.*

Quia tempus meę resolutionis instat; *festina ad me uenire cito.* i. festinanter antequā morte resoluar, ut te plenius adhuc instruam, uel ut sis mihi solatio, qm̄ solus remansi. Nam *Demas* q interpretatur silens, qm̄ à prędicatione uel confessione ueritatis obmutuit formidine mortis, *dereliquit me* in aduersis, *diligens hoc seculum* cum suis illecebris, & dimittens Romam ubi timebat mori, *abijt Thessalonicam*, ut ibi posset uiuere. *Crescens* .i. ille alius discipulus, abijt *in Galatiam*, non me deserens; sed à me missus aliqua rationabili causa exigente. Similiter & *Titus* à me missus est *in Dalmatiam*. Lucas euangelista *est mecum solus*, qui semper mihi adhærere cōsueuit. Dixi ut cito uenias ad me, & cum ueneris,
Colos. 4 *assume Marcū & adduc tecum.* Iste est Marcus euangelij scriptor, uel, sicut magis credimus, iste est Marcus consobrinus Barnabæ, quem nunc correctum iubet Apostolus adduci: quia quondam abiecerat eum, cum esset negligens ac tepidus. *Est enim,* īquit, *mihi utilis in ministerio prædicationis*, qui quondam ad hoc fuit īutilis. Titus abijt (ut dictum est) in Dalmatiam, sed *Tychicum misi Ephesum*, fortasse cum epistola quę ad Ephesios est directa. Penulam quoq;.i. uestem illam quę sic uocatur, *quam reliqui Troade apud Carpum* discipulum meum, qui ibi manet, *ueniens adfer tecum*: Dicamus de hac penula, quæ ab alijs dicta reperim⁹. B Penula uestis erat cōsularis, qua induebantur Romani consules incuriam intrantes. Sed fortasse quærit aliquis, unde hoc genus uestimenti beato Paulo acciderit, cui respondē dum est, Romanos ante incarnationem Christi hunc habuisse morem, qn̄ sibi monarchiā totius orbis acquirebant, ut quæcūq; gens illis cū pace & coronis occurrisset, eiusmodi libertatem eis concederent, ut fratres illorum dicerentur, ciuesq; Romani appellarentur, dabāntq; eis potestatem, ut curiam ædificarēt & cōsules haberent, sicut illi habebāt. Pater igitur beati Pauli de Giscali oppido Galilęę, unde indigena erat, migrauit Tarsum Cilicię, cum Romani cepissent illud oppidum. Quodā uero tempore ueniētibus Romanis per Ciliciam, occurrit eis cum alijs transeuntibus, utpote qui nobilis īter illos habebaī, & excepit eos cū pace. Tunc Romani dedere eis supradictam libertatem, scilicet potestatem ut curiam ædificarent & cōsules haberent, sicut ipsi, uestesq; cōsulares induerent, & penulati more Romanorum curiā intrarent. Ibiq; data est insigne penula à Romanis patri beati Pauli, qn̄ susceptus est in socium & ciuem Romanum. Hæc ante nos scripta sunt, & fides ueritatis horum apud eos sit qui scripserunt. Non enim omnia quæ facta sunt, legimus in nostris historijs: multaq; noscunē esse historiæ quas non nouimus. Nam & his quæ dicta sunt, ualde consonat quod Paulus frequenter in apostolorum Actibus legitur se Romanum appellasse, & maxime ubi tribunus interrogauit eum, dic mihi si tu Romanus es, & ille dixit, etiam. Et respondit tribun⁹: Ego multa summa ciuilitatem hanc cōsecutus sum, & Paulus ait, Ego autem & natus sum. Qūo Actuū. 16. 22. & 31.

C enim iuxta literam uerũ poteſt eſſe, quòd Paulus ex ciuitate Romana ſit natus, niſi quia ex ciue Romano natus eſt? Abſit autem ut putemus eum in hoc ſermone mẽdacem. Natus ergo eſt in ciuitate Romana.i.in domo parentum, qui erant ciues Romani. Sed & iuxta ſpiritalem intelligentiam, in eo quod ſe dixit natum ĩ urbe Roma, prophetico ſpiritu p̃nunciauit, natalitium ſuæ paſſionis in illa ciuitate futurum, & uerbum præteriti temporis pro uerbo futuro poſuit. Si ergo uera ſunt quæ de penula præmiſimus, facile eſt animaduertere ꝙ apoſtolus hanc idcirco afferri iuſſerit, ut per eã apud Romanos licet pauco tempore, libertatem ſibi uendicaret, quatenus ad p̃dicandum libere quò uellet, ire poſſet, & multos ad fidem per diuerſa loca conuerteret. Ait itaq; Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, ueniens adfer tecum. Hunc Carpũ Dionyſius multum in epiſtola ad Demophilum laudat, referens quãdam ualde mirabilem eius uiſionẽ. Penulam, inquit, adfer *& libros* quos ipſe forſitan ibidem reliquerat, *maxime autem & membranas*.i. pelles ad ſcribendum (quas tamen Hieronymus aliter interpretatur) aptas.

*Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit. reddet ei dominus ſecundum opera eius. Quẽ & tu deuita. ualde enim reſtitit uerbis noſtris.*

Scias quòd *alexander ærarius*.i. faber æris uel cuſtos ærarij, *oſtendit*.i. fecit *mihi multa mala*, ſed non impune, quia *dominus reddet ei ſecundum opera eius* quæ in me operatus eſt. *quem & tu deuita*, ne tibi fiat impedimentum: quia *ualde reſtitit uerbis noſtris, & multo magis poterit reſiſtere tuis*. Non ait, ualde reſtitit nobis: ſed, uerbis noſtris.i. euangelicę prædicationi, quod multo grauius: qa non hominibus reſtitit, ſed euangelio Dei. Nec ait reddat ei dñs ſcdm opera eius, ſed reddet, qđ uerbũ pronunciantis eſt, non imprecantis. D

*In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus autem mihi aſtitit et confortauit me, ut per me prædicatio impleretur, & audirent omnes gentes & liberatus ſum de ore leonis. liberabit me dominus ab omni opere malo, & ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

Multoties, inquit, ductus ſum ante Neronem pro defenſione fidei, ſed *in prima mea defenſione*.i. qñ ante tyrannum illum prima uice defendi euangelium, *nemo*.i. nullus ex diſcipulis meis *adfuit mihi*, ut me adiuuaret coràm Nerone ad defendendum dogma Chriſtianorum, *ſed omnes me dereliquerunt* metu ſuppliciorum. *non illis imputetur* hoc à Deo, ſed ignoſcatur. Nõ orabat pro Alexandro, qui inuidentia fraternitatem oppugnando peccauerat: pro his autem qui nõ abruperant amorem, ſed timore ſuccubuerũt, orat ut eis ignoſcatur. Multum enĩ intereſt, cum poſt agnitionem dei per gratiam dñi noſtri Ieſu Chriſti quiſꝙ oppugnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiã qua reconciliatus eſt Deo, ſicut intelligitur Alexãder fuiſſe, inuidentiæ facibus agitur: & cum qs à fratre amorem non alienauit, ſed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibet, ſicut nũc diſcipuli timore Paulum deſeruerunt in prima defenſione, uel ipſi apoſtoli Chriſtum in paſſione, quem tamẽ Matt. 26. nunc deſtiterũt amare, quapropter Marc. 14. non orat pro Alexandro, qui gratiæ Dei ingratus exiſtens, ipſam gratiã impugnando, & charitatem fraternam perſequendo peccabat ad mortem: quia Ioannes dicit, Eſt peccatũ 1. Ioan. 5. ad mortem, non pro illo dico ut roget quis, ſed pro his qui nõ malitia, ſed timore ab eo receſſerunt, orat: qa idem Ioannes ait, Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare peccatum non ad mortem, Ibidem.

A petat, & dabitur ei uita peccanti nō ad mortem. Omnes(inquit)me dereliquerunt, sed *dominus astitit mihi* derelicto ab hominibus, consolando me per internam aspirationem suā, & loquendo per os meum, & mitigando furorem tyranni. *& confortauit me*.i.constantem me fecit, ut non cessarem à doctrina ueritatis, sed rationibus tyrannum potenter superarē, ut me dimitteret, *ut per me impleretur* euāgelica *prædicatio & audirent omnes gentes* non solum in Italia, sed & usq; in Hispaniam. Et ita per dominū qui mihi affuit, *liberatus sum de ore leonis*.i. à rabie leonis, q me deuorare uoluit, id est, à rabie Neronis, ne me mox interficeret. Et adhuc *liberabit me dominus ab omni opere malo*, ut nullis tormētis possim compelli ad perpetrationem mali operis: & sic martyrio cōsummatum *saluum faciet* me, perducēs *in regnum suum cœleste, cui* dño ꝓ his omnibus sit *gloria in secula seculorum*.i.in æterna secula *Amen*. Eusebius in historia ecclesiastica scribit: Festus à Nerone in Iudæam missus est succedere Felici, apud quē dicta causa, Paulus cum Luca & Aristarcho, quem concaptiuum appellat, uinctus Romam mittitur. Vbi biennio positus, uerbum Dei prædicabat, nemine prohibente. Quem tamen affuisse, ibi & defendisse se apud Neronem & rursum profectum esse ad prædicationis officium, sermo confirmat, et post hęc denuo redisse ad supradictam urbem, ubi & martyrio consummatus est: & tūc in uinculis positus, secūdā ad Timotheum scribit epistolam, in qua et de prima sua defensione, & de præsenti simul indicat passione ita: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleretur, & audirēt omnes gētes, & liberatus sum de ore leonis: B manifestissime per hæc designās, ꝗa primo quidem ut per ipsum cœpta prędicatio cōpleretur, liberatus est de ore leonis. Neronē scilicet in leone pro crudelitate significans. Pręuidens autem in spiritu consummationem suam, adiecit: Liberabit me dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suū cœleste: significans per hæc quòd esset confestim martyrio coronandus. Non igitur eo tempore quo Pauli actus in urbe Roma conscripsit Lucas, martyrio perfunctus est Paulus. potuit enim fieri, ut inimicus adhuc lenior esset Nero, & defensionem Pauli pro nostro dogmate non aspernāter acciperet. Beda quoq; in nouissimo uersu Actuum apostolorū, quo dicitur quia Paulus biennio docebat sine prohibitione, subiecit: Non solum Romę prohibitus nō est, sed necdū Neronis īperio roborato, nec in tanta erūpēte scelera, quāta de eo narrant historiæ, dimissus est ut euāgelium Christi in occidentis quoq; partibus prędicaret, sicut & ipse Romanis ait: Nunc igitur ꝓficiscar Hierusalem ministrare sanctis. & paulo post: Hoc igit̄ cū cōsummauero, proficiscar per uos in Hispaniā. Postea uero.i. ultimo Neronis anno, retentus ab eo, martyrio coronatus est. Roma.15. Quod utcunq; in secunda ad Timotheum epistola, passurus de uinculis dictans, exponit: In prima, inquiens, mea defensione &c. usq; de ore leonis, manifestissime ꝓpter crudelitatem Neronem leonem esse significans. Et in consequentibus, & saluabit me, & saluum faciet in regnum suū cœleste, quòd.s. præsens sibi sentiret imminere martyrium.

Acta.24. 25.26.27. & 28.

*Saluta Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimū autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem uenire. Salutant te Eubulus & Pudens &*

C *Linus, & Claudia & omnes fratres. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo, gratia nobiscum Amen.*

*Saluta*, inquit, *Priscillam & Aquilam* amicos meos, apud quos frequenter hospitari cõsueui. Priscilla & Aquila uxor & maritus erant, & tamen Priscilla sæpe nominatur prior. Vnde patet quòd ipsa uirum suum meritis optimis prçcesserit, licet uterq; apud deum magni meriti fuerit. *Saluta & Onesiphori domum*, quæ mihi tantam exhibuit humanitatem. Quòd si de Erasto scire uolueris ubi sit, ipse *remansit Corinthi. Trophimum reliqui* ęgrotantem *Mileti*, qui postea factus est Arelatensium episcopus. Dixi ut cito ad me uenias, & nunc dico ut *ante hyemem uenire* festines, ne rem difficultas hyemis retardet, quia forsitã me in corpore non inuenires. Romę uero morantes te *salutant Eubulus & Pudens & Linus*. Iste Linus fuit primus Romanæ sedis episcopus *& Claudia*. neq; solum isti te salutant, sed *& omnes fratres. Dominus Iesus Christus sit cum spiritu tuo*, ut per præsentiam deitatis suę custodiat mentis tuæ cogitationes, & bonam uoluntatem tuam ad omne bonum opus admittat. *Et gratia* eiusdem domini sit *nobiscum*, ut eius auxilio mala cauere & bona facere ualeatis, tam tu q̃ subditi.

Secũdæ epl'ę ad Timotheũ Finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD TITVM.

Itum apud Cretenses episcopum reliquerat Apostolus, ut uniuersam Cretam regeret & doceret. Ideo nũc per epistolam instruit eum, quales episcopos debeat ordinare, & qualiter falsos prædicatores repellere, qui legales ceremonias uolebant ĩducere. Docet enim qualiter unumquenq; debeat admonere, & instruit de spiritali conuersatione, scribens ei à Nicopoli, quę sita est in actiaco littore. D

EPISTOLAE PAVLI AD TITVM.

CAPVT I.

*Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum Dei & agnitionẽ ueritatis, quæ secundum pietatem est, in spe uitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus, ante tempora secularia, manifestauit autem tẽporibus suis uerbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia & pax à Deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.*

*Paulus seruus Dei* scribit Tito, non tamẽ seruus ea seruitute quę est ex seruili timore, sed illa potius, quę fit ex amore & casto timore. Seruus Dei est, qui peccati seruus non est. Oĩs enim qui facit peccatum, seruus est
peccati. & Nemo potest duobus do- Ioan.8.
minis. seruire. Paulus igitur qui pec Matt.6.
cati seruus nõ erat, recte Dei seruus Luc.6.
est dictus. Deus autem hoc loco pater intelligitur, uel etiam tota trinitas. Paulus est quidem seruus Dei, sed *apostolus Iesu Christi*. i. legat⁹ & princeps mediatoris. Nã quod dicitur. apostolus Iesu Christi, tale est ac si diceretur, præfectus prætorĳ Augusti Cæsaris, magister exercitus Tiberĳ imperatoris. Vt enim iudices seculi huius, quo nobiliores esse uideantur, ex regibus quibus seruiũt, & ex dignitate qua ĩtumescunt, uocabula sortiuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi uendicans dignitatem, apostolũ se Christi in titulo pręnotauit, ut ex ipsa nominis authoritate lecturos terreret, indicãs omnes qui in Christum crederent, debere sibi esse subiectos. apostolus (inqt) sum *secundum fidem electorum* Dei. i. non dissentio in apostolatu meo à fide illorum qui sunt à

Deo

A Deo non tm̃ uocati, sed electi aposto lus inq̃, sum scd̃m fidem electorũ Dei, & scd̃m fidem quæ habet *agnitionem ueritatis*. Nã saluator ad Iudæos
Ioan.8. qui in eum crediderant, est locutus: Si permanseritis in uerbo meo, cognoscetis ueritatem. Hi ergo fidem habebant, sed agnitionem ueritatis consecuti non fuerant. Agnitionem dico ueritatis *quæ secundum pietatem*. i. secundum piam religionem, quia est & aliqua ueritas, quę non habet pietatem: uelut siquis grãmaticam artem nouerit uel dialecticam, ut rationem recte loquendi habeat, et inter falsa & uera dijudicet. Sed agnitio ueritatis scd̃m pietatem, est nosse legem, intelligere prophetas, euangelio credere, apostolos non ignorare. Et hæc ueritas, cuius agnitio secundum pietatem est, *in spe uitæ æternæ* posita est, quia statim ei qui se cognouerit, spẽ tribuit ĩmortalitatis. *Quam promisit ante tempora secularia deus, qui non mentitur*. Qũo promisit, cũ hominibus utiq; promiserit, qui nõdum erãt ante tempora secularia, nisi qa in eius æternitate atq; in eius uerbo sibi coæterno, iam prædestinatione fixum erat, quod suo tempore futurum erat? uel cui promisit nisi sapiẽtiæ suæ, promittens omnes qui in illam credituri essent, habituros esse uitam æternam? Et promisit ante tẽpora secularia, uel scd̃m aliam translationem, ante tempora æterna. Ex quo iuxta historiam Geneseos, fa-
Gene.1. ctus est mũdus, & per uices noctiũ & dierum, mensium pariter & annorum, tempora constituta sunt, in hoc curriculo & tota labuntur secularia tempora, quæ cum seculo cœperunt: & ante hæc. i. anteq; mũdus cœpisset, promisit uitam æternã electis, quos nouerat futuros. Sed ante hæc mundi tempora æternitatẽ quãdam temporum fuisse credendũ est quæ uocatur æuum, quia non uariabatur mutationibus. Nam ĩter æuũ & tempus hoc distat, quod æuum quidem stabile est, tempus uero mutabile. Et ante æterna tempora. i. ante æuum promisit deus interminabilem uitam electis suis. Nam sicut le- Eccle.1. gimus, omnis sapientia à dño Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. In hac ergo sapientia quæ cum illo est ante æuum. i. ante æterna tempora, promisit ipse electis uitam ante æterna tempora. Promisit qui non mentitur, non quia possit mentiri, & nolit in falsitatis uerba prorumpere: sed qa qui pater sit ueritatis, nullum in se mendacium habeat. & quia nunq; mentiri potest, ideo sine ambiguitate credamus uera esse quę promisit: & tales nos studeamus p̃parare, ut digni simus ea percipere. Promisit quidem ante secularia uel æterna tempora uitam æternam, sed *temporibus suis*. i. cõgruis manifestauit eam. s. *uerbum suum in prædicatione*. Vitam quam promisit, manifestauit uerbum suum. Ergo uitã Ioan. 1. quam promisit, ipsa est uerbum qđ in principio erat apud patrem, & Deus erat uerbum, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, dicit q;, Ego sum resurrectio & uita. Ego sum uia, ueritas & uita. Hanc uitam & hoc uerbum manifestauit Ioã.11.14. Deus mundo temporibus cõgruis in prædicatione euangelij *quæ credita est mihi*, ut eam fideliter annunciarẽ gentibus *secundum præceptum saluatoris nostri Dei*, qui nos saluos esse uoluit, implendo quod promiserat. Paulus qui taliter est apostolus, & tanq; salutis annũciator, scribit *Tito dilecto*. i. cæteris meliori & germaniori *filio*. Sermo quippe & sapientia et doctrina, quia Titus Christi ecclesias instruebat, efficiebat eum egregiũ apostoli filium, non scd̃m carnem, sed *secundum fidem* illi & Apostolo *communem*, uel omnibus qui recte credunt

C cõmunem quæ græce dicitur catholica: quia sicut unum baptisma est, sic & una fides. Ab hac cõmuni. i. catholica fide separati sunt hęretici, qui in varios errores declinauerũt. Titus uero non scdm priuatam sectam quorumlibet taliũ, sed scdm cõmunē fidem omnium electorum filius est Apostoli, quia recte docet catholicam ueritatem, quã ab apostolo didicit. Cui Tito sit *gratia* spiritus sancti, quæ consecret omnia opera sacerdotalis officij eius, *& pax*, q̃ eum repressis hostibus & uitijs requiescere faciat, semperq́ cum Deo & sanctis angelis concordem permanere. et hoc *a Deo patre & filio eius Christo Iesu saluatore nostro.*

*Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Siquis sine crimine est unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundũ, non uinolentum, neu percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, castum, sanctum, continentem, & amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.*

Postq̃ dura Cretẽsium corda Paulus ad Christi fidem mollierat, & tã sermõe q̃ signis edomuerat eos nõ iam in Iouem, sed in Christũ credere, reliquit Titum discipulum suũ Cretæ, ut rudimenta nascentis ecclesiæ confirmaret: & siquid uideretur deesse, corrigeret, ipse pergens ad alias nationes, ut & in eis fundamentum Christi poneret. Et hoc est qđ dicit: *Gratia* .i. causa *huius rei reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas.* Cum enim dicit, ut ea quę desunt corrigas, ostẽdit necdum eos ad plenam uenisse scientiam ueritatis: & licet ab Apostolo correcti fuissent, tñ adhuc indigere correctione. Omne enim quod corrigitur, imperfectũ est. Vt ea (inquit) quæ desunt corrigas. i. ut ea q̃ à me correcta sunt, & necdũ ad plenam ueri lineã sunt redacta, à te corrigantur, & normam æqualitatis recipiant. & quia solus non sufficeres hoc facere, *constituas per ciuitates pbyteros*, id est, episcopos, *sicut & ego tibi disposui*. id est, tales, quales tibi designaui, nõ quales forte animus carnaliter uoluerit, aut homines tibi psuaserint. Vt constituas (inquit) presbyteros, & post pauca subiungit quod oporteat episcopũ sine crimine esse, ostendens q̃ idem est presbyter qui episcopus. Nam anteq̃ diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, cõmuni presbyterorum cõsilio gubernabantur ecclesiæ. Postq̃ uero unusquisq; eos quos baptizauerat: putabat suos esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeret cæteris, ad quem omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerētur. Nam & alibi scriptum est: Paulus et Timotheus seruꝰ Iesu Christi omnibus sanctis ĩ Christo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis, et diaconibus. Philippi, una est urbs Macedoniæ, & certe in una ciuitate plures episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo in tempore, quos presbyteros appellabãt, propterea indifferẽter de episcopis quasi de presbyteris locutus est. Et in Actibus apostolorum ad unius ecclesiæ sacerdotes ait: Attendite uobis & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos. Hęc idcirco diximus, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse presbyteros quos episcopos: paulatim uero, ut dissensionum plantaria euellerentur, ad unum omnem solicitudinē esse delatã. Sicut ergo presbyte-

1. Cor. 1. — Philip. 1. — Actu. 20.

A ri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei q sibi præpositus fuerit, esse subiectos. ita episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispositionis dominicæ ueritate presbyteris esse maiores, & in cõmuni debere ecclesiã regere imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Exod. 18. Videamus igitur qualis presbyter uel episcopus ordinandus sit. Constituas (inquit) per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. *Siquis sine crimine est*, illum subaudi cõstituas. Nõ ut eo tempore quo ordinandus est sine ullo crimine sit, et præteritas maculas noua conuersatione deleuerit, sed ut ex eo tempore quo in Christum renatus est, nulla criminis conscientia mordeatur. Crimen autem est graue peccatum, accusatione & damnatione dignissimum. Et prima libertas est carere criminib9. Multi quippe fideles sunt sine crimine, sine peccato autem nullus est in hac uita. Et ideo Apostolus designans quis sit ordinandus, non ait: Siquis sine peccato est. hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. sed ait, siquis sine crimine est, sicuti est homicidiũ, adulterium, aliqua imunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium & cętera huiusmodi. Cum ea homo non habet, debet autem omnis Christianus homo nõ habere, incipit caput erigere in libertatem. Et idcirco qui ordinatur, careat omni crimine, ut libera fronte possit aliorũ crimina redarguere, & nemo ualeat illi sua obijcere. Et sit *unius uxoris uir*, quã habuerit, nõ habeat. Multi superstitiosius magis quam uerius, etiam eos qui cum gentiles fuerint, & unam uxorem habuerint, qua amissa, post baptismum Christi alteram duxerint, putant in sacerdotium nõ eligẽdos: cum utique si hoc obseruandum sit, B illi magis ab episcopatu arceri debeant, qui uagã p meretrices prius exercentes libidinem, unam regenerati uxorẽ acceperint: & multo detestabilius sit, fornicatum esse cum pluribus, quam unam uxorem habuisse. Hæc Hieronymus. Augustinus autem ait: Vnius uxoris uirum acutius intellexerunt, qui nec eum, qui catechumenus uel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramẽto uidelicet agitur, non de peccato. Nã in baptismo dimittuntur. Propter sacramenti autẽ sanctitatem, sicut fœmina (etiam si catechumena) uitiata, non põt post baptismum inter Dei uirgines cõsecrari, ita nõ absurde uisum est, eum qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod cõmisisse, sed normam quãdam sacramenti amisisse, nõ ad uitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam. Ac p hoc sicut plures antiquorum patrũ uxores, significauerunt futuras ex omnibus gentibus ecclesias uni uiro subditas Christo: ita noster antistes unius uxoris uir, significat ex omnibus gentibus unitatem, uni uiro subditam Christo. Sit etiam *filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos*, hoc est, non in patris potestate. Ponamus enim aliquam bene instituisse liberos suos, & à parua ætate semper dominicis erudisse præceptis, hi si postea se luxurię dederint, & superantibus uitijs, libidini fræna remiserint, nunquid culpã eorum in patrem redundabit, et sanctitatem patris filiorũ nequitia maculabit? Nam & Isaac credẽdus est bene instruxisse filium suum Esau, qui tñ post fornicarius et profanus extitit. Gene. 25. 26. 27. Samuel quoque filios habuit, 1. Reg. 8. qui declinauerũt post auaritiam, & propter munera peruerterunt iudi-

C cium. Ergo si tunc electio fieret sacerdotum, & Isaac propter Esau, & Samuel propter filios suos indigni sacerdotio putarentur. Sed sciendum quia tam sanctum est nomen sacerdotij, ut nobis etiam ea quæ extra nos sunt posita, reputentur, non quo propter uitia nostra episcopi non fiamus, sed quo propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu arguendi sumus. Qua enim liber-
Nota. tate alienos filios corripere & do-
al. arcēdi. cere possumus quæ recta sunt, cum nobis statim possit, qui fuerit correptus, ingerere, Ante doce filios tuos? aut qua fronte extraneum corripio fornicantem, cum mihi cōsciētia mea ipsa respondeat, exhæreda ergo filium fornicātem, abijce filios tuos uitijs seruiētes? Cum autē nequam filius in una tecū domo maneat, tu audes de alterius oculo fe-
Matt. 7. stucam detrahere, in tuo trabem nō uidens? Nō itaq; iustus polluitur ex uitijs filiorum, sed libertas ab Apostolo ecclesiæ principi reseruatur, ut talis fiat, qui non timeat propter uitia liberorum extraneos reprehendere. Vnde & considerandū aduersus eos qui de episcopatu intumescunt, quia nō statim omnibus his meliores sunt, quicunq; episcopi non fuerint ordinati, cum nonnulli idcirco ad sacerdotium non peruenerint, quia eos liberorum uitia impedierint. Si
Nota. autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent, quanto magis se unusquisq; cōsiderans, debet retrahere ab hoc nō tam honore q̄ onere, & non ambire alienum locū, quem magis digni debēt occupare? Solent & per filios opera designari, ut ille intelligatur debere ordinari, qui in propria potestate habet opera sua, ut nulla subrepentium uitiorum labe sinat ea maculari. Ideo (inquit) dixi ut ordinetur, siquis sine crimine est, quia *oportet episcopum esse sine crimine, sicut dispensatorem Dei*, qui est si- D ne peccato, ut domini sui puritatem in aliquo imitetur, q̄m non sua sunt quæ præstat, sed Dei qui dispensat. Et oportet eum esse *non superbum*, i. nō tumentem uel placentem sibi quod episcopus sit, sed quasi bonum uilli cum id requirerem quod pluribus ꝓsit. oportet esse et *non iracundum*. Iracundus est, qui semper irascitur, & ad leuem responsionis auram quasi à uento folium mouetur. Et reuera nihil est fœdius præceptore furioso, ut cum debeat esse mansuetus, patiens & sapiens, toruo uultu & trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem et ruborem uariata, clamore perstrepat: & errantes non tam ad bonum retrahat, q̄ ad malum sua sæuitia ꝓcipitet. Neq; uero qui aliqñ irascit, iracūdus est, sed qui crebro hac passione superatur. Oportet & *non uinolentum* esse. Quale enim est, episcopū uidere uinolentum, ut sensu occupato uel exaltet risum contra grauitatis decorem, uel labijs dissolutis cachinnet, uel paululū tristis quasi cuiusdam rei fuerit recordatus, īter pocula in singultus prorumpat, & lachrymas seu quid aliud amērius faciat? Vbicunq; saturitas & ebrietas fuerint, ibi libido dominat. Specta uentrem & genitalia. nam iuxta ordinem membrorum est & ordo uitiorum. Dehinc additur, *non percussorem* oportere esse sacerdotem. Quod quidem & simpliciter intellectum, ædificat audientem, ne facile manū porrigat ad cædendum, ne in os alterius uerberandum in sanus erumpat. Melius est autem, ut nō percussorem illum dicamus, qui mansuetus & patiens, scit in tempore quid loquendum sit, quid tacendum, nec sermone inutili conscientiam percutit īfirmorum. Non enim Apostolus ecclesię principē formant uetat esse

A pugilem, & corporeis ictibus alios corporaľr lædentem, quod etiam in plebeio & quocunq; Gentili si fuerit, reprehendiť. sed hęc ut diximus, ne cõtumeliosus et garrulus perdat eum, quẽ potuit modestia & lenitate corrigere. Oportet etiam hũc esse *non turpis lucri cupidum*, ut nõ cupiat aggregare pecuniã: sed hñs uictũ atq; uestitum, his cõtentus sit. Hucusq; qualis nõ debeat esse episcopus uel presbyter Apl̃i sermo descripsit: & nunc ecõtrario, qualem oporteat eũ esse ostendit. *Sed hospitalẽ*, inqt, *benignũ, sobrium, iustum, castum, sanctum, continentem, & amplectentem &c.* Ante oĩa hospitalitas futuro episcopo denũciaľ. Si.n. oĩs homo audire desiderat, Hospes fui & suscepistis me, quanto magis episcopus cuius domus oĩum commune esse debet hospitium? Laicus enim uel duos aut paucos recipiẽs, impleuit hospitalitatis offm̃: episcopus uero nisi omnes receperit, inhumanus est. Sit etiã benignus, ut benigne diligat omnes: & qcqd boni potest tam corporaľr q̃ spiritaliter, impendat. Sit & sobrius, ut corporalis ebrietas longe sit ab eo, nec sensum eius mũdana cupiditas, uel ira, seu quodlibet aliud uitiũ inebriet, sed acuto sensu dijudicet oĩa, sicut uir spiritalis. Iustus quoq; sit, ut iustitiam in populis qbus pręest exerceat, reddens unicuiq; quod mereť, nec accipiat ꝑsonam in iudicio. Inter laici autem & episcopi iustitiam hoc interest, quo'd laicus potest apparere iustus in paucis: episcop⁹ uero ĩ tot debet exercere iustitiã, quot subditos habet. Sit etiam castus. Si enim laicis imperatur ut ꝓpter orationem abstineant ab uxorum coitu, quid de episcopo sentiendum est, qui pro suis populiq;' peccatis illibatas Deo oblaturus est uictimas? Quomodo igitur hospitalitas & benignitas atq; iustitia præcipua esse

Mat t.25.

1.Cor.2.

1.Cor.7.

debet in episcopo, & inter cunctos B laicos eminens, sic & castitas ꝓpria &(ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere ĩmundo se abstineat, sed etiã à iactu oculi & cogitationis errore, mens confectura Christi corpus, sit libera. Vnde & additur, ut sit sanctus. Sanctitas enim, quantum secundum nos, Nota. est dicenda ab omni inquinatione libera & perfectissima & incontaminatissima puritas. Sit etiam cõtinẽs non solũ ab uxoris amplexu, sed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam conciteť, ne illum tristitia dejiciat, ne terror agitet, ne lætitia ĩmoderata subtollat. Continentia enim nõ solum in carnis opere & in animi concupiscentia, sed in omnibus rebus est necessaria, ne honores indebitos appetamus, ne accendamur auaritia, ne ulla passione superemur. Ad extremum sit amplectens *eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem*, ut quomodo sermo Dei fidelis est et omni acceptione dignus, sic & ille talem se præbeat, ut omne quod loquitur, fide dignum existimetur, et uerba ipsius sint regula ueritatis, ac desiderio charitatis amplectatur huiusmodi sermonẽ, quo possint audientes doceri, *ut potens sit in doctrina sana exhortari eos ad bene agendum.* Sana doctrina dicitur, ad distinctionẽ languidæ infirmęq;' doctrinæ. potẽs sit *& arguere eos qui contradicunt*, id est, hæreticos uel Iudęos & seculi istius sapiẽtes, siue etiam malos catholicos, qui moribus cõtradicunt, id est, nõ loquendo, sed male uiuendo. Nam præcipiť illis ut non fornicentur, & fornicanť: præcipitur illis ut non rapiãt, & rapiũt: sicq;' cętera mala à qbus ꝓhibentur, faciũt: & ita nõ lingua, sed uita semp doctrinæ sanctæ cõtradicũt. Superiora qdem quæ in epi uirtutibus posuit, ad uitam pertinent, hoc uero quod ait, ut potens

C sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere, ad opus prædicationis refertur. Quia si episcopi tantum sancta sit uita, sibi potest prodesse sic uiuens: porrò si doctrina & sermone fuerit eruditus, pôt cæteros quoque instruere: nec solum suos instruere, sed aduersarios repercutere: qui nisi refutati fuerint atque conuicti, facile queunt simplicium corda puertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertiæ se & ocio ac somno dantes, putāt peccatū esse si scripturas legerint, uel negligūt eas legere: & eos qui in lege domini meditant die ac nocte, quasi garrulos inutilesque contemnunt, non animaduertentes Apostolum post catalogum conuersationis episcopi, etiam doctrinam similiter præcepisse.

Nota.

Psal. 1.

*Sunt enim multi & inobedientes, uaniloqui et seductores, maxime autem qui de circūcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta: Cretenses semper mēdaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. Quā ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mādatis hominum auersantium se à ueritate.*

Ideo qui ordinat episcopus, debet esse potens arguere eos qui cōtradicunt: quia *sunt multi*, latam uiam quæ ducit ad perditionem, ambulantes, *& diuinis mandatis inobedientes*. Qui ergo futurus est ecclesiæ princeps, habeat eloquentiā cum uitæ integritate sociatā, ne opera absque sermone sint tacita, uel dicta factis deficientibus erubescant, maxime qa sunt nō pauci, sed multi, nec acquiescentes, sed inobedientes. *uaniloqui*. i. uanas sectas prædicantes: *& seductores*. i. alios à ueritate in errorem post se trahentes. sed illi *maxime* sic agunt, *qui sunt de circumcisione*. i. qui ex Iudæis ab baptismū uenerūt, nec carnales obseruantias legis diseruerūt. hi tunc tpis nascentē Christi ecclesiā subuertere nitebant & introducere legalia præcepta. Nam sine scripturæ authoritate garrulitas eorum non haberet fidē, ubi uiderent puersam doctrinā suam diuinis testimoniis roborare, *quos oportet redargui*. i. tales homines doctores ecclesiæ debent rōne scripturarum superare, & silentiū illis imponere pōdere testimoniorum, *qui* non unam uel paucas *domos*, sed *uniuersas* cum dominis familiisque *subuertunt*. i. à statu fidei subruunt, *docentes ea quæ non oportet* ob grām *turpis lucri*. i. quasi sub specie cōsulendi, agentes negociū decipiendi ppter pecuniæ quæstum docent ea quæ nō oportet. i. ciborum differētias, & ocium sabbati iandudū aboliti, atque circuncisionis iniuriam. & utinam zelo fidei talia docerent. ex parte. n. aliqua posset eis ignosci, atque dici quod æmulationem Dei haberent, sed non scdm scientiam. Sed qa uenter est Deus ipsorum, turpis lucri grā uolunt proprios facere discipulos, ut quasi magistri à sectatoribus alant, sine pecunias accipiant. Possumus & aliter itelligere turpe lucrū, qa omnes hæretici dum peruersa docent, lucratores hominū se solent asserere, cum non lucrū sit, sed perditio, animas interficere deceptorum, Ecōtra qui errantem fratrem suū iuxta euangeliū corripuerit, si fuerit ille conuersus, lucratus est eū. Qd. n. maius uel pretiosius lucrū esse pōt, quam si humanam aīam quis lucretur? Omnis igit doctor ecclesiæ, qui ad Xpi fidem recta rōne persuadet, honestus lucrator est. Et oīs hæreticus qui fraudolentis sermonibus hoīes fallit, loquit quæ non oportet turpis lucri gratia. Sequit: Dixit quidam ex illis &c. Quantum ad textū sermonis & cōtinentiam loci pertinet hoc, quod ait, Dixit quidam ex illis proprius eorum ppheta, uidet ad eos referri, de quibus præmissum est,

Roma. 10.

Philip. 3.

Matt. 18.

A Maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docētes quæ nō oportet turpis lucri gratia: ut sequatur, dixit quidam ex illis ꝓprius eorum propheta. Cretenses semꝑ mendaces &c. Sed quia in nullo prophetarum qui apud Iudæā uaticinati sunt, hic hæxameter uersus reperitur, κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, referatur (si placet) ad superiora, ubi dictum est, reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas: ut sequatur, dixit quidam ex illis proprius eorum propheta. i. Cretensium. Quia uero multa in medio sunt, et hoc absurdum fortasse uidetur ideo cum his superioribus: quæ minora sunt, aliter aptandū est, ut legamus. Sunt enim multi & inobedientes, uaniloqui & seductores, maxime aūt qui de circuncisione sunt: quos .s. multos & inobedientes uaniloquos & seductores, cum his qui de circuncisione sunt, oportet redargui qui uniuersas domos subuertunt, docentes quę non oportet turpis lucri gratia. *Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces*, ut id quod dictum est, ꝓprius eorum ꝓpheta, non specialiter ad Iudæos & eos qui de circūcisione sunt, referatur: sed ad multos & inobedientes, uaniloquos & seductores: qui utiq; quia in Creta erant, Cretēses, fuisse credendi sunt. Qui ꝙ uaniloqui sunt, quidam proprius eorum propheta sic prænunciauit, Cretenses semper mendaces. Et qđ sint seductores atq; domos subuertant, ita subnexuit *malæ bestiæ*. Et qđ tpalis lucri grā doceant ea quæ non oportet, ita subiecit, *uentres pigri*. Mendaces qppe sunt & malę bestię et uentres pigri, qa falsa persuadent, & ferarū ritu sanguinem sitiunt deceptorum, & non cum silentio operātes suum panem manducant, quorum Deus uenter est & gloria in cōfusio ne ipsorum. Dicitur autem iste uersus B in Epimenidis Cretensis poetæ oraculis reperiri, quem nunc Apl's siue alludens ꝓpheta̅ uocat, q.d. tales Christiani tales merent̄ habere prophetas, qūo prophetas Baal et quoscunq; ociosos prophetas scriptura cōmemorat: siue uere, quia de oraculis scripserat atq; r̄nsis, q̄ & ipsa futura prenūcient, et ea q̄ uentura sunt, multo ante prædicant. Deniq; tpe illo extabat oraculorum titulo prænotatus liber qdam Epimenidis: quem, quia uidebat̄ diuinū aliquid repromittere, propterea Apl'm arbitror inspexisse, ut uideret quid in eo ꝓmitteret̄, & in tempore usum uersiculo scribētem ad Titum, qa erat Cretæ, ut falsos doctores Cretēsiū proprio insulæ suæ authore contereret. Non tñ totū opus Epimenidis, quod de oraculis scripserat, per unū uersiculū confirmauit: sed Cretenses tantū mendaces uitio mentis īcrepauit ob ingenitā mentiendi facilitatē, de propriæ gentis eos authore confutans. Nam nemo est tam sicarius, tā parricida, tam ueneficus, qui non aliqđ boni aliqñ fecerit. Ergo si unum bonū illius uidētes laudauerimus, necesse erit ut & cætera quę male agit, laudem⁹: absit. & si inimicus aduersum nos iurgitet et clamitet, non ne inter uerba simultatis & rixę aliqđ loqt̄ ueritatis, qđ & à nobis quoq; aduersum quos loqtur, non usquequaq; reprehenditur? Sic & Epimenides non ideo uera dixit oīa, quę in carminibus eius cōtinentur, qa cęteræ res fallaces sunt, sed in eo tantūmodo uerum, locutus esse ꝓbatur, qa ingeniti Cretensiū mendaciǰ uitium expressit, & eos malas bestias pro crudelitate, & uentres pigros ꝓ comesatione & ociositate uocauit. Vnde Apl's cōsiderate & circūspecte loquens, adiūxit: *Testimonium hoc uerū est* Non totum carmē de quo testimo-

Philip. 3.

Epimenides

Hiere. 2.3

C nium sumptum est, non uniuersum opus, sed tantū hoc testimoniū, hic uersiculus. Nam qui in una tantum poematis parte cōsensit, cætera cōfutasse credendus est. Verū est (inqt) testimonium hoc, qa tales sunt Cretenses, quales illos esse testatur, licet non omnes. *Quam ob causam*, id est, qa tales sunt, *increpa illos* non molliter, ut soles, sed *dure*. i. dura eorū corda penetret increpatio dura, *ut sani sint in fide*, id est, ut mens eorū nō infirmetur in fide, sed cōualescat & omnē languorem perfidiæ procul repellat à sua fide. Sani inquā sint in fidei puritate, quæ nullo tabescit languore pfidiæ, *non intendentes Iudaicis fabulis*, quas magistri Iudæorū sine authoritate scripturarū, & sine ulla assertione rōnis docent, *& mandatis* non Dei, sed hominū .i. Iudæorū humana tantū & carnalia sapientiū, *auersantium se à ueritate* spiritalis intelligentię. Siqs post aduentum Christi cōciditur, non circunciditur, sed Iudaicis seruit fabulis, & mādatis hominū auersantiū se à ueritate. Non. n. qui in manifesto Iudęus est, neq; q̄ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in occulto Iudæus est, & circūcisio cordis in spiritu, non litera. Siqs pascha agit, nō in azymis synceritatis & ueritatis, ut exterminet ex anima sua omne uetus fermentū malitiæ & neqtiæ, iste attendit fabulis & sequitur umbras ueritate neglecta. Siquis nō resurgens cum Christo, nec quærens ea quæ sursum sunt, sed quę sup terram sūt, dicit, ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; attrectaueritis, quæ sunt oīa in interitu ipso usu, secundum præcepta & doctrinas, hominum, iste fabulis est intentus, & obseruat mādata hominum umbram tenentium & ueritati terga uertentium. Vnde & subditur.

Roma. 2.

1. Cor. 5.

Colos. 3

Colos. 2.

*Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* D

Quia superius dixerat, sunt enim multi & inobedientes, uaniloqui et seductores, maxime qui de circuncisione sunt, & de his qui ab eis seducti fuerant, consequenter addiderat, icrepa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes iudaicis fabulis, & mandatis hominū auersantium se à ueritate, & putabāt inter cibos esse distantiam, ut aliqui mundi & aliq essent imundi, propterea nunc subiungit: *Omnia munda mundis*, id est, oīa ciborū genera secūdū naturam sunt munda, & apud illos nihil habent imunditiæ, qui in Christum credūt, & sciunt oēm creaturā Dei bonam esse, & nihil abijciēdum quod cum gratiarū actione percipitur. Mundis qdem mūda sunt oīa, sed *coinquinatis*, id est, carnaliter legē intelligentibus *& infidelibus*, id est, tempus gratiæ à legis ipe non discernētibus, *nihil* ciborū *est mundum*, qa & his quæ respuūt, & his quæ sumunt, non sancte nec iuste utuntur: *sed inqinate sunt* fœtore infidelitatis *& mens*. i. ratio *eorum & cōscientia*. i. cordis arcanū. Propterea ēt quæ munda sunt per naturā, eis immunda fiunt, qa pro qualitate uescētium et mundum mundis, & imundum cōtaminatis fit. In nobis itaq; est uel munda comedere uel immūda. Si enim mundi sumus, munda nobis est creatura. Si autem immundi & infideles, fiunt nobis uniuersa immunda, uel propter inhabitātem in mente nostra hęresim, uel propter conscientiam delictorum. Nihil est talibus mundum, qui tantum uoce *confitentur se nosse Deum*, sed *factis negant* eum, *cum sint abominati*, id est, ab humanitate destituti bestialiter uiuendo, *& incredibiles*, id est, indigni qbus debeat credi, quia toties sunt in mendacio

A dacio deprehensi. Hi, quorum polluta est mens & cōscientia, Deū uerbis cōfitent, factis autem negant, iuxta illud Esaię. Populus hic labijs me honorat, cor eorꝫ longe est à me. Quomodo enim qs labijs honorat & corde recedit, ita sermone Deum qs confitens, operibus negat. Talis quisqꝫ merito dicitur abominatus, id est, nulla ueritatis ratione persuasus: & incredibilis. i. nolens credere diuinis præceptis, ut eis obediat: & ad omne opus bonū reprobus, quo scilicet etiam ea quæ naturali bonitate superatus forte bona fecerit, nō sint bona, dum mentis peruersitate sunt reproba. Tales enim aut praua sunt quæ faciunt, aut recta opa non recto corde sectantur. non. n. de suis operibus retributiones perpetuas, sed transitorios fauores quęrūt, uel hæretico sensu quæ operanē faciūt. Aestimant qdam in eo tantum negari Deum, si in persecutione qs à Gētilibus cōprehēsus, se negauerit esse Christianum. Ecce Apl's omnibus factis quę peruersa sunt, Deum asserit denegari. Deus charitas est, & p odium negaē charitas. Christus sapientia est, iustitia, ueritas, sanctitas, fortitudo, & his similia: per insipientiam negatur sapientia, per iniquitatem iustitia, per mēdacium ueritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatē animi fortitudo. Et quotiescunqꝫ uincimur uitijs atqꝫ peccatis, toties Deum negamus: sicut ecōtrario quoties boni quid agimus, toties Deum cōfitemur. Nec arbitrandum est, in die iudicij illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum negauerunt, sed per omnia opera & sermones atqꝫ cogitationes, Christus uel negatus negat, uel confessus confitetur.

Esa. 29.

1. Ioan. 2.

CAPVT II.

*Tu aūt loquere quæ decent sanam doctrinā. Senes ut sobrij sint, pudici, prudētes, sani, in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut uiros suos ament, filios suos diligant: prudentes, castas, sobrias, domus curā habētes, benignas, subditas uiris suis, ut nō blasphemetur uerbū Dei. Iuuenes similiter exhortare, ut sobrij sint in omnibus. Teipsum præbe exēplū bonorū operum in doctrina, in integritate, in castitate, in grauitate. uerbū sanum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, uereatur, nihil habēs malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse in omnibus, placentes, non cōtradicētes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam salutatoris nostri Dei ornent in omnibus.*

B

Ephes. 6. Colos. 3. 1 Pet. 2.

Illi docent (ut supradictū est) quę nō oportet. sed tu loquere ea quę decet ut loquaris, id est, sanam doctrinam quę nullum erroris aut uitiorum in se languorē habeat, sicut hæreticorꝫ uel philosophorꝫ doctrina: quę dum ab alijs uitijs retrahit, sępe ad alia ipellit. Sola. n. christiana doctrina ab omni languore uitiorꝫ & errorꝫ sanat. Generalr Apl's Tito pceperat, qd ipse deberet loqui ad cūctos, in eo qđ ait, *Tu aūt loquere quæ decent sanam doctrinam,* & nunc per singulas species qd unāquāqꝫ ætatem deceat, exponit. Primū senib⁹ uiris cōueniētia demōstrat, deinde anus qd deceat, tertio q̄ adolescentibus apta sint, tam maiorib⁹ q̄ꝫ fœminis, licet in præcepto mulierum uetularꝫ de adolescētib⁹ fœminis mādata subiecerit, ut non tam ipse doceret adolescētulas, q̄ꝫ qd à uetulis docerentur, exponeret, extremo de seruis præcipit. Et per singulas ætates atqꝫ cōditiones sic decenter præcepta cōstituit, ut sermo eius uitę morūqꝫ sit regula. Loquere, ingt, ea quæ decet ut tu loquaris, qui doctor ecclesię Xpi constitutus es, uidelicet *ut senes sint sobrij* i. in cibo & potu rēperati, ut ætatis grauitas morꝫ grauitatē habeat, & modū seruare sciat, & sint *pudici,*

C ne in ultima ætate luxurient, ne iam frigido ad libidinē sanguine exēplo sint adolescentibus ad ruinā, & sint *prudentes* in respōdēdis uel cauēdis malis, & eligendis atq; faciēdis bonis, ut cum solerti discretione faciāt oīa. sint & *sani in fide* ut nullo infidelitatis
Haba.2. uel perfidię languore infirmenť, sed
Roma.1. sint ualentes in fide, sicut iustus qui
Hebr.10. ex fide uiuit, & sicut Abraham qui
Roma.4. non infirmatus est fide, nec in repromissione hęsitauit diffidētia, sed cōfortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens quia quęcunq; ꝓmisit, potens est & facere. & sint *sani in*
Deute.6. *dilectione*. Sanus est in dilectione, qui
1.Cor.13. Deū diligit ex toto corde, & ex tota aīa, & ex tota mēte, & ꝓximū tanq̄ seipsum. Qui sanus est in dilectiōe, non æmulať, non inflatur, non agit perperam, nō inhoneste, non ad iracundiā concitať, non cogitat malū, non gaudet sup iniqtate: congaudet aūt ueritati, oīa sustinet, oīa credit, oīa sperat, oīa pręstolatur. Languor aūt dilectionis est, qñ abūdante ini
Matt.24. quitate refrigescit charitas. Hoc fri
2.Reg.13. gore charitatis & Amnon in sorore sua Thamar obriguit. Timendū ergo, ne forte et nos hac īfirmitate charitatis aliqñ tabescamus. Nōnunq̄ .n. euenit, ut primū à nobis in uirginem aut in quālibet fœminā sit sancta dilectio, & cū mollita mens fuerit in affectus, paulatim sanitas charitatis, languore pallescat infirmari incipiat, & diligentē ad extremam mortē ferat. Vnde Timotheo caute præcepit Apl's, ut exhorteť adolescētulas in omni castitate. Oīs.n. castitas in carne & spiritu & aīa est, ne scādalizetur oculus, ne in pulchritudine uultus fœminei pendeamus, ne blāda nos audire uerba delectet, ne ad singulos sermones mēs prius dura marcescat. Caueant ergo nō solū iuuenes, sed et senes, ne p sanitatē dilectionis introeat morb⁹ charitatis: D & per amorē sanctū fiat non sancta dilectio, quę illos ptrahat ad gehennā. Sint & sani *in patientia*, ut nullo lāguore impatientię uel murmurationis infirmenť, cū ptulerint aduersa: sed glorienť in tribulationib⁹, et om Iacob.1.
ne gaudiū existimēt cū in tribulationes uarias inciderint. *Anus similiter* docete. Quāuis apl's Petrus moneat, ut uiri uxoribus suis tanq̄ infirmiori uasculo honorē tribuant, non tñ arbitrādū est, φ uxor quę corporis uasculū habet infirmū, statim & aīa in firmior sit. Vnde & nunc ꝑcipiť eis, 1.Cor.12.
ui in ipsis quoq; illud Apli cōpleať, Virtus ī īfirmitate perficiť. & dicitur ut & oīa habeant, quę senibus uiris sunt pręcepta cōmuniter, in eo.s. qđ ait, anus simil'r: hoc est, ita ut uiri senes, in oībus sobriæ sint & pudicæ atq; prudentes & sanę in fide & dilectione & patiētia. Et pro sexu suo hoc habeāt propriū, ut sint *in habitu sancto*, ut ipse quoq; earū habitus & uestitus & incessus atq; motus & uultus ac sermo & silentiū, quandā sacri decoris præferāt dignitatē. Et qa hoc gen⁹ mulierculaȝ solet esse garrulū, ideo subditur, *non sint criminatrices* .i. de alijs male loquentes, ne ipsæ q̄ adolescentiā iam transgressę sunt, de adolescentulaȝ ætatibus disputent, & dicāt illa sic ornatur, illa sic comitur, sic ꝑcedit, amat illū, amať ab illo, cū etsi hæc uera sint, non tā apud cæteros debent īfamare, q̄ ipsam secrete Xpi charitate corripere: & magis docere ne faciat, q̄ in publico accusare quod fecerit. Solēt aūt hę qtates, qa corporis frixere luxuria, licet q̄dam nec pudice fiant, uino sedare pro libidine. Vnde à nimio potu uini prohibētur, qa quod in adolescē- Nota.
tib⁹ libido, hoc in senibus ebrietas est. & expresse dicitur, *nō uino multo seruientes*. Seruitus .n. q̄dam est & extrema conditio, uino sensus hoīs occupari, & suū non esse, sed uini. Quia

A Igitur docuit quales primo anus esse deberent, & post illa quæ cum senibus uiris hñt cõmunia, & propria eorum exposuit, ut in habitu honesto & sancto sint, nec aliarum criminatrices nec uino propriosſensus occupantes, nunc cõsequenter doctrinæ eis frena pmittit, ut cum tales fuerint, docendi habeãt libertatem, ut.s. sint *bene docentes*. i. ea quæ bona sunt, *ut doceãt prudentiam*. i. discretionem boni & mali, ut bonum fiat et malũ caueatur.
1.Timo.2. & hanc prudentiã doceant *adolescentulas*, licet.n. alio loco dixerit, docere aũt mulieribus non pmitto, sic intelligendũ est, ut in uiris sit illis doctrina sublata. Cæterum adolescẽtulas doceãt quasi filias suas, *ut ament uiros suos, & diligant filios suos*. Quæ doctrina est amare uiros, cum hoc non in eloquio docentis, sed in corde amãtis sit cõstitutũ? Vult ergo eas amare uiros suos caste, uult inter uirũ & mulierem esse pudicã dilectionẽ, ut cũ pudore & uerecundia & quasi necessitate sexus reddat potius debitũ uiro, quam ipsa exigat ab eo, & operã liberorum ante oculos Dei & angelorum pperare se credat. Filios aũt ita diligũt, si eos in Dei disciplina erudiãt. Cæterum nolle eos cõtristare docendo quæ bona sunt, et libertatem tribuere peccandi, nõ est amare filios, sed odisse. Doceãt & uetulę iuuenculas esse *prudentes*, ut licet corpore sint adolescentes, mente tñ per prudẽtię acumen sint bene callentes, & doceant eas esse *castas*, quia aduersus castitatẽ magis in ætate florenti pugnat inimicus, & uirtus eius oĩs contra fœminas in umbilico uentris est, & *so-*
Iob.40. *brias*, ne per ĩmoderatã potationẽ magis incalescãt ad libidinẽ. & *habentes curam domus*, & diligenter oĩa pcurent quę sunt in domo: *& benignas*. i. mites & clementes, quia poterat euenire ut diligentia domus austeritate regeretur, & per hoc Apłi pręceptum seuerior matrona fieret in seruulos, ideo B copulauit benignas, ut tũc se crederet mariti domũ bene regere, si hoc benignitate ĩpetraret á seruulis, non terrore. Doceant eas & *subditas esse uiris suis*, ne forte diuitijs & nobilitate tumentes Dei sñiæ nõ meminerint, per quã subiectę sunt uiris, ait enim mulieri: Sub uiri ptãte eris, & ipse Gene.3. dominabitur tui. In quo cõsiderãda est scripturæ sanctæ prudẽtia, quia nõ uiro dominus ait, Dominaberis uxoris tuæ, sed ipsi mulieri dixit, quia uir dominabitur tui ut illi præmiũ relinqueret obsequelæ, dum in ptãte eius est, si Dei uelit obedire pcepto, ut seruiat uiro et subdita sit marito, ut.s. & quodãmodo esset libera seruitus & dilectionis plena, ideo seruiẽs uiro, quia metuit eum offendere. Cum uero caput mulieris uir sit, caput aũt uiri Christus, quęcunque uxor 1.Cor.11. nõ subdit uiro. i. capiti suo, eiusdem Ephe.5. criminis rea est, cuius & uir, si non subijcit Christo capiti suo. ideo sint subditæ uiris, *ut non pp eas blasphemetur uerbum Dei*. Verbũ.n. Dei blasphematur, uel dum contemnit & p nihilo ducitur prima Dei sñia, uel dum infamat Christi euangelium: quia cõtra legem fidemque naturæ est, si ea quæ christiana est & ex Dei lege subiecta uiro, imperare ei desiderat, cũ & Gẽtiles fœminæ uiris suis seruiãt cum cõmuni lege naturæ. *Iuuenes similiter exhortare*. Sicut in eo quod supra præcepit, dicens habitu sancto similitudinem anuũ diximus ad senes esse referendã, ita nunc in eo quod dicit, iuuenes simił exhortare, similitudinẽ iuuenũ ad anus, & per anus ad senes arbitramur aptandã, ut senũ habeãt sobrietatẽ, & sint pudici ut illi, atque prudentes & sani in fide & dilectione & patientia, anuũ aũt sanctitatẽ habeant, neque criminatores sint, nec uino multo seruientes, sed bene docentes. Proprium aũt habeant, *ut sint*

C *in omnibus sobrij*.i. modum tenentes & nullã superfluitatem sectantes, sicut sæpe consueuerunt iuuenes. Vel secundũ alios codices, pudici sint in oĩbus, tam.s. mente q̃ corpore, tam opere q̃ cogitatione, ut nulla sit in adolescente suspicio turpitudinis. Hęc sicut hactenus digesta sunt, doce: & ut doctrina tua sit efficax *præbe teipsum exemplum bonorum operum*.i. ita uiue, ut sis oĩbus forma bene uiuendi, & qui te uiderint, legant in operibus tuis uelut in libro qd agere debeant. Nihil.n. prodest, aliquẽ exercitatum esse in dicendo & ad loquẽdum triuisse linguam, nisi plus doceat exemplo doctrinę q̃ uerbo. Deniq; qui impudicus est, q̃uis disertus sit, ad castitatẽ audientes cohortetur, sermo eius est infirmus ac authoritatem non habet cohortandi: sicut econtrario, quãuis sit rusticanus & tardus ad loquẽdũ, si castus fuerit, exẽplo suo hoies potest ad uitę similitudinem impellere. Prębe (inquit) teipsum exẽplum *in doctrina*, ut alĳ exemplo tuo quæ recta sunt doceãt: & *in integritate*, ut integritas animi tui nec amore laudis hominum corrũpaẽ, nec acceptione pecuniaꝝ, nec qualibet alia re, similiterq́; cæteri exẽplo tuo seruent incorruptã mẽtis integritatẽ. Et *in castitate*, ut alĳ exẽplo tuo castitatem custodiãt. Vel in integritate ĩtemerati corporis, ut & alĳ exemplo tuo uirginitatis ĩtegritatem perpetuo seruẽt, & in castitate cæteri qui uirgines nõ sunt, ut uel post amissionem integritatis, seruẽt mũditiã castitatis. Ex hoc Titũ æstimo priusq̃ carnis ope occuparetur, euangelio credentẽ accepisse baptisma, & uirginẽ pmãsisse: & ideo nũc ab aplo ut in integritate formã sui præbeat, cõmoneri. Quam in qdem in-

1.Tim.4. tegritatẽ in Timotheo nõ uidemus. Nam cũ ei diceret, Nemo adolescentiã tuã contẽnat, sed exemplũ esto fidelium uerbo, in cõuersatíone, in charitate, in fide, in castitate, de integritate tacuit, & tantũ posuit castitatẽ. D

Castitas aũt & ĩ cœlibatu absq; uirginitatis integritate põt intelligi. *&* *in grauitate* sis exemplũ cæteris, ut grauitas maturitatis in sermone, in incessu tuo atq; in moribus semp tuis appareat. & *uerbum* tuũ præbe *sanũ, irreprehensibile*, ut sermo tuæ prędicationis uel ẽt cõmunis locutionis, nec ullum habeat in se languorẽ uitioꝝ, nec possit ab aliquo reprehẽdi. Non quo, ullus tantæ facundiæ & prudẽtię sit, ut à nemine reprehẽdaẽ. reprehenduntẽ.n. apli & euangelistę ab hęreticis & Gẽtilib⁹, sed quò nihil dignũ reprehensione dicat uel faciat, licet aduersarĳ sint ad reprehẽdendũ parati. Vel scd̃m alios codices, uerbo sano & irreprehensibili præbe te exemplũ fidelibus, & hoc ita fac, *ut his qui ex aduerso est*.i. qlibet ĩfidelis ac liuidus, *uereatur* in nos dentẽ inĳcere, *nihil habens malũ dicere de nobis*.i. nihil mali ĩueniens qđ de nobis dicat.i. uitæ & doctrinæ nr̃æ sanitate pterritus, nõ audeat nos accusare: hoc ẽ, nihil uerisimile in accusatione cõfingere. & reuera usq; hodie qdã in nonnullis ecclesiis, quanq̃ rarius ĩueniantẽ, tantæ sunt, grauitatis & cõtinentię, ut & ab aduersarĳs habeãt testimoniũ. Nemo.n. & tam ĩmoderatę impudẽtiæ, ut solis radios possit accusare tenebrosos, & claꝝ lumen caligine noctis offundere. Potest is qui ex aduerso est, & diabolus ĩtelligi, qui est accusator fratrum nostroꝝ, ut in Apocalypsi Ioannis legimus.

Apoc.12 Qui cum nihil ĩuenerit mali quod obĳciat nobis, erubescet crimiator, & non poterit criminari. Diabolus enim criminator interpretatur. *Seruos etiam* doce *dominis suis subditos esse*, ne occasione spiritualis libertatis quã in Christo cõsecuti sunt, erigantur contra carnales dominos suos, sed

A humiliter eis subijciantur *in omnibus.* Qm̃ saluator qui ait, Venite ad me omnes q laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos nullam cõditionem uel ætatem aut sexum à beatitudinis accessu repellit, ideo nunc apostolus eius et seruis pręcepta cõstituit .s. ut parti ecclesiæ mẽbrisq; Christi: et qũo superius quid Titus senes & anus & adolescentulas ac iuuenes docer̃ deberet, exposuit, ita nunc quæ pręcepta seruis tradat, ostendit. Primum, ut subditi sint dominis suis in omnibus, in his uidelicet quæ non sunt cõtraria, ut si carnalis dominus ea iubet quæ non sunt Deo contraria, subijciatur seruus dño: si autem contraria præcipit, magis obediat spiritus ꝙ corporis dño. & sint *placentes.* quod ex græco significat ut complaceãt sibi, ne uidelicet super conditione sua ui deatur eis Dei iniqua sententia. Sed qũo pauper iuxta mensuram suam saluari potest, et mulier in sexus infirmitate à regno Dei non excludit̃, & omnis conditio secd̃m ordinẽ suũ beatitudinem adipisci potest, ita & serui complaceant sibi ꝙ serui sunt, & non idcirco putent se Deo seruire non posse, quia subiecti sunt hominibus: sed in eo placere se credãt uolũtati Dei, si & dominis suis subditi fuerint in omnibus, & complacuerint sibi in conditione sua. *Et non* sint *contradicentes* mandatis dominorũ suorum, quia solet esse maximũ seruorum uitium dominis contradicere, & cum aliquid iusserint, mussitare. Sed à Christianis seruis auferẽda est huiusmodi passio. Si .n. quæ dñs iperat, necesse habet seruus implere, cur hoc ipsum non cum bona faciat uoluntate, sed & dñm offendat, & tñ faciat quod iubetur. Neqꝫ sint *fraudantes*, quia & hoc uitium solet esse seruorũ, ut dominis suis fraudes faciant, furando res eorũ & infideliter illis seruiendo. Nõ sint ergo C fraudantes .i. fraudulenter ex rebus dominorum aliqua minuentes, *sed in omnibus fidem bonam ostendentes*, ut appareat eos fideliter in omnibus agere. Et hoc ideo, *ut doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Si .n. apud carnales dños in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora cõmitti. Ornat autem doctrinam Dei, qui ea quæ conditioni suæ apta sunt facit: ediuerso confundit eam, qui non est subiectus hominib⁹, cui conditio sua displicet, qui cõtradictor atqꝫ fraudator in nullo fidẽ bonam ostendit. Qũo enim potest fidelis esse in substantia Dei .i. in doctrina eius, qui carnali dño fidem exhibere non potuit? uel hoc quod additur, ut doctrinam Dei ornent in omnibus, non solum ad seruos referendum est, sed & ad omnes superius nominatos, ab eo loco ubi dictum est senes ut sobrij sint: quatenus scilicet ut senes & anus & adolescentulæ & iuuenes atqꝫ serui, ornent quasi margaritis operibus bonis doctrinam Dei nostri.

Matt. 11.

Act. 4.

*Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria, sobrie et iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.*

Post catalogum doctrinæ ad Titũ, ubi descripserat, quid senes, quid anus, quid adolescentulas, quid iuuenes, quid ad extremum seruos admonere deberet, recte nunc addit qa *apparuit* uel illuxit *gratia Dei saluatoris omnibus hominibus.* Non est .n. aliqua differentia liberi & serui, græci & barbari, circuncisi & pręputium habẽtis, uiri & mulieris: sed cuncti in Christo unum sumus, uniuersi ad regnũ

C Dei uocamur, omnes post offensam patri nostro recōciliandi sumus nō per merita nostra, sed per gratiā saluatoris, uel quod Dei patris uiuens & subsistēs gratia ipse sit Christus, uel quod Christi Dei saluatoris hęc sit gratia, & nō nostro merito salua-
Psal. 155. ti sumus, scdm quod alibi dictū est, Pro nihilo saluos facies illos. Ideo serui bene uiuendo debent ornare doctrinam Dei, quia gratia Dei, per quam doctrina possit impleri, apparuit omnibus hominibus. Et cum omnibus, utiq; seruis. Vel ideo debes omnis ætatis & sexus & conditionis homines ad bene uiuendum monere, quia gratia Dei saluatoris, id est, gratis datus nobis filiꝰ patris, humanum genus saluare uolentis, apparuit per fidem omnibus hominibus, senibus & iuuenibus, maribus & fœminis, liberis & seruis, nullumq; a sua cognitione exclusit. Vel gratia Dei saluatoris .i. gratia dñi Iesu Christi, genus humanum gratis per baptismum saluare cupiētis, apparuit per illuminationē euāgelij omnibus hominibus, nullū excipiens, nullum qui cordis oculos aperire uelit, præteriens. Gratia dico *erudiens nos*.i. ex rudibus prouectos faciens, & perfecte instruens nos, ut abnegemus impietatem. i. infidelitatem paganorum & perfidiam hęreticorum, & secularia desideria.i. cupiditates uoluptatum huius seculi, quę decipiunt multos chatolicorū. Impietas.n. est, ubi fidei pietas non est, secularia uero desideria sunt, quę a mundi istius principe suggerūtur: & cum sint seculi, cum seculi huius nube pertranseunt. Qui impius antea fuit, si cōuersus ad Christum factus est pius, iste impietatem abnegauit. Si luxuriosus quisq; ad continentiam uitam mutauit, abnegauit seculi desideria. Si auarus quisq; ambire iam desijt, & largiri didicit pro-

D pria, qa aliena rapiebat, abnegauit desideria seculi. Nam qui esuriūt & Matt. 5.
sitiunt iustitiam, qui gaudia patriæ cœlestis appetunt, isti uidelicet illecebrosa desideria præsentis seculi q̃ assequebantur, iam abnegauerunt. *abnegantes* ergo *impietatem & secularia desideria, uiuamus in hoc seculo* tam fragili *sobrie & iuste* contra seculi desideria, *& pie* cōtra impietatem. Sobrie autem, quantum ad nos, & iuste erga pximū, & pie erga Deū, Sobrie.i. tēperāter uiuamus ut modū seruemus & a uitijs nos abstineamus: & iuste, ut opera iustitiæ per obseruantiam mādatorum Dei faciamus: & pie, ut in fidei pietate perseueremus, siue piū cor erga compassionem afflictionis proximorum habeamus. nos dico, *expectantes* pro his *beatam spem* supernæ retributionis.i. expectantes beatitudinem quam pro bonis speramus. Hanc abstinentiam in tempore præsentis uitæ uelut in quadragesima debemus omnes obseruare. Ieiuniū enim magnum & generale est, abstinere ab erroribus & illicitis seculi uoluptatibus, ut abnegantes impietatem & secularia disideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Huic ieiunio subnectitur merces dum ait, simus expectantes beatam spem. In hoc igiť seculo quasi quadragesimā abstinentiæ celebramus, cum ab impietate & illicitis uoluptatibus abstinemus, & bene uiuimus. Sed qa hic abstinētia sine mercede non erit, expectamus illam spē beatitudinis. Non ergo in pręsenti Matt. 25.
uita retributionem quæramus, sed toto corde simus expectantes beatam spem æternæ remunerationis, *& aduentum gloriæ magni Dei*, qñ ueniet in nubibus cum uirtute magna & gloria, & cognosceť magnus deus, qui in primo aduentu uisus est paruus homo. Expectemus aduentum huius magni dei *& saluatoris nostri Iesu*

A Christi, quia qui magnus deus reprobis sentietur, nobis saluator esse dignabitur. Est & ordo sensuũ: Expectemus aduentum gloriæ Iesu Christi magni Dei & saluatoris nostri. Quem idcirco debemus expectare & salutem ab eo sperare, quia non aliud pretium *dedit pro nobis*, qui tenebamur à diabolo capti, sed *semetipsum* qui tantus est, ut pretioso sanguine *nos redimeret*, quia eius eramus. Nam aliena dicimur emerẽ, nostra uero redimere. Redimeret nos *ab omni iniquitate*, ut nulla iam iniquitas nobis dominaretur. i. nullum peccatũ, sicut

1.Ioan.3 Ioannes ait, Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. *& mundaret sibi populum*. i. ut non solum à iugo diaboli et iniquitatis nos redimeret, sed & mũdaret nos, abluendo sordes peccatorum nostrorum in baptismo, & sic faceret nos populum sibi *acceptabilem* uel (sicut in græco habetur) peculiarem, populum dico, *sectatorem* siue ut græcus habet, æmulatorem *bonorum operum*. Redemit ergo nos sanguine suo, ut sibi Christianum populum peculiarem & acceptũ faceret, et horũ sectator esset, ut ĩ his pseueraret.

*Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.*

Hæc quæ dicta sunt de apparitione gratiæ & abnegatione impietatis, et ꝙ dñs seipsum dedit redemptionẽ pro nobis, ut nos liberaret ab iniqtate, & mundaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum, *loquere* ignorantibus, *& exhortare* scientes ut ita uiuant, *& argue*. i. cõuince contemptores uel resistentes.

Nota. Et hæc age *cum omni imperio*. i. cum spe riosa authoritate. Imperij nomine non dominationem potentiæ, sed authoritatem suadet uitæ. Cum imperio quippe docetur, ꝙ prius agitur quam dicatur. Nam doctrinæ fiduciam subtrahit, qñ conscientia prępedit linguam. Non ergo es potestatem claræ locutionis, sed fiduciam insinuat bonæ actionis. Vnde & de domino scriptũ est: Erat. n. docẽs sicut potestatem habens, & non sicut scribę & pharisæi. Singulariter nãq; ac principaliter solus ex potestate bona locutus est, quia ex infirmitate mala nula cõmisit. Ex diuinitate quippe potentiam habuit, id qđ nobis per humanitatis suæ ĩnocẽtiam ministrauit. Ob hoc & iubetur Titus & loqui, & exhortari, & arguerẽ cum omni imperio, quia ualde mitis erat, & propter nimiam lenitatẽ poterat sermo eius ĩefficax esse, nisi per authoritatem imperij feruentius iuberetur. Quòd autem imperij nomine (sicut præmisimus) authoritas uitæ principaliter designetur, ex eo declaratur, quod protinus additur: *Nemo te contemnat*. i. nolo te talem exhibeas, ut merito possis ab aliquo cõtemni. Vel nemo te contemnat. i. nemo eorum qui in ecclesia sunt, te segniter agẽte sic uiuat, ut se putet esse meliorem, & te despiciat uelut inferiorem. Qualis. n. ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem? Vnde nõ solum episcopi, presbyteri & diacones debent magnopere prouidere, ut cunctum populum cui præsident, conuersatione & sermone pręcedant, sed & ĩferior gradus, exorcistę, lectores, ędituí, & omnes omnino qui domui Dei seruiũt: qa uehemẽter ecclesiã Dei destruit, meliores laicos eẽ ꝙ̃ clericos. Nota.

Matt.7. Marc.1.

CVPVT III

*Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminẽ blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.*

Quia superius dixerat, tũ seruos dominis suis subditos eẽ dẽbere, putaret forsitan aliquis, quòd illi qui non essent de seruili conditione, ne

C mini deberent esse subditi, & ideo nunc dicit: *Admone illos*, licet à seruili conditione sint alieni, sīt *subditos esse*.i. ut sint subditi principibus .i. regibus quę prima & maxima sunt ppli capita: *& potestatibus*.i. ducibus, consulib⁹, tribunis & similibus, qui potestatē super alios habēt. Ob hoc etiam fortassis ista iubet, quia Iudæ Galilęi p illud tēpus adhuc dogma uigebat, & habebat plurimos sectatores, cuius et in Actibus apostoloꝝ fit mentio. Qui inter cætera hoc quasi probabile proferebat ex lege, nullū debere dnm nisi solum deum uocari, & eos qui ad templum decimas defferent, Cæsari tributa non reddere. Quæ hæresis tm̄ creuerat, ut & Phariseorum & populi partem multā conturbaret, ita ut ad dnm quoque nostrum referretur hæc quęstio, licet tributū dare Cæsari an non? Qui bus ipse prudenter cauteq; respondens: ait Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Cui respōsioni nūc Apl's cōgruēs, docet pricipib⁹ et potestatib⁹ credētes debere esse subiectos, etsi sint īfideles, qbus īdignū se subdere iudicabant, & dicto eorū obedire, ne oporteat illos uiolentia cogi. & quia poterat his qui tormenta formidant, occasio ad negādum dari, dū iuxta apostoli pcepta assererent se principib⁹ & potestatibus esse subiectos & facere quod iuberent, propterea subiūxit, *admone opus bonum paratos esse*. Si bonum est (inquit) quod iubet imperator aut præses, paratus sit obedir̄ iubenti. Si uero malum est & cōtra deum, qđ pręcipit, responde ei, quia obedire oportet deo magis q̄ hominibus Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud dominos, & de uxoribus apud uiros, & filijs apud parētes, siue carnales, siue spirituales q̄ in illis tm̄ eis debeāt subijci, quæ contra Dei mandata non fuerint. Potest & ita distingui, dicto obedir̄ ad omne opus bonum, ac deinde alius sensus sit, paratos esse. Paratos autē esse, ut omnia quęcunq; euenire possunt, sibi in animo præfigurent: & cum acciderint, nihil quasi nouum sustineant, sed præparati sint ad omnia. Admone illos *neminem blasphemare*, quia plebs sępe detrahit rectori suo & male loquitur de eo. Sed nec fideles peruersum principē blasphemar̄ debent, ne premantur & affligantur ab illo. Non tamen simpliciter accipitur, neminem blasphemare. Neq; ait, neminem hominem blasphemare sed absolute, neminem.i. non hominem, non angelum, non aliquam creaturam Dei. Omnia qppe à Deo facta sunt bona ualde, nec omnino Christi discipulis conuenit, ut aliquem blasphement aut maledicāt. *Non litigiosos esse, sed modestos*. Si enim sumus filij pacis, & uolumus sup nos pacem requiescere, & accessimus ad Hierusalem cœlestem, quæ ex pace nomen accepit, cum his qui oderūt pacem, habeamus pacem: & quantū in nobis est, cū oibus hoībus pacati simus, non solum cum modestis, sed & cum rixosis, qa nulla uirtus est ferre mansuetos, locumq; demus iræ. Non ergo decet Christianos esse litigiosos, sed modestos.i. temperatos, ne prorumpētes in irā, blasphement aliquem, uel infidelem appellent canem, uel diaboli filium, nec aliquid huiusmodi per iram dicant, uel faciāt. Et *ostendentes omnem mansuetudinem*, ut non solum in corde sint mansueti.i. mites & tractabiles, sed & foris aperte demostrent omnem mansuetudinem in incessu suo atq; in uerbis & operibus suis. Hanc ostendant non ad quosdam, sed *ad omnes homines*. tam bonos q̄ malos: ad bonos, ut perficiant: ad malos, ut resipiscant. Non quo uanæ gloriæ desiderio nos esse mansuetos omnib⁹ hominibus

Margin notes: Actuū.5. — Matt.22. — Marc 12. — Luca 20. — Actuū.5. — Psal.119

A hominibus ostēdere debeamus, sed quia dum omnes ferimur, & iniuriæ uicem non rependimus, ipsa opera notiora fiant uniuersis. Potest aliqs ob iactantiam & opinionem uulgi autemq; popularem, simulare apud quosdam mansuetudinem & fingere bonitatem: sed ubi non est uera et germana & solida mansuetudo, nescio an eum esse mansuetum possit omnibus persuaderi.

*Eramus enim aliquando & nos insipientes et increduli, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.*

Idcirco neminem blasphemare debent, nec contra quenq; litigare, sed modestiam seruare & mãsuetudinē omnibus ostendere, quia & hi qui nūc peruerse uidētur agere, forsitan conuertentur à prauitatibus suis, sicut & nos conuersi sumus. Nam *& nos eramus aliquando* .i. olim seu qñq;, *insipientes* .i. sapientiam diuinæ cognitionis non habentes: *& increduli*.i. nō credentes quod de Deo credendum est: & *errantes* .i. credentes qđ de Deo
Esaiæ.5. non est, putantes lucem tenebras, et tenebras lucem, putātes falsum qđ uerum est, & uerū quod falsum est. Et eramus *seruientes* .i. obedientes *desiderijs* nostris quia post concupiscentias nostras ibamus, & illicita desideria sequebamur, satisfaciēdo illis prout poteramus: *& uoluptatibus uarijs* seruiebamus.i. uoluptatibus carnis & uoluptatibus gulæ, ac uoluptatibus mollium uestimentorum, & similium rerum. Nos dico, *agentes in malitia*, quantum ad alios .i. actionē malam contra alios exercentes: *& in inuidia*.i. in maleuolētia: quia si malum fecere non poteramus, maleuoli saltem & īuidi quod poteramus, alijs eramus, malum eorum desiderantes & bonum ipsorum detestantes: quia ideo eramus *odibiles*.i. habiles ad odiēdum, hoc est, digni ut odiremur ab alijs: *& odientes inuicem*, quia
& nos odiebamus alios, & alij odiebant nos. Tales non solum fuere gētiles ante fidem, sed & Iudæi nō credentes post domini resurrectionem, postq; uidelicet clamauere. Crucifige crucifige eum. &, Non habemus regem nisi Cæsarem. &, Sāguis eius super nos et super filios nostros. Ex eo tempore fuere insipientes .i. sapiētiam Dei quę Christus est, non habētes: et increduli.i. nolentes credere Christum in carne uenisse: & errātes.i. pro Christo Antichristum expectantes, atq; carnalibus desiderijs ac uoluptatibus seruientes, & cætera quę describuntur agentes. An nō insipiens erat Saulus & incredulus & errans, qñ æmulationem Dei habebat, sed non scđm scientiam, & persequebatur ecclesiam, & lapidantiū Stephanum uestimenta seruabat, cū in tm̄ odium cōtra Saluatorem instigatus exarserat, ut literas à sacerdotibus acciperet, pergens Damascum ad eos qui in Christum crediderant, uinciendos? an æstuātem flāmam uoluptatum restinguere poterat, cum non esset templū Dei? Quæ autem maior potest esse malitia & inuidia, q̄ contra absentes epistolas sumere, & ubiq; Christi uastare discipulos, nolle seipsum saluū fieri, et cæteris qui salui esse poterant, inuidere, odisse Christianos, & cōsequēter ab omnibus odium pmereri?

Lucæ.23. Ioan.19. Matt.27. Actuū.7. Actuū.9.

*Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorē nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.*

Tales fuim⁹ ante Christi notitiā, quales descripsimus: ideo merueramus damnationem, sed per Dei gratiā in Christi cognitione reperimus

C salutem. nam saluos nos fecit, *cum apparuit*. i. qn̄ illuxit nobis, *benignitas*. i. largitas exhibitionis misericordiæ, *& humanitas*. i. affectus misericordiæ Dei patris *& saluatoris nostri*. benignitatem uidelicet uocat exhibitionem operum diuinæ misericordiæ: humanitatem uero, ipsum bonum affectū eiusdem misericodiæ. Et dicitur humanitas in Deo ad similitudinē nostri. Nam ille apud nos dicitur humanus, qui humanitus et misericorditer erga homines afficitur: qa humanitas ipsa misericordiæ est affectus. Secundum fidem & intellectū nobis apparuit humanitas & benignitas Dei saluatoris, qn̄ comperimus deum patrem esse miseratorem & misericordem. Et tunc saluos nos fecit, qui nostris meritis eramus pditione digni. Non. n. *ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos*, processit hæc salus, qa nulla opera iustitiæ feceramus, unde salutem meruissemus. *sed ipse secundum misericordiam suam saluos nos fecit*, non scd̄m merita nostra nobis hanc salutem dedit: *per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti*. i. per baptismū ī quo regenerati et renouati sumus, adueniēte in nos spiritu sancto, per quem data est nobis peccatorum remissio. Spes quidem futuræ salutis, non ipsa salus quæ promittitur, data est nobis baptismo: & tn̄ quia certa spes est, tanq̄ iam data esset, eadē saluos, inquit, nos fecit Alio uidelicet loco dicit, quia spe salui facti sumus Nondum ergo re, sed iam certa spe saluos nos fecit. i. salutem ęternam corporis & animę nobis dedit per lauacrum regenarationis & renouationis spiritu sancti. i. p ablutionem baptismi, in quo sumus à peccatorum sordibus loti, & iterū post carnalem generationem spiritaliter generati, ac uetusto homine deposito renouati per spiritū sanctum, ut nunc iterum perciperemus in baptismo nouitatem īnocentiæ, quam D pceperamus in primo parēte priusquam peccasset, ac deinceps ambularemus in nouitate uitæ. quem spiritum sanctū deus pater *effudit in nos*, id est, extra fudit in nos, qui adhuc foris à paradiso sumus exules, ut maior eius super nos clementia mōstraretur. Effudit, uidelicet *abunde*. i. sufficienter ad remissionem omniū peccatorum & ad dationem uirtutum. Vel abunde. i. abundantem spiritalibus donis suis, & hoc fecit *per Iesum Christum saluatorem nostrum*. i. per operationem Iesu Christi, qui sanguine suo saluos fecit nos à peccatis nostris, & saluos adhuc faciet ab omnibus malis. Ad hoc effudit pater in nos. i. in interiora nostra hunc spiritum, ut iustificaremur per eum, & *iustificati* non nostris meritis, sed *gratia ipsius* patris, uel spiritus sancti, *simus iam secundum spem heredes uitæ æternæ*. etsi nondum secundum rem, id est, hæreditario iure iam nunc possideamus in spe certa uitam æternam.

*Fidelis sermo est. Et de his nolo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse qui credunt deo. hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita, sunt. n. inutiles et uanæ.*

*Fidelis est* iste sermo quem præmisi, ut iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur scd̄m spem uitæ æternæ. Dignus est uidelicet fide sermo de hęreditate Dei, & de spe uitæ æternæ. *Et de his uolo te confirmare*. i. de his supradictis uolo te non dubium esse, sed certum, & ut credant cæteri, confirmare te illos. i. ut tu cōfirmes alios de his prędictis, de gratia, de iustificatione, de hæreditate, de spe uitæ ęternæ, & his similibus. Vel uolo te confirmare de his. i. uolo ut confirmando loquaris de his, & uehementer hæc asseras, ita ut qui te audierint, credant tibi, & curent præesse, id est, studeant alios pręire *bonis operi*

Roma. 8.

A bus. Qui uidelicet hæc uera esse crediderint, necesse est ut curam habeant bonorum operum, per quam hæreditas Dei & spes uitę præparatur æternæ. Curent bonis operibus præesse alijs .i. summa cura & maximo studio laborent agere bona opera, unde præbeant alijs exemplum bene operandi, & hæc agere sic studeant *qui credunt Deo*, ut fidem operib⁹ adornent quia *hæc sunt bona*, id est, iusta & sancta, & sunt utilia .i. utilitatem æternę remunerationis tribuentia hominibus. De his (inquam) uolo ut confirmes Deo credentes, quia bona sunt & utilia: *stultas autem quæstiones* deuita, quia econtra uanę sunt & inutiles. stultæ quæstiones sunt, ubi euidenter apparet stultitia, sicut in multis hæreticorum interrogationibus, quas de Christo uel de alijs rebus faciunt ad deprecationem catholicorũ. sed huiusmodi quæstiones deuita. *& genealogias* .i. computationes generationum, quas Iudæi faciunt, qui in eo se iactant & putant legis habere notitiam, si nomina teneant singulorũ & ab Adam usque ad extremum Zorobabel, omnium generationes memoriter uelociterque percurrunt, atque in supputatione annorum & in referendis nepotibus, abnepotib⁹, auis, pro auis, atauis, doctores se credũt.
Nota. *& contentiones* deuita eorum, qui per argumentationes artis dialecticæ non ratione, sed stomacho litigantium disputant, in hoc diebus ac noctib⁹ uacantes, ut uel interrogent, uel respondeant, uel dent propositionem, uel accipiant, assumant, cõfirment, atque concludant. Si igitur illi hoc faciunt, quorum proprie ars cõtentio est, quid debet facere Christianus, nisi omnino fugere contentionem? *& pugnas quoque legis deuita*. Frequenter enim accidit ut habeamus pugnas legis nõ ob desideriũ ueritatis, sed ob iactantiam gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti uolumus æstimari, aut certe ex hoc rumusculo turpia sectamur lucra. Quid n. prodest spumantibus labijs & latratu garrire canũ, cum simplex & moderata respõsio possit te placare, si uera est, aut si falsa, leniter à te & placabiliter emendari? Occasione legis oriebant alter cationes, dum alij dicerent à quibusdam cibis abstinendum esse, quoniam sic fuerat in lege præceptum: & alij responderent in euangelio esse concessum, dicente dño. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: & alijs cõtendentibus totam ipsam legem oportere carnaliter intelligi et seruari, alijs uero respondentibus & dicẽtibus, non iam carnaliter, sed solummodo spiritaliter eam debere seruari & intelligi. Sed huiusmodi quæstiones & genealogiæ & contentiones & pugnæ ideo sunt uitandæ, quia *sunt inutiles* .i. nec dicentibus nec audientibus prosunt *& uanæ* .i. inanes, quia tantũmodo speciem scientiæ habẽt.

*Hæreticum hominem post unam & secũdam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus.*

Hæresis græce ab electione dicit, quod unusquisque scilicet id sibi eligat, quod ei melius esse uideat. Vnde Stoici, Peripatetici, Academici & Epicurei, illius uel illius hæreseos appellabantur. Hæreticus ergo est, qui generalis ecclesiæ doctrinam deserens, errorem sibi peruersi dogmatis eligit, quem specialiter sequatur. Et ideo hæreticus, quia homo est humana tm̃ sapiens, & de Deo scd̃m humanas rationes disputans. Sed iste debet corripi, & si in errore pdurauerit, caueri, sicut & dominus pessimos doctores arbitrio suo dimittendos præcipit, sciens eos difficulter ad ueritatem posse trahi: Sinite, inquit, illos, cæci sunt & duces cæcorum. Inde est quod & apostolus

C nunc hæreticum iubet uitari. Nō solum, inquit, prædictas quæstiones & genealogias caue, sed & *hæreticum hominem deuita post unā & alteram correptionem*, uel cōmonitionē. Quasi dicat: Si, uides aliquem à fide errantem, cōmone illum rationabiliter, ut catholicam teneat fidem: & si distulit, adhuc seuerius corripe illum de erroris sui prauitate. Non uidelicet sufficit tm̄ semel eū corripi uel cōmoneri, sed & secūda est ei adhibēda correptio, ut in ore duorum uel trium te-

2.Cor.13. stium stet omne uerbū. Si bina cor-

Deute.17. reptione uel cōmonitione noluerit resipiscere, ulterius iam illum deuita, nō habens cum illo participationem aliquam uel societatem, nec admonens eū, *sciens quia subuersus est*. Qui uidelicet semel bisq́ correptus, audito errore suo, non uult corrigi, errare æstimat corrigentem: & econtrario se ad pugnas & iurgia uerborū parans, eum uult lucrifacere à quo docetur. Qui ergo *huiusmodi est*. i. tam peruersi erroris & tam prauæ obstinationis, subuersus est. i. à contemplatione supernorum uersus ad subteriora intuenda, ut terrena semper intueatur, & nihil nisi terrenum & infernum sapiat. & delinquit. i. derelinquit magis ac magis ueritatem, *cum sit proprio iudicio condemnatus*. i. corpore simul & anima damno sempiternę damnationis deditus. Qui propterea suo iudicio dicitur esse cōdēnatus, quia fornicator, adulter, homicida & cæteri criminosi per sacerdotes de ecclesia propelluntur: hæretici autem in seipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedētes. Quæ recessio, propriæ conscientiæ uidetur esse damnatio. Inter hæresim autem & schisma hoc distat, quod hæresis peruersum dogma habeat, schisma uero propter episcopalem dissensionem ab ecclesia se separet. Nullum tamen schisma est, quod non sibi aliquam confin- D gat hæresim, ut recte ab ecclesia recessisse uideatur.

*Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina uenire ad me Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legis peritum & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.*

Hęc interim quę scribo serua. & *cum misero ad te Artemam uel Tychicum, tunc festina uenire ad me Nicopolim*, ut & alibi prędices, quia *ibi statui*. i. firmiter pro posui *hyemare*. i. in hyeme morari. Di Supra.1.
ctum est in exordio istius epistolæ, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quę desunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, ut quia Cretenses nuper crediderant, recedēte Paulo & ad alias ecclesias proficiscente, non dimitterentur orphani, sed haberēt apostolicum uirum, qui ea quę uidebantur deesse, corrigeret. Quia ergo post fundamētum aliarum ecclesiarū necessarius erat Titus, qui ędificiū substrueret, scribit ei ut cum Artemam uel Tychicum, unum scilicet è duobus qui secum fuerant, Cretam misisset, q im pleret locum eius, ipse Nicopolim ueniret, ibi se hyematurū contestās. Ex quo paternos affectus Pauli in Cretenses, à quibus idololatrię semina primum pullulauerant, probamus. Necessarium habēt Titum in euangelij ministerium, tamen nō eum ante ad se uult uenire, nisi in locū eius Artemas uel Tychicus successor aduenerit, cuius doctrina & solatio Cretenses confoueantur. Nicopolis ipsa est quę ob uictoriā Augusti, quod ibi Antonium Cleopatramq́ superauerit nomen accepit. νικόπολις uidelicet gręce, quasi uictorię ciuitas dicitur Latine. Dixi, uenias ad me & antea *præmitte Zenam legis peritum & Apollo ita solicite, ut nihil desit illis*. i. ut nullis careāt necessarijs, sed

secum

A fecum afferant, quæcunque illis necessaria, quoniam nõ est mihi facultas procurandi eos. Hic innuit se pauperem esse, nec terrenis rebus colligendis inhiare. De hoc Apollô dictum est Corinthijs: Vnusquisque uestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollô, ego uerò Cephæ. Fuit autẽ uir Alexandrinus ex Iudæis, ualde eloquens & doctus in lege, episcopus Corinthiorum, quem propter dissensiones quæ in Corintho erant, ad uicinam insulam Cretam, cum Zena legis doctore putandũ est trãsfretasse: & Pauli epistola dissensionibus Corinthiorum temperatis, rursus Corinthũ remeasse. Zenam uero legis peritũ uel doctorem, de alio scripturæ loco, qui fuerit, nõ possumus dicere, nisi hoc tantũ quòd ipse apostolicus uir fuerit, obtinens id operis qđ Apollo habuerit, Christi ecclesias extruendi. Præcipit itaque Tito, ut quoniam de Creta ad Græciã nauigaturi erãt, non eos faciat mar supijs indigere, sed habere ea quæ ad uiaticum necessaria sunt. Et quia poterat suboriri occulta responsio, ut nõ tam Titus quàm quicunque epistolæ lector hoc diceret, Et unde Tito ut uiaticũ non habentibus largiref, soluit hãc quæstionem, & quasi nihil sibi opponat elidit, dicendo: *Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.* Nostros, suos uocat, qui in Christũ crediderunt: qui, quia Christi erant, rectè et Pauli & Titi appellari merebãtur, habẽtes uidelicet uictum & uestitum, his contenti erant. Et ne forsitan uel epistolam Pauli uel præceptum Titi facile contemnãt, infructuosos uocat, quicunque euangelistis nõ ministrauerint. Non sint, inquit, infructuosi. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur et in ignem mittetur. Qui ergo sanctis prædicatoribus necessaria nõ uult tribuere, arbor infructuosa est, & ob suam sterilitatem combustione digna. Litera sic legitur: Illos pmitte. Sed & nostri. i. illi quos ego ad Christum conuerti, & tibi diutius instruendos reliqui, discant te docente, præesse bonis operibus eorum ad usus necessarios, id est, parati esse semper ministrare prædicatoribus eorum quæ necessaria sunt. Vel discant præesse, id est, cæteros præuenire in bonis operibus, factis ad necessarios usus prædicatorum, ut non sint infructuosi, nõ ministrãdo eis necessarios sumptus.

1. Cor. 1.
Act. 18.
2. Timo. 6.
Matt 3.

B

*Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide, Gratia Dei cum omnibus nobis Amen.*

*Salutant*, inquit, *te*, id est, salutem tibi imprecant, *omnes qui sunt mecum.* Vel solita cõsuetudine usus est, ut Titũ ab omnibus qui secum erãt, diceret salutari, uel certe propriè in Titum, quòd talis esset ut amorem eorum qui cũ Paulo erant, omnium mereref. Magna uidelicet est laus Titi, per Paulũ ab omnibus salutari. Illi, inquit, te salutant, & tu ex nostra parte *saluta eos qui* apud Cretam *nos amant in fide*, non in carne. Neque enim omnis qui amat, amat in fide, sed multi sunt qui amant absque fide. amãt quippe & matres filios, sed non amant in fide. & uxores maritos, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide diligit, intantum ut etiam si ille qui diligitur, in fide non sit, tñ sanctus in fide eũ diligat. Ideo. n. in fide diligit, quia credit in eum, qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum esse mercedẽ: & infidelem quẽ diligit, ea intẽtione diligit, ut efficiaf fidelis. Deinde Tito & cæteris qui cũ eo erant, imprecaf grãm Dei, dicẽs: *Gratia Dei cũ omnibus nobis sit, Amẽ.* Et quomodo Isaac patriarcha benedixit filiũ suum Iacob, et ipse Iacob duodecim patriarchas, Apři quoque ingredientes domum dicebant. Pax Gene. 27.

C huic domui: et si digna erat domus, requiescebat pax domini sup eam: si uero se exhibebat indignā, reuertebatur ad eos qui eam fuerant imprecati: ita & nunc in fine epistolæ suæ Apostolus gratiā credētibus imprecatur, quæ cum uoto habebat effectū, & erat in potestate credentiū, si talem se benedictus, qualem benedicens imprecabatur, pbere uoluisset.

Gene. 49. Matth. 10. Luce 10.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

P Hilemoni familiares literas mittit Apostolus à Romano carcere, p seruo eius Onesimo rogans, qa rem ipsius furatus fuerat, & eo ne comprehenderetur Romam fugerat, sed ibi familiaritatem Apostoli consecutus, baptismū Christi perceperat, & intantū se correxerat ac doctrinam apostolicā didicerat, ut idoneus Christi prædicator efficeretur. Ideoq́ ueniam à Philemone intēdit illi Apls impetrare, remittens eum cum hac epistola.

EPISTOLA PAULI AD PHILEMONEM.

*Paulus uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, et ecclesiæ, quæ in domo tua est: Gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

*Paulus uinctus Iesu Christi* scribit Philemoni. In eo quod nomē suum præmittit celeberrimū, innuit ei qd' tanto uiro denegare, non debeat qd' expetit. Aplm uero se non dicit, qa cū impetrare ueniam intendat, uerba tantū blandiētia oportet eū ponere, nō nomen authoritatis pręferre. Nō imperat, sed orat. Maioris tñ uideť supercilij, uinctum Iesu Christi se dicere q̄ aplm. Gloriabanť. n. apli q̄ digni fuerant p noīe Iesu Christi cōtumeliā pati. Sed necessaria est authoritas uinculorum. Rogaturus. n. pro Onesimo, talis rogare debuit, q posset impetrare qd' posceret, & mentione suorū cruciatuū Philemonem ad misericordiā flecteret, ne ei dolorem super dolorē adderet, si ueniā Onesimo denegaret. Non oīs aūt qui uinctus est, Iesu Christi uinctus est: sed ille tantum, q pro Christi noīe & p eius confessione uincula patiť, sicut sanguis effusus ille tantūmodo martyrem facit, qui p Christi noīe funditur. Scribit igiť ad Philemonē Romæ uinctus in carcere, quo tpe uidētur ad Philippenses & Colossenses & Ephesios epistolæ esse dictatę. ad Philippēses illa ex causa primū qd' cū solo Timotheo scribit qd' in hac epistola facit. Dehinc qd' uīcula sua manifesta dicit facta pro Christo in omni prætorio. Qd' sit aūt prætoriū in ipsius epistolæ fine significat: Salutant uos oēs sancti, maxime aūt q de domo Cæsaris sunt. A Cæsare uidelicet missus in carcerem, notior familiæ eius factus, psecutoris domū Christi fecit ecclesiā. Porrò & ad Colossenses principiū ē simile, Paulus apls Iesu Christi p uoluntatem Dei et Timotheus frater. Et in fine dicit, memores estote uinculorū meorū: Es idem Onesimus q nunc Philemoni cōmendatur, ēt plator eiusdem eplę fuit. Sic uidelicet legimus: Quæ circa me sunt, oīa uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister & conseruus in dño, quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat q̄ circa uos sunt, & cōsoleť corda uestra, cū Onesimo charissimo et fideli fratre, q est ex uobis. Hic auťē Philemō, ad quē hęc epla scribitur, Onesimi dñs est, imo frater esse cœpit ī dño, & ad Colossenses: referiuc

D Acto. 5. Philip. 4. Colos. 1. Colos. 4.

A ꝙ Onesim⁹ ex eis sit, unde ratio nos ipsa et ordo deducit, qđ & Philemō Colossensis sit, & eo tpe cōmunem ad oēm ecclesiā Onesimus epl'am tu lerit, quo priuatas & sui cōmendatrices ad dñm lr̄as sumpserat. Est et aliud indiciū, qđ in hac eadem epl'a & Archippus noīat, cui hic cū Philemone scribit. Dicite, inqt, Archippo: Vide ministeriū qđ accepisti in dño, ut illud impleas. Qđ est ministeriū qđ Archippus accepit a dño? ad Philemonē legimus, & Archippo cōmilitoni nr̄o: ad Ephesios ēt scribit se uinctum in dño, & in fine dicit: Vt sciatis quæ circa me sunt, oīa nota uobis faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa me sunt, et consolet corda ur̄a. Tychic⁹ aūt is est, qui & ad Colossenses cū Onesimo mittit: & eo tpe Onesimum habuit comitē, quo Onesimus ad Philemonem lr̄as pferebat. In quarum principio Paulus sibi Timotheum adiūgit, ut epl'a maiorem haberet authoritatē, quę nō ab uno scribebatur, et Philemon non solū pp Apl'm, sed pp Timotheum qui sibi familiaris erat, faceret quod rogabat. Paulus *& Timotheus frater scribunt Philemoni dilecto*, & qa dilectus est ab eis, debet eorꝫ gratia concedere uenia Onesimo. In Græco tñ non habet dilecto, sed diligibili. Inter dilectū aūt & diligibilē hoc distat, qđ dilectus appellari pōt & ille, qui dilectionem non meret: diligibilis aūt is tantū, qui merito diligit. Deniqꝫ & inimicos nostros diligere pręcipimur, qui sunt dilecti, sed non diligibiles. Amamus quippe illos, non qa amari merent, sed qa dominus hoc præcepit. Philemon uero & dilectus & diligibilis est, qa et diligit et diligi meret. Philemoni, inqt, dilecto *& adiutori nostro* .i. per suā prædicationē adiuuanti nos ad dissemi-

*Colos. 4.*

*Ephes. 3. 6.*

*Matth. 6.*
*Luc. 6.*

nandū Christi euangeliū: & ideo dilectus est a nobis, qa in eodem sanctæ prædicationis ope quo & nos, laborat, *& Appię sorori charissimæ*, nō habenti in se falsę aliqd & fictæ germanitatis. *& Archippo cōmilitoni nostro*, quē arbitror cū Paulo & Timotheo contra aduersarios pro Christi noīe dimicantē, extitisse uictorē: & ppterea nunc cōmilitonem dici, qđ in eodē certamine belloqꝫ superauerat, uel qđ adhuc cōmilitaret illis in prædicatione assidua et hostium repressione. Illud qđ ad Galatas scribēs Apostolus, ait in Christi fide nihil referre, Gentilis sit aliqs an Iudæus, uir an mulier, seruus an liber, ēt in hoc loco perspicuū fit. Inter duos quippe uiros apl'icos, inter cooperatorē Pauli & cōmilitonem eius, mediū Appię nomē inserit, ut tali ex utroqꝫ latere fulta comitatu, nō uideatur ordinem sexus habere, sed meriti. Sūt q intelligant Appiam cōiugem esse Philemonis & Archippū eius filiū. Qđ satis uidetur cōgruum, ut s. Philemoni tanqꝫ patri familias principaliter mittatur epistola, deinde Appię uxori eius & Archippo filio ei⁹, nec non *& ecclesiæ*. i. conuocationi fideliū *quæ est in domo eius*. i. in familia ipsius, uel quam ipse pro xp̄i noīe pascit & tenet in domo sua. Vxorem & filiū & domesticam ecclesiā ideo salutat Apl's, ut omnes pro Onesimo interueniant, & ei ex corde dimittant, qa & ipsi ab illo offensi fuerant. *Gratia*, inquit, *& pax sit uobis a Deo patre domino Iesu Christo*. Gratia est, qua nullo merito nulloqꝫ opere saluamur: pax, qua reconciliati Deo per Christum sumus. Sed quoniam a patre et a Christo gratia & pax rogat, una filij patrisqꝫ natura esse uel potentia monstratur, cum id potest filius præstare quod pater, & id dicitur pater pstare quod filius. Hucusqꝫ Paulus & Timotheus Philemoni & cæte- B

*Gala. 3.*

Cris, hinc iam solus Paulus soli Philemoni usque ad finē epistolę loquitur.

*Gratias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos, ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitionem omnis boni, quæ in nobis est in Christo Iesu.*

Multipliciter laudat Philemonē, ut postmodum facilius eū flectat ad cōcedendū qđ rogabit. Gratias, inquit, ago & cætera, quasi dicat: O Philemō, ignoscere debes Onesimo, nec iam ullum rancorē uel odiū retinere contra eum in corde tuo, quoniam es egregiæ charitatis & fidei, unde gratias ago Deo meo. Quomodo.n. tā charitatiuus uir charitatem suā non extendet usque ad seruum bene correptū? Aut quomodo tam fidelis non indulgebit illi, qui eandem fidē iam habet? *Gratias ago pro te Deo,* Deo dico, *meo*, id est, quasi proprio, quoniā speciali quadam excellentia præ cæteris illi seruio. Gratias illi ago, *semper memoriam tui faciens in orationibus meis.* Ambiguū est utrū gratias agat Deo suo semper, an memoriam Philemonis faciat in orationibus suis semper. Et utrunque intelligi potest. Qui.n. præcipit alijs ut in oībus gratias agant Deo nullis angustijs poterat concitari, ut gratias semper Deo ipse non referret. Si autem pro sanctis & melioribus quibusque semp orabat, credibile est eum pro Philemone semper orasse, ut fides eius et charitas, Christi misericordia seruaretur. Gratias, inquit, ago semper, uel semper sum memoriā tui faciens in orationibus meis, id est, quotiescunque oro pro me, intermisceo & orationē pro te. Gratias ago, audiens, id est, quoniam frequenter audio *charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu, & in omnes sanctos eius.* Ob hoc enim grates refero & orationes pro te facio, quoniā sæpe narratur mihi te habere charitatē in domino Iesu, qua diligis eū super omnia; & in omnes sanctos eius, quos tāquam teipsum diligis, ideoque debes & Onesimum diligere, quia iam sanctus eius est. Fidem quoque habes in domino Iesu & in sanctos eius, iuxta qđ in Exodo legimus, quia credidit populus Deo & Moysi seruo eius. Quicunque credit Deo, aliter eius fidem recipere nō ualet, nisi credat & sanctis eius, id est, prædicatoribus & scripturarum sanctarum authoribus. Nec est in Deum uera dilectio & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenetur. Talem habes charitatem & fidem, *ut communicatio fidei tuæ fiat evidens* in bonis operibus. Vel ideo pro te oro, ut communicatio fidei tuæ, id est, quod fides tua credit omnia quæ habes, debere sanctis omnibus esse cōmunia, fiat euidens, id est, exterius uideatur in opere, ut quod in tus credit, foris demonstret in operis executionem. Et hoc faciat, proficiens *in agnitionem omnis boni*, ut scilicet bene credendo & bene operando ad hoc perueniat, ut omne bonum quod in hac uita possibile est, agnoscat, id est, intelligat & à malo discernat, & quale sit sciat. Sūt enim plerique simplicium, qui faciunt opera iustitiæ, & non habent eorum quæ ipsi operantur scientiam. Sed tu bona cuncta quæ feceris intellige, & communicatio fidei tuę fiat euidens in agnitionem omnis boni. boni dico, existentis *in Christo Iesu*. Quantis gradibus, quantisque profectibus apostolicus in altiora se sermo tendit? Habet quispiam charitatē & fidem in Deum & in sanctos eius, sed forsitan non æquali eam in omnes lance communicat. Et cōmunicat forsitan in omnes, sed opere non explet uoluntatē. Implet aliquis & opere, sed gestorum suorum perfectam non ualet habere notionē. Sit alius quoque qui

Exo.14.

Nota.

A qui & opus habeat & scientiam, sed non habet oīs boni. Multa enim iuste, mansuete, studioseq́ perpetrās, impar est suis in aliqua parte uirtutibus. At non talis Philemon, habet quippe cōmunicationem operatricis fidei & charitatis euidentem in Deū & in oēs sanctos eius, in agnitionem oīs boni. Quæ .s. agnitio cū in apostolis sit, nō eam putemus ob id tantum esse perfectam, ꝙ similis sit, sed in eo totam esse, quia Christi est: ut quicquid boni & in Philemone laudatur & de apostolorū exemplo sumitur, inde bonū sit, quia de Christi fonte ducatur.

*Gaudium enim magnum habui et consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperādi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nūc autem & uinctus Iesu Christi. Obsecro te pro meo filio, quem genui in uinculis, Onesimo, qui tibi aliquā do inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum ut uiscera mea suscipe.*

Plenius inculcat & docet quia dixerit, grās ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis. Ideo inquit, gratias ago, quoniā audita charitate tua, quā in sanctos exerces, *habui* in ea *gaudium*, non qualecunq;, sed *magnum & cōsolationem* Desolationem uidelicet quādam & tristitiā habueram, dum uererer ne si ad te reuerteretē Onesimus, aliqd mali à te pateretur. Sed audito quòd in omnes sanctos charitas tua redūdaret, consolationem & gaudiū habui, credens quòd & Onesimo qui iam unus ex sanctis est, ueniam dares. Ideo gaudiū & cōsolationem *in tua charitate percepi, quia* tanta est, quòd *uiscera*.i.corda *sanctorum*, quos frequenter hospitio suscepisti, *requieuerūt per te* ô bone *frater*.i.tanta illis beneficia foris exhibuisti, ut ēt internus eoꝶ affectus in bonitate tuæ charitatis re- B quiesceret. Requiescunt uidelicet mēs & uolūtas sanctorū per eos, qui pietatis opera sectanē, sicut & affligitur per illos, qui peruerse agunt. & dignum erat agere grās Deo pro charitate Philemonis, qui internum cor dis affectum & profundos animi recessus sanctorū recipiēdo refecerat. Hanc uidelicet habet Apostolus cō suetudinē, ut semper uiscera uocet, uolens plenam mentis ostēdere charitatem. Vnde gaudēs cum gaudentibus, & cum his qui requieuerant, Philip.4. refectum esse se credens, habet lætitiam non transitoriam & leuem, & quæ fortuitu possit accidere, sed magnam et (ꝑut erat in Philemone charitas) eminentem, quā augebat consolatio super eiusdē Philemonis charitate, descendens à patre misericordiarum & Deo totius cōsolationis. 2.Cor.1. Hinc ad rē uenire paulatim incipit, subdendo: Propter quod .i. qa sæpe uiscera sanctorū per te requieuerūt, ego *habens in Christo Iesu*, pro quo tanta facis, *multam fiduciam imperandi tibi*.i. multam certitudinem quòd (si uoluero) possim imperare tibi illud, *quod pertinet ad rem*.i.ad utilitatem tuā & meā, *propter charitatem* nolo imperare.i. nolo te imperiosa authoritate cogere, sed ītermisso imperio *magis* .i. potius *obsecro*.i.per sacra te ꝑcor.s.per fidem, per charitatem tuā te rogo, ut facias quæ postulo. Obsecro inquā te, *cum sis talis ut Paulus senex*.i.qa es talis qualis ego Paulus senex.i.tam ꝓuectus ætate corporis sicut ego: & ideo nō impero tibi, sed te obsecro, qa senes non sunt imperio cogendi, sed obsecratione rogādi, sicut in alia epl̄a dictum est. Seniorem ne increpaueris, 1.Timo.5. sed obsecra ut patrē. In hoc ipso qđ senem Apostolus se nominat, & illum in senectute sibi æquiparat, ne senē offendere negādo, qđ possit debeat, cū & ipse sit senex, liquido no

C tat Senex, inquit, sum, nec tantũ senex, sed etiam *nunc uinctus* sum .i. catenis in senectute constrictus, ideoq́ magis annuere debes petitioni meę, ut sic quodãmodo lenias uinculorũ meorũ aggrauationem. uinctus, inquit sum & uinctus *Iesu Christi*.i. pro eius euangelio uinculis mãcipatus. Et propterea non me contristes, ne & illũ offendas cuius uinctus sum. Multis in Philemonẽ laudibus ante præmissis, cum sit talis res ꝓ qua rogaturus est, quæ & pstanti sit utilis & roganti, poterat Paulus magis imperare ꝙ petere. Et hoc ex fiducia illa ueniebat, quod qui tanta ob Christũ opera perpetrauerat, utiq; impar sui in cæteris esse nõ poterat. Sed uult magis petere ꝙ iubere, grã di petentis authoritate ꝑposita, per quam & apostolus supplicat, & senex, & uinctus Iesu Christi. Totum autem pro quo rogat, hoc est, sicut & in exordio prælibauimus: Onesimus seruus fugam furto cumulans, quædam ex bonis domini sui tulit, & pergens ad Italiam, ne è proximo facilius possit apprehendi, pecuniã domini ꝓdige dissipauit. Hic igitur cum ob confessionem Christi Paulus esset in carcere, credidit in dominum Iesum, & ab eo baptizatus, digna pœnitentia maculas uitæ prioris absterſit, in tantum ut is apostolus cõuersionis eius testis fieret, qui quondam Petrum increpauerat nõ recto pede in euangelij ueritate gra-

*Galat. 2.* dientem. Quantũ igitur ad peccatũ & ad facinus pertinet, quo dominum læserat, ueniam non meretur. Quantum uero ad Apostoli testimonium, qui scit eum plene esse conuersum grandi pondere premitur q rogatur, ut ueniã non neget, q è seruo fugitiuo atq; raptore minister Apostoli factus erat. Qđ aũt aliud habebat Apłs ministerium, nisi euangelij Iesu Christi, ut non quasi à dño, sed

quasi à cõuerso et coeuãgelista igno D sceretur ei, qui seruus esset Christi, similiter & minister ꝛ hoc est itaq; qđ rogat, subdẽs: *Obsecro te pro meo filio &c.* Quasi dicat: dixeram, ꝑpter charitatem magis obsecro & nõ manifesta uerã pro quo, uel quid obsecrem te. Sed nunc scias, qa obsecro te pro filio meo .i. proprio & quasi singulariter dilecto, *quem spiritaliter genui in uinculis* posit⁹. Et qa ille uincula mea non abhorruit, sed animosus fidem suscepit, condonandum est ei quod prius errauit. Modo primum noĩat ipsum filium, pro quo postulat, præmissis multiplicibus causis, cur debeat impetrare qđ pro illo rogat .s. pro *Onesimo*, inqt, obsecro. Et cur pro illo sit obsecrandum, subiungit: *qui tibi aliquando inutilis fuit*. Ideo, inqt, pro illo obsecro, quia aliquando .i. olim fuit tibi inutilis .i. non quærens utilitatem tuam, sed damnum, cũ pecuniam tuam furaretur & fugeret. Sed *nunc est utilis & tibi & mihi*. ideoq́ debes illi ignoscere. *quem remisi tibi*, ut à te ueniã peteret, & ibi satisfaceret, tuoq́ seruitio deditus esset. Dño tantum antea ĩutilis fuit. Neq;.n. seruus fur atq; fugitiuus alteri nocuit nisi domino suo. Nunc econtrario utilitatis cõpensatione, qua & ipsi domino & Paulo utilis est, cæterisq́ per Paulum, plus charitatis meretur ꝙ odij ante meruerat. Vnde ait: Qui tibi aliquãdo inutilis fuit. Tibi, inqt, soli non cæteris. Nunc autem tibi & mihi utilis. Vtilis domino suo, qa posset Paulo seruire ꝓ domino suo Paulo uero in eo utilis, quia illo in carcere uinculisq́ detento, posset in euangelio ministrare, id est, euangelium pro illo foris prędicare. Simul autem admirandum de magnanimitate apostoli & in Christum mente feruenti. Tenetur carcere, uinculis stringitur, squalore corporis, charorũ separatione, pœnalibus tenebris

A coartatur, & nō sentit iniuriam, non dolore cruciaī, nihil nouit aliud nisi de Christi euangelio cogitare. Sciebat seruum, sciebat fugitiuum, sciebat aliquando raptorem ad Christi fidem esse conuersum. Grādis laboris est, talem hominem in eo perseuerare quod cœpit. Idcirco filiū suū & filiū uinculorū suorū & ministrū euangelij in uinculis cōstituti inculcat ac replicat, ut Philemon ille prudenter & dispensatorie tantū in præfatione laudatus, non auderet negare, ne suis laudib⁹ uidereī indignus. Remisi, inquit, illum tibi, id est, iterū misi ad te unde discesserat, qm̄ alieno seruo nolebam abuti. Sed tu nō repellas eum uel affligas, sed *suscipe*. i. sursum accipe illum, hoc est, honorifice illum accipe. illum dico, *uiscera mea*. hoc est, quod supra diximus uiscera significare internum cordis affectum, & plenam ex animo uoluntatem, cum totū quicquid in nobis est, suscipitur à rogante. Alioqui autem oēs liberi uiscera sunt parentū.

*Quem ego uolueram mecū detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelii. Sine consilio autem tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium.*

Remisi illum ad te, *quem primo uolueram detinere mecum ego* tanti nominis & authoritatis apostolus, qui satis authoritate mea possem illum detinere. Ad hoc (inquā) eum detinere uolueram, *ut mihi necessaria ministraret pro te*, id est, loco tui q mihi solebas ministrare, ut illud seruitium quod ipse mihi impenderet, tibi imputarem, & tu inde fructum æternæ remunerationis colligeres. Mihi dico, *in uinculis* posito, & ideo multum indigenti eius ministerio. in uinculis dico, *euangelij*. i. quæ pro euangelio patior, non pro crimine meo. His de causis uolueram eum detinere. Sed postea mecum retractans, *nihil* de seruo tuo *uolui facere sine tuo consilio*, id est, sine tuo nutu & comuni uoluntate, *uti ne uelut ex necessitate*, id est, ut non quasi ex necessitate *esset bonū tuum*, id est, ut non esset inuitum bonum tuum, *sed uoluntarium*, id est, ex tua uoluntate procedens. Bonum Philemonis erat, ministerium qd̄ seruus eius pro eo exhibebat Ap̄lo. Qui. s. Ap̄ls poterat et absq; uolūtate Philemonis Onesimū sibi in ministerio retinere. Sed si hoc sine ipsius uolūtate fecisset, bonū qdem erat, sed nō uolūtariū. Qd̄ aūt non erat uoluntariū, alio genere arguebaī non esse bonū. Nihil qppe bonū dici pōt, nisi qd̄ ultroneū est. Ex quo apostoli consideranda prudentia, qui idcirco fugitiuum seruū remittit ad dominū, ut prosit, domino suo, qui prodesse non poterat, si domino teneretur absente & inuito. Potest etiam ex hoc loco solui, qd̄ à plerisq; frequenter quæritur, quare Deus hoīem faciens ad suam imaginem & similitudinem, facere eū ita noluit ut malus esse non posset. Si enim Deus uoluntarie, & non ex necessitate bonus est, debuit hoīem faciens ad suam imaginem & similitudinem, facere ut ipse uoluntarie & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt ita eum debuisse fieri, ut malum recipere nō posset, hoc dicunt, Talis fieri debuit, qui necessitate bonus esset, & non uoluntate. *Nota.* Quòd si talis factus esset, qui bonū non uoluntate, sed necessitate perficeret, non esset Deo similis, qui ideo bonus est, qa uult, nō quia cogitur. Ex quo manifestum est, rem eos postulare cōtrariam. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo similis Deo fieri, illud petunt, ut liberi fieret arbitrij sicut ipse Deus est. Ex eo autem quod addunt, talis debuit fieri, qui malum recipere non posset, dum necessitatem ei boni important, illud, ut homo similis Deo non fieret, uolunt. Soluitur ergo ista quæstio: Pos

C tuit Deus sine uoluntate eius hominem facere bonum. Porrò si hoc fecisset, nõ erat bonum uoluntarium, sed necessitatis. Quod autem necessitate bonum est, non est bonum, & alio genere malum arguitur esse. Igitur proprio arbitrio nos relinquẽs, magis ad suam imaginem & similitudinẽ fecit. Similem enim esse Deo, absolute bonum est.

*Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut in æternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi. Quanto autem magis tibi & in carne & in domino.*

Nõnũq́ malum occasio fit bonorum, & hoĩum praua consilia Deus uertit ad rectum. Quod dico, manifestius exẽplo fiet: Ioseph fratres sui stimulis inuidiæ concitati, uendiderunt Ismaelitis. hoc initium patri & fratribus et toti Ægypto bonorum omnium fuit. Deniq́ ipse fratribus postea dixit. Vos cogitastis de me malum, & Deus uertit illud in bonum. Simile q́d & in Onesimo possumus intelligere, quòd mala principia occasiones fuerint bonę rei. Si uidelicet dominum non fugisset, nunquam uenisset Romã, ubi erat Paulus uinctus in carcere. Si Paulum in uinculis non uidisset, fidem Christi non recepisset. Si Christi fidem non habuisset, nunquam Pauli effectus filius in opus euangelij mitteretur, ex quo gradatim colligitur, q́d ideo minister euangelij factus est Onesimus, q̃a fugit à domino. Et hoc est quod dicitur: Debes illum honeste & libenter suscipere, quia *forsitan ideo ad horam*, id est, ad breue tempus *discessit à te, ut æternum, illum reciperes*. Pulchre autem addens forsitan, sententiam temperauit. Occulta quippe sunt iudicia Dei, & temerarium est quasi de certo pronunciare quod dubium est. Forsitan, inquit, ideo discessit, caute, timide, trepidanter loquens, & non totum fixo gradu, ne si non D posuisset forsitan, omnib⁹ seruis fugiendum esset ut apostolici fierent. Forsitan idcirco discessit à tuo seruitio non diu, sed ad horam, id est, quasi ad unius horę spatium, ut pro tam breui recessione reciperes illum in æternũ, id est æternaliter tecum permansurum, qui tantũmodo temporaliter erat tecum mansurus nisi recessisset. hoc est, fortasse Deus prævidit & eum à te ad horam, id est, ad breue tempus discedere secreto consilio uoluit, ut tu qui non eras illum æternaliter tecum habiturus, si non discederet ut ad me perueniens fidem acciperet, reciperes illũ habiturus tecum non horarium, sed ęternum. Cum enim eandem fidem ac religionem teneat quam tu, hic & in futuro tecum semper erit, qui perenniter à te separandus erat & supplicijs mancipandus, si non ad horam discessisset, ut infidelitatẽ exueret, licet hæc Apostolus quasi dubitatiue dixerit, tamen ita ueraciter completa sunt ut pronunciauit. Nam Onesimus iste, sicut ex literis patris didicimus, factus est postea pontifex & martyr gloriosus. Reciperes (inquam) in æternũ, *iam*, id est, post acceptum libertatis spiritũ in baptismo, *non ut seruum* sicut prius, *sed pro seruo fratrem*, quia cœpit eundem in cœlo tecum habitare patrem. fratrem non qualemcũq́, sed *charissimum* cunctis ecclesiæ filijs, qui sanctitatem quam nunc habet nouerũt, sed *maxime*, id est, multo plusquàm alijs est charissimus *mihi*, qui magis noui quos chariores æstimare debeam et qui magis huius perfectam conuersionem scio quàm alij. Et mihi quidẽ p sola spiritali fraternitate tam excellenter charus est, sed *quanto magis*, id est, ualde amplius debet esse *tibi* charissimus, *& in carne*, id est, respectu carnis, quia tibi carnale seruitiũ de-

Gene. 37.

Gene. 50.

A bet, utpote seruus *& in domino*. i. in respectu dñi, quia eius per fidẽ factus est filius & regni eius particeps est tecũ futurus. In eo quod ait, ut aeternum illum reciperes, notandum est qđ nullus sit aeternus dominus serui sui. Potestas quippe ei⁹ & utriusq; cõditio morte finitur. Onesimus uero ex fide Christi factus est aeternus aeterno Philemoni: & spiritu libertatis accepto, iam non seruus, sed frater cœpit esse de seruo: frater pro sanctitate sua charissimus: frater aetern⁹ aeterno & ipsi apostolo & dño suo, cui Onesimum ut carnis ante conditio, illũ pòstea spiritus copulabat. Et tũc quidem qñ erat ei subiectus in carne, nõ erat ei iunctus in domino. Nunc autem & in carne iunctus est, & in domino. Ex quo intelligimus, seruum qui crediderit in Christum si dominus eius fidelis est, duplici lege eidem domino suo cõstringi, ut ei & carnis necessitate iungatur ad tẽpus, et ĩ aeternũ spiritu copuletur.

*Si ergo me habes socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam ut nõ dicam tibi, quod & teipsum mihi debes ita frater, ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo.*

Quando quidem tam bene emendatus est Onesimus, & in tm̃ factus est mihi charissimus, *ergo suscipe illum* reuerẽter *sicut me*. i. q; accurate: q; studiose hospitio & animo tuo me susciperes, si uenirem ad te, sic illũ suscipe. ita dico, *si habes*. i. si habere uis *me socium*. i. consortem & amicũ. Aliter uidelicet non ero tibi socius. Philemon Paulum sociũ habere cupiebat, & in Christum credẽs, tales uti que uolebat habere pfectus, ut Paulo similis fieret, & ei communicaret in uinculis. Cõsideremus ergo quãtum hic laudetur Onesimus, quantum profecisse monstretur, cum ita recipiendus sit ut apostolus, & sic dominus eius ut Pauli debeat desiderare cõsortium. Breuiter quod dicit, tale est: Si me uis habere consortem, habeto Onesimum, quem ego consortem & filium & uiscera mea habeo. Quem si non susceperis, nec habere uolueris, scias quod me habere non posse. Suscipe, inquam illũ sicut me. Sed *si nocuit tibi aliquid* destruẽdo ex rebus tuis, sicut uineam eradicando, uel domum incendẽdo, uel aliud aliquid tale cõmittendo, quod saepe faciunt fugitiui, aut si debet tibi aliquid. i. si quid pecuniae tuae secum tulit, quod debeat tibi restituer, hoc quod ille nocuit uel debet, *imputa mihi*. i. puta in me esse, non in illo nocumentum & debitum, ut ego reddam illud tibi pro Onesimo, sicut & Christus pro nobis in passione quod nõ debebat, exoluit. *ego Paulus*, qui tam famosi nominis sum, & tam probatus in ueridica locutione, *scripsi* nõ per notarium, sed *mea propria manu* epistolam istam, in qua me redditurum promitto quod ille debet, *ego* uidelicet *reddam*. Et hoc ita dico *ut non dicam tibi* aliud, quod iuste possem dicere, scilicet *quod debes mihi etiam teipsum*. i. non solum tua, sed quod est maius, etiã teipsum mihi debes, ut si necesse fuerit, reddas mihi teipsum moriendo pro me: qm̃ quicquid boni est in te, totum est per fidem quã didicisti à me: & ideo totũ mihi debetur, quicquid bonorum est in te. Quod dicit, tale est: Qđ Onesimus furto rapuit, ego me spondeo redditurum, huius spõsionis epistola haec & manus testis est propria, quã non solito more dictaui, sed mea manu ipse conscripsi. Crede igitur mihi, pro Onesimo pollicenti. Hoc autem dico quasi ad extraneum loquens. Caeterum si ad ius meum redeam, propter sermonem Christi quẽ tibi euãgelizaui & Christianus effectus es, teipsum mihi debes. Qđ si tu meus B

C es,& tua omnia fuit mea. Si autem tua omnia mea sunt. Onesimus quoque qui tuus est, meus est. Poteram igitur eo uti ut meo, sed uoluntati tuæ relinquo, ut mercedem habeas ignoscendo. Quod autem ait, ego reddã, nõ de pecuniali, sed de spirituali redditione .i. de cœlesti remuneratione intelligẽdũ est. s. qđ suis interueniẽtibus impetraturus sit ꝑpetuã à domino retributionem spiritalium bonoꝶ pro temporali damno, quod ꝑtulit ab Onesimo. Suscipe (inquam) illum sicut me: qa quod ille debet, ego spiritaliter reddam. *Ita frater* in illa cœlesti retributione *ego te fruar*. i. in te delectabor *in domino*. i. in illa beatitudinis gloria, quæ est sanctis in domino. Et ideo nunc *refice uiscera mea*. i. benigne refoue Onesimum, & hoc age *in Christo*. i. in Christi charitate. Vel refice uiscera mea. i. recrea internum affectum meũ, & comple desiderium meum in Christo, dando ueniã Onesimo, & honorifice iã illum habendo. Quod dicitur, Ita frater, in Græco est quasi aduerbium blandiẽtis, sed in latina lingua proprie non potest dici. Significat. n. deprecantis affectum. Ego (inquam) te fruar in domino. Cum homine in Deo fruetur, deo potius ꝙ̃ homine fruetur. Illo enim fruetur, quo efficietur beatus, & ad Deum se peruenisse lętabitur, in quo spem ponit ut ueniat. Recte ergo dicit, ego te fruar in domino, quod si non addidisset, in domino, & tm̃ te fruar, dixisset, in eo constituisset spẽ beatitudinis suæ. Quã quam etiam uicinissime dicitur frui cum delectatione uti. Cum uidelicet adest quod diligitur, etiam delectationem secum gerat necesse est. Per quam siquis trãsierit, eamq; ad illum in quo permanendum est, retulerit, utitur ea: & abusiue, non proprie dicitur frui. Si uero inhæserit atque permanserit, finem in ea ponẽs lætitiæ suæ, tunc uere, et proprie frui D dicendus est. Quod non est faciendum, nisi in illa trinitate quę est summũ & incommutabile bonum. Apostolus itaq; Philemone fruitur in domino, habens eum secũ in illa contẽplatione creatoris, in qua est perfecta consummatio delectationis & gaudium iustorum. Qui & uiscera sua, Onesimum, quem & superius eodem nomine appellauerat, refici uult per Philemonem. Et ambigue dictum est, utrum uiscera Pauli in Christo Onesimus sit, an uiscera Pauli Onesimus per Philemonẽ in Christo reficienda sint. Si superius accipere uoluerimus, recte Pauli in Christo uiscera dicetur Onesimus, quem in Christi uinculis genuit: si posterius, in Christo reficiendus est Onesimus à Philemone, ut eius in Christo sermonibus erudiatur.

*Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies.*

Reficere debes uiscera mea, nam ego *confidens in obedientia tua*. i. omnino fiduciam habẽs & certus existens, quia in hac te mihi obedies, sicut in cæteris semper obedire consueuisti, *scripsi tibi* de Onesimo, ut ignoscas ei & suscipias illum sicut me. Hæc, inquit, scripsi tibi, *sciens quoniam & facies super id quod dico*, uel plus dabis quã peto, & ultra id quod rogo facies, atq; amplius ꝙ̃ postulo concedes. Qui præsumit de eo quem rogaturus est, ipsa quodammodo præsumptione præiudicat quod rogat. Porrò si scit ille qui postulat, plus ꝙ̃ rogauit, rogatum esse facturũ, in Duo maiora petit, ut habeat rogatus spõtaneam uoluntatem & maiorem ex præstatione mercedem. Si autẽ Philemon hoc ob hominis præceptum facit, quanto magis faciet ob dilectionem Dei? Vnde & merito Apostoli uoce laudatur, quod mandata eius opere præuenerit, & possit dice

A te. Voluntaria oris mei complaceant tibi domine, ut plus faciens quam ei praeceptum est, uincat eos qui tantummodo imperata faciunt. Nam & uirginitas idcirco maiori premio coronabitur, quia preceptum domini non habet, & ultra imperata se tendit.

Psal. 118.

1. Cor. 7.

*Simul autem & para mihi hospitium. nam spero per orationes uestras donari me uobis.*

Non solummodo suscipias Onesimum sicut me, sed *& mihi para simul hospitium.* Nam spero quod deus adhuc per orationes uestras dabit me uobis, ut liberatus ab hoc carcere, reuertar ad uos, & iterum uos aliosque doceam. Non puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatum, ut praeparato egeret hospitio: & non una contentus cellula, aedes amplissimas quaereret: sed ut dum eum expectat Philemon ad se esse uenturum magis faciat quod rogatus est, ne forte cum uenerit erubescat. Si autem hic non dispensatorie, sed uere quis aestimat imperatum, ut sibi hospitium praepararet, apostolo magis quam Paulo hospitium praeparandum est. Venturus.n. ad nouam ciuitatem praedicaturus crucifixum, et inauditum dogma delaturus, sciebat ad se plurimos concursuros. Et necesse erat primum, ut domus in celebri esset urbis loco ad quem facile conuenire tur: deinde ut ab omni importunitate uacua esset ac ampla quae plurimos caperet audientium, nec proxima spectaculorum locis, ne turpi uicinia detestabilis, postremo ut in plano potius esset sita quam in coenaculo. Quam ob causam eum aestimo & Romae in conducto mansisse biennio, nec parua (ut reor) erat mansio, ad quam Iudaeorum turbae frequenter confluebant. Spero, inquit, *per orationes uestras donari me uobis.* filium patri Deus rogatus indulget, & frater saepe oratione fratris seruatur. Apostolus uero totius ecclesiae precibus conceditur, ob eorum qui eum audituri sunt, utilitatem: & hoc donum non tam in eum dicit esse, qui differtur a martyrio, ad martyrium paratus, quam in eos ad quos Apostolus mittitur. Quod autem crebro Paulus in carcere fuerit, & de uinculis liberatus sit, ipse in alio loco dicit, in carceribus abundantius. De quibus nonnunquam domini auxilio, crebro ipsis persecutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus, dimittebatur. Necdum.n. sup nomine Christiano senatus con sulta processerant, necdum Christianum sanguinem Neronis gladius dedicauerat: sed pro nouitate praedicationis, siue a Iudaeis inuidentibus, siue ab his qui sua uidebant idola destrui, ad furorem populis concitatis, missus in carcerem, rursum impetu & furore deposito, laxabatur. Et haec ita esse ut dicimus, apostolorum Acta testantur, in quibus & Agrippa loqtur ad Festum, potuisse dimittit Paulum si non appellasset Caesarem: & Festus ad Agrippam, quia nullam inuenerit causam praeter quaestiones quasdam de religione propria, & de quodam Iesu quem Paulus uiuere praedicabat. Ex quo animaduertimus & a caeteris iudicibus similiter eos potuisse dimitti, id agente domino, ut in toto orbe noua praedicatio disseminaretur. propter quod & nunc dicit Apostolus se sperare quod possit adhuc dari fidelibus per orationes eorum.

B

2. Cor. 11.

Act. un. 26

Act. un. 25.

*Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei.*

Id quod principio dicebamus, quoniam ad Colossenses epistola eodem in tempore & per eundem esset scripta baiulum literarum, quo & ad Philemonem quoque scripta est, etiam eorum qui salutantes inducuntur, nomina docent. Nam et in ipsa subscribitur: Salutat uos Aristarchus con- Colos. 4.

C captiuus meus, & Marcus cōsobrinus Barnabæ, & Epharas qui est è uobis seruus Christi. & paulo inferius: Salutat uos Lucas medicus charissimus. & Demas. & dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Et memores estote uinculorū meorum. Si autem ex eo aliquis non putat pariter scriptas, quod ad Colossenses pauca sint nomina, quæ hic non ferantur adscripta, sciat nō omnes omnibus aut amicos esse aut notos: & aliud esse, priuatam ad unū hominē: aliud, publicam ad uniuersam ecclesiam epistolam fieri. *Salutat te* ergo, inquit, *Epaphras concaptiuus meus*

Coloss. 1. *in Christo Iesu*, de hoc Epaphra dictum est Colossensibus: Cognouistis gratiam Dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo & conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu. Quem & concaptiuū suū in Christo dicit nunc Apostolus: qa cum eo Romæ tenebatur pro Christi euāgelio captus ac uinculis astrictus. Marcum uerò quem subiungit, crederemus illū esse qui scripsit euangelium, nisi ad Colossenses di-

Coloss. 4. ceretur cōsobrinus Barnabæ: ideoque magis credimus hunc esse Marcū, pro quo inter Paulum & Barnabā fuerat olim dissensio. i. Ioannem qui cognominatus est *Marcus*. & sic ex societate Barnabæ melioratum, ut dignus esset Paulo adhærere, q quōdā ab eo fuerat reiectus. *Aristarchus* autē, quem & ad Colossenses cōcaptiuū suum Apostolus scribit, Thessalonicensis erat, & comitatus est eū Hierosolymis ascendētem, atque inde cū eo ipse & Lucas Romam sunt missi, sicut & ecclesiastica historia meminit. *Demas* uerò ipse est, de quo ad

2. Tim. 4 Timotheum queritur Apostolus, Demas me dereliquit, diligens hoc seculum, & abijt Thessalonicā. Qui D fortasse postmodum pœnitentia ductus, & in Christo confortatus, redijt ad Apostolum, aut si non est ad eum reuersus, tunc constat hac epistolam prius esse scriptam, quàm scriberetur ad Timotheum secunda. *Lucas* autem medicus charissimus, ipse est 2. Cor. 8. frater ille gloriosus, cuius laus est in euangelio per oēs ecclesias. Qui euangelium & Actus Apostolorū ecclesiis derelinquēs, quomodo apostoli de piscatoribus piscium piscatores hominum facti sunt, ita de medico corporum in medicum est uersus animarum. Cuius scripta quotiescunque leguntur in ecclesiis, toties eius medicina non cessat. Huius aūt epistolæ talis est terminatio.

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.*

Sicut à meliori parte hominis, id est, capite dinumerat populus Israel, dicente scriptura, secūdum capita eorū, ita in toto qđē homine & omni parte sanctorum gratia est dñi nostri Iesu Christi, sed à maiori & meliori parte. i. spiritu, per synecdochē de toto homine dicit: *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen.* Cū autem in spiritu gratia domini fuerit totum facit hominem spiritualē, ut & caro spūi seruiat, & aīa nō uincat à carne: & redacta simul in substātiā spiritalē, adhæreat dño: qm̄ q adhæret domino, unus spiritus est.

Epistolæ ad Philemonem Finis.

## PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.



PAulus in Italia positus, Hebræo sermone scripsit hanc epistolam & misit Iudæis ad fidem domini Iesu conuersis, & in Iudæa post ueritatis agnitionem conuersantibus, intendens principaliter

A liter eos in puritate fidei Christianę confirmare, & à legalibus obseruantijs qbus adhuc detinebantur, prorsus auellere. Putabant.n. fidē Christi solam sine admistione legalium ceremoniarum ad beatitudinis consecutionem nullatenus esse sufficientem, sed utrunq; simul dicebant ad salutem esse necessariū. Nullū nanq; in fide Christi sine legali obseruatione, uel in legis obseruantia sine fide, dignum uitæ ꝑpetuitate iudicabāt. Et apostolus eorum beatus Petrus permisit eos adhuc in legalibus ceremonijs uiuere: timens ne si carnales obseruantias illis omnino auferret, & ab operibus legis in quibus semper uixerant, remoueret, potius à fide domini Iesu recederent, q̃ legem desererent. Considerauit.n. q̄ si ad fidem Saluatoris cōuerterentur, atq; post fidem & ueritatis introitū inutilitas signorum & umbræ manifestaretur eis, facilius ab errore isto reuocari possent, q̃ si primo aditu diceretur eis, ut à legis operibus omnino cessarent. Et quod tunc Petrus præuidit posse fieri, nunc Paulus aggreditur facere. Timebat.n. ne fides eorum quę nimis imperfecta erat, et conuersio ipsorum inanis fieret & superflua. Ideoq; scribit eis per multas rationes de eminētia Christi & inutilitate legis, ad ultimum & de moribus istruit. Studet.n. (ut dictū est) persuadere illis fidem Saluatoris sine carnalibus obseruantijs ad uitam æternam sufficientem esse, & ut ulterius carnalibus obseruantijs non insistant, sed in fide Christi iustificationis & saluationis suę fiduciam ponant. Quod autem hæc epistola superscriptionem solitam non habet. i. Paulus apostolus, ista ratio est, quia præiudicatū Hebræis erat de Pauli nomine, ne dicta eius susciperent: & idcirco prudenter declinauit, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, eius lectio repudiaretur: B & quia à domino omnipotente Paulus dicitur missus ad gētes præcipue, non ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus qui ad gentes fuerat destinatus, non scribit semetipsum Hebræis apostolum, uel ꝓpter honorem domini, qui se missum dixerat ad oues domus Israël. uel q̄a gētium uidebatur apostolus, & nō Hebræorum. Nam neq; fidem, neq; aliud quicq̃ illis contulerat. Interpretantur autem Hebræi trāsitores uel transeuntes. Et quicunq; radicē cordis in amore præsentis mūdi nō plātauere, sed assiduis desiderijs ad superna transeunt: qui peregrinationem terræ non diligunt pro habitatione patriæ, sed ueram patriam inquirunt, ipsi sunt uere Hebræi, & ad se scriptam esse credant hanc epistolam. In qua Apostolus primum proponit audienda esse uerba Christi, conferendo eum prophetis, quia in eo locutus est deus ut in prophetis, & maior est eis. sic enim dicit. Matt 15.

EPISTOLAE PAVLI AD HEBRAEOS.

CAPVT I.

*Multifariam multisq; modis olim deus loquēs patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.*

*Multifarie.* i. multis locutionum generibus aliqñ manifeste, aliquando obscure, aliqñ proprie, aliquando figurate, aliquando ꝑ angelū, aliquando ꝑ occultam inspirationem, aliqñ Hebraice, aliquando Chaldaice, aliquando blandiens, aliqñ terrens, locutus est Deus: *& multis modis.* i. diuersis, & uarijs actionū generibus: q̄a non solum dicta prophetarum, sed & omnia facta eorum prænunciauere ea, quæ nostris temporibus erant futura. Et q̃ uaria sint & q̃ multa prophetarum gesta, quę referuntur in scripturis, q̄s facile noscat? Et in omnibus illis patrum gestis locu-

C tus est futura. Nam de uerbis eorũ quę multa sunt, atq; diuerso & multiplici genere locutionũ prolata, nõ est dubium quin ipse ea locutus sit. Ita ergo multifarie & multis modis & qualitatibus *olim*.i. in antiquis tẽporibus, *loquens Deus patribus*, qui nos carnaliter genuere, et fidem suam de Christo nobis reliquere. Et loquens eis *in prophetis*, quia ipse in cordibus eorum dixit, quicquid illi foras uel dictis uel factis locuti sunt hominibus. Nec uacat quod dicit, loquens olim, & iungit, præsens cum præterito. Nam ea quæ locutus est patribus in prophetis, omnia nobis usq; hodie loquitur in scripturis, ut sicut ipsi, ita & nos credendo ea & opere complendo uitã consequamur æternam. Potest & de solis uerbis intelligi, qđ ait, multifarie multisq; modis. Multifarie.i. multis locutionibus, multisq; modis.i. multis locutionum qualitatibus, olim Deus pater loquens patribus, qui in carne & in fide nos genuere: *nouissime*.i. in fine temporum, quãdo iam alia nõ sequitur Dei locutio, qm̃ in hac continetur omnis perfectio sanctitatis & iustitiæ, *diebus istis*.i. tempore istorum hominum qui adhuc in carne uiuunt, *locutus est nobis in filio* suo: quia quicqd foras Christus locutus est hominibus, pater in eo loquebatur intus. In prophetis fuit Deus scd̃m inhabitationem gratiæ & reuelationem uoluntatis sapientiæ suæ, in filio autem omnino totus manebat, scilicet usquequaq; mẽtem & rationem illius illuminans, ut nihil sibi deesset ad perfectionem animæ, utpote cui sapientia Dei personaliter erat unita. Et qui loquebatur in prophetis, quod in eis loquebatur patribus nostris, hoc nobis ad ultimũ locutus est in filio suo: et ideo uerba filij non minoris authoritatis sunt, q̃ pphetarum: immo maioris, quia illi sunt serui, iste filius, i. quo pater locutus est. nouissime, quia post istã nulla alia futura est locutio. Illa.n. quæ facta est Moysi, non fuit nouissima: quia tm̃ posita fuit usq; ad tẽpus correctionis. & ideo quandiu durabit hæc nouissima locutio.i. nõuum testamentum, pro certo durabit fides nostra: quia in aliud nõ poterit transmutari, qđ nobis plus ualeat ad acquisitionem uitę cœlestis. Et ut diligentius obseruẽtur ea quæ locutus est filius, transfert se Apostolus ad commendationem eius secundum utranq; naturam, dicens. D Infra.9.

*Quem constituit heredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.*

Ostendit uidelicet quantus sit filius, in quo patet locutus est nominib⁹, ut cognita magnitudinis eius dignitate, fides de eo sufficiens esse ad salutem æternam cognoscatur. *Quem* ipse pater scd̃m humanitatem *constituit* iam immutabilem *heredem uniuersorum*.i. possessorem omnium creaturarum, atq; totius mundi dominum, ut iam non sit tm̃ Iacob funiculus hęreditatis eius, sed fiat quod scriptum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ. Vnde patet qa omnes in eũ debent credere. Et *per quem*, scd̃m quod uerbum patris est, ipse pater *fecit* non solum æterna, quæ minus sunt etiam nobis nota, sed *& secula*.i. omnia mutabilia, quæ uariari cernimus per tempora. Seculum.n. à sequendo dicitur, eo q semper sit in motu: quia semper aliquid præcedit, & aliud sequitur. Et cum secula per filium facta sint, manifestum est eum esse creatorem hominis & omnium reliquorum, quæ in seculis facta sunt. *Qui* filius post laborem militiæ & obedientiæ suæ sedet.i. rege Psal.2.

A scit, nihil ultra laboris sustinens, ad dexteram paternæ maiestatis. Et iu re scdm humanitatem exaltatus est ad dexteram patris, *cum sit* scdm diuinitatem eidē patri coæternus & coæqualis. Est. n. *splendor gloriæ & figura substantiæ eius*. Splendor gloriæ quasi lumen de lumine. pater. n. est gloria sicut idem filius ei canit in Psalmo,
Psal. 3. Gloria mea & exaltans caput meū. Et huius gloriæ. i. patris splēdor est filius, quia à patre est, sicut splēdor de sole: & coæternus est patri, sicut splendor coæuus soli. Nam sicut natura non patitur ut sit unquam sol sine splendore, & ignis sine calore, ita pater nunquam potuit esse sine sapiētia sua: & sicut sol non est à splendore nec ignis à calore, ita pater nō est à filio, sed filius à patre: & sicut splēdor ostendit illud cuius est splēdor, ita filius manifestat patrē cuius ipse est sapientia: & sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore, ita substantialiter filius in patre est & pater in filio. Et qa posset esse coęternus, & tñ non esset eadē substantia, addit, & figura substantiæ eius, per quod ostenditur consubstātialis patri. Quia est figura substantiæ eius. i. expressa similitudo eius, non scdm exteriora, sed scdm substantiam. Figura substantię eius est, i. forma et imago substantiæ eius: qa quantus est pater, tantus & ipse: qualis est pater, talis est ipse: cuius substantię est pater, eiusdem et ipse: quod est pater, hoc & ipse. filius. n. qui est sapientia patris, per hoc qđ ipsum reuelat & facit cognosci, figuram substantiæ eius exprimit, cum semetipsam primum describit eadē
Locus obscurus. sapientia, & sic patrem manifestat. Cum. n. æternitas patris cernitur à nobis, prout infirmitātis nostrę possibilitas admittit, imago eius mētis nostræ oculis antefertur: qa cū uere in patrem tendimus, hunc quātum accipimus per suam imaginem. i. p B filium, uidemus & per eam speciē, quæ de ipso sine initio nata est cum aliquo modo cernere, q nec cœpit, nec desinit, conamur, & hæc est figura expressa substantię Dei. Vnde idē filius dicit, Nemo uenit ad patrem nisi per me, &. Qui uidet me, uidet & patrem. Qui & portat *omnia*. i. sursum tenet ne decidant, & in nihilū reuertantur, unde creata ab ipso fuerant, & sustentat ea non labore, nec difficultate, sed *uerbo uirtutis suæ*. i. imperio suæ potentię, hoc est, sola uoluntate sua, quæ in eo uirtus est & omnipotentia, per quod patet, quia patri compotentialis est. Et est *purgationem peccatorum faciens*, quia sanguine suo nos à peccatis mundat. Commonet apostolus crucis eius & mox resurrectionis, & ascēsionis. Nam postquam fudit in cruce sanguinem ut faceret peccatorum nostrorum purgationē suscitatus est de sepulchro, & eleuatus in cœlum. Vbi *sedet* nunc. i. quiescit & regnat & iudicat, sublimatus *ad dexteram*. i. æqualitatem & honorificentiam *maiestatis*. i. patris, q est maiestas. i. maior potestas, quia omnibus potestatibus maior est, ad cuius dexteram filius est in eadē sede, sicut æqualis, ne si in alia parte sederet, minor esse uideretur. & sedet *in excelsis*. i. super omnem creaturam in eminentissimis spiritibus angelicis, qui uocantur thronus. i. sedes Dei. Ioan. 1.

*Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?* Actuū. 13. Psal. 2. 2. Reg. 7. 2. Par. 22.

Hic comparat eum angelis et pręfert, usque ad locum, quo ait: Propter ea abūdantius oportet. Sedet in excelsis, *effectus tanto melior*. i. dignior angelis scdm humanitatem, scdm quā minoratus fuerat paulominus ab angelis, *quanto hæreditauit*. i. hæredita-

Crio iure possedit nomen (quod est filius)differentius.i. magis differens. Dum.n.mortalis adhuc esset, differens nomen habuit,quia angeli ministrabant ei, sed tñ cōfortasse eum legitur angelus in passione. Postq̃
Matt.4. autē immortalis factus est, magis
Luc.22. differens nomen habuit:quia ministrare adhuc ei possunt angeli,sed iā confortare eum non possunt.Et ante passionem licet nōnunq̃ uocaretur filius Dei, tñ ferè semper uocatus est filius hominis, post resurrectionem uero filius Dei uocatur.Et scdm quod ipse differentius nomen habet est *præ illis*, non post illos. Nā & si angeli aliqñ uocantur filij Dei, hoc nomē significat illos à Deo creatos esse,non eādem substantiam habendo cum Deo,sed potius qđ sunt sola Dei uoluntate facti. In Christo autem significat illum esse naturaliter à patre genitum,& eiusdem cū patre substantiæ, & humanitatem eius personaliter unitam eidem unigenito Dei.Propter quod & ipsa humanitas appellationem filij Dei meruit & ita nomen istud quod est filius,est in Christo differentius et lōge dissimilius q̃ in angelis, et longe præ illis. Vel præ illis habet Christus nomen,quia honorificentior q̃ illi factus est qñ surrexit & ascēdit. Et uere præ illis nomen habet.Nam *cui angelorum dixit* Deus,quod Christo dixit? Nec maiori angelorum dixit hoc aliquādo.i.nec in creatione, nec postq̃ confirmati sunt in supernis. Scilicet nullus angelorum tam sublimis est,cui legatur Deus aliquando dixisse quod Christo dixit *filius meus es tu* consubstantialis mihi,quia *ego hodie*.i. in die æternitatis, quæ caret principio & fine,semperq́ præsens habet sine præterito & futuro, *genui te* ex substantia mea. Genui te, dixit & nō gigno te,ne imperfectus uideretur esse filius,& ne cōtra prophetam Deus recens esse putaretur idem unigenitus: Si.n.dixisset, hodie gigno te,posset existimari hæc genitura hodie principium habuisse. Sed cum dicit,genui,ostendit q̃ hodie sit, sed non hodie cœperit. Ac p hoc nullum principium habuisse declaratur. Tñ si in Actibus Apostolorum uerba Pauli cōsideremus, uidebimus eum hanc sententiam ad resurrectionem domini retulisse. dixit.n.de patre resuscitās Iesum Christū,sicut in psalmo secundo scriptū est,Filius meus es tu, ego hodie genui te. Iuxta hoc igitur Apostoli testimonium dixit ei pater in die resurrectionis, filius meus es tu; ego hodie genui te,ut illa resurrectio ei⁹ quam pater operatus est, intelligatē quædam generatio. Nam & nostra resurrectio uocatur regeneratio, cū dicitur, In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis Matt.19.
suæ.& iterum de electis dicitur, qa in futuro seculo sunt filij Dei, cum Luce.20
sint filij resurrectionis. Christus ergo scdm humanitatem, qui dū esset mortalis,erat filius hominis, in resurrectione uestiens immortalitatē, factus est filius Dei,sic tamē,ut non amitteret esse filius hominis, qa uerus homo permansit:sed gloriā quā humanitus non habebat,accepit,& ita homo ille quem unigenitus Dei in sua persona susceperat,audiuit in resurrectione.Filius meus es tu,ego hodie genui te,quod nulli unquam angelorum dictum est:quia nec propter aliquam promotionem quæ illis aliqñ facta est, dignus fuit aliqs illorum hoc audire. *Et rursum*, cui angelorum dictū est,quod de filio hominis uerbo Dei personaliter unito dixit, Ego qui uerbi mei semp sum 2.Reg.7.
pater,*ero illi in patrem*.i.ero pater illi homini quem uerbum meū assumet, *&* *ipse* homo *erit mihi in filium*.i. erit mihi filius? Nulli angelorum dictum

Actuū.13.

est

est hoc, uel de nullo angelorum. Sed homo iste ꝓpter unitatem personæ uerbi & carnis, factus est eiusdē patris filius cuius & uerbum: quia & uirgo, dei genitrix idcirco dicitur, ꝙ non solum hominem, sed & Deū genuit. Caro.n.cōmunicat altioribus, sicut & diuinitas humilioribus.

Psal. 96. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. & ad angelos quidem dicit: Qui facit an-*
Psal. 103. *gelos suos spiritus, & ministros suos flammam*
Psal. 44. *ignis. Ad filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi, uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ*
Psal. 101. *participibus tuis, Et tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribūt. tu autem permanebis, & omnes ut uestimētum ueterascent, & uelut amictū mutabis eos, & mutabuntur idem autem tu ipse es, & anni tui non deficient.*

Ostenso per authoritates quoniā differentius nomē præ angelis Christus hæreditauit, ostendit per alias authoritates eum esse meliorem & prǣstantiorem angelis. Quasi dicat: Anteꝙ filius Dei homo fieret, ꝓmisit Deus se eidem homini fore in patrem. *Et iterū cum introducit in orbem terræ,* id est, in hunc mundū *Primogenitum* in multis fratribus, dicit de eo, ut adoretur ab omnibus sanctis angelis. Iterum introducit uisibilem carne assumpta, qui ante inuisibilis in mundo erat. Quæ assumptio dicitur exitus à patre, & introductio in hæreditatē. Vel introducit, id est, intus usq; ad corda hominū ducit eum, ut cognoscatur ab eis, pro quorum salute carnem induit. & in orbem terræ, id est, ī reparationē humani generis ubiq; terrarum existentis. Qui filius secūdum diuinitatem qdem, in qua fratres non habet, dicitur unigenitus: sed secundum humanitatem, in qua fratres habere dignatus est, appellatur primogenitus. In qua humanitate cum adorare monentur angeli, quia in diuinitate ut adorarēt eum, non indigebant admonitione. & qa homo unitus Deo, adoratur ab angelis, patet quia longe melior est ipse ꝙ angeli. Hoc autem testimoniū in cantico Deuteronomij iuxta Septuaginta interpretes ita legitur: Lætamini cœli simul cum eo, & adorēt eum omnes angeli Dei. Vbi notandum ꝙ translatio Septuaginta īterpretum authentica erat Hebræis, qbus scribebat Apostolus, utpote Græcā & Hebræam linguam sciētibus. Quia ergo cœli lętanē cū homine quē Dei filius assumpsit, & adorant eum omnes angeli Dei manifestum est ex hoc, quantum ipse prælatus sit angelis: & etiam ex hoc qd sequitur, qa ad angelos dicit, qui facit angelos &c. Illud enim quod supra dictum est, refertur ad filiū, ostēdendo illum esse meliorem angelis: & istud quod subditur, refertur ad angelos, ostēdendo eos inferiores illo cui seruiunt et ministrant. Et hoc est quod dicit scriptura, quod ad angelos quidem pertinet: *Qui* scilicet filius *facit angelos*, id est, nūcios & legatos suæ uoluntatis ad homines, *suos spiritus* cœlestes. angelus enim nomē est officij, non naturæ. Nomen uero naturę spūs est. Nam sancti illi spūs supnæ patrię sp quidē sunt spūs, sed non semper angeli. Tūc enim solūmodo sunt angeli, cum nūciant. Eos ergo quos semper Christus habet spūs, quando uult, angelos facit, mittendo eos nunciare quod iusserit. *& flammam ignis*, id est, Seraphin, q ardentes interpretantur, quia igne diuini amoris toti sunt inflammati, & ante omnes alios sunt, facit *ministros suos*, ut ministrēt ei et seruiant. s. primos cœlestium spirituum facit sibi ministrare. *& hoc quidem ad angelos dictum est*, id est, ad ostēdendam subiectionem eorum: sed *ad filium* quod se-

Deute. 32.

C quitur.i.ad declarandam eius excel
Psal. 44. lentiam: O Deus fili, tuus thronus, id est, tua sedes regia permanet in seculum seculi, id est, in æternum. Non enim posset Deus habere sedem temporalem: Dominum uocat eum, ut omnibus qui uidebant eum esse hominem, diuinitas eius innotescat. Per Thronū,
Luc. 1. Psal. 28. id est, per sedem regiam designatur regnum eius. Qui thronus perseuerat in seculum seculi, qa regni eius non erit finis. & alibi dicitur, qa sedebit dominus rex in æternum. per uirgam quoq;, id est, sceptrū, ī signe regnantis exprimit̄. Quæ uirga est, æquitatis sicut et per prophetam de eo dictum est. Ecce in iustitia regna
Esa. 32. bit rex. Vel thronus intelligatur iudiciaria sedes, & per hanc ipsum iudicium. Qui thronus permanet in seculum seculi, qa nouissimum Christi iudicium semp stabit. Vnde ait,
Matt. 25. Ibunt hi in supplicium æternum, illi autem in uitam æternam. Per uirgam autem æquitatis, intelligi potest rectitudo sententiæ iudicij eius, quia percutiet reprobos. Hęc uirga, fortitudo est in uindicta & æquitas rectissima. Vel certe uirga regni tui, id est, disciplina et regnum, qua bonos regis & malos flagellas, est uirga æquitatis, id est regula directa & inflexibilis. Nec mirum, qa dilexisti iustitiam, id est, omne bonum non coactus habuisti, sed ex amore: & econtra odisti iniquitatem, id est, omne malum. Nam sicut Ioannes in epistola dicit, Omnis qui facit peccatum, & iniqtatem facit, & peccatum est iniqtas. Non simul utraq; habuisti, id est, bonum et malum: sed unum ex amore tenuisti, & alterum ex odio detestatus es. & propterea, id est, ut bonum diligeres & malū odires, unxit te ô Deus fili Deus tuus pater per se, nō per ministros. In eo.n. quod dicitur, unxit te Deus, Deus tuus, sicut & in Hebręo & Græco patet, primū nomen Dei uocatiuo casu itelligēdū est, sequēs D nominatiuo. Vnxit te Deus, Deus tu⁹, Vnxit scdm hoiem, qa deitas nullo indigebat. Deus.n. qui unctus est, homo factus erat: et ideo unctus est Deus, qa homo erat Deus. Vnctus est oleo.i. spūs sancti dono. Sed præ participibus suis unctus est, qa omnes nos prius in peccato existimus, & postmodum per unctionem sancti spūs sanctificamur. Ipse autem q existēs Deus ante secula, per spm̄ sanctum in utero uirginis homo conceptus est, in fine seculorꝶ ibi ab eodem spiritu unctus est, ubi conceptus. Nec ante conceptus & postmodum unctus est, sed hoc ipsum de spū sancto & carne uirginis concipi, a spū sancto ungi fuit. Nō potuit apertius dici nomen Christi, q̄ ut diceretur unctus Deus. Christus .n. Græce, unctus dicitur Latine. & unctus significat regem, uel sacerdotem. Vnctus est Deus oleo, sed spūali. Oleum .n. uisibile in signo est, oleum autem inuisibile in sacramento. Oleo exultationis unctus est.i. spūs sancti gra quæ conscientiam eius exhilarauit, faciēs ut nullum omnino peccatum in ea unquam esset, sed ois oīno sanctitas. Et ideo præ participibus suis unctus est, quia nullus sine peccato, nisi iste solus, nullusq; tātum sanctitatis habere potest. Nam neq; boni aliqd habere quisquam ualet, nisi ab isto acceperit. Quia enim omnes sancti ab eo accipiunt qcqd hn̄t, ideo participes eius dicunt̄, sicut & in sequentibus epl'æ huius legimus. Participes Infra. 3.
enim Christi effecti sumus. Propter quod & ipse uocatur Christus, illi uero Christiani: in qua appellatione declarat̄, qa ipse singulariter unctus est maiori gra præ oibus. Non.n.ad Ioan. 3.
mensurā dedit ei spm̄ Deus, sed totū spiritū sanctum ei largitus est: nobis uero dedit ad mensuram. Hæc dicta sunt ad filium, in quibus humani-

B

A tatis eius excellentia demonstrat. Et item propheta insinuans æternitatē diuinitatis eius, ait: O *domine fili, tu fū dasti terram in principio* mundi, id est, nutu & dispositione tua imobilē subsidere fecisti. In pricipio fundasti eā, qa tu iam eras ante omne principiū, & in pricipio dedisti esse creaturis. *Et cœli sunt opera manuum tuarum*, qa manibus tuis .i. uirtute iussionis tuæ operatus es cœlos. *Ipsi* qui tam durabiles sunt, *peribunt in die iudicij*. Non tamen hoc itelligitur de superioribus cœlis, sed de nouissimis, qui sunt ꝓpinqui terræ, & in quibus aues uolitant. Qui scdm̄ quantitatem & spatia aeris huius peribunt igne iudicij occupante tantā aeris capacitatem, quantā occupauit aqua diluuij. Ipsi peribunt ab ea quam hñt specie, ut in meliorem mutentur. *Tu autē permanebis*, quia sicut ante omnia permanebas incōmutabilis in æternitate tua, sic & postq̄ illi perierint, permanebis semper, id est, æternaliter. *& omnes* illi cœli aerij *ueterascent ut uestimentum*, id est, longæuitate paulatim deteriores fient. Quod nos quotidie cernimus impleri ipsa iam aeris imutatione et terræ sterilitate. Nam & de terra similiter hoc intelligitur. *Et uelut amictū mutabis eos*. Amictui comparant cœli, qa terram operiunt & circundant: Sicut amictum mutabis eos, id est, tam facile, sicut amictus extenditur & plicatur. Ita ergo peribūt cœli & terra, ut mutentur, non ut omnino desinant esse: quia ab ea quam nunc habēt specie, tergentur per ignem, et tamen in sua semper natura manebunt. Creaturæ quidem *mutabuntur*, sed tu immutabilis permanes, iuxta quod alibi dixisti: Ego dominus & non mutor. &, Ego sum qui sum. *Tu* semper *idem ipse es* æqualiter incōmutabilis, *& anni tui nō deficient*, id est, æternitas tua. anni nostri quotidie deficiūt, nec stāt oīno. Sed anni tui non deficiunt, qa semper stāt: & qa stāt, ipsi anni qui stant, unus annus est, & ipse unus annus q stat unus dies est. Quia ipse un⁹ dies, nec ortum habet, nec occasum, sed semp stat et lucet. Hi sunt anni q nō deficiūt, sed ꝑmanēt. His itaq; dictis euidēter ostēdit Dei filius æternaliter icōmutabilis in sua deitate, sine initio & fine ꝑmanere, et oīum creator esse, ac per hoc fides eius ad æternam salutem optime sufficere. In psalmo possunt hæc prophetica uerba mystice tractari, sed in hoc loco iuxta literam meli⁹ itelligunt: qa tunc in eis manifestius æternitas et potētia filij quā nūc apostolus studet ostendere, declaratur. Nam ad filij ꝑsonam, non ad patris in hac epistola dicitur: Tu in principio domine terrā fundasti &c. licet in Psalmo et ad patrem cōuenienter ista dicātur, uel potius ad totam trinitatem. Sed nunc Apostolus excellentiam solius filij propheticis testimonijs intendit ostendere, q Iudæis ꝓpter assumptionem carnis minor uidebatur. Vnde et adhuc subiūgit.

Psal. 101.

al. subsistere.

*Ad quem autem angelorum dixit aliquādo. Sede à dextris meis quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū? Non ne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?*

Psal. 109.

Item de gloria humanitatis eius loquit, ostendens eum angelis multo digniorem. Quasi dicat: Non solū per supradicta maior angelis esse declaratur, sed etiam per hoc, qa *ad quem angelorum* quantæcunq; excellentiæ fuisset, *aliquando*, id est, in aliquo statu eorū uel ante ruinam superborum, uel post confirmationem humilium, *dixit* pater quod Christo dixisse legitur, scilicet, *Sede à dextris meis?* Nam de excellētissimis angelis scriptum est, quia Seraphin stabant in circuitu eius. Seraphin stant ut ministri, filius sedet ut dominus. Seraphin in circuitu, filius ad dextram

Mala. 3.

Exo. 3.

Esa. 6.

Apoc. 7

Nam uictori Xpo pater in die ascensionis eius obtulit cõsessum suum, dicens: Sede à dextris meis, id est, quiesce et regna in potioribus meis & hoc, donec *ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum*, id est, prorsus subijciam tibi. Per pedes stabilitas æterna designatur, ubi quasi uestigijs, positis uirtute oĩpotentiæ consistit, uel certe humanitas eius, & his pedibus eius quotidie subijciuntur inimici.
1. Cor. 5. uel per spontaneam conuersionem, uel per iustam damnationem. Cum autem omnes subiecti fuerint, id est in fine seculi, tũc patebit omnibus,
*Locus obscurus.* quia ipse perẽniter sedebit ad dexteram patris. & Ideo nũc necesse fuit dicere, φ ipse ibi sessurus sit post diẽ iudicij, sed tantum usq; ad illum diẽ propter eos qui adhuc eum ibi sedere non credunt. hoc nulli angelorũ dictũ ẽ, scilicet, Sede à dextris meis, quia nõ est ministri sedere ad dexteram illius cuius minister est, sed filij est sedere ad dexteram patris. Nam omnes angeli sunt eius ministri, & hoc interrogatiue quasi per increpationem dicitur. *Nõn ne omnes* angeli tã magni φ parui, *sunt spiritus administratorij*, id est, ad ministrandum apti, ut unusquisq; Deo ministret ex officio suo: administratorij sunt, id est, ministrandi officium habent. & quia possent officium habere ministrandi, & non ministrarẽt, ut dapifer regis dicitur eius minister, etiam si nõ ministret, subditur: *missi in ministeriũ*, subaudi actualiter explendum, hoc est, & ministrandi officium habent, & ministrant, ministrãdo scilicet seruiunt, & id faciunt non propter se, sed propter homines, qbus licet minoribus imperio Christi seruiunt, propter eos in bonis operibus adiuuandos & à malignis spiritibus defendendos: *qui capient hæreditatem salutis*, id est, consequentur hæreditatem patriæ cœlestis, ubi perpetuam animæ corporisq; salutem habebunt. Mittuntur itaq; ppter nos huc angeli, uel à domino, uel à maioribus angelis. Ex minoribus enim angelorum agminibus foris ad explẽdum ministerium imittũtur, id est, ad humana solatia uel angeli uel archangeli ueniunt. Nam sublimiora agmina ab intimis nunq; recedunt, quoniam ea quæ præeminent, usum exterioris ministerij nõ habent. Vnde Daniel ait, Millia millium ministrabant ei, & decies millies cẽtena millia adsistebant ei. Aliud enim est ministrare, aliud adsistere. Nam ministrãt Deo, q ad nos nũciando exeũt: adsistũt uero q sic cõtẽplatione intima perfruunt, ut ad explendã foras opera nõ mittant. De minoribus ergo itelligendũ est, φ sint in ministerium missi propter hoĩes qui hęreditatem salutis pcipient. Nusq;.n. legimus dominationes uel thronos in ministeriũ mitti. Qui tamẽ dici possunt administratorij spũs, qa & intus ministrant Deo, dũ diuinas sciẽtias ab eo susceptas inferioribus tradunt, & ad supernã eos ad contẽplationẽ adducũt. Sed & illi qui foras exeũt, semp ei assistũt: qa & cum ad nos ueniũt, sic exterius ĩplent ministeriũ, ut tñ nunq; desint interius p cõtẽplationẽ. Vnde saluator de paruulis.i. humilib' ait, qa angeli eorũ ĩ cœlis semp uidẽt faciẽ patris mei. *Mat. 18.* & mittunt igit, & assistũt: qa et si circunscriptus sit angelicus spũs, summus tñ spũs ipse q Deus est, circunscriptus nõ est. Angeli itaq; & missi ante ipsum sunt, qa quolibet missi ueniat, intra ipsum currunt.

Daniel. 7. (margin, beside "Daniel ait, Millia millium ministra-")

CAPVT II.

*Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus ne forte pereffluamus. Si.n. qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit, iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tãtam neglexerimus salutem? Quæ*

A *Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis qui audiere, in nos confirmata est, cō testante Deo, signis & portentis & uarijs uirtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem.*

Hucusq; multis authoritatibus demonstrauit filium esse meliorem angelis: & nunc consequenter asserit, q; uerba eius magis sint obseruā da q̃ angelorū. Locutus fuerat De⁹ in pphetis, locutus fuerat & in angelis, sed nouissime locutus est nobis in filio. Et *propterea* quoniam ille tanto dignior est eis, *oportet nos ea quæ* ab ipso audiuimus, *obseruare* & opere cōplere *abundantius*, q̃ illa quæ à prophetis uel ab angelis qui ministri legis fuerunt, audieramus. Abundantius .i. largius & studiosius seruare debemus uerba q̃ locutus est Deus in Christo, q̃ seruauimus ea quę locutus est in angelis .i. præcepta euāgelij q̃ legis. Ea.n. quæ Deus refert dixisse Moysi, certū est angelos esse locutos. Sed dicit aliquis: Cur ergo scriptū est, Dixit Dn̄s ad Moysen, Actu. 7. & nō pot⁹, Dixit angelus ad Moysen? Quia cum uerba iudicis præco pronunciat, non scribit in gestis. ille p̄co dixit, sed ille iudex. Locuti sunt itaq; angeli uerba legis. Sed magis obseruare nos oporret uerba euāgelij, quæ locutus est Christus, *ne forte pereffluamus* .i. puniamur. fluimus.n. ga sicut fluuius in defluxu & mutabilitate sumus, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, de iuuentute ad senectutem, & inde ad decrepitā ætatem. Effluimus uero, cum in morte aīa & corpore dissoluimur. Effluimus .i. extra fluimus, cū aīam exhalamus: pereffluimus, si à uero Dei esse perpetualiter separati per uaria tormenta sine fine deficimus: & ne hoc nobis contingat, obseruemus uerba Christi saltem timore pœnæ, si necdum regnat in nobis amor iustitiæ. Vel fluimus per pœnas mortalis naturæ, effluimus B peccatum addendo, pereffluimus in æterna damnatione. Vel ita: Fluere, est mori, effluere pati pœnas siue in hoc seculo, siue in futuro: pereffluere acriora tormēta perpetualiter pati. & hæc cauēda nobis sunt. Sed & moraliter pereffluere est ab intima intentione appetitus īterioꝝ & ęternoꝝ, penitus extra fluere, cogitando & appetendo sola exteriora & tpalia, qđ eis accidit, quoꝝ mentes gr̄a Dei prorsus deserit: & q uerba Christi custodire negligunt, merito suæ peruersitatis deserunt à spiritu sancto, ut cocupiscentias suas sequantur & pereant. Vnde mox de pœna futuræ dānationis coꝝ, cōparatione uindictaꝝ, quæ prędricatoribus legis quondā inferebant, terribilr sub ditur: *Si enim qui per angelos dictus est sermo &c.* Nam si illi puniti sunt, q uerba angeloꝝ cōtempsere, quanto grauius puniētur, qui uerba Christi cōtemnunt? A minori probatur hoc. Vel secundū priorem sensum ita cōtinuatur: Reuera pereffluem⁹ in tormentis, nisi ea quæ dicta sunt nobis à filio, seruauerimus. Nam qūo effugiemus pœnas æternę ultionis, si tā tam salutem nouæ gratiæ neglexerimus, cum nec illi effugerint, qui legem ueterem neglexere? et hoc est: Si sermo Dei qui dictus est Moysi per angelos .i. per officium angeloꝝ, *factus est firmus* .i. ratus & stabilis & in minis & in promissis, quia & qcqd minata est lex & qcquid promisit, completū est: *& si omnis prævaricatio & inobedientia &c.* Præuaricatio est uetita facere, inobedientia uero iussa nō facere. Et non solum omnis prędricator qui multoꝝ reus erat, sed & oīs præuaricatio .i. omnis culpa transgressionis, ut pro singulis ultio fieret, & oīs culpa inobedientiæ, quæ legis p̄cepta facere cōtēpsit, *accepit retributionem* factorū suoꝝ, retribu-

C tionem dico *mercedis*.i. meriti *iustam*.i.
Exo. 21. parem, nõ pro leui culpa magnam,
Leui. 24. nec pro magna leuem, sed iuste mo-
Deute. 19 dificatam, ut oculum pro oculo, dẽ-
tem pro dente. Melius positum est
præuaricatio & inobediẽtia, q̃ si po
neretur, præuaricator & inobediẽs:
quia per hoc (ut diximus) ostẽditur
pœna illata fuisse pro unaquaq; trãs
gressione & inobedientia. Nam pręe-
uaricator nõ solum de uno, sed etiã
de multis dicitur: & si hîc positus es-
set præuaricator, posset intelligi qđ
non pro una, sed pro multis culpis
quis puniretur. Si (inquã) sermo an-
gelorum tam firmus factus est, ut tã-
ta necessitate cogerẽtur nostri maio-
res illum operibus adimplere, quo-
niam siquis aliter fecisset, non pote-
rat euadere, *quõ nos* debitam ultionẽ
*effugiemus*, si nunc neglexerimus tan-
tam salutẽ.i. æternam beatitudinem,
quæ nobis offerẽ i obseruatione mã
datorũ noui testamẽti? Nullo modo
pœnas effugiemus, si hanc inæstima
bilem salutem paruipendamus. Nõ
enim tanta salus fuit in ueteri testa-
mento, quanta est hæc quã filius no
bis attulit. Illa tpalis fuit, hęc est p-
petua. Illa terrenas diuitias, hæc cœ
lestes promisit. Illa uictoriam de car
neis hostibus, hæc concessit de spiri
tualibus. illa tpalem feliciter uitam,
hæc tribuit æternaliter beatã. Ideoq;
saltem non negligenda, quod est mi
nus q̃ præuaricari. Grauior.n. uin-
dicta sumeẽ de his qui salutem istã
neglexerint, q̃ sumpta est de illis, q
sermonẽ angelorũ præuaricabantur.
ibi.n. sermo, hic aũt salus: qa ibi tan
tum lrã iubens, hic uero spũs adiu-
uans. Quia uero Iudei possent rñde-
re, Non sequiẽ, qđ si illi puniti sunt,
qui legẽ per angelos datam præua-
ricabanẽ, nos quoq; puniamur, si ne
gligamus ea quæ dicta sunt à filio
Dei: qa ipsi uidere angelos & audire-
re, nos uero filiũ nec uidem⁹, nec au-
diuimus, ideo subiungit: Quæ salus D
in nos confirmata est ab eis q audie-
re. ac si dicat: Nõ idcirco pœnã eua-
detis, qđ eum fortasse præsentem in
carne nõ audistis, qa audistis eos q
ab ipso audiere. & hoc est: *Quæ* salus
& uita perennis electorũ, *cum per domi*
*num* Iesum *accepisset initium* non consti-
tutionis, qa ab æterno est, sed enarra
tionis, qa unigenitus filius qui est ĩ Ioan. 1.
sinu patris, ipse enarrauit. *ab eis*.i. ab
apostolis, q ab eius ore *audiere, cõfirma*
*ta est*.i. ualida affirmatione pręedicata
est, transiens ĩ nos.i. ad sedem & in-
telligentiã aĩæ nrǣ perueniẽs. Cõfir-
mata est in nos ab eis qui audiere,
non in fine tantũ dñicæ prædicatio-
nis, sed à principio, cũ illa salus cœ-
pisset *enarrari*.i. euidenter & manife-
ste enarrari per dñm, non figuris in-
uolui, sicut antea per pphetas. Con-
firmata est (inquã) ab eis *Deo contestan-*
*te*.i. cum eis testãte qcqđ illi dicebãt,
& qũo contestabaẽ Deus.i. testimo-
niũ & certitudinem dabat prædica-
tioni eorũ, *signis*.i. minoribus miracu-
lis, ut erectiõe claudi, *& portentis*,i. ma
ioribus & stupẽdis mirabilibus, ut
sanatione oĩum infirmitatũ per um
bram Petri. uel signa erant, qa aliud Act. 3. 14.
signabãt, ut erectio eiusdẽ claudi ere Act. 5.
ctionẽ claudicãtis populi Iudæorũ:
& portenta, qa aliud portendebant,
ut sanatio ĩfirmitatũ sub umbra Pe-
tri, sanationẽ oĩum spũalium lãguo-
rum aĩæ nrǣ in pręsenti ecclesia, quę
per umbrã Petri figuraẽ, sicut supna
Hierusalẽp corpus eius. Talibus si-
gnis & portentis contestabaẽ Deus
uera esse q̃ docebãt apostoli, & *uarijs*
*uirtutibus* aliorũ miraculorũ, quæ non
ita erant mystica. Vel uarijs aĩæ uir-
tutibus.i. charitate, humilitate, casti-
tate & cæteris hmõi, quas Deus in
eorũ moribus relucere faciebat, ut
eorũ uita prædicationi cõcordaret,
quatenus humilitatẽ docentes, hu-
miles essent: largitatẽ pdicantes, lar-

A gi essent, quibus nimirum uirtutib⁹
contestabatur Deus ueram esse do-
ctrinam eorum. *& etiam spiritus sancti*
*distributionibus*.i. donis spiritus sancti
diuerso modo datis, ut ille haberet
genera linguarum, ista interpretatio
nem sermonum, alius prophetiã &
alij alia. Distributiõibus dico, factis
non secundum meritum, sed *secundum*
*suam uoluntatem*.i. secundum placitum
1. Cor. 12. suæ misericordiæ. Scd̃m uolũtatem
eiusdem spũs, quia ipse est diuidens
singulis prout uult. Vel scd̃m uolun
tatem Dei patris, quia una uolũtas
est indiuiduæ trinitatis.

*Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ*
*futurum, de quo loquimur. Testatus est autem*
Psal. 8. *in quodam loco quis, dicẽs. Quid est homo quòd*
*memor es eius, aut filius hominis quoniam uisi-*
*tas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis,*
*gloria & honore coronasti eum, & constituisti*
1. Cor. 15. *eum super opera manuum tuarum. Omnia subie*
*cisti sub pedibus eius. In eo enim quod ei omnia*
*subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc au*
*tem necdum uidemus omnia subiecta ei. Eum au*
*tem qui modico quàm angeli minoratus est, ui-*
*demus Iesum propter passionem mortis gloria &*
Philip. 3. *honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus*
*gustaret mortem.*

Dixit superius, quia oportet nos
ea quæ à Christo audiuimus, obser-
uare abundantius quàm obseruauimus
illa, quæ audieramus ab angelis.i.
carnales ceremonias, & nunc decla-
rat cur abũdãtius, quia uidelicet nõ
angelis, sed Christo data ẽ potestas
iudicandi nos in futuro seculo & re
gnare sup oia. *Nõ enim angelis*, sed Xp̃o
*subiecit Deus* pater *orbem terræ futurum*.i.
qui futurus est post diẽ iudicij, quã-
do erit cœlum nouũ & terra noua,
*de quo* orbe tunc futuro nunc *loquimur*,
non de eo quem nũc cernimus. Iste
enim ex parte recusat adhuc subijci
Christo, ille aũt oino subijcietur ei.
Non angelis tũc subiectus est orbis
terræ, sed potius Xp̃o: qa sic asseruit
in psalmo ꝓpheta, cuius nomen uo-
bis reticeo, non abscõdentis affectu, B
sed qa uos memoriter psalmos reti-
netis, & à rege Dauid cõpositos sci-
tis. Hoc *testatus est quidam* ꝓphetarũ, qui ꝓ
habita excellentia sine proprio nomi
ne intelligitur, & ex sola authorita-
te cognoscitur, & testatus est *in loco* scri
pturæ *quodam*.i. egregio & notabili,
ut & per testem & per locũ pateat
sine ambiguitate uerũ esse qđ dixit.
Testatus est *dicens*, qđ est homo &c.
Omnis filius hois, homo est: sed nõ
oĩs homo, filius hois. Adam quippe
homo, sed non filius hois. Homo igi
tur hoc loco, terrenus est: filius autẽ
hois, cœlestis: & ille longe seiunctus
Deo, hic autem præsens Deo: & pro-
pterea illius memor est tanquàm longe
positi, hunc uero uisitat, quẽ p̃sens il
lustrat uultu suo, de quo ꝓp infirmi
tatem carnis & humilitatem passio
nis recte dicitur, Minuisti eum pau-
lominus ab angelis: & ꝓpter clarifi-
cationem, qua resuscitatus est & in
cœlum eleuatus, gloria et honore co
ronasti eũ &c. Quod ergo dicitur,
Quid est homo, cum despectu legen
dũ est. O (inquit) dñe Deus pater, *quid*
*est homo*, quasi fragilis, despectus, pec
cator, *quòd memor es eius*, quando pecca
ta dimittis, *aut* quid est.i. quantæ di
gnitatis & excellentiæ *filius hominis*.i.
Christus, qui nõ ex duobus paren-
tibus, sed ex sola uirgine natus est,
*quoniam uisitas eum*, resuscitans de sepul
chro? Ibi es memor, patriarchis de
cœlo misertus: hic uisitas, qa uerbũ
caro factum est. Vel totus uersus de
Christo põt legi & admiratiue dici:
Quid.i. quàm magnũ & quàm mirabile est
mediator Dei & hominum homo Ie
sus Xp̃s, qđ memor es eius.i. quia li
cet in terris conuersetur, tu tñ nõ obli-
uisceris eius aliqñ ut peccet, sed sem
per es memor eius, faciẽs ut semper
sit imunis ab omni peccato, & ple-
nus omni sanctitate: aut qđ est.i. quàm
gloriosum est filius hois.i. idẽ Chri-

C stus, homo ex hoïe matre natus, quia per hoc quasi īfirmum uisitas eum resuscitando. Omnes enim alij sunt filij hominum, quia originem habent ex cōiunctione duorum: sed Christus fili⁹ est (ut diximus) solius hoïs, quia sine carnali patre natus est de uirgine, & ideo magnum qd & incōparabile est ipse apud Deū. Quia uisitas (inquit) eum sicut medicus in infirmitate eius, & oēm lāguorem mortalitatis & passibilitatis atque corruptionis p̄ resurrectionē expellis ab eo. Et indigebat uisitatione, quia *minuisti eum*. Erat enim & est semper cō substantialis & coæternus tibi, sed minuisti eum, dum exinaniens seipsum, formam serui acciperet. Minus angelis, quia mortalis factus est: paulo, quia sine peccato. Nam minor angelis fuit pp humilitatem carnalis generationis atque passionis, non pp naturā humanitatis. Natura enim humanæ mentis, quæ ad imaginē Dei facta est, si peccato careat, par est angelis. Christus ergo corpore, nō mēte fuit minor angelis, & corpe mortali atque passibili. Cum dicitur *paulo minus ab angelis*, illud ab, notat nō esse intelligēduū ita minorem, ut angeli aliquo modo habeant illam naturā, qua dicit minor: sed ex toto ab eis esse remotam innuit. Ista non ualēt ad hoc ostēdendū, quòd ei subiecta sunt omnia: sed potius ostenduntur qdam gradus & merita, qbus ipse ad hoc peruenit, ut ei subderentur omnia, ut per hæc quæ iam cōpleta sunt, credamus & illa fore cōplēda, quæ necdū sūt cōpleta. Minuisti (inquam) eum. i. minus minuisti maiori. hoc est, hoïem coniunxisti uerbo in unitate personę, & post expletam passionis obedietiam *coronasti*, id est, circundedisti *eum* ad modum coronæ, quæ totum caput circundat, *gloria* quantum ad animam, ut omnes internæ uires eius glorificarentur: *& honore* quantū ad corpus, ut esset imortale & lucidissimū. Tres enim sunt uires in anima .i. ratio, sensificatio, uegetatio. Secundum rationem nihil recepit in resurrectiōe, quia neque sapientiam ampliorem, neque dilectionem Dei & proximi uehementiorē. Sed scdm uegetabilitatem & sensificationē recepit, quoniam aïa suum corpus per resurrectionem ita uegetauit, ut subijci non posset ulli corruptioni: & sic ēt sensificauit, sic oēs sensus corporis uigere fecit, ut nullo modo posset detineri, uel aliquid molestiæ pati. Qd' uidelicet corpus ita tunc factum est pulchrū, ut pulchrius fieri non posset & scdm decorem coloris, & scdm aptitudinem corporis ipsius. Vel in resurrectione & ascensione coronatus est gloria, in similitudine triumphatoris et honore in cōsessu patris. uel gloria .i. claritate īmortalitatis, & honore, quod sibi flectitur omne genu. *&* etiam *constituisti*, id est, stabiliter *eum* posuisti, ut ibi regnet perenniter *super opera manuum tuarum*, id est, super angelos & homines, quos ambabus fecisse manibus diceris, quia digniores sunt cæteris creaturis. Nec solūmodo super angelos & homines eum posuisti, sed etiam sup omnia: quoniam *omnia* quæ sūt in cœlo & in terra & inferno & in uniuersitate totius creaturę, ita *subiecisti* ei, ut sint *sub pedibus eius*. i. ut nullo sibi modo possint æquiparari, sed isra subiaceāt ut adorēt eū. Quia igit oïa pater ei subiecit & nō angelis, ideo abundātius oportet nos ea seruare, quæ ab illo audiuimus, q̄ seruauimus quæ ab angelis audieramus in lege. Per hoc oïa q̄ dicta sunt, ostēdit ipse ad salutē sufficere sine carnalib⁹ obseruantijs. Et si nō amore pcepta eius seruamus, saltē terrore iudicij seruem⁹ ea, qm̄ omnia subiecta sunt ei, uel post modicū subiecta erūt. Præteri-

A tum.n.pro futuro posuit propheta. Omnia subiecit ei pater. Dum dicit omnia, nec terena excipit, nec cœlestia Nam *in eo quòd ei subiecit omnia, nihil dimisit non subiectum ei* in uniuersitate creaturarum.hac.n.intentione protulit uates istam uniuersalem sententiam, ut nullã facere uellet exceptionem, sed uel uoluntariam, uel necessariam subiectionem omniũ demonstraret. Dixit propheta quod pater illi subiecerit omnia. Sed nos *nunc* .i. in hoc tẽpore *necdum uidemus omnia subiecta ei*, quia necdum completa est tota hæc prophetia, licet maior pars eius sit iam completa. hîc.n. uoluntariam tm̃ subiectionem credẽtiũ in eum uidemus, sed in futuro uidebimus inuitam deiectionem superborum. Quotidie nanq; subijciunt aliqui, sed nõ omnes donec in iudicio: & quod omnia sint illi subijcienda, cõstat ex eo q͏ cætera prophetię uerba iam sunt adimpleta. Nam adhuc nõ uidemus omnia illi subiecta, sed tñ iam uidemus .i. ita patenter intelligimus, ac si corporeis oculis uideremus eum, uidelicet magnũ & denotabilem in diuinitatis natura, *qui minoratus est modico quàm angeli.i.* qui factus est parum minor angelis, *propter passionem mortis*, quia pati & mori potuit, q͏ beati angeli non possunt. Eum, inquam, qui talis factus est .s. *Iesum.i.* saluatorem qui sine carnalib9 obseruantijs saluare põt, *uidemus* oculis fidei *coronatum gloria & honore* scd̃m animam & corpus, qui coronatus est propter passionem mortis.i. q͏a usq; ad mortem fuit obediẽs patri. Hic iam incipit Apostolus ostendere, non pro potentia tm̃ uel ultione uerba Christi audienda esse, sed potius pro dilectione, qua dilexit nos ut pro nobis moreretur. Dico quia minoratus est, & hoc ideo, *ut gustaret mortem*.i. horariam & nõ longã, quasi aliquid gustando transiret pro omnibus ad uitam p̃destinatis, uel pro B omnibus, quia pretium sanguinis eius sufficit omnibus. Et hoc factũ est *gratia*.i. gratuito munere Dei quia homo nõ meruit. uel ipse Christus est gratia Dei, qui pro salute omniũ mortem gustauit, quia non debebat nobis, ut filius Dei moreretur pro nobis. Qui mortuus est pro omnibus: quia etsi omnes non credunt, ipse tamen quod suum est fecit.

*Decebat enim eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem cõsummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes propter quam causam non confunditur fratres eos uocare, dicens.* Nunciabo *nomẽ tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. & iterum. Ego ero fidens in eum. & iterum, Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium.i. diabolum, ut liberaret eos qui timore mortis per totam uitã obnoxij erant seruituti.* Psal.21. Psal.17. Esaia.8. Osee.13. 1.Cor.15.

Christus est gratia Dei.i. gratuita donatio eius, quia gratis eum dedit nobis, nullo id p̃merẽte. Dedit eum nobis, ut breui haustu mortem gustaret pro nobis. Nam hoc facere decebat Deum patrem, q͏a nihil in hoc fecit quod esset cõtra honorem suũ, sed potius hoc illum decuit, ut per filium suũ maiorem subueniret minoribus. Et hoc est, quia *decebat eum*.i. patrem, *propter quem* glorificandum sunt *omnia*, & propter cuius summũ esse, habẽt omnia inferius esse, *& per quem* sunt *omnia*, q̃m per ipsum constructio & perseuerantia est omnibus impertita: *qui* iam prædestinatione, quamuis nondum re, *adduxerat in gloriam* supernæ beatitudinis *multos filios* adoptiuos: eum (inquam) decebat *consummare*.i. simul omnium summum facere.i. super omnia sublimare *per passionem* & resurrectionem, *authorem salutis eorum*.i. filium suum, qui

C est author salutis omnium adoptiuorum, quia nemo salutē habet nisi per ipsum. Et ideo conueniens fuit, ut pater eū morti traderet pro salute oīum. Vel secūdum alios codices, dicamus quia decebat per passionē consummari eum.i.Christum, propter quem laudandum & per quem creantem sunt omnia, qui multos filios.i.sibi fratres adoptatos iā prædestinando, adduxerat in gloriam. qui fecit quæ futura sunt, ut propheta testatur, eum dico, authorem salutis eorum, qui nisi pateref, non esset eis author salutis: & ita falsa esset ꝑdestinatio, de adducendis ipsis, nec in his quæ propter eū glorificandū facta sunt, glorificaretur, sed frustra essent facta omnia, cū homo cui cætera seruiunt, perditus esset. Decuit ergo eum passione consummari. Videretur.n.indecens ꝙ author salutis pateretur. Sed non dedecet, quia ex Deo pendet: & ei est subditus, ut alij homines, & ideo conuenit pati. *Nam* ipse Christus, *qui* sanguine suo *sanctificat* prædestinatos, *et illi qui* per eum *sanctificantur, omnes* sūt *ex uno* patre Deo, qui est unus & singularis, cui nemo adæquatur.i. ex eo omnes pendent, & omne bonum suum ab eo habēt. Sed Christus ex eo ut ꝓprius filius, cæteri ut adoptiui, & quia ille tātus & tantæ potentiæ est, ut possit alios sanctificare, & alij adeo sunt infirmi ut indigeant sanctificatione, ideo potius illum ꝙ alium fratrē oportuit subire passionem. Oēs sunt ex uno, *propter quam causam*.s.quia utriꝙ eundē patrē habent, *non confunditur*.i. non erubescit *uocare eos fratres*. Confundi.n accipitur pro erubescere, quia cum qs erubescit, simul fundūtur humores in facie. Cum dicit, non confunditur fratres uocare, ostendit non eius naturæ esse fraternitatem nostram, sed misericordię scdm eius diuinitatem: & quod nos fratres uocet, probat authoritate prophetica, ne putetur D nouum, *dicens, Nunciabo* post resurrectionem meam in toto orbe *fratribus* *Psal. 21.* *meis*, quos mihi adoptabis, *nomen tuum* quod est pater, ut cognoscant te patrem, qui eos paterno affectu ad hæreditatem supernæ beatitudinis ut filios uocas. Vel nomē tuum, quod est Deus.i.famam & gloriam deitatis tuæ, ut cognoscant omnipotentiam tuam, & te creatorem suū esse sciant. Et etiam ego existens *in medio ecclesiæ*, quasi columna, ut super me omnes conuocati ad fidem undique incitentur, & me sustentatorem habeant, *laudabo te*.i. faciam te laudari, accendens omnes de circuitu ad tuā laudationem, uel in medio ecclesiæ, *Psal. 17.* ut omnibꝰ cōmuniter adsim & cōsulam atꝙ subueniam. Siue in medio.i. in corde fidelium laudabo te. *et iterum*.i.si hęc nō sufficit uobis authoritas, iterū alibi (hoc est, in Esaia) dicit, quod ad idem confirmandum ualet, uidelicet quia ipse & ꝗ sanctificantur, ex uno sunt: *Ego*, inquit, *ero* ut homo *fidens in eum*.s.in patrem. Id est, homo fiam, & non in meis uiribus confidam, sed ero fidens in eum.i. non in me remanebit fiducia mea, sed tota transibit in eum, qui ex ipso mihi omne bonum, sicut & alijs hominibus. Dum dicit ꝙ confidat in eum, manifeste declarat quia ex eo est, & eius auxilio indiget. Et cū se ex eo esse & pendere manifestet, ipse qui maior est, aperte docet illos longe inferiores se, & non in hominibus, sed in Deo fiduciam debere ponere. *et iterum*.i. iterato dicit ipse apud Esaiam, quod ostendit eum & *Esaia. 8.* cæteros fideles ex uno esse. *Ecce*, inquit.i. in aperto sumus ad præbendum exempla bene agendi cæteris hominibus, *ego* q me dignatus sum sic humiliare, *et pueri mei*.i.qui per me puri facti sunt à criminibꝰ, quos ex me tā nō habeo, sed Deus pater eos

A mihi gratuita sua uolūtate dedit, unde patet, quòd ex eo sumus ego & illi: & ideo iure recipitur & honoratur à nobis iste, qui cum sit author salutis nostræ, sic se humiliat, ut fratem nostrū se tam in prophetis quàm in euāgelio uocet. Nā & ipse iuxta humanitatem & oēs sancti ex uno genere sunt, & ex uno Deo. *Ergo quia pueri* .i. quos humiles & à uitiis puros facere uolebat, *communicauerūt carni & sanguini*.i. cōmuniter habuere oēs carnē & sanguinem.i. erant homines corruptibiles ex corpore & anima, quæ nunc per sanguinem intelligitur, propter hanc rationabilem causam *&* *ipse* quoque qui sanctus erat in diuinitate, *participauit eisdem* .i. carne & sanguine. & hoc similiter ut pueri eius qui sanctificandi erant, quia similiter mortalem & passibilem naturam humanitatis accepit. Ecce quomodo ueraciter nobis frater dignatus est fieri. Sāguis hoc loco pro anima positus est, quia sedes aīæ, sanguis dicitur esse, testanre Moyse, quoniam anima

Leui. 17. carnis in sanguine est: & quia sanguis domini redemptio est humani generis, & ipse carnem suam obtulit pro nobis in ara crucis atque sanguinem fudit, designatum est quòd integrū hominem redemerit.i. corpus & animam fidelium suorum ab originali culpa liberauerit. Quod etiam in sacramento corporis & sanguinis sui designare uoluit, qui sine carnalibus obseruantiis hoc solum sacrificium nostrę redemptioni prorsus suffecit. Et ideo dicitur, communicauerunt .i. communem naturam habuere ipse et pueri eius, quoniam illam naturam quæ communis in hominibus fuit, assumpsit, ut oēs communiter redimeret, quorum naturæ ipse cōmunicare dignatus est. Quæ tamen redemptio solis pueris eius ad uitā prædestinatis proficit, qui puritatē mundæ conuersationis custodiunt.

& quia ipse & pueri eius ex uno gene- B re sunt, uel ex uno Deo, atque pueri oēs cōmuniter habuere carnem et sanguinē, ergo & ipse carnis & sanguinis particeps factus est similiter, quia eodem modo fragilem naturā habuit ut illi, præter peccatum: & ideo talem assumpsit naturam, ut eā morti daret pro illis, & moriens diabolum occideret. Nisi enim homo esset qui diabolum uinceret, nō iuste, sed uiolenter ei tollerētur homines. Ideo mori uoluit, *ut per mortem* sui innocentiis *destrueret* principem mortis. Non quæsiuit alia arma quibus pugnaret contra mortis authorem, nisi ipsam mortem. Et per eam destruxit *eum*.i. deorsum struxit atque subuertit uelut aliquod ædificium altitudinē superbiæ eius & fortitudinem potētiæ ipsius, *qui habebat mortis imperium*, quia ex quo sibi per Adam captiuauerat humani generis liberum arbitrium, iam quadam potentia imperabat.i. suadebat hominibus ea quę ad mortem ducunt.i. peccata, & nemo illi resistere poterat, quia nemo peccatū omnino respuere ualebat. Nō enim ob aliud dicitur imperium & potestatē mortis habuisse, nisi quia peccatum persuasit, ex quo mors accidit. Vnde ille qui sine ullo peccato uel originali uel proprio mori dignatus est, innocenti morte sua hūc principem iniquitatis & mortis destruxit, & potestate priuauit, *id est*, *diabolum*, qui interpretatur deorsum fluens: quia & ipse semper ad ima per nequitiam defluit, & eos qui sibi consentiunt, defluere facit, donec in infernum decidant. Sic enim habet super eos mortis imperium. Sed nos econtra sursum tendamus, quò Christus nos uocat, qui et morte sua liberauit à principe mortis. Nec tamen ideo mori uoluit, ut hūc hostem destrueret, sed etiam *ut liberaret à* iugo timoris & à seruitute legis *eos*,

C uidelicet Iudæos, *qui erant obnoxij serui-tuti*. i. ut timorem pœnæ eis auferret, & amorem iustitiæ per spiritũ sanctum infunderet, ut in libertate Deo seruirent. Qui non ad horam, sed ꝑ totam uitam pręsentẽ quandiucunq̧ duraret, erãt obnoxij seruituti legis, seruiliter adimplendo carnales eius obseruantias *timore mortis* corporis et animæ quia timebant corporaliter occidi, si legẽ uiolarent, & post obitum in inferno cruciari, qm̃ & in le-
Num. 16. ge dedicerant Abiron & Dathan cũ suis uiuos in infernum cecidisse, & in prophetis æterna reproborũ supplicia manifestius audierant. Sed Christus moriens, liberauit eos & à iugo legis, & ab inferno: et nunc electi eius mortem desiderant, ut ad regnum transeant. Ecce quanta bona operatur mors per Christi gratiam. Qui utiq̧ poterat etiam hoc donare credentibus, ut nec istius experirentur corporis mortem. Sed si hoc fecisset, carnis quædam felicitas adderetur, minuerẽtur autem fidei fortitudo. Sic. n. homines mortem istam timent, ut non ob aliud felices dicerent Christianos, nisi q̧ mori omnino non possent. Ac per hoc nemo ꝓpter illam uitam, quæ post mortem beata futura est, per uirtutem etiam contemnẽdæ ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret: Sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christũ. plus ergo gratiæ pręstitit fidelibus suis. Quid. n. magnum erat, uidendo nõ mori eos qui crederẽt, credere se non moriturum? Quanto maius est ita credere, ut se speret moriturus sine fine uicturum? Eneruis. n. & debilis est fides, nec fides omnino dicenda, si homines credendo præmia uisibilia consequantur. i. si fidelibus imortalitas in hoc seculo reddatur. Hinc & ipse dominus mori uoluit ut (sicut dictum est) per mortẽ euacuaret eum qui potestatem mortis D habebat, & Iudæos à seruitute legis eriperet.

*Nusquam enim angelos apprehendit, sed semẽ Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, ut repropiciaret delicta populi In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.*

Dictum est quia participauit carni & sanguini ut moreretur, & ita principem mortis angelum destrueret, & merito sic est dictum: quia *nusquam*, in nullo scripturarum sacrarũ loco *apprehendit* ipse *angelos*, qui ab eo recesserant. Nusquam in scripturis inuenitur quod uoluisset apprehendere. i. ad se prendere & reducere angelicam naturam quæ perierat, cum omnes scripturæ de hominum reparatione concorditer loquanẽ. Duas enim ad intelligendum se creaturas fecerat angelicam. s. & humanam. Vtranq̧ uero superbia ꝑculit, & à statu ĩgenitæ rectitudinis fregit. Sed una tegimen carnis habuit, alia uero nihil infirmum de carne gestauit, angelus nanq̧ solũmodo spiritus, homo uero spiritus & caro. Misertus ergo creator ut redimeret, illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid constat habuisse, & eo altius apostatam angelum debuit repellere, quo cum à persistendi fortitudine corruit, nil infirmum ex carne gestauit. Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari nõ possit: qa nimirum angelus sua malitia cecidit, hominẽ uero aliena prostrauit. Propterea nusquam. i. in nullo (sicut diximus) scripturarũ loco, uel nusquam. i. nec in cœlo, nec in aere, nec in terra, nec in abysso apprehendit angelos apostatas, imo penitus deseruit eos. *sed semen Abrahæ apprehendit*, quia nos quasi recedentes ab eo & longe

A longe fugientes insecutus misericorditer apprehendit, & in unam personam nostræ fragilitatis naturã sibi contemperauit. Semen. i. filios Abrahæ apprehendit. Melius posuit apostolus semẽ, q̃ si posuisset filios: qa semen tam de longinquis q̃ de propinquis parẽtibus dicitur, filij uero magis dicuntur propinqui. Gentes ideo omittit: quia Iudæis loquitur: & quod posuit semen Abrahæ, sufficit suæ intentioni. Et etiam per hoc reddit eos magis obnoxios Chrõ, q̃ non ad gentes, sed ad Iudæos missus est, sicut ait. Nõ sum missus nisi
Matt. 15. ad oues, quæ periere, domus Israel. Vel etiam gentes ad fidem conuersę
Galat. 3. sunt semen Abrahę: quia dum in Abrahæ semen. i. in Christum crediderc, eius filij facti sunt, cuius semini sunt uniti. Vnde eis dicitur: Si autẽ uos Christi, ergo Abrahę semẽ estis. Siue igitur de Iudæis, siue de gentibus fideles, semen Abrahæ sunt qđ Christus apprehendit. *Vnde.* i. ꝑpter hanc causam, quia non angelos, sed homines apprehendit, *debuit fratribus similari*, ut homo fieret quod illi erãt. Ipsa. n. natura suscipienda erat, quæ liberanda. Idcirco nanq; redemptor noster nõ angelus, sed homo factus est, qa hoc proculdubio fieri debuit quod redemit, ut & perditum angelum non apprehendendo desereret, & hominem in semetipso apprehendendo repararet. Semen Abrahæ apprehẽdit. i. carnem de Abraham, ut filios eius saluaret. Ideoq; fratribus *per omnia* pręter peccatum similari debuit, ut similiter esset homo mortalis & passibilis, & habens omnia cętera quæ sunt naturaliter hominis. Per omnia similatus est eis, qa natus, educatus, creuit, passus est & mortuus. Qui si aliter appareret, qũo homines non coactos, sed uolentes ad salutem reduceret? Nõ. n. haberent quem imitãdo sequerent,

nisi hominem uiderent sibi per omnia similem, quem imitari possent. B
Ob hoc pręcipue nobis similari debuit, *ut misericors fieret*. i. ut ille Deus q semper misericors extitit, & affectũ pietatis erga creaturam suã habuit, humanũ corpus haberet, & in corde compungeretur nostra miseria & infirmitate, sicut euangelium narrat eum frequenter pro nobis gemuisse & fleuisse, ut ueraciter compatientem nobis & cõdolentem miserijs nostris. & quia posset nobis compati per cõsortium eiusdem naturæ mortalis, nec tñ à miserijs eripere, subdit: *& fidelis pontifex ad Deum*: fidelis. n. pontifex factus est, ut fideliter nobis extrueret pontem super fluctus seculi huius ad terram uiuẽtium. Nullum. n. fallit, sed omnes ꝑ pontem quem ipse fecit, gradientes fideliter ducit ad Deum. Pontẽ qppe fecit, quia facultatem dedit nobis calcandi & superandi mũdanos fluctus, atq; transeũdi super eos ad patriam uitæ, & perueniendi ad creatorem nostrum, per hoc quod liberum arbitriũ nobis restituit, & auxilium suæ gratiæ nobis concessit, ac se mediatorem dedit, *ut repropiciaret delicta populi*. i. remoueret negligentias & culpas, quibus Deum populus derelinquebat. Repropiciare cõponitur ex re, & propè, & cieo cies. Et culpæ quibus delinquimus. i. derelinquimus Deum & elongamur ab eo, quasi propinquant Deo, dũ importune increscunt in oculis eius et iram eius irritant. Sed benignus põtifex & mediator noster repropiciat eas. i. retro ciet eas de eo quod fuerant propè, hoc est, remouet eas à facie Dei, misericorditer interpellans pro nobis, & delens eas. & bene potest delicta nostra repropiciare, quia & à paccato nos potest in tentationibus custodirẽ. Nam *in eo in quo passus est*. i. in inferiori substantia, in huma

Marc. 7. 8
Luca. 19.
Ioan. 11.

C nitate scilicet, de qua minus uidere tur potens est nobis in tentationibus subuenire. In eo, id est, in homine, in quo passus est à Pilato qui in diuinitate semper mansit impassibilis, *ipse* idem antea tripliciter *& tentatus* à diabolo, *potens est & eis qui tentantur auxiliari* .i. eis qui post baptismũ uel à diabolo uel recursu prauæ consuetudinis tentantur, subuenire potest, ne corruant, ne ad ipsum, unde per gratiam Dei liberati sunt, peccato ducente recurrant. Nam idcirco ipse prior tentari dignatus est, ut sic tentationes nostras suis tentationibus uinceret, sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Notandum quod tẽtatus in propria significatione de ipso etiam domino põt dici, qa multũ cõtẽnebat eũ diabolus cum impotẽtem hũc ad panẽ ex lapide faciendum arbitraretur, & auaritiam ei persuadere conaretur. Hucusq; ĩmoratus est Apostolus in hoc quod abũdantius oportet nos obseruare ea quæ à Christo & eius discipulis audiuimus, q̃ quæ ab angelis: quoniam omnia illi subiecta sunt sicut authoritate ꝑphetica probatum est. Nunc autem ingreditur facere comparationem inter Christũ et Moysen, ut ostendat qa u'rba xp̃i magis ac magis q̃ Moysi sunt obseruãda, ut sic magis ac magis ꝑsuadeat illis ea quæ Christus prædicauit, esse tenenda omnia: et nihil eũ fecisse uel docuisse, qđ nõ fuisset illi iniũctũ à patre. et hoc est qđ sequr.

Ioan.19. Matt.27. Marc.15. Luce.4. Matt.4.

CAPVT III

*Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum sicut Moyses fidelis in omni domo illius. Amplioris enim gloria iste præ Moyse dignus habitus est, quãto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo Qui autem omnia creauit, Deus est Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant, Christus uero tanquam filius in domo sua. Quæ domus sumus nos, si fiduciã & gloriã spei usq; ad finẽ firmã retineamus.*

Deute.12.

Dictum est superius qa Christus est pontifex noster ad Deum, & qa pro nobis passus est, & potest etiã scđm quod homo est, auxiliari nobis in tẽtationibus. Vnde.i.ex omnibus his pręmissis, uel propter omnia hæc supradicta ô fratres, id est, ex fide matre geniti, & per eandem sancti, id est, à peccatis mundati, ac bonis operibus instituti, & participes quoq; *cœlestis uocationis*, quia sicut & uos uocati estis ad cœlestia, ut æternam ibi cum Christo possideatis hæreditatem, propter qđ & ei multum debetis esse obnoxij et obedientes, qui uos ad cœlestia uocauit per gratiam suã, & animos uestros ad excellentiam nouarum eius promissionum erigere. Vos (inquam) ô fratres filij unius cœlestis patris & unius ecclesię matris, ꝑpter hæc omnia considerate.i.oculis cordium attenti conspicite apostolum quẽ uobis Deus misit, scilicet unigenitum suum. Merito Paulus istis se nõ scripsit apostolum, quibus nunc Iesum nominat apostolum, qm̃ prærogatiuẽ est eorũ apostolus, sicut ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, Et si carnales obseruantiæ ad cœlestem habitationẽ & uocationem sufficere possent, nũquam tantus, tam dignus esset eis missus. ἀπόστολος enim missus interpretatur. Considerate igiť hunc apostolum, diligendo & imitãdo eum, & faciendo uoluntatem eius: & cõsiderate hunc eundem põtificem, id est intercessorem & uiam nobis sternentem ad terram uiuentium: qa & pro nobis interpellat, & facultatem nobis parat, ut super fluctus seculi ac super cũcta labentia transeamus ad cœlestem patriam, pontificem di

Matt.15.

A co *confessionis nostræ*.i.quę omnes Christiani confitemur, & quem Iesum.i. saluatorem agnoscimus. Omnes uidelicet confitemur, quia hunc salutis largitorem habemus, & alio nō indigemus, quia ipse omnino sufficit ad salutem. *Qui fidelis est ei qui fecit illum*.i.qui patri, scdm humanitatem creauit illum, quia quicquid ei pater iniunxit, totum ipse fideliter adimpleuit: quia non suam, sed patris gloriam quęsiuit, nec eius mandata abscondit: neq; suam, sed patris uoluntatem facere uenit, & ideo si carnales ceremonias euacuauit, in hoc paternæ uoluntati non contradixit sed potius fideliter obediuit. fidelis est patri, *sicut fidelis fuerat Moyses in omni domo illius*.i.in omni plebe Iudęorū. In domo illius.i.Iesu uel patris, fuit fidelis Moyses, qa minister erat, non dñs. Et quęcunq; dominus pręcepit ut Moyses puniret, puniuit: quicquid illi dñs iniunxit, totum ille fecit uel docuit, & ad opera uoluntatis domini peragēda Iudęos coegit. Sic & Christus fidelis est patri, faciens omnes uoluntates eius in omni domo.i.in oī ecclesia et⁹ tā Iudæorum q̄ gētium. Et ideo fidelis est in hac domo non solum idololatriam de gentibus euacuans, sed & carnales ritus de Iudæis adnihilans. Dixi ut consideretis hunc apostolum, qđ facere debetis: quia *iste est præ Moyse*.i. maior Moyse, & hoc cōsiderate. Nā si Moyses uobis sufficere posset ad iustitiam & salutem, nunq̄ iste tantus mitteretur uobis. Nam iste *habitus* est a patre *dignus amplioris gloriæ* præ Moyse.i. maioris honorificentiæ & coronæ q̄ Moyses. Scdm usum Latinæ locutionis dicere debuisset, dignus ampliori gloria: sed scdm græcos dicit, dignus amplioris gloriæ. Vel amplioris gloriæ habitus & reputatus est iste præ Moyse, quia dignus est per meritū ut maioris gloriç habeatur. Non enim per solam B gratiam uel naturam hoc habet, sed & per iustitiæ meritum. Præ Moyse est & in gloria & in merito. Nam iste est fili⁹, Moyses uero famulus: iste sanctificans, Moyses uero sanctificatus: iste īmunis ab omni peccato, usque quaq; consummatus in omni bono, Moyses autem nō sine peccato, qui semper crescere potuit in aliquo bono, & intantum iudicatus est a patre dignus habere maiorem gloriam & exaltationem post hanc uitam, inquantum habuit in hac uita maiorem uenerationem apud fideles & sibi subditos, quàm Moyses habuerat apud suos. Moyses enim reputatus est dei famulus, Dei minister bonus, Dei dispensator fidelis, quem subditi uenerarentur non sicut Deum, sed sicut magistrum. Christum autem uenerantur subditi sicut Deum, creatorem suū, uerum Deum, sufficientem ad gregem suum custodiendum, quod de Moyse non est putandum & sic amplioris gloriæ est iste præ Moyse. *quanto ampliorem honorem habet domus*.i. de domo uel in domo, *qui fabricauit illam* quàm qui dispensat in ea. Quod de spirituali domo intelligendum est, uidelicet de plebe Dei, cuius Moyses dispensator agnoscitur, sed Christus fabricator, ipse enī fabricauit, id est, in fide fundauit & in bonis operibus ędificauit domū Dei, quæ est ecclesia, in antiquis & nouis sanctis, & ideo longe sublimius honoratur in ea, q̄ Moyses. Dico quia fabricauit domum Dei. Nam *omnis domus*.i. omnis anima quæ fit templū Dei, *fabricatur ab aliquo* alio, quia per se ipsam non potest construi, nisi ab alio superiore construatur. Nihil.n. boni ualet haberē a se sola. Sed *ille qui creauit omnia* uirtutū bona in electis, *Deus est*, & hoc agere Christus potentia diuinitatis suæ semper cōsueuit.

*Alias, domo legitur*

Non solum enim creauit nos ut esse mus, sed etiam ut boni essemus, si iā boni sumus. Quod si necdum boni sumus, rogandus est, ut qui nos fecit homines, faciat nos bonos. Ipse est ergo fabricator huius sanctę domus ac per hoc aliter in ea q̄ Moyses honorandus. Et uterq; quidem (sicut dictū est) fidelis fuit, quia officium iniunctum bene impleuit: sed tñ inter eos differētia fuit, qa Moyses qdē fidelis erat sicut famulus. Christus uero sicut filius in domo patris & dñs. Et hoc est: *Et Moyses quidem fidelis erat*. i. fideliter adimplēs quę cunq; sibi diuinitus imperabantur. fidelis erat *in domo* non sua, sed *eius*. i. patris uel Christi: & in *tota* domo illa. i. in uniuersa plebe Iudaica, malos arguens atq; puniens, bonos autem exhortans & semper ad meliora promouens, non ut dñs, sed *tanquam famulus*: quia non se dicebat deum, sed famulātem ei qui se miserat: nec à Deo diligebat̄ ut dominus, cuius erat propria domus, Moyses inq̄ fidelis erat, & hoc in testimonium eorum quę dicenda erant. i. ut testaretur & confirmaret ea quæ cōueniebat dici carnalibus, qui nōdum spiritalia capere poterant, non ut gratiam daret. Dicebat. n. fideliter populo quæ deus præceperat. Quibus dictis dabat testimonium multis rationibus & miraculorum signis & uarijs assertionibus. Dico qa Moyses erat ut famulus in domo domini, *Christus uero* non sicut famulus, sed *tan quam filius* qui iure est hæres, & tāquam dñs *in domo* non aliena sed *sua*. quia propria erat eius, sicut & patris, ac si dicatur: Et si uterq; prælatus est domui Dei, & in sua locutione fidelis extitit, magna tamen differentia est, quia Moyses erat in domo dñi tanq̄ famulus, Christus uero tanq̄ filius in domo patris & hæres & dominus. Et cum tanto sit maior Christus, debet omnino recipi: Moyses uero minor, in carnalib⁹ obseruantijs postponi. Moyses. n. sine Christo nō proderit. Christus autem solus ad omnia sufficit. Diceret nunc aliqs: Quid ad nos si Moyses uel Christus est ī domo? Nescimus enim quæ sit illa domus, nec p̄ hoc nobis Christus cōmendatur: quia etsi homines fuerunt illa domus, illi potius credendi sunt hoc extitisse, q̄ fuerunt temporib⁹ Moysi uel Christi, non autem nos qui modo sum⁹. cui uidetur respondere Apostolus. *Quæ domus sumus nos* Quasi dicat: Ne diffidatis de domo, q̄ nos sumus domus dei. Nos fideles & in hoc tēpore, sicut antea patres nostri, sum⁹ illa domus quam Christus sua morte fabricauit. Hac tñ cōditione dico nos esse domum diuinæ habitationis, *si retineamus fiduciam*. i. si spem certissimam quā dedit nobis, non amittamus, sed īdubiam fortiter retineamus: hoc est, si certissime salutem in Christo speramus sine carnalib⁹ obseruātijs, tūc sumus domus in qua per fidem habitat. fiducia nāq; pro spe hic accipitur. Et quia nemo potest sperare, nisi spes ex bona cōsciētia surgat, addit *& gloriam spei*. i. si retineamus & bonam conscientiam, quæ est causa spei, & decus & gloria mentis, per quam in spem erigimur quia sicut idem Apostolus dicit, Gloria nostra est testimoniū cōscientiæ nostræ. & quia nonnulli cōscientiam boni operis habent, per quam gloriari in deo possunt et sperare, sed tñ uacillātem, ponit *firmam*. Et quia firmam per mensem uel annum possent habere, subdit *usq; in finem*. i. usq; ad obitum: quia qui perseuerauerit usq; ī finē, hic saluus erit. Vel fiduciam retineamus, ne subrepente aliqua īfidelitate, diffidamus nos per Christum posse saluari, quę rentes salutis auxilium in carnalib⁹ obseruantijs,

1. Cor. 1 (margin)
Matt. 24 (margin)

A obseruantijs, sed sine his solũ Christũ ad oĩa sufficere indubitanter cõfidamus. Idcirco. n. ostẽsus est Christus longe nobilior Moyse, ut solũ Christum teneamus, in quo habebimus oĩa, & gloriã spei .i. gloriosam spem, qa est de iucunditate cœlesti: firmã .i. perdurãtẽ usq; in finẽ uitæ, qñ accipietur quod nunc speratur.

Psal. 94. *Quapropter, sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.*

Nunc itẽq; ĩuitat eos terrẽdo ad fidem, ne pp̃ter incredulitatem perdãt æternam requiẽ, sicut patres eorũ in deserto: qui qa increduli fuerunt, terram pmissionis & significatã amiserunt. Domus Dei sumus, si non per incredulitatem diffidamus, sed certa fide fiduciã teneam⁹. *Quapropter* nolite per ĩfidelitatem obdurare corda uestra, & hoc ita moneo, *sicut dicit spiritus sanctus*, idest, eandẽ intentionẽ ego nunc in uestra correctione habeo, quam habuit spũs sanctus, quando dixit istud ore Dauidico. Nec solus ego hoc suadeo, sed spũs sanct⁹ hoc idem similiter suadet. Et idem bonũ ego uobis promitto, si obedieritis: uel malum, si cor obdurauerítis, qđ spũs sanctus promisit, cum ad uos & alios in tempore gratiæ futuros uocem dirigeret, dicens: Hodie si uocem & cætera. Sanctus enĩ spiritus præuidens duritiam cordis Iudæorum, quia contra uocem domini Iesu obduraturi erant infideliter cor suũ, & ideo authoritate sua uolens eos à duritia cordis reuocare, & ad integritatem fidei Christi inuitare, scilicet ut nihil salutis putarent esse in carnalibus obseruantijs post aduentum ueritatis, dixit: Hodie &c. B

Et per hoc multum reuocat Apostolus Iudæos hanc prophetiã habentes, quoniam ostendit spũm sanctũ hoc idem tanto tempore antea prædixisse, quod nunc dicitur eis in tempore gratiæ. *Hodie*, idest, hac egregia & nobili die, scilicet in hoc tempore gratiæ notabili & preclaro inter omnes alias ętates, in quo Deus maiorem pietatis affectum hominibus exhibuit, quàm in alijs tẽporibus: *si uocem eius*, id est, nouam Christi prædicationem *audieritis*, nullum incredulitatis signũ remaneat in uobis. Modo per se loquitur, qui prius per prę cones loquebatur: si tunc duri fuistis, uel nunc estote molles. Quod ait, si uocem eius audieritis, non dubitat illos eã audituros, sed per hoc magis attẽtos facit ad audiendum, dum quasi incertos reddit & suspensos, ne forte cõtingat ut non audiãt. *Nolite obdurare*, idest, contra eum dura facere *corda* quæ sunt *uestra*, id est, in uestræ uoluntatis arbitrio, *sicut* obdurauerunt patres uestri carnales *in exacerbatione*, idest, in acerrima offensione, qua sibi Deũ reddiderunt acerbum, cum nõ crediderunt qđ Deus esset illis traditurus terram repromissionis, sicut pollicitus fuerat, nec cœlestem requiẽ, quæ per eam significabaẽ. Nolite (inquam) nunc obdurare corda *secundum diem tentationis in deserto*, id est, sequentes & imitantes diẽ & tp̃s, in quo patres uestri me tentauerunt, & ex diffidentia panem petierunt, atq; cum hæsitatione dixerũt: Nunqd poterit Deus parare mẽsam in deserto? & alia huiusmodi, & hoc fecerunt in deserto, postquam de Ægypto educti fuerant, ubi Deũ tentare non debuissent, cuius tot & tanta iam uiderant opera, scilicet se ipsos in manu ualida de Ægypto p mare rubrum sicco pede eductos, & hostes eorum in mari submersos, &

Exodi. 16. 17. 32. Nume. 12. 13. 14. 16. 20. 21. & 25. Psal. 77. Exo. 14.

C alia multa magnalia. Quare postmodum non debuissent de protectione gratię ipsius propter aliquos hostes
Nume. 14 diffidere. Cum enim audissent ab exploratoribus, habitatores promissæ terræ fortes ad prælium, obliti sunt uirtutis Dei toties probatæ, nec crediderunt illum esse potentem ad terram illā populo suo subiugandam, propter quod & indigni fuerunt intrare in illam. Vos autem cauete ne similiter facientes, à uera sanctorum patria excludamini. Nam et uos spiritaliter ab Ægypto educti estis, id est à tenebris ignorantiæ, & ab afflictione uitiorum liberati, submersis in baptismo uestris hostibus diabolo cum omni pompa eius et exercitu uitiorum: & ducente domino ad hoc promoti estis, ut mundum istum & præsentis seculi habitationem desertum, & locum horroris atque peregrinationem & exilium esse intelligatis. Et ideo non debetis amplius Deum tentare per aliquam diffidentiam, ut putetis uos sine carnalibus obseruantijs p Christum non posse saluari, qa tunc non intrabitis in electorum patriam, sed certissima fide credentes uos per eū esse saluandos, sola eius pręcepta seruate. Quia uerò dixit diem tentationis, & à quibus esset illa tentatio facta, non dixit, ideo nūc exponit qui Deum in deserto tentauerunt. Vbi, id est, in quo deserto *tentauerunt me patres uestri*, quorum tentationis & exacerbationis filij & imitatores estis, dū in fide dubitatis. & ideo timendum est uobis ne quos habetis patres in culpa, imitemini in eadem pœna. Iā ergo tales, non sint patres uestri, nolite eos imitari. Patres uestri erant, sed si non imitati fueritis, patres uestri non erunt. *probauerunt me*, id est, curiositatis causa exquisierunt, an possem facere quæ petebant *& uiderūt opera mea quadraginta annis*; qa tam longo annorum spatio feci corām eis in ma- D nu Moysi miracula, et ipsi magis ac magis obdurauerunt corda. ad hoc cū illis fui per quadraginta annos, ut ostenderē tale genus hominū qđ me semp exacerbaret, usq; in finem seculi fore, qa per illos quadraginta annos totum huius seculi tpˢ significatum est. Ipsi me tentauerunt per infidelitatem suam. Propter qđ ego fui infensus. i. contra iratus *generationi huic* tam peruersæ, q̄ & genus hmōi rebellium hoīum in ecclesia usq; ad finem mundi semper futurorū designauit. Et licet me offenderent, tñ ego *dixi semper* de illis, hi errāt corde, id est, per Moysem & Aaron miseri corditer annūciaui & corrigere studui errorem quem corde etiam habebant & scienter & uolūtariè, dicēs: Hi errant corde. i. ex propria deliberatione, qa serio peccant: & cū sciāt se male agere, non desistūt. Ego quidem paterna benignitate reuocabā eos, sed *ipsi non cognouerūt uias meas quibus* incedebam. i. misericordiā, qua eos corrigere studebam: & ueritatē, qua eos si in malo perseuerarent, damnare disponebam: qa uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Vel nō Psal. 24. cognouerūt uias meas. i. nō intellexerūt præcepta mea, p quæ uenitur ad me, qa ego spiritalr̄ locutus sum, scimus. n. q̄m lex spiritalis est, ipsi aūt carnaliter intellexerunt. Ita non Rom. 7. cognouerunt uias meas, sicut illis merētibus ego *iuraui*. i. īmutabilr̄ cō firmaui, & hoc feci *in ira mea*. i. in dispositione ultionis sumendæ, *si introibunt in requiem meam*, id est, non introibunt in terram ꝓmissionis, in qua eos requiescerē facturus erā: nec in regnum cœlorum, quod per hanc significatur, ubi perennis est requies. Duo notat, & qđ pœnas eis dedit, & quòd requiē negauit. Nam in ira qua negauit requiem, sumpsit ultionem. Defectus quoq; dictionis, uehe

A mentiam ite designat, cum dicitur, Si introibunt in requiem meã, quãuis ira Dei non sit ut hominis, id est, perturbatio cõcitati animi, sed tranquilla dispositio iusti simpliciter cõstituti. Vehementer enim minatur, cum quasi præ nimia ira imperfectã relinquit sententiã, dicens: Si introibunt in requiem meam. Et cum iuramento minatur istud. Multũ ergo timenda est hæc cõminatio. Nam loqui Deum, magnum est: quanto magis, iurare Deum. Iurantem hominẽ debes timere, ne propter iurationem faciat quod contra uoluntatem eius est. Quanto magis Deum qui nihil

Nu.13.14. temere iurare potest? Historia ꝓ hoc loco reducit ad memoriã, quod miserunt uidere terram: & cum audierunt ibi esse inexpugnabiles uiros, obliti uirtutis Dei toties ꝓbatæ, dixerunt: Reuertamur in Ægyptum. Vnde iurauit dominus quod nõ intrarent in terram illam, quæ est requies laborum, & sic omnes in solitudine mortui sunt præter duos. & sicut illi per incredulitatem & diffidentiam terram amiserunt quæ illis parata erat ut requiescerẽt in ea, ita uos si in fide Christi dubitaueritis, uel inobedientes illi fueritis, ueram iustorum patriã non ingrediemini. Hucusq; terrẽdo locutus est, ne sint increduli Christo, sicut patres illorũ Moysi, ne ueram perpetuæ beatitudinis quietem amittant, sicut patres illorũ requiem sibi promissæ terræ. Hinc blandiendo monere incipit, ne requiem illam amittant: & per temporis opportunitatem suadet, ut ad eam festinetur, subiungens.

*Videte fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo uiuo, sed adhortamini nosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usq; ad finem firmum retineamus, dum dicitur, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt, sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Non ne illis qui peccauerũt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et uidemus quia nõ potuerunt introire propter incredulitatem.* B

Leniter incipit admonere, ut libẽtius admonitionem suscipiant. *Videte*, inqt, ô *fratres*. quasi dicat: Mihi debetis acquiescere, qui uos fraterna dilectione admoneo. Videte, id est, rationabili cõsideratione cauete, ne quis uestrum habeat cor incredulũ, & excludatur ab æterna requie fidelium. Sed illud, quaptopter, quod supra dictum est, nonnulli uolũt huic monitioni iungere, ita: Domus Dei sumus, si fiduciam & gloriam spei retineamus. Quapropter uidete fratres ne diffidatis. Videte *ne forte*, quia in uestro est arbitrio, & ad utrunq; se habet, *sit in aliquo uestrum*, qa de multis non dubito qui perfecti sunt, *cor incredulitatis*, ut non credat Christum ad salutem sufficere, quia *malum* est tale cor, quoniam sic ruit in multã peccatorum uoraginem & post in mortẽ. Nam huiusmodi cor est cor, id est, uoluntas *discedendi*, id est, diuersis uijs cedendi et fugiendi *à Deo uiuo*, id est, à Christo qui (sicut legimus) est Deus uerus & uita æterna. Qui enim ab eo diuersam uiam incedit, à uita discedens ad mortem tendit. Quod inter istos nõnulli faciebant, dum in fide Christi dubitantes, cũ sine carnalibus obseruantijs ad iustitiam & salutem sufficere posse non crederent, & ita iam ꝓ exiguo fidem eius ducentes, facile ab ea recedere uellẽt. Et minus est per aliam culpã à Deo discedere, q̃ per incredulitatẽ eum oĩno postponere. Qui.n. fidem abijcit, oĩno à Deo recedit. Qui uero

C per aliam ab eo culpam discedit, sperat adhuc reuerti. Per hoc qd' dixit, cor icrudelitatis, itelligi poterat cor malum, & cor discedendi à Deo uiuo. Sed ideo posuit, quia istæ uoces magis ualent ad absterrendum eos. Non habeatis cor incredulitatis, *sed potius adhortamini* non diuersos, non alterius gentis hoïes, sed *uosmetipsos* ad inuicem. Qd'. n. dixit, uosmetipsos, ostendit hortationem eo℞ adeò necessariã inter eos esse, ut nõ oporteat extẽdi ad alios. adhortamini uos in uicem, ut syncere credatis, & pie ac sancte uiuatis. & hoc *per singulos dies*. i. quotidie, et non per unum annũ uel duos tantum, sed *donec cognominatur Hodie*. i. quandiu insimul dies hodie cognominatur. Nã qd' dixit, hodie cognominatur, uoluit notare multitudinem die℞ esse in tpe grę. Quod tẽpus est hodie. i. magnum & demonstrabile: & est dies. i. clarũ post tenebras erroris & ignorantiæ donec hodie cognominatur. i. quãdiu tps grę durat, adhortamini uosipsos de incremento fidei cęterarumq; uirtutũ: qa non minus modo potestis proficere: ꝙ præsente Christo, uel donec hodie cognominatur. i. quãdiu uita præsens unicuiq; manet, in qua semper dicitur, hodie adhortamini uosipsos semper ad meliora. Siqs. n. peccauit, usquequo est hodie, põt reuerti. Nemo igit desperet dũ uiuit. Sed neq; securus incautè fiat, quia nescit qñ sibi istud hodie determinet, ideo uos adhortamini, *ut non obduretur quis ex uobis*. i. nõ fiat durus et incredulus cõtra monitionem spũs sancti, qui cor eius molle uult facere, ut possit in eo uerba sua uelut in cera scribere. Nõ obduret qs, neq;. n. de multis metuo. Nã obduratur contra fidẽ *fallacia peccati*. i. errore peccati se fallente sub uirtutis specie, si cũ fide Christi legem, qm̃ à Deo data est, putauerit saluti necessariã. Sic. n. falletur peccato. i. male faciet, dũ se putauerit benefaceret: quia ex obseruatione legis Deum offendet, cui se per eandem legis obseruantiam placere credet. Nã qui legem ahuc obseruat, Christum uenisse negat. Et ideo non debet qsquam nostrum obdurari tali fallacia, ut sub occasione legalis obseruãtiæ discedat à Christo euacuans fidẽ eius. Nam *participes Christi sumus effecti*. Non. n. potest fieri discessio, ubi primũ nõ fuit coniunctio. Sed nos iam Christo sumus cõiuncti, & ideo nõ discedamus ab illo. Effecti sumus participes Christi in nomine et grã, qa & Christiani uocamur, & grãm eius percipimus: per quem quicqd boni habemus, assecuti sumus. s. fidem, peccatorum remissionẽ, innocẽtiam & iustitiam &c. Vel participes Christi sumus effecti. i. spe sumus iam participes eiusdem incorruptionis & gloriæ quam Christus habet. Ac si dicat: Debetis adhortari & nõ esse duri, qa qd' non eramus facti sumus per grãm, hñtes partẽ cũ Christo in hæreditate. *Tamen* hac conditione dico, *si retineamus initium substãtiæ eius*, id est, fidem quę est initium bono℞, per quam Deus existit in nobis & per quam deificamur & diuinæ substantiæ participam⁹. Fides. n. est substantiæ initiũ. i. icorporationis eius, qa fundamentum est & origo uirtutum, per quas ipse cõstat in nobis, & nos mẽbra eius efficimur. Et hoc initium oportet ut retineamus nõ titubãs, sed *firmum* & incõcussum: nec per mensem uel annũ, sed *usq; ad finem* uitæ præsentis, ut scilicet nunquam deseramus fidem. Et ne dicerent, uobis apostolis tantum & Christi contemporaneis iussum est ut fidem teneant, subiũgit, *dum dicitur*, hodie &c. Ac si dicat: Non tantũ his qui Christum audiere loquẽtem, præceptum est tenere fidem, & nõ obdurare corda, sed etiam uobis hoc idẽ est iniũ-

A ctum & cæteris oĩbus dum dicitur .i.quãdiu dicitur, *hodie si uocem eius audieritis*, hoc est, per totum tps grãæ uel præsentis uitæ. Vel ita: Non solum auditores Christi, fidem debuerunt adhibere dictis ei9, sed & uos, quãdiucunq; dicitur hodie si uocẽ eius audientis, id est, quandiu uocem diuinæ prædicationis in hoc seculo potestis audire, *nolite* infideliter *obdurare corda uestra* cõtra uocem dñicæ admonitionis, *quemadmodum* obdurauerunt patres uestri *in illa* notabili & magna *exacerbatione*. Nolite prauorũ exẽpla sequi, sed bonorũ. Nam *quidam* illorũ *audientes* i deserto uocẽ Dei, pollicentis quod induceret illos in terram promissionis, in qua & requies æterna figurabatur, dubitauerunt Deum hæc agere posse, & sic hæsitatione sua *exacerbauerunt* eũ, id est, acerbum sibi & asperum reddiderunt. Qua sententia demonstratur non satis esse audire de illa requie, qa illi omnes audierũt, sed non omnes peruenerunt. Nam & uos nunc auditis, quod Christus uobis credentibus requiem illam promittat. Si dubitaueritis eum sine carnalib9 obseruantijs uos in illã iducere posse, exacerbabitis eum sicut patres uestri, nec intrabitis in illã. Peius est.n. exacerbare q̃ tentare. Quidã exacerbauerũt, *sed non uniuersi qui profecti sunt Ab Aegypto per Moysen*, id est, per ducatũ Moysi. Nam inter eos erant Caleb & Iosue, qui non offenderunt, & hos debetis imitari. Nã & uos ducatu ueri moysi.i. Christi, educti estis à tenebris ignorantię & erroris. Ideoq; non debetis amplius Deũ incredulitate & prauis moribus exacerbare, sed fide & bonis operibus ad terrã ꝑpetuę beatitudinis uobis ꝑmissam festinare. Per hoc qđ dicit quosdam exacerbasse, sed non uniuersos, innuit qđ intelligebat inter istos quosdam dubitantes, & quosdã non dubitantes. Dico ꝙ qdam exacerbauerunt, B sed non omnes Sed *quibus horum infensus est quadraginta annis*? id est, utrũ illis qui excerbauerũt, an illis qui non exacerbauerunt? *Non'ne illis qui peccauerunt*? Vtiq; illis. Quod ex effectu apparuit, qa *prostrata sunt* id est procul à castris et ab omni uicino strata sũt. In deserto & præ multitudine iacuerunt insepulta *cadauera* eorũ exposita bestijs et auibus idest, corpora eorũ sicut brutorũ animalium cadauera, relicta sũt *in deserto*, nec sepulturæ tradita & in hoc apparuit ira Dei. Significant aũt (ut supra dictum est) quadraginta anni totam pręsentem uitam uel spatiũ tpis usq; ad finem seculi. In quo qcũq; post baptismũ, uel infidelitate uel criminosa cõuersatione Deũ irritant, non sunt digni peruenire ad terram uiuentiũ, sed in huius mundi solitudine laniantur morte cadauerum à feris & auibus, id est, à malignis spiritibus, & ad æterna supplicia rapiuntur. Hieronymus in libro sexto super Ezechielem: Pepercit, ait, oculus meus ne interficerẽ Ezec. 20. eos atq; delerem: nec omnino consumerem. In quo quæritur, qũo eis pepercit quorũ cadauera in solitudine corruerunt, & excepto Iesu Naue et Caleb filio Iephone, terrã repromissionis nullus ingressus est? Ex quo intelligimus uiuere eos, nec æternis supplicijs reseruatos, nec deletos eẽ de libro uel de terra uiuentium, nec consumptos ante faciem Dñi. Si. n. ex eo ꝙ non sunt introducti in terrã promissionis perisse credendi sunt, ergo Moyses perijt, qui uidit tantũ terrã ꝑmissionis, & nõ est igressus in eam. Peccantes qdem ꝓstrauit in mortẽ corporis, sed incredulis negauit requiem aĩæ post mortẽ. Et hoc est qđ interrogatiue dicit, ad icrepationem istorũ, qui adhuc in fide dubitabant. Sed *quibus iurauit non introire in requiem ipsius* æternam, quæ significa-

C cabatur per terram pmissionis, uel in ipsam terrā pmissionis, *n. si illis qui increduli fuerunt* ad uocem pmissionis eiusdem requiei? Quasi dicat: Non aliis hoc iurauit, sed illis. *Et uidemus* aperta rōne, *quia non potuerunt* introire in illam requiem perpetuam, sicut nec in terram pmissionis, *propter incredulitatem* suam. Cōpleuit.n. Deus cōminationem iuramenti sui, qua dixit incredulos in requiem suam nō intraturos, & similiter faciet omnibus incredulis.

CAPVT IIII.

*Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nūciatum est, quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex his quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, quēadmodū dixit,* Psal 94. *Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septimo sic:* Gene. 2. *Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis: & in isto rursum, Si introibunt in meam requiem. Quoniā ergo superest introire quosdam in illā, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierūt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.*

Et qa propter incredulitatem illi perdiderunt requiem, *ergo timeamus*, id est soliciti simus, ne & nos similiter eam perdamus ob infidelitatem, ut si non amore, saltē timore fugiamus incredulitatē. Timeamus, qa timendū est, *ne forte* (forte dico, qa i arbitrio uestro est, & ad utrūlibet se habet) *relicta pollicitatione*.i. ne cōtempta & neglecta atque deserta frequenti pmissione, quā nobis Deus fecit, uel quam nos in baptismate fecimus Deo, *introeundi* per fidem & operationē *in requiem* quæ est *eius*.i. potestatis illius, qa pōt eam dare cui uult, *existimetur aliquis* nostrū *deesse*. Reqem illā nobis D Deus pmisit credentibus, non relinquamus pmissionem eius, sed certa fide teneamus eam, credentes q sine carnalib us obseruātiis sola Christi pmissione percipiemus illā. Timeamus nequis *ex nobis*.i. ex nostro collegio tam religioso, relinquens istam pollicitationē, & hæsitans in corde suo atque titubans in fide, det malam de sua salute cæteris opinionem, ut existimetur deesse ab illa requie pp incredulitatem suā, sicut antiq patres. Nā unusquisque debet studere tam firmus esse in fide et bona operatione, ut cum obierit, non sit dubiū ad requiem illam hūc peruenire. Cæterū qui dū quoad uiueret, in fide nutauit & in opere negligens fuit, existimatur post mortem ab illa deesse. Et hoc timendū est, ne cui nostrū contingat. Nam & ad nos ptinet de illa requie solicitos esse, sicut pertinuit ad patres nr̄os. *Etenim & nobis* pe grē *nunciatum* de illa est per filiū, *quemadmodum* per figurā terræ pmissionis nunciatum est *& illis* de ea per famulū: & ideo nō possumus excusationem de ea prætēdere, quasi de ignorātia, qa nō solū illis patribus, sed etiam nobis prędicata est illa requies. Nec solū in euāgelio, sed & ante legē, & sub lege docti sumus de illa. Nobis nunciatū est sicut & illis. *Sed illis non profuit*, profit uel nobis. nō pfuit illis *sermo*.i. illa quietis prænunciatio, qa sermo tantū uisa est eis: & ideo non pfuit sermo, qa *auditus* tātūmodo est, & non cōpletus. Et uere tantū auditus, non factus uel creditus. Nā *non admistus fidei*, ut & sermo & fides simul iungerent atque miscerent, fidei

A dico quę esset *ex his quæ audierunt* ab exploratoribus suis. Non. n. fidem ex uerbis eorum sumpserunt, sed magis amiserunt. Vel ex his quæ audierũt ab exploratoribus, factum est ut sermo quem prius audierant de illa requie, non admisceretur fidei illorum, sed falsus putaretur. Nam cũ audirent terram promissionis circundatam montibus, urbes habere munitissimas et habitatores fortissimos, desperauerunt intrare in requiem illam, quæ & futuram significat requiem: et sic præsentis quietis spe perdita, dubitauerunt de illa quę in hac erat præfigurata. Dixi quia & nobis nũciatum est de illa requie, quod effectus probat, quoniam ingrediemur in illam. Non enim uiam ingrediendi sciuissemus, nisi nobis esset nunciata. Vel ita: Illis qui non crediderunt, non profuit: quia nobis qui credim⁹, proderit. Nam *ingrediemur in illam requiem nos qui credemus* quemadmodũ ex opposito dicit de incredulis, si introibunt in requiem meam. Per quod patet, quia qui credunt intrabunt. Ingrediemur. n. credẽdo, sicut illi perdiderunt non credendo. Non cognouerunt (inquit) uias meas, sicut illis merẽtib⁹ irã meã exhibui. Ita cæci fuerunt ad cognoscendum uias meas, sicut ego firmiter illis minatus sum quod non essent intraturi in requiem meã Palęstinæ regionis uel cœlestis habitationis, & sicut ablata est illis quia non crediderũt, sic nobis promissa si crediderimus. Quia uero dixerat nunciatũ esse de illa requie, ostendit quando & quõo sit nunciatum. s. ante legem post perfectionem operũ, & sub lege, quando per terrã promissionis designabatur, & tempore gratiæ in Dauid Tres. n. requies memorat unam sabbati, secundã in Palęstina, tertiam in cœlo. Nũciatum est de requie, *& quidem* prio factis, deinde uerbis. Nam *operibus Dei perfectis*, quę fecerat per singulos dies *ab institutione mundi*, id est, ex quo mundũ cœperat instituere, subaudi, nunciata est illa requies quando Deus requieuisse dicitur. Augustinus in sermone de decẽ chordis ait. In spũ sancto, hoc est, in domo Dei requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia spũs sanctus dicitur, propterea septimum diẽ sanctificauit Deus, quando facit omnia opera sua, sicut in Genesi scriptum legimus, non ibi habes sanctificationẽ nominatam, nisi illo die in quo dicitur, requieuit Deus ab operibus suis. Non. n. fatigatus erat Deus, ut diceretur, requieuit Deus ab operib⁹ suis, sed in illo uerbo tibi laboranti requiem promisit. Vt quia fecit omnia bona ualde, & sic dicitur, requieuit Deus, intelligas etiam te post bona opera requieturum & sine fine requieturum. Nam omnia opera superiora quæ dicta sunt, id est, dies superiores, habent uesperam. Septimus iste dies non habet uesperam. Vbi Deus sanctificauit requiem, ibi dicitur, factum est manẽ, ut inciperet ipse dies. Non dictũ est, facta est uespera ut finiretur dies: Sed dictũ est, factum est mane ut fieret dies sine fine. Sic ergo incipit requies nostra quasi mane, sed non finitur, quia in æternum uiuemus. Ad hãc spem quicquid facimus, si facimus, sabbatum obseruamus Nunquam ab opere nouo cessauit Deus donec homo fact⁹ est: sed eo facto, requieuit ab omni opere per quod designauit, quia nullam aliã creaturam post hoĩem facturus erat, cui homo subderetur, et ad cuius seruitiũ homo crearetur. Nam quia ipse requieuit hoĩe facto, intelligimus quod propter hoĩem fecerat oĩa. Ideo promissa est homini requies operibus perfectis, & quod requies ac beatitudo sit ei promissa, ostendit scriptura. Nam *in quodam* notabili & egregio *loco dicit* spũs sanctus *de die septimo*, per quã significata est requies æterna, quia non descri- Gene. 2.

Gene. 2.

C bis habuisse uesperam, sic.i.talibus uerbis dixit: *Et requieuit Deus die septimo.* Cur.n.diceret post illũ diem, in qua homo creatus est, sequẽti die requieuit & ab opere cessauit, nisi per hoc uellet innuere, q̄m illum, post cuius creationem requieuit, ad requiem et beatitudinẽ fecit? Per sex dies ab illa creatione non requieuit, q̄m nihil perfectum uidit, donec homo dominus & possessor oĩum creatus fuit. Sed eo perfecto, perfecta sunt oĩa. & tunc tandem cessauit ab omni opere, q̄a tunc oĩa perfecta fuerunt, q̄m hoĩem ꝓpter quem facta erãt, habuerunt. Requieuit Deus *ab omnibus operibus suis*, id est, cessauit à noua operatione, ut nihil amplius faceret, nisi de materia ibi facta, uel ad similitudinem eorꝫ quæ iam ibi fecerat. Sex diebus operatus est, septima quieuit. Sic & sexta ætate homo natus est mundo ad laborem. Sexta die & sexta diei hora passus, septima quieuit ĩ sepulchro. Per quod nos docuit post opera nostra, quæ sex ætatibus.i: infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, senectute & senio fiunt, debere quiescere in septima ætate quasi septima die. Prima.n.ætas, ut dixi, ĩfantia est lactis ubere nutrienda. Scd̃a, pueritia solido cibo iam apta. Tertia est adolescentia, sufficiens ad generandam sobolem. Quarta iuuentus robusta & honoribus apta. Quinta est senectus, quãdo iuuentutis ardor refrigeratus & extinctus est: q̄m feruore carnis mitigato, uita ducit̃ in trãquillitate. Sexta est decrepita ætas, q̃n perit homo qui fuerat, q̃n uiribus amissis, iam positus est in introitu mortis. Post harũ finem ætatũ seq̃tur mors. Eodẽ modo & in spiritali uita sex pñt ætates notari. Infantes .n.sunt, qui sensu imbecilles, sola authoritate se defendũt, qui de sua fide sine aliqua rõne authoritatibus patrũ humilit̃ acq̃escũt. Pueri sũt quorum sensus iam aliquantulum sunt exercitati, q non manẽt cõtenti sola authoritate, sed q̄busdam rõnibus & inuestigationibus iam ꝓmouent̃ ad rõnem fidei. Adolescentes sunt, quorꝫ sensualitas iam subdita est rationi, ut iam sufficiant ad generationem bonorꝫ operꝫ, ut iam laborent & moueant̃ ad bene operandũ. Iuuentus est, q̃n non solũ generat mẽs per bonã operationem, sed etiã uirtus eius tantũ induruit & roborata est, ut neq̧ morte, neq̧ uita separari ualeat à charitate Dei, sed martyriũ (si opus fuerit) subire nõ uereatur. Senectus est q̃n mens ita præualet sensualitati, ut non solũ nõ superet̃, sed etiam nõ impugnet̃ ab ea, ut cato iam spũi (prout est in hac uita possibile) cõsentiat, & eandẽ quietem & aĩæ puritatẽ cõcupiscat. Decrepita ætas est illorꝫ, q iam (ꝓut fas est) cõtẽplatione dñi fruentes, ad instar angelorꝫ uiuũt, iã filij huius mũdi non dicendi iam in cœlestibus cõuersantes, ut uestigia humanę cõuersationis in opibus illorꝫ iam nulla uideri possint. Post has sex morꝫ ætates seq̃tur dies septima, æterna oĩbus sic uiuentibus ꝓmissa, in qua dabit̃ eis uera requies & perennis lætitia, ut nõ amplius futuri sint in aliquo labore uel miseria. Hęc nobis Deus significauit, q̃n post operationem sex dierꝫ, septima q̃escere uoluit. In illo scripturę loco demostratũ est, homini requiem esse ꝓmissam, atq̧ nunciatũ est ibi ante legẽ de illo: *et rursum* eadẽ requies sub legẽ p̄ figurã terrę ꝓmissionis *in isto* loco nũciata est & promissa, dicente spũ sancto de incredulis. *Si introibunt in requiem meam*, id est, in terram quam Moyses promittebat, quæ significabat ueram requiẽ, quã spiritus sanctus parauerat, ac per hoc nec in illam ueram intrare potuerunt. Vbi enim incredulis facta est cõminatio quod in eam non introi-

*Gene.2.*

*Psal.94.*

A bunt, ibi declaratum est q̄m promis sa fuit aliquibus hominibus. Si.n. nulli promissa esset, nec aliquem in traturum prædictum fuisset. Et non esset causa cōminationis quòd non essent intraturi, si nullus esset intraturus. Nec multū eos læderet, si minaretur illud auferre, cuius spem & certitudinem aliquam nequiuissent habere. Ecce bis signata et promissa est requies per diem sabbati & per terram promissionis. Et qa spiritus sanctus qui nec falli nec mentiri potest, eam signauit, nunciauit & promisit, et illam aliquibus præparauit, quia superflue non fecisset eam *ergo superest*.i. restat post promissionē *quosdam*.i. egregios & electos *introire in illam* perennem promissionem & ueram. Et q̄m superest quosdam īntroire, *& hi quibus prioribus annunciatum est*, ut intrarent, *non introierunt propter incredulitatem* in ueram requiem, quam terra promissionis figurabat, ad quā non peruenerunt, ergo *iterum*.i. sub eiusdē requiei designatiōe *terminat* & distinguit spiritus sct̄us *diem quendam*, quo nunciata impleātur.i. egregium tēpus gratiæ in aduentu Christi, *dicendo hodie in Dauid, loquens*.i. loquens per Dauid, quia non ipse Dauid loquebatur, sed spiritus sanctus in eo. & hoc *post tantum temporis* ab īntroitu filiorum Israel in terram promissionis. Vnde pater non de illa terra tunc eū dixisse, quæ iandudum habebatur: sed de uera requie, quæ adhuc expectabatur. Introitus .n. terrę promissionis iam tunc non poterat illis auferri. Ex quo autē fuit in deserto facta cōminatio, quæ dicit. Si introibūt in requiem meam, processit magnum spatium usq; ad tempus Dauid. Sed à tēpore cōminationis hu9 usq; ad itroitum terrę promissionis, modicum tempus fuit. Et p hoc cōstat esse dictum de promissione uerę requiei, quam post tātū tēpus Da-

uid fecit his, qui futuri erāt in nouo B testamento, quia cōtemporanei sui iam intrauerāt. Ideo terminat diem quo possimus in ueram requiem intrare. Nunq;.n. aliqui intrarent, nisi tempus gratiæ distinctum fuisset, in quo regna cœlorum paterent fidelibus. Ideo terminat diem ītrationis, q̄m superest aliquos intrare. Et nisi uideret intraturos, non terminaret. Qui licet sub lege uiuens, corde tñ positus in tempore gratię, dicens hodie tertio nunciat requiem illo tempore consummādam, diē terminat, hodie dicendo in Dauid, quod hodie est intelligendum, *sicut supradictum est, Hodie si uocem eius audieritis*. Diuersis enim significationibus posuerat, hodie q̄n dixit, Hodie genui te: & q̄n rursus ait, Hodie si uocem eius audieritis. Et ideo debuit terminare, quam significationem habeter nūc *Psal.2.*
Hodie, ne aliter ītelligeretur. Hodie, *Psal.94.*
id est, in hoc luminoso tempore gratiæ, de quo Ioannes scribit, quoniā tenebræ transierunt, & lumen uerū iam lucet, si uocem prædicationis eius audieritis, quia non omnes audiunt illam qui sunt in tempore gra *1.Ioan.2.*
tiæ, sicut nunc quoq; multi paganorum ad quos euāgelica prædicatio non peruenit, *nolite* contra uocē eius *obdurare corda uestra*, ne tempus gratiæ uobis in uacuum trāseat, quia post non erit tempus in quo possitis intrare in requiē. Diceret aliquis, Tu dicis quoniam hi qbus priorib9 annunciatum est, non introierunt, & nos uidemus quia introierunt, q̄m per Iesum Naue eam cōsecuti sunt. Cui respondetur: Non introierunt propter īcredulitatem suam requiē homini promissam. *Nam si Iesus* filius Naue.i. Iosue filius Nun, *præstitisset eis illam requiem*, in distributione terrę promissionis, non ultra fieret sermo de alia die qua pateret in requiē ingressus. Vel ita continuati pōt: Superest

C quosdam intrare sicut Dauid termi nat. Nam si Iesus .i. Iosue qui duxit in terram promissionis præstitisset eis requiem .i. omnimodam quietē, ut nulla alia esset speranda, *nunquam* id est, nullo tempore Dauid uel spiritus sanctus, *post hæc .i.* deinceps *loqueretur de alia die .i.* de alio tēpore, in quo requies esset dāda. Sed quia post locutus est, patenter ostēdit quia alia est requies de qua dixit hodie, q̄ illa ad quam duxerat Iosue. Certum est igitur aliam esse ad quam ducit Christus, quę per illam sub Iosue figurabatur. Itaque reliquitur electis sabbatismus. Q̄nquidem nō fuit illa requies uera, sed aliam post promisit spiritus sāctus, *itaque relinquitur.* id est, futuris seruatur à Deo, qa increduli patres nequiuerūt ad illum pertingere. Relinquitur, nō dico tm̄ requies, sed (ut magis exprimam) dico *sabbatismus*, id est, feriatio & iucunditas sabbati. Sabbatismus quippe uocabatur, apparatus & gaudium atq; festiuitas sabbati, & sabbatum requies interpretatur. Sabbatismus ergo non solum ueram & omnimodam requiem designat, sed inenarrabile gaudium atq; spiritualium diuitiarum affluentiam. Qui sabbatismus non paucis reseruatur, sed *populo .i.* magnæ multitudini. nec tñ cuilibet populo, sed tm̄ pplo *Dei*. Et ideo siquis uult sabbatizare, sit de populo Dei. Et iste sabbatismus longe diuersus erit ab illa requie quā Iosue præstitit. Nam *qui ingressus est in requiem Dei .i.* in cœlestis regni tranquillam habitationē, sicut seruus ille, cui dictum est, Intra in gaudium domini tui, ueram & perfectam adeptus est requiem: quia *requieuit etiam ipse* perpetualiter & perfecte *ab operibus suis,* quibus hic laborauit, *sicut & deus a suis,* q̄ tñ sine labore fecit. Sicut .n. sabbatū in quo deus requieuit, non legit̄ habuisse uesperam, sic requies iustorū non habebit finem. Quia sicut deus D cessauit ab operibus, sic illi cessabūt perpetualiter ab omni opere, liberi penitus ab omni laboris anxietate. At illi quibus Iosue terram diuisit, parum quieuerunt, multosq; labores & multas afflictiones ptulerūt. Et q̄nquidem tanta est illa requies, atq; est nobis promissa, & nunc tēpore gratiæ superest quosdam īntroire, *ergo festinemus ingredi,* nec in his terrenis quæ nos īpediunt, īmoremur. Festinemus fide & bonis operibus, quod illi non faciunt, qui carnaliter adhuc legem obseruant, & erga fidē & spiritualem cōuersationem negligentes existunt. Festinemus (inquā) ingredi *in illam requiem* tantam, tā nobilem, & tam gloriosam, atq; toties nobis promissam. Ideo quoq; festinemus ad illam requiem, ut pœnas euadamus perpetuas. Et hoc est: *Vt ne incidat .i.* ut non intus cadat in corde, ubi grauior casus est, *quis .i.* aliqs in infidelitate notabilis, *in id* in qd' cecideīūt patres, & ita in id, ut in *ipsum .i.* non dissimiliter, sed per omnia eodem modo cadat in id, in quod patres ceciderunt. *s.* exemplum incredulitatis .i. ne cadat ad exemplū eorum in incredulitatem, & excludat à diuina requie. Illi .n. non crediderunt deum sufficere ad dandam etiā requiem terræ promissionis, & isti similiter Christum ad dandam requiem perpetuam sufficere non credebant sine carnalibus obseruātijs. Ideoq; sibi quietis aditum eadem ratione obstruebant, qua patres antea fecerant. Vel ne incidat aliquis in id ipsum exemplum icredulitatis .i. in hanc eandem damnationem, quam patres uestri propter suam incredulitatem subierunt: quæ damnatio uel pœna uobis est exemplum, quia si increduli fueritis, similiter uobis cōtinget. Exemplum .n. incredulitatis conuenienter dicitur uindicta Dei,

Matt. 25.

A quæ tanta est illata eis, ut exemplo esse alijs possit, ne increduli esse præsumant. Vel incredulitas patrum (ut præmisimus) est uobis exemplum ne sitis increduli, & ideo peius quam patres uestri peccabitis, nisi incredulitatem caueatis. Propter hæc omnia ruptis omnibus impedimentis infidelitatis & secularium illecebrarũ, festinemus quam maxime ad illam requiem, in qua perenniter quiescamus.

*Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagũ, quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ad quem nobis sermo.*

Festinemus (ut dixi) ad illam requiem: nam *sermo Dei*.i. Christus uerbum patris, qui nos festinantes adiuuet, & peruenientes coronæ, *uiuus est*.i. uera uita in semetipso, & sufficiens ad aliorum uiuificationem, & ita uiuemus in eo. Sermo dei qui prædicauit illam requiem, est uiuus uita propria.i. uita est, uiuificãs alios. Sicut.n. pater habet uitam in semet ipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Vel in assumpta humanitate, in qua mori uoluit, iã uiuus est.i. uitam æternam consecutus. & sequaces suos uiuere similiter faciẽs, quia imortalis factus est, & uos immortales faciet. & est *efficax*.i. omnino faciens quicquid uult, siue saluãdo credentes, siue damnando incredulos. Vel ita potest continuari: Cauete nequis uestrum incidat in exẽplum incredulitatis patrum.i. in similem pœnam, qualem illi per incredulitatem meruerũt, quia uiuus est sermo Dei.i. filius, qui illos iudicauit, & uos iudicaturus est: & sicut ille uiuit in æternum, sic iudicium eius manet in æternum. Nam & illos quos ipse damnat, cruciabit pœna uiuax in æternũ; & eos quos ipse saluat, uiuere faciet in æternũ. Nã ad utrũque est ipse efficax. Nec solũ est efficax in utroque.i. potẽter faciẽs quod cũ que uoluerit, sed *& penetrabilior omni gladio ancipiti*, quia penetrat oĩa: nec pu tetis eũ latere cordiũ occulta, & per hoc minus iuste iudicarẽ. Nam si nõ penetraret hominum conscientias, nõ posset ueraciter iudicare quis esset fidelis uel quis infidelis, siue quis bonam uel quis malam haberet conscientiam: & tunc non ualeret dignam singulis repẽdere uicem, quia potentiam ei auferret, quod occulta hominum uidere nõ posset. Sed ut potenter in omnibus sit efficax, omnia uisu suo penetrat, & acutior ac perspicacior est omni gladio ancipiti, omni subtilitate sermonis diuinæ prædicationis. Iste sermo qui Deus est, quia Deus erat uerbum, est penetrabilior omni gladio ancipiti: quia magis penetrat hominum cõscientias, quam ullus sermo prædicationis. Sermo enim doctrinæ est gladius anceps, id est, utraque parte acutus, quia dicit de temporalibus, dicit et de æternis. In utroque probat quod dicit acute ac subtiliter, et eum quem ferit, separat à mundo. Quod non faceret, nisi mẽtem eius penetraret. Sed multo penetrabilior est iste sermo qui Deus est. & est etiam *pertingens*.i. considera tione perueniens *usque ad diuisionem animæ ac spiritus*. Spiritus noster non est uniuersa anima, sed aliquid eius.i. illud quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus: per quod & præponimur pecoribus, quia illa sunt rationis expertia. Non habent.n. spiritum.i. intellectum & rationis ac sapientiæ sensum, sed animum tm. Nam & de illis dictum est, Producant aquæ reptilia animarum uiuentiũ. &, Producat terra animam uiuẽtem. Itaque spiritu intelligimus cũ angelis, anima uiuimus cum bestijs. Sed dei sermo pertingit.i. perfecte tangit, quia

Ioan. 5.

Gene. 1.

A usque ad diuisionem compagũ quoque ac medullarum intelligi potest, com pages dixisse coniunctiones cogita/ tionum, medullas uerò intentiones earum. Per compages quippe ossib⁹ ossa iunguntur. Et sępe dum aliquid recta cogitatione agimus, sed subito in laudis amorem declinamus, atque hoc pro laude facimus, quod prius facere pro ueritate cœperamus, quia cogitationes cogitationibus adiun- guntur, quasi quædam in spiritu cõ pages fiunt. Sed habent ossa quæ in compagibus iuncta sunt, & medul- las.i. subtiles intentiones. Qđ Apo- stolus apertius intulit dicens, discre tor cogitationum & intentionũ cor dis. Compages.n. nostræ, sunt cogi- tationes quæ sibi iunguntur, qñ alte ra alteram sequitur, medullæ autem intentiones. & sermo Dei discretor est compagum & medullarum.i. co gitationum & intentionum: quia si cogitatio cogitationi iungitur, ipse nouit quæ scđm Deum, & quæ secũ dum seculum, nouit quoque quò uer- gat intentio earum. Sæpe.n. aliud co gitamus, atque aliud per cogitationẽ intendimus. Nam siquis proposito munerum pręmio, pupilli uel uiduę causam defendat, & fortasse ecclesiã ingrediens in suis precibus Deo di- cat, tu uides quia causam pupilli & uiduæ defendo, iste proculdubio qđ cogitet scit, sed quò intendat eius co gitatio, ignorat. Aliud quippe cogi- tat, & aliud intendit. Non.n. defen- sionem pupilli & uiduæ, sed merce- dem munerum quærit. Nam tolle tẽ porale præmium, & pupillũ & ui/ duam non defendit. Sermo itaque dei discretor cogitationum & intentio num cordis est, quia non tm̃ aspicit quid apud temetipsum cogites, sed magis per medullam compagis.i.p intentionem cogitationis, qđ apud temetipsum accipere requiras. Et ut plus dicam, breuiterque concludam, *non est ulla creatura* terrena uel cœlestis, B corporea uel incorporea, *inuisibilis*.i. non habilis ad uidendum *in conspectu* tantæ sapientiæ. Nihil est ei inuisibi le, sed *omnia sunt nuda*.i. discooperta *& aperta*.i. patentia *oculis eius*, quia & fo- ris & intus omnia uidet. Siquis ha- bet librum aliquo uelamine tectũ, dicitur quidem uisibilis, sed non nu dus. Rursum, si uelamen auferretur, nudus posset dici, sed non aptus. Ite rum, si aperiretur & omnia eius inte- riora demonstrarentur, iam omnino quicquid in eo latuerat uideretur. Ita uerbo dei cũcta sunt uisibilia & nu- da & aperta, qa & foris & intus (ut dictum est) oĩa plenariè uidet. Per oculos eius intelligitur potentia ui- dendi. *Ad quem nobis sermo* est habendus in iudicio, quia oportet nos illi ratio nem de actibus nostris reddere. Ad sermonem Dei uiuum & efficacem & oĩa puidentem est nobis haben- dus sermo, qa sermocinaturi sumus ad eum, & rationẽ reddituri de cun- ctis quæ gessimus uel cogitauimus. Ideoque semp nobis omni solicitudi- ne præcauendum est, ne hunc uel di ctis uel operibus uel cogitationib⁹ offendamus. Hactenus terrendo lo/ cutus est apostolus, reuocãs ab infi delitate Iudæos exemplo patrũ suo rum, qbus ob incrudelitatem nega- ta est æterna requies: et asserens filiũ Dei uiuum atque potentem, ut remu- neret eos si resipuerint: & efficacem ut puniat, si neglexerint. Hinc iterũ blandis rõnibus uult eos reuocare, cõmendãdo Xp̃i põtificiũ, ut eo cõ- mendato, sufficere ad salutẽ ostẽdat, & carnales obseruantias cõprobet esse superfluas. Sic enim subinfert:

*Habentes ergo pontificem magnum, qui pene trauit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus confes sionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ*

C *eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

Incipit (ut dictum est) agere de pōtifice Christo, quō sufficiens, quō dignior ueteri, quem & īmutat, et legē quæ sub illo est, per meliorem legem suam, & quō necessarius. Quia sermo Dei uiu⁹ & efficax est, atq; talis qualē descripsimus, ergo teneamus confessionē, ut nec terror cruciatus auferat de ore nostro confessionem fidei eius quam corde gestamus. Et est iustum ut eam teneamus, *habentes pontificem* .i. quia habemus pōtificem *magnum*. Nam idem sermo Dei, scd̄m quod homo est, noster est pontifex, qui sacrificium sui corporis obtulit pro nobis, & non cessat interpellare pro nobis. Vnde & pontem accessumq́; nobis ad patrem facit, ut temporalia (quæ sicut fluuius currunt & labūtur et transeunt) sub nostris pedibus relinquentes, festinemus ad terram uiuentium, habentes pontificem magnum super omnes pontifices, qui non in sancta sanctorum tēpli Salomonis intrauit, sed *cœlos* ascēdendo *penetrauit*, ut & nos sequi possimus. Moyses uero tunc terram ꝑmissionis non intrare ualuit, hic autem cœlos penetrauit. i. ingressu suo patefecit. Pontificē habem⁹, & quē? Iesum .i. saluatorem, qui nos absq; carnalibus obseruantijs saluare potest. Iesum dico, *filium Dei*, non adoptiuum, sed consubstantialem: nec minorem, sed æqualem. Alij uerò pontifices neq; cœlos penetrāt, neq; saluare possunt, neq; filij Dei naturaliter sunt. Vnde iste omnibus illis iure præfertur, sicut multis & longis disputationibus probare nunc exorsus est Apostolus. *Teneamus*, inquit, *confessionem*, ut fidem eius ore proferamus, uel etiam peccata nostra confiteri studeamus: quia non habemus pontificem īmisericordem. Hoc contra illos dicitur, qui propter lapsum suum desperabant, & irā eius se posse placare diffidebant, & quasi dicebant quia non ualet nobis cōfessio: qm̄ iste pontifex, qui tam altus est, utpote super cœlos exaltatus ac dei filius, non recipiet eam, nec condescēdet fragilitati nostræ. Quibus uelut responderetur: Vobis lapsis nō est desperandum nec confessio dimittēda, quia non habemus pontificē austerum uel dedignantem, sed misericordem: non à nobis remotum, sed naturæ nostræ participem. *Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris*. i. condescendere fragilitati nr̄æ, & misereri humana fragilitate peccantibus: quia & si ita altus est, non ideo nos abiecit, sed clementer cōdescendit imbecillitati nostræ, & condolet etiam illi qui per infirmitatem carnis labitur. Nō tñ aliquid iam doloris sentire potest: sed quod ei displicet miseria nostra & lapsus noster, atq; præstat auxilium ut surgamus, & īterpellat pro nobis, uocatur erga nos eius cōpassio. Non potest nobis non compati, sed potentiam huius compassionis habet, quia ipse fragilitatem nostrā expertus est, qm̄ ꝑ omnia sustinuit tētationem sine peccati cognitione. Tētatus est.n. in nostra carne, expertus est miserias nostras præter peccatum: tentatus est *per omnia* tentationis genera, quia in tribus illis tentationibus, quas à diabolo pertulit, *Matt. 4.* omnia tentamenta continentur. Vel *Luc. 4.* in sola tentatione, quia diabolus ostēdit omnia regna mundi & gloriam eorum, in quibus omnia continentur, de quibus humana corda tētantur, potest dici per omnia genera peccandi tentatus. Vel quia omnes tentationes sustinuit, irrisus, crucifixus, & cætera omnia perpessus. Tētatus est *pro similitudine* quam à nobis traxit. i. sc̄dm illam naturā, qua nobis erat similis, mortalis & passibi-

A lis, tñ *absq; peccato* fuit, licet similis esset alijs hominibus. Vel tẽtatus est per omnia sine peccato, qa licet omnia tentamentorum genera pertulerit, nõ tñ succubuit, nec delectatus est in aliqua psuasione mali, & ideo bene potest à peccato & tentatione liberare. Nam cùm Apostolus eum dicit *tentatum* per oĩa, & non superatum ostendit qm̃ in eo ponenda est fiducia subueniendi: & hoc ideo, qa nobis similis factus est. Non est.n. remotus à nobis, sed in illa sui natura tentatus fuit, in qua nobis est similis. Et ideo credendum est, quia uult & potest subuenire tantationibus nrĩs. Et qm̃ habemus tantũ põtificem sic nobis compati uolẽtem, & nostræ imbecillitati subuenire potentẽ, ergo omni spe & fiducia adeamus ad thronum gratiæ eius.i. uolũtatæ & orationibus & correctione uite ac bonis operibus accedamus ad eum throno iudiciali præsidentẽ. Thronus.n. iudiciaria sedes est. Sed thronus Christi est thronus gratiæ his, qui dum in pręsenti uita sunt, humiliter resipiscẽtes ueniũt ad eũ, ut pœnitentiæ iudicium accipiant: cæteris uerò post hanc uitã est thronus iustitiæ. Licet *ergo* simus peccatores, non tñ desperemus de uenia, sed *cum fiducia* impetrandi misericordiam *adeamus ad thronum gratiæ eius*.i. ad iudicem non seueritatis & districtæ iustitiæ, sed pietatis & indulgentiæ: quia non est iudex qui pro cõfessione puniat, sed qui pro humilitate remuneret. Accedamus (inquam) ad eum, *ut misericordiam* apud eum *consequamur*.i. remissionem præcedẽtium peccatorũ, & de reliquo *inueniamus* apud eum *gratiam*.i. facultatem ad cõseruationem înocentiæ et ad promotionẽ in bono, *in auxilio*.i. ut auxilietur nobis cõtra tentationum impugnationes, & cooperetẽad completionẽ bonorum operum. Auxilio dico, *opportuno*.i. cõgruo & necessario: quia nõ- B nunq̃ fit auxilium, quod nõ est opportunum, nec cõgruũ. Sed auxiliũ Christi nobis est opportunum.i. cõpetens & necessarium, quia sine illo nihil boni possumus facere, & æterna uita non potest haberi sine bona operatione. Nũc.n. est tempus auxilij, dum tẽpus est operandi. Vel thronus eius sedes est põtificalis, et ideo gratiæ, quia cõpatitur nobis & interpellat pro nobis. Ac ꝓpptereà nos peccatores accedamus ad thronum nostri pontificis cum fiducia ueniæ, procidamus ad pedes eius in precibus, ut per eum apud patrem consequamur misericordiam, id est, peccatorum indulgentiam & bonæ cõuersationis gratiam.

## CAPVT. V.

*Omnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populis, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non* 2.Par. 19. *semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie* Psal. 2. *genui te, quemadmodum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternũ sdm ordinẽ Melchisedech.*

Probat.n. à minori, quòd iste no- Psal. 109. ster pontifex possit nobis impetrarẽ misericordiam & gratiam, cùm põtifices ueteris testamenti quodãmodo sacrificijs & orationibus impetrarent misericordiam, qui puri homines erant & peccatores. Quasi dicat: Per eum possumus consequi misericordiam, quia hoc fit etiam per omnem alium pontificẽ. Nam *omnis pontifex*, tam maior q̃ minor in ordine Aarõ, *ex hominibus assumptus*.i. ex numero hominum ad aliquid dignus sumptus ut præsit alijs, *constituitur*.i. cõmuni omnium sentẽtia statuitur,

C *pro hominibus*.i. pro salute hominũ, ut per eum impetrent à Deo beneficia. constituit *in his quæ sunt ad deum* pertinentia & subiectos ducētia.i.in muneribus & hostijs offerendis ac precibus, quæ dicunt ad Deum, *ut offerat*.i.obuiam Deo ferat,& quasi contra impetũ, indignationis eius obijciat, ut eam retineat & placet, uel quia Deus pie condescendit dum ei syncero corde offertur aliquid, ferat obuiam eius pietati *dona*, ut primitias frugũ & hmôi,*& sacrificia* de animalibus, ut de bobus & auibus *pro peccatis* hominum delendis. Et si ille q est ex hominibus tm̃.i. in nullo dissimilis ab hominibus,& ita assumptus ex eis, subditos suos donis & sacrificijs purgat & dirigit ad Deũ, tunc multo magis eũdum est nobis ad thronum gratiæ nostri pōtificis, qui non ex hominibus tantum, sed Deus & homo est qui peccatum nō habet,nec indiget offerre pro se, qui in seipso sufficiens est illud facere, in quo alij detinentur humana infirmitate. Ex hominibus assumptus pontifex est talis,qui pius & misericors sit, qui pro consueta bonitate, *condolere possit*.i. affectum cōpassionis habeat erga subditorum infirmitatē *his qui ignorant*.i. ignoranter peccant, *&* qui *errant*.i. post monstratam ueritatis uiam errore suo quasi scienter peccant. & debet illis pie compati. *quoniam* non solum illi,sed *& ipse* qui maior est & fortior esse uidetur, *circundatus est infirmitate* carnis, per quam & peccare necesse habet. Christus uero iam infirmitate circũdatus nō est,& ideo pōt iuuare magis q̃ ille. Et quia infirmitate circũseptus est, *propterea debet*.i. debito iure cōpellitur *offerre* sacrificium *pro peccatis*.i. pro expiatione peccatorum *quemadmodum & pro populo*.i. cum quanta necessitate & supplicatione offert pro populo, *ita etiam* & nō dissimiliter offerat *pro semetipso*, ut condonentur ei peccata D propria. Christus uero non pro seipso necesse habet offerre, sed tm̃ pro suis fidelibus. Omnia uero quæ nũc de pontifice ueteris testamenti dicũtur,obseruanda sunt in electione pōtificũ ecclesiæ,et in eorũ moribus,et actionibus,licet alia sint sacrificia q̃ offerunt̄ à nostris. Dixi qa pontifex cōstituitur pro hominibus,& p̄ferẗ cæteris: *nec quisquam*,licet ualde nobilis aut sapiens, *sumit sibi honorem*, ut adscribat sibi & se quęrat honorari. Non sibi imputat honorem, sed deo qui uocat: nec se ingerit ad accipiendum honorem, sed diuino nutu eligitur. Percutiũtur hac sententia, qui honores ecclesiasticos,ad quos diuinitus nō uocantur, arripere cupiũt. Qui.n.se ingerit & propriam gloriã quærit,non sumit honorem, si pōtifex aut prælatus in ecclesia factus fuerit: sed gratiæ dei rapinam faciēs, ius alienum usurpat. Et ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem. Nemo per seipsum sumit illũ honorem, *sed ille qui uocatur à Deo*. Qui enim recte & canonice eligit̄, à Deo uocatur. Ille sumit honorem apud Deum & homines, qui per ecclesiæ procuratores & uiros fideles à Deo uocatur ad hanc prælationem,ita digne & syncere,*tanquam Aaron*, qui nō sibi imputauit,nec aliquo modo ingessit,sed iubente Deo per Moysen electus est. Chore autem uoluit sibi sumere honorem, & ideo diuinã sensit ultionem. Sed Aaron sublimatus est in sacerdotem,qa Deus eum uocauit. *Sic et Christus non clarificauit* per suas uirtutes *semetipsum*, ut sibi sumeret honorem, ita *ut pontifex fieret*. Non se clarificauit,sed patrem, quia non suam, sed patris gloriam in omnib9 quæsiuit. Non semetipsum quasi discretum à cæteris clarificauit.i. clarum fecit sublimando in honorem pōtificatus, sed p̄r eum clarificauit, ut pontificem

Exodi. 7. 27.28. 29. Nume.16.

A ut pontificem constitueret, et totius mundi magistrum ostenderet, quando dixit. Hic est filius meus dilectꝰ in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quasi diceret: Hactenus audistis legis doctores & alios pontifices, sed amodo ipsum uerum pontificem audite. Nam dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, nobiliter clarificauit eum. Quē se ideo clarificare ut pontificem constitueret, demonstrauit, cum subiecit, Ipsum audite. Sed hāc sñiam clarificationis noluit aplꝰ cō tra Iudæos proferre, qa uel non habebant euangelium, uel minoris authoritatis eē putabāt, ideoq́ de suis libris protulit illis testimonia. Nam hæc clarificatio longe ante per pphetam prædicta est, *filius meus es tu.* Non clarificauit seipsum, sed potius eum pater clarificauit, & testimonio proprię uocis & multis miraculis, qui & in Psalmo *locutus est ad eum.* Tu es filius meus naturalis & coæternus, quia *ego hodie*. i. in luce semper manētis æternitatis meæ *genui te* ex substātia mea. His uerbis clarificauit eum pater, ut pontificē constitueret, *quemadmodum*. i. sicut *& in alio loco dicit ei, Tu es sacerdos*. i. sacra dans per te & p tuos *in æternum*. i. quandiu durabit hoc seculum, quia non transibit sacerdotium Christi, ut aliud succedat, sicut transit Leuiticum. Sacerdos es, & hoc *secundum ordinem Melchisedech*, quia sicut ille panem & uinum obtulit Abrahæ reuertēti à cæde regū, sic tu in figura panis et uini dabis corpus & sanguinē tuū uictoribus uitiorū. Vel in æternū es sacerdos, quoniam una oblatione cōsummasti in sempiternū sanctificatos: siue qa fine fine iterpellas pro eis eadē hostia quā semel obtulisti. hac authoritate manifestatur, quod eum Deus pater sacerdotem & pontificē constituit. Si ergo cæteri pontifices quibus necesse est pro se offerre, possunt alij subuenire, quoniam à Deo uocanł, tūc iste multo magis potest nobis subuenire & omnia bona nobis obtinere, qui pro se nunq̄ eguit oblatione, qui seipsum non clarificauit, nec ingessit, sed à patre clarificatus est, & ad pontificatum electus. B

Matth. 17.

Psal. 2.

Psal. 109

*Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq́; ad Deum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido & lacrymis offerēs exauditus est pro sui reuerentia & quidem cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam. & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex iuxta ordinē Melchisedech.*

Dixit q͂ non per se, sed per uoluntatē patris factus est pontifex. Nūc aūt ingreditur ostendere, quoniam pontificis obsequium executus est, qa totum fecit quod pontificem decet. Qui in diebus carnis suæ &c. Ostenditur etiam adhuc in his uerbis quod per eum possumus consequi misericordiam cum iam sedeat ad dexterā patris, nec cesset interpellare pro nobis, si ita est exauditus, cū adhuc in terra conuersaretur & esset mortalis. *Qui in diebus suæ carnis*. i. mortalitatis & passionis suæ quando natura carnis apparuit, qa famē, sitim, lassitudinem & dolorem sustinuit, sicut uerus pōtifex obtulit preces. Nam in euāgelio sæpe legiē orasse & maxime apud Lucā qui sacerdotis in eo descripsit personam. Sed & quicq̄d ipse egit in carne, preces & supplicationes fuerūt pro hominibus. Tota uita sua patrem orauit de resurrectione carnis suæ ac de nostra salute, & instante iam passione obtulit supplicatiōes. i. humillimas & intentissimas orationes, cū summa deuotione cordis & affectione, quādo factus in agonia, plixius orabat, & factꝰ est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et has *preces supplicationesq́; obtulit*, id est,

Luc. 6. 11. 22. & 23.

Luc. 22.

D obuiam tulit patri per exauditionē ſibi obuiantı. Obtulit eas *ad eum qui poſſet illum à morte ſaluum facere*, id eſt, reſuſcitare, ad eum quē ſciuit eſſe ſufficiētem, ut ſaluaret eum, id eſt, imortalem & impaſſibilē faceret, eripiendo à morte, ut nec anima remaneret in inferno, nec caro putreſceret in ſepulchro. Et obtulit has cū *clamore ualido*. i. cum itentione piæ deuotionis uehementiſſima, & efficaciſſima, ut qn̄ prolixius orabat, & etiam cum *lachrymis*, qa in illa prolixa oratione credendus eſt lachrymas effudiſſe, cum & guttæ ſanguinis pro ſudore decurrerent ab eius corpore. *& exauditus eſt*, qa quod quæſierat, accepit in reſurrectione. Exauditus eſt. i. extra numerum aliorꝫ oium auditus eſt, quoniam ſuper omnem creaturam poſt laboris ſui militiā à patre ſublimatus eſt, & hoc *pro ſui reuerentia*. i. ſecundum hoc quod ipſe ſicut Dei filius, dignus eſt reuerentia & ueneratione. Vel pro ſua reuerētia in Deū, id eſt, ꝓpter quod ipſe ſuper oia patrem reueritus eſt, & honorauit. Siue pro ſua reuerentia. i. ſicut ſua religio meruit. Sanguinis quoqꝫ eius effuſio, pōt intelligi clamor ualidus, in quo exauditus eſt pro reuerentia eiuſdem paſſionis. Reuerētia eſt, qđ ſine peccato paſſus eſt pro ſola charitate. Et ideo melior fiducia ī eo habenda eſt, qa fecit quod nullus pontifex alius, dum ſeipſum pro nobis hoſtiam offerret. *& quidem* tp̄e minoritatis *cum eſſet*. i. q̄uis eſſet ſcd̄m diuinitatē *filius*. *Dei, didicit obedientiam* ſcd̄m qđ homo eſt. i. non ſolum preces & ſupplicationes obtulit, ſed & obedire didicit in paſſione. i. expertus eſt in ſeipſo laborem obedientiæ. Non enim ſcire poteſt afflictorꝫ labores, qui afflictionis experimentnm non habuit. Sed Chriſtus ſecundum qđ homo eſt, didicit obedientiam, quia omnes labores obedientię ſuſtinuit & ſenſibiliter pertulit, *ex his quæ paſſus eſt*, id eſt, ex acerbitate tormentorꝫ q̄ C pertulit, didicit obedientiam, id eſt, experimēto cognouit laborem obedientię. *& conſummatus*, id eſt, paſſione finitus, uel conſummatus, id eſt, ad ſummum ductus, quoniā ad dexteram patris eleuatus, *factus eſt cauſa ſalutis æternæ*, id eſt, perennis uitę *omnibus obtemperantibus ſibi*, id eſt, obedientibus ſuæ uoluntati, quia omnibus ſufficit ad ſalutem ſine ullis carnalibus obſeruātijs. Per exauditionem eius deſignatur reſurrectio, per conſummationem exaltatio. Vel conſūmatus eſt in omni operatione ſanctita- Ioan. 19. tis, quādo completis omnibus obedientiæ ſuæ actionibus, dixit, Conſummatū eſt, & emiſit ſpiritū. Sicqꝫ factus eſt cauſa ſalutis non cuiuslibet, ſed æternæ: nec paucis, ſed omnibus: hac tamen conditione, ut obtēperarent ei. Non enim aliter ſalutē conſequi poterūt. & bene poteſt ipſe cauſa ſalutis eſſe cæteris, quoniā *appellatus eſt à Deo pontifex*, ſicut & ipſe ſuis operibus realiter oſtēdit ſe hoc eſſe. Nam quia pontificis officiū impleuit, atqꝫ patri fuit in oibus obediens, & in ſeipſo peruenit ad tantā bonorꝫ omnium cōſummationem, ut ſufficeret etiam ad aliorꝫ ſalutē, idcirco appellatus à Deo eſt pontifex, & hoc *iuxta ordinem Melchiſedech*. ſcilicet ut omnis ordo dignitatis in eo conſideretur, qui conſiderari potuit in Melchiſedech.

*De quo nobis grandis ſermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis ut uos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Paruulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali*

A *De quo*, id est, de qua re, quomodo scilicet ipse sit Pontifex iuxta ordinem Melchisedech, *est nobis grandis sermo*.i. restat sermo altus subtilis, & profunda mysteria cõtinens atq; prolixus & magnus, *& interpretabilis*.i. multas habens expositiones sacramentorũ & allegoriarũ *ad dicendum*, id est, ad exponẽdum uobis qui paruæ capacitatis estis, nec aliter intelligeretis nisi interpretaretur. Grandis est, & interpretatione idigens, nõ quantum ad me, sed quantũ ad uos, qui sensu debiles estis ad itelligendum profunda mysteria. *quoniam facti estis imbecilles*, id est, sine spiritali baculo, quo sustentetur interior homo uester, ne nutet aut corruat. Imbecilles estis *ad audiendum*.i. ad itelligendũ, qa pondus sniarũ uos facile põt precipitare, q robore uirilis sensus non fulcimini. Interserit increpationẽ de infirmitate, ut alta de Christo laborent itelligere. Vere estis imbecilles ad audiendũ. Nam *cum deberetis esse magistri* aliorũ & sufficere ad instructionem eorũ, & hoc *propter tempus*, id est, diuturnitatem tpis quod iam transactũ est, ex quo fidem recepistis, & uobis priusq; cæteris prędicatũ est, *rursum* sicut in primis quando ad fidem uenistis. *indigetis ut uos doceamini*, sicut pueri qbus prima elementa literarum danť ad intelligendum. Vel propter tempus debuissetis esse cæterorũ magistri, qa semper exercitati estis in lege & pphetis de Christo. Sed iterũ sicut à principio indigetis ab aliis doceri *quæ sint elemẽta exordij sermonum Dei*.i. ut uobis ostẽdanť opera quæ primũ discunť, qñ aliqs sermones Dei exordiť. Elementa.n. uocantur illæ partes, de qbus sermo Dei prius contexitur. s. incarnatio, passio, resurrectio, cõmune iudiciũ, dãnatio malorũ, corona iustorũ, &c. q̃ primũ annuncianť eis qui cõuertuntur. Exordiũ.n. sermonũ, est symbolum christianæ fidei: quod isti non solum non intelligebant, sed nec ipsam literaturam, qua pferť memoriter, sciebant. Exordium sermonũ est simplex doctrina. Elemẽta eius prima materia fidei, ut natiuitas Christi passio &c. *Et facti estis* etiam negligentia uestra tales, *quibus* more infantiũ *sit opus lacte*.i. humili & parua eruditione, & *non solido cibo*.i. perfecta doctrina. Lac quippe est breuis isinuatio fidei et facilis obseruãtia morũ. Solidus aũt cibus est ratio ipsius fidei & perfecta institutio uitæ. Solidus cibus sapientię est, In principio erat uerbum: lac uero est: Verbũ caro factũ est. Vere nõ est uobis opus solido cibo sapientiæ, cũ sitis lactentes. nã nulli lactenti est opus. *Omnis enim qui particeps est lactis*, sicut uos estis, id est, cuius pars est lac, & q ita est tener, ut nec etiam totum lac simplicis doctrinæ possit capere, sed pariẽ *expers*.i. sine parte *est sermonis iustitiæ*, q iustis & perfectis cõuenit. i. doctrinæ quæ ptinet ad eos, qui bene pue cti sunt in intelligentia magnę capacitatis & iustitia religiosæ cõuersationis. Expers est.i. sine parte huius sermonis, qa nec partem eius capere ualet intelligendo uel opetando. Ideo lactens non capit sermonẽ iustitiæ, qa *paruulus est* in sensu sicut & uos in fide pusilli, & ut ille qui ætate paruulus est non discernit cibos atq; perit sumendo noxios, sic animo paruulus.i. indoctus rõ discernit bonũ à malo, & peccat faciendo malũ. Vos qdem lacte op⁹ habetis, ut dictũ est, non solido cibo. Sed *perfectorum* sensu & ope *est solidus cibus*.i. firma fidei & morũ instructio. Ideo & uos post lactis potũ debetis ad robustã sapiẽtiæ escã pficere, *eorum*.s. est iste cibus, *qui habent sensus*.i. intellectus *exercitatos pro consuetudine* legendi & in multis scripturis studẽti. Sẽsus hñt exercitatos *ad discretionem boni ac mali*.i. Ioan. 1. B

C ut discretionẽ habeatis inter bonum & malum, & inter bonũ & aliud bonum, & inter malũ & aliud malũ, aliud ma⁹ & aliud min⁹ iudicātes.

CAPVT VI.

*Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum, doctrinæ, impositionis quoq; manuum ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit Deus.*

Dixi quia perfectorꝝ est solidus cibus. *Quapropter* ad pfectionẽ feramur, ut solido cibo pascamur, nos dico *intermittentes sermonem inchoationis Christi.* i. de initio fidei. Nam qa exercitatos sensus in lege dñi nos oportet habere, ideo prætermittamus sermonem inchoationis & ad ulteriora promoueamus sensus nr̃os. Sermo inchoationis Christi, est initium fidei, quo Christus ĩchoat esse in nobis scd̃m intelligentiã & operationem. Sicut enim eum qui adducit̃ in doctrinã literarꝝ, elementa primũ oportet audire, sic Christianus primum oĩum de fide catholica erudiri debet, quæ est fundamentũ nr̃æ salutis. Sed huius initij sermonem dimittentes, *feramur ad perfectionem*, nos docẽdo, uos audiendo. Ita .s. feramur, non rursum iacientes fundamentũ pœnitentiæ, id est, non negligenter & inconsulte, sicut olim, faciamus pœnitentiã, quæ debet esse fundamentũ, super quod extruatur & in altum surgat actio bona & perfectio. ille. n. iacit fundamentũ pœnitentiæ, id est, non firmiter & ordinate ponit, sed quasi rem non bene puisam neglige̾ter ponit, qui ita dolet ac pœnitet, ut iterũ redeat ad hoc qđ non bene defleuit cõmissum. Et nos iam tal̃r iecimus fundamentum, ideoq́; destructum est, id est, prior pœnitentia nostra perijt & in irritum deducta est, redeũtibus peccatis, de quibus pœnitentiam egeramus. Sed modo sic perfecte nos pœniteat tendentes ad perfectionem, ut non simus iterum iacientes. i. negligenter & incuriose ponentes fundamentũ, qđ sicut antea dissipet̃, sed firmum & stabile maneat, nec ultra sit op⁹ ponere aliud. Fundamentum dico pniæ *ab operibus mortuis*. i. qua pœniteat nos ex eo qđ opera bona, quæ prius uiuebant in nobis, mortua sunt admistione peccati. Eius. n. qui in criminale peccatum cadit, bona opera priora mortificantur & pereunt. Vnde minatur dominus: Etiã si dixero iusto quòd uita uiuat, et confisus in iustitia sua fecerit iniqtatem, omnes iustitiæ ei⁹ obliuioni tradent̃. Vel peccata sunt opera mortua. i. nihil uitale habentia, sed iustitiæ uita prorsus carẽtia, & authores suos occidẽtia. et de his omnibus agenda est rata pœnitẽtia, id est, & de bonis amissis & de malis cõmissis. *&* non rursum iaciẽtes fundamentum *fidei* ducentis *ad Deum*. i. non iterꝝ negligenter fidẽ sistis ponentes in cordibus uestris, sicut antea, sed firmiter, ut amplius non uacillet aut corruat sicut prius, dum eam nõ putaretis ad iustitiam & salutem sufficere sine carnalibus obseruantijs. Nec rursum iaciẽtes fundamentum *baptismatum*, ut quæratis iterum baptismatis unda lauari, qđ ĩpossibile est: sed purgationẽ pc̃tõꝝ, quã semel ĩ eo pcepistis, conseruate, nõ ultra q̃rẽtes eã p carnales obseruãtias. Male. n. tenet baptisma, q nõ credit oĩa in eo pc̃ã ablui, nisi supadditis carnalib⁹ obseruãtijs. Baptismatũ dixit plural̃r, qa ẽ baptisma ĩ aqua, est & in lachrymis pnię, & est in sanguine martyrij. Nec rursum iaciẽtes fundamentũ *doctrinæ*, q̃ in exordio tradita est uobis p symbolũ & oronem dñicam, ut hac iterꝝ incipiatis imbui. Nec iterꝝ iacientes fundamentũ *impositionis manuũ* epõꝝ in confirmatione Ezec.18. Nota.

firmatione

A firmatione neophytorum, sed firmiter illud retinentes. Qui.n.non credit per manuū impositionem dari spūs sanctus ad remissionem & corroborationē, non est fundatus. Talis est, quicunq; putat carnales obseruantias iuuare ad acceptionē spūs sancti, qui per manuum impositionem accipit. Nec fundamentum *resurrectionis mortuorum* iterum iacientes, sed quod semel inde etiam credidimus retinētes.i.per Christi resurrectionē mortuos esse resurrecturos. Qui.n.non credit qd resurrectio Christi resurrectionem mortuorum faciat, non habet fundamentū super qd ędificet. Si sciretis in baptismo oīa peccata dimitti, & per manuū impositionem spm̄ sanctū dari, lex uobis superflua uideretur: nec præter Christum aliud quæreretis, si sciretis per eum resurrecturos mortuos & iudicandos. Nam neq; *iudicij æterni* fundamētum rursum iacere debem⁹, sed semel positum in corde nostro firmiter tenere, ut tanū de fide Christi & de uirtutib⁹ sine legis ceremonijs iudiciū expectemus, quod erit æternum: qa qcqd ibi statuetur, in ęternum durabit. Qd iudicium q nō credit, absq; fundamento est, nec ædificare qcq; potest. Hæc enim oīa nisi in fundamento præcesserint, nemo potest bene operari. Nam quicunq; aliquos ad fidem conuertit, plus fecit pœnitere & in Deū credere, ac baptizari in remissionem peccatorum, & doceri quid credere debeant, atq; cōfirmari per manuum impositionem, & resurrectionem ac diem iudicij præstolari, ut per hæc ualeant ædificiū bonę conuersationis construere. Idcirco de his dicitur, iaciētes hæc oīa.s. sicut lapis fundamento iacitur, non rursus.i.nō ut olim, nec sicut prius cecidere, iterum cadant, uel non rursum iaciētes, id est, ita modo facientes, ut amplius iacere non sit opus.

& hæc oīa superius lactis noīe sunt B appellata, qa his potatur fideliū infantia. Sic aūt De⁹ uult eos lacte nutriri, ut non ibi remaneant: sed crescendo per lac ad solidum cibū perueniāt. Nam si lacte nutrieris, sic nutrire ut crescas, sic cresce ut panem manduces. Dixi, feramur ad perfectionem, & intelligendū .s.& in moribus proficiēdo: *& hoc faciemus, si Deus quidem permiserit*, id est, si nutu suę uoluntatis & fauore suæ gratiæ concesserit, qa nullus ex libero rantum arbitrio ualet ad hāc perfectionem promoueri, nisi auxiliāte gratia Dei. Feramur ad perfectionem intelligētiæ & morum, nō rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ, qa impossibile est pfectos, si grauiter prolapsi fuerint, renouari ad pœnitentiā. Nemo nunc uerbis nostris obuiet, sed modicum ut hæc declaremus, patiēter expectet. Nam sequitur.

*Impoßibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes sunt facti spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei uerbum uirtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Terra enim sæpe uenientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autē spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consūmatio in combustionem.*

Feramur (inquit) ad perfectionē, non iterātes fundamentū deinceps pœnitentiæ, qa perfecti post lapsum renouari nequeūt ad pniam. Nā *qui semel sunt illuminati per fidem*.i.qui in suo īteriori acceperūt lumen fidei, qd semel daī credentibus, & *gustauerūt etiā donum cœleste*.i. quodam interno gustu præsenserunt lumen fidei qd est donū cœleste, uel p ipsam fidē quasi suauem & sapidū gustum in cordis palato sensere remissionē pctorum in baptismo & cœlitus datam, *& sa*

C *Et sunt participes spiritus sancti*.i.partem capientes spūalis grę per impositionē manuum, siue participes spūalium charismatum,ut sunt genera linguarum & prophetia,& *gustauerunt*.i.sapidū ī ore cordis ꝑsensere,nihilominus ꝙ nos,uel *nihilominus* ꝙ spūalem grām *bonum Dei uerbum* de quo ipse loquitur,Eructauit cor meū uerbū bonum,non dico sc̄dm quod hoc uerbum caro factum est, sed sc̄dm qđ summū bonum incōmutabile est, cuius participatione cætera sunt bona,& hoc tale uerbum gustauere.i. gustu cordis attigere,ut dulce saperet eis,seu uerbum euangelicæ prædicationis saporꝫ & delectabile sensere,*uirtutesq; seculi uenturi*.i. resurrectionem et īmortalitatem ac impassibilitatem gustu mentis quasi prælibauere,intelligendo illas uires corporis et illam pulchritudinem atq; claritatem & leuitatem carnis atq; uirtutes in corpore & aīa futuras,& beatam cum angelis uitam æternaliter,qui ad tantā perfectionem peruenere,ac deinde neglectis oib⁹ his, adamantes iniqtatem, *prolapsi sunt*.i. sponte sua deuoluti sunt in grauia peccata, & in eis delectabilr̄ iacēt, *impossibile eos* recupatis oībus his,quę perdidere,bonis,*renouari rursus ad pœnitentiam* reuertentes.i.exuere iam per pniam uetustatem, quam iterꝫ contraxere,& reinducere nouum hominem. Non qa Montani uel Nouati hæresim hīc approbemus,qui contendunt nō posse renouari per pœnitentiā eos,q crucifixere sibimet filiū Dei. Sed ideo īpossibile esse dicimus ut tales renouētur, qa nolunt renouari.Nā si uellēt, eēt utiq; possibile. Quod ergo renouari nequeunt,non est excusatio īfirmitatis eorꝫ,sed culpa uoluntatis ipsorꝫ, qui malūt ueteres ꝑdurare ꝙ renouari. Sic.n.tepuit mens eorꝫ erga dilectionem uirtutū, & exarsit in amorē uitiorꝫ, ut nulla rōnē cōsentiant peccata relinquere, qbus pertinaciter adhæsere. D Propter quod & in prauitatib⁹ suis iusto ualde iudicio relinquūtur ab eo, qui dixit, qa sine me nihil potestis facere,nec iuuātur ab eo, sed assumūt à diabolo,ut magis adhuc alligētur et aggrauētur ab illo.Sicq; fit ut ad pniam redire non ualeant.Nō qa mutari hoīes dum in hoc seculo sunt,in melius nō possint,sed qa dū ex intimo corde uitia diligūt & uirtutes negligunt,nec diuinitus adiuuant,sed ab antiquo deceptore premūtur,conuerti nullo modo possūt. Tales sunt,qui prius ad sūma uirtutū ꝑfecere, & post ad ima uitiorꝫ ꝑlapsi sūt.i.prorsus lapsi, uel ꝑcul lapsi,uel longe lapsi à priore statu,ita ut lōgo ipē taceant in ipsis uitijs ad quæ lapsi sunt.Non.n.prolapsos intelligere nunc debemus religiosos, qui in aliqua grauia subito cecidere,& cito surrexere:sed qui lōga deliberatione & longo usu uitijs adhęsere, & à puritate uirtutū recessere: qa raro qsq; taliū inuenitur egisse pniam,si tamē uspiā inuenitur. Nō ergo prolapsus ītelligitur Dauid in perpetratiōe adulterij & homicidij, de qua cito pniam egit: sed Salomō in amore alienigenarꝫ mulierū, per quas & à fide separatus est, nec resipiscere uoluit,cū semel & iterū diuinitus admoneretur.Sic nec Aarō ꝑlaps⁹ ītelligitur, dū metu ppl̄i seu uolens ei placere,fecit uitulū,qui ad primā Moysi uocē fecit pniam, sed ꝑlapsus est Balaam per auaritiā, q mercedem iniquitatis amauit,dans consilium qūo ppl̄s Israel creatorē offenderet,oblitus quæ antea ꝑphetauerat & quæ diuinitus audierat. Pro nihilo.n. duxit oīa, ut auaritiæ suæ satisfaceret.Petrus quoq; nō est prolapsus in illa negatione,qa mox fleuit amare,sed Iudas & ipse ꝑ auaritiam in illa ꝑditione quā diutius

Ioan.15.
Roma.7.
2 Reg.11
3 Reg.11.
Exo.32.
Nume.22.23.& 24
Matt.26.& 27.

A excogitauit,& post adimpleuit, nec
cōgruā inde pniam egit. Religiosos
itaq;,qui excogitato diu cōsilio ne-
gotijs se spōte subijciūt,& in eis diu
tius permanent, intelligimus prola
Nota. psos. Quales & in monasterijs ho-
die sunt nōnulli,hñtes quidem spe-
ciem pietatis,uirtutē aūt eius abne-
gantes. & ideo pniam agere nō pos
sunt,qa de solo exteriori habitu glo
rianť:& sanctos se esse putāt,qa san
ctitatis indumentū portant. Recte
itaq; de talib⁹ dicić, qa impossibile
ē eos renouari ad pniam, qa uel nū-
quam,uel raro usq; eorū renouatur.
Et Apostolus ita terribilem ꝓtulit
sniam, ut per terrorem excitaret ad
studia uirtutū duras mētes Hebręo
rum,qui post illuminationē & spūs
sancti perceptionem relapsi fuerant
ad pristina uitia. Nō possūt(inquit)
renouari,sed sunt *rursum crucifigentes si-
bimetipsis filium Dei, & ostentui*.i.irrisioni
*habentes*,qa christianitatē in seipsis ex
tinguunt & irrident.in se.n.crucifi-
gunt filium Dei & cōtumeliæ hñt,
dum grām eius uilipēdentes, in pec
cato iacent. & tales (sicut exposui-
mus)nequeunt ad pniam redire,sed
in sua prauitate perdurātes, ad æter
nam mortem festināt. Nam ecōtra-
rio bona terræ quæ fructū bonū fa-
cit,æternā mereť benedictionem. &
hoc est,*Terra*.i.mens uel ecclesia fide
lium subiectorū,quæ uelut terra ex-
colić uomere doctrinæ, *bibens imbrem*
prædicationis & grę cœlestis.i. qua
dam auiditate hauriens *uenientem* cœ
litus *super se* per ora ꝑdicatorū:& hoc
*sæpe*,qa si raro ueniret:nō sufficeret:si
semp descenderet,uilesceret. Terra,
inquā, quæ sic excipit hūc imbrem
*& generat herbam*.i.profert bonā ope
rationem *opportunam*.i. cōgruam *illis à
quibus colitur*.i.pdicatoribus,à qbus
aratro doctrinæ scinditur & inoua-
tur, scilicet ut operatio subiectorū
congruat uerbis magistrorū.hæc ter
ra *accipit à Deo benedictionem*, id est, aug- B
mentum uirtutum in hoc seculo, &
perpetuam remunerationem in fu-
turo,cū audit:Venite benedicti &c. Matth.25.
Hæc qdem terra benedicitur, sed il-
la quæ malas herbas gignit, maledi
citur. *Proferens autem* ut uideanť *spinas*.
id est,grauiora peccata. *& tribulos*, id
est,minora sed multipliciora & acu
tius pungentia tribus enim acumi-
nib⁹ lædit tribulus,*reproba est* à Deo,
cum & ipse pluuiam doctrinę susci
piat,& pro bonis herbis tribulos et
spinas germinet. Reproba est,id est,
retro habens probitatem, ut ille cui
Deus ait, Proiecisti sermones meos Psal. 49
retrorsum. *& proxima maledicto*,id est,
æternæ dānationi,ut audiat, Disce- Matth.25.
dite à me maledicti &c. Nōndū est
in maledicto,sed proxima est illi,qa
adhuc licet reuerti:& nisi caueat,ꝓ-
pe est ut damnetur. *Cuius consummatio*,
id est finis, si in malo ꝑseuerauerit,
ducet *in combustionem*, ut sine fine com
burātur,id est,simul urantur corp⁹
& aīa. Hactenus terribiliter & aspe
re locutus est Apostolus, ut duras
& torpentes Hebræorū mentes ad
pœnitentiā & ad studia uirtutū pro
uocaret.Sed ne in desperationē terrē
do ꝑcipitaret eos,& sic in malo po-
tius remanere faceret, demulcet eos
cōsequenter blandis sermonibus,et
ad bene agendū hortatur, dicens.

*Confidimus autem de uobis dilectissimi melio
ra & uiciniora saluti,tametsi ita loquimur.* Nō
*enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis ue
stri & dilectionis, quem ostendistis in nomine
ipsius quia ministrastis sanctis & ministratis.
Cupimus autem unumquemq; uestrum eandem
ostentare solicitudinem ad expletionem spei usq;
in finem, ut nō segnes efficiamini, uerum imita
tores eorum,qui fide & patientia hæreditabunt
promißiones.*

Locutus sum,inqt ut uos à pecca
tis retraherē, & desperationis metu Forte legē
facerem cautiores. Cæterum confi- dum dāna
do de uobis meliora. Non hoc dico tionis

C putando uos esse tales, sed timendo ne sitis tales, terreo uerbis, ne ipsa re impleatis. Dure locuti sumus, sed *cōfidimus de uobis ô dilectissimi*, quos ex nimia dilectione monemus, nō ex aliquo prælationis debito. cōfidimus inquam *meliora*, q̄ ut sitis prolapsi, ꝑferentes spinas & tribulos, *& uicinioга saluti*, q̄ sunt illi qui nequeunt ad pniam renouari, & maledicto sunt proximi. Meliorem de uobis confidentiā habemus. *tametsi ita* dure *loquimur* terrendo & increpando. Deo de uobis confidimus, qa olim multa operati estis, pro quibus, si de malis pniam egeritis, bn̄faciet uobis De⁹.

Nota. *Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri.* Reuera enim grādis esset iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera nō susciperet. Nō obliuiscetur operis uestri, ut irremuneratū relinquat, quod uestra bona fecistis cōmunia sanctis. *& dilectionis* uestræ, qua opus illud ipleſtis, quoniam uestra sanctoꝝ charitas incitauit cor uestrū, ut eis ministraretis. *quam* dilectionem non infructuosam intus occultastis, sed per opera bo-

Matth. 6. na foris *ostendistis* ad exemplū aliꝭ: nec hæc fecistis ꝑpter humanos fauores sicut hypocritæ, sed *in nomine ipsius*, id est, ad honorem Dei. s. ideo foras in operatione cęteris ostendistis dilectionem, quā in corde retineba-

Matth. 5. tis, ut luceret lux uestra corām hominibus, quatenus uidentes opera uestra bona, glorificarent non uos, sed patrem uestrū qui est in cœlis. Dilectionē opere demonstrastis, *quia ministrastis*, id est, humiliter ut subditi & serui quæ necessaria erāt, de uestris facultatibus impendistis *sanctis* qui sua posuerant ad pedes apl'oꝝ, *& adhuc ministratis* illis, perseuerātes in eodē opere bono. Vnde sciatis qa Deus hoc non obliuiscet, sed remu-

Actu. 4. nerabit. His uerbis patet, qa supior increpatio & p̄sens cōsolatio nō ad pfectos diriguntur, qui reliquerāt oīa D & habebāt cor unum & aīam unā: sed ad cæteros, q secularia relinquere noluere, & negligenter ac remisse uixere. Quos Apl's per pauca bona quæ fecere, allicit, et recreat animos eoꝝ atq; confortat. Vos qdem ministrastis & ministratis, sed tn̄ nolumus ut ab hac adhuc ministratione cessetis, quasi iam sufficiat quod hactenus egistis, sed cupimus ut usq; in finem in hac actiōe perseueretis. *Cupimus aūt*, i. magno charitatis affectu desideramus *unumquemq;* uestrū, *ut nec unus desit*, sed oēs cōmuniter studeatis *ostentare*. i. frequēter ostendere aliꝭ in exemplū, *eādem solicitudinem* ministrandi sanctis. i. solertem citationem, ut solerter & cito agatis: & nō ad horā, sed *usq; in finem* uitæ uestræ. & hoc *ad expletionem spei*. i. ut quod speratis ex toto impleatur in uobis in receptione beatitudinis æternæ, & ita cupimus uos usq; in finem perseueranter ministrare sanctis, *ut non segnes*, id est, sine igne *efficiamini* in hac solicitudine, hoc est, nō sitis torpentes, & igne sancti feruoris carentes, uel sine igne charitatis non sitis, id est, sanctos qbus corporalia beneficia tribuitis, diligere ardenter non omittatis, *uerum* sitis *imitatores eorum*, qbus ministratis, cęterorumq; sanctorum, *qui hæreditabunt*, id est, hæreditario iure possidebunt *promissiones*, id est, multiplicia dona sempiternæ beatitudinis sæpe promissa: & has obtinebunt non nobilitate generis, sed *fide & patientia*, quia & fidem ipsis promissionibus adhibuere, et patienter eas expectantes, multa interim aduersa passi sunt.

*Abrahæ nāq; ꝓmittēs Deus, quoniā neminē habuit per quē iuraret maiorē, iurauit per semetipsum, dicēs: Nisi benedicēs benedicā te, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus ē repromissionē. Homines. n. per maiorē sui iurant, & omnis controuersiæ eorū finis est* Gene. 22.

A *confirmationem est iuramentũ. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatẽ cõsilij sui interposuit iusiurãdum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deũ, fortissimũ solatium habeamus, qui confugimus ad tenendã propositã spem quam sicut anchorã habemus animæ tutam ac firmam & incedentem usq; ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secũdum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.*

Exponit promissiones quas hæreditabunt qui fidem & patientiã seruant, illas. s. quas Deus fecit Abrahæ. In quibus nõ relinquitur nobis locus dubitationis, qñ eas Abrahæ promisit & iurauit, & etiam omnibus imitatoribus eius in fide & patientia. Quasi dicat: Inde potestis uidere qm̃ qui fidem & patiẽtiam habent, ꝓmissiones hæreditabũt: quia Abraham qui primus eas audiṙ cœpit, sic adeptus est eas. *Nanq; Deus promittens Abrahæ* i. promissionem futuræ gloriæ faciens, *iurauit*. i. firmiter et immutabiliter stabiliuit *per semetipsum*. i. per incõmutabilitatem suam. Ideo iurauit per semetipsum, *quoniam neminem* habuit sese *maiorem per quem iuraret*, quia si esset aliquid maius, per illud suæ promissionis ĩmobilitatẽ ostendisset. Iurauit, inquam, *dicens*. O Abraham, *nisi benedicens* te assidue in spiritualibus filijs, qui erũt sicut stellæ, *benedicam te* incremento uirtutum & semper *multiplicans* te in carnalibus, q erunt sicut arena, *multiplicabo te* in futura beatitudine. Ac si dicat: Nisi hoc fecero, nemo mihi amplius credat. Defectus. n. sermonis, uehementiam ĩdicat assertionis. Vel nisi benedicens te. i. ditans uirtutibus, benedicam te. i. promouebo ut opereris iuxta eas: & nisi multiplicans. i. adhuc copiosiore uirtutum abundantia te dilatans, multiplicabo te. i. in cœlesti patria te multiplici remuneratione beabo. Deus ita iureiurãdo promisit, *& sic*. i. quia Deus tam & B firmiter promisit, Abraham certus de promissione non statim eã quæsiuit accipere, nec cõtra deum murmurauit de dilatione, sed *longanimiter ferens* inter multa aduersa, & fideliter expectans, tandem *adeptus est repromissionem*. i. illud quod sibi ꝓmissum fuit. Vel repromissonem, qa in una promissiõe multa sibi ꝓmissa sunt. Similiter ergo qui fidem & patientiam usq; in finem custodiunt, hæreditabũt promissiones, ut dictum est. Post hæc causa redditur, quare Deus in promissione iurauerit, cũ dicitur: *Homines enim per maiorẽ sui iurant*. Idcirco. n. iurauit deus, quia hominibus loquebatur & homines iurant. In Deo. n. ita firmum est solum promittere, sicut & iuraṙ. Sed hominum incredulitatem uoluit iuramẽto certam reddere. Ob hoc autem ꝑ se iurauit, cum maiorem non haberet, quia homines per maiorem sui, id est, per maiorem se iurãt. Iurauit enim per illud, ꝙ inuenire maius potuit. Homines iurãt, *& iuramentum est finis omnis controuersiæ eorum*. i. altercationis & litigationis, qñ unus affirmat & alter negat, quia in iuramento finitur altercatio & est finis, ualens *ad cõfirmationem* alterius partis. i. ad oĩmodam certitudinem faciendam: quia postq; iuratum est, tunc utriq; parti certum & ratum est. Et si homini qui mendax est, creditur per iuramentum, quãto magis Deo qui mentiri non potest. *In quo*. i. in cuius rei consideratione, hoc est, quia considerabat iuramẽto finiri omnẽ controuersiam & fieri confirmationem *interposuit*. i. inter se & homines medium, cui crederent, *posuit iusiurandum Deus*, uel inter promissionem & ipsius promissionis adimpletionẽ posuit iuramentum. Ipse dico, *volens* ex propria bonitate *abundantius ostendere* per iurationem, qm̃ abundanter ꝑ

C promissionem, abundantius uero per iuramentum ostendit. uolens (inquam) ostendere *immobilitatem sui consilii*, id est, suae secretae rationabilis dispositionis, quae paucis est nota, quia uix aliquis nouit per fidem Christi saluari homines, & cui uel quibus uolens ostendere *haeredibus pollicitationis*.i. illis qui haereditario iure & firmiter habituri sunt pollicitationem.i. promissionem frequenter factam. Illis uolens ostendere firmitudinem sui consilij, adhuc abundantius per iuramentum, quàm sine iuramento ostenderat, interposuit, id est, inter promissiones posuit iusiurandum, condescendens cõsuetudini hominum ut perfectius & certius crederent illud, quod ipse de eis ĩmutabiliter ordinauit. Ideo iurauit in promissione, *ut per duas res immobiles*.i. per promissionem & iuramentũ, quae mutari non possunt, *quibus* ipse qui deus est, cogitur ut ĩmobile fiat cõsilium eius, quia impossibile est *mentiri Deum*.i. ut ipse in his duabus rebus mentiatẽ, cũ nec in aliqua re mentiri possit, *habeamus* in omni tribulatione *fortissimum solatium* doloris & anxietatis. Vel per duas res ĩmobiles.i. per hoc quòd iurauit, & hoc quòd per semetipsum, in quibus duabus ipse non põt mẽtiri, cum nunquam mentiatur. Habeamus solatium fortissimum.i. quod nos ĩ omni aduersitate fortes faciat, uolẽtes ad horam pati, ut in aeternũ regnemus. Cum.n. tribulationẽ patimur, si ad futuram gloriam nobis promissam respicimus, refrigerium mentis & angustiae mitigationẽ in camino tribulatiõis habemus. Nos dico, *qui* dum nos tribulationes insequũtur, & omni genere impugnationum appetunt, confugimus.i. ex toto fugimus, *ad spem* futurae quietis ac beatitudinis & gloriae nobis promissae *tenendam*.i. non pro aduersis deserẽdam, sed totis animi uiribus firmiter tenẽdam. Spem dico *propositam*. D id est, omnibus oblatam, uel propositam.i. ab antiquis temporibus in Abraham & caeteris patribus ad exẽplum nobis in propatulo positam. Ad quam spem confugit, quisquis spe beatitudinis omnes tribulationes spernit. & utile nobis est ad ea confugere, ipsamque tenere, *quam habemus sicut anchoram*.i. retinaculum & firmamentum *animae* nostrae ne in mari huius seculi frangatur scopulis aduersitatũ. Sicut.n. anchora nauem retinet et firmat, ne uentorum rabie & tempestate maris insurgente submergatẽ, & ludibrium maris & fluctuum fiat, sic spes nostra coelestibus infixa, irreuocabiliter adhęrens gloriae quam desiderat, animam fidelẽ tenet, & consolidat contra omnes huiusmodi impugnatiões, uelut cõtra maris tempestates, & confortat in suo proposito, ne deficiat uel scopulis aduersitatum & tribulationũ fracta & retinet ne mergatur cõsentiendo iniquitati. Spem dico, *tutam*.i. nihil timentem *ac firmam*.i. inconcussam, ne saltem titubet. Spes.n. coelestium mentem solidat, ne concutiatur fluctibus tumultuum terrenorum. Quod est dicere: Spes in nobis similitudinem exercet anchorae, quę nauẽ ne ad scopulos frangatur, retinet: & tutam facit, ut nõ timeat submergi: atque firmam, ne uel titubare possit. *et incedentem* dico hanc spem, id est, nos sperando introducentem usque ad interiora uelaminis.i. usque ad ipsa coelestia & arcana, quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae nobis adhuc in carne uiuẽtibus sunt uelata, id est, ignorantiae nostrae uelo tecta, & tamen nostra spes penetrat usque ad illa. Nautis arenae quibus anchora figitur & haeret, sunt tectae, nec uideri possunt: & tñ nautae sunt in securitate, licet illa uidere non possint, 1 Cor. 2. Esai. 64.

A quibus anchorę brachia firmiter adhæsere. Sic & nos in huius seculi fluctibus positi cœlestia nō uidemus: & tñ illis ita per spem coniuncti sumus, ut nullo timoris īcursu moueri possimus. Sed & hoc notandum, quia cum dicit, incedētem *usq; ad interiora uelaminis*, alludit historiæ, quæ inter duo tabernacula uelum fuisse narrat: quod interioris tabernaculi secreta, uelabat, in quod pontifex semel in anno intrabat, & secretū internæ beatitudinis pfigurabat, *Vbi.i.* in quæ interiora & æternæ patriæ secreta *introiuit* scdm humanitatem *Iesus.i.* saluator noster, qui scdm diuinitatem ubiq; semper est. introiuit *pro nobis.i.* pro nostra salute, ut interpellaret pro nobis sicut pōtifex sancta scōꝝ ingrediebatur, ut rogaret pro populo. Et introiuit *præcursor* pro nobis, ei nos post eū illuc curramus. Cursor, quia nulla culpa eum impediuit. Præcursor, & tēpore & dignitate. Pro nobis, itroducēdis, Ipse dico, *factus* à Deo *pontif.x.i.* faciens nobis pontem & accessum ad patrem per hoc, quod interpellat pro nobis offerens obedientiam suæ passionis ac repręsentans patri pro salute humani generis. Et hoc *in æternum*, quia non solum quandiu præsens seculū manet, aut quandiu uiuimus, sed etiam in futuro pōtificis agit opus: non tunc pro peccatis nostris offerens quæ nulla erunt, sed ut bonum quod in nobis operatus est, indeficiens & stabile permaneat. Pōtifex est, non scdm ordinem Aaron, sed *secundum ordinem Melchisedech.* qui solus rex & sacerdos fuit, & ante circuncisionem functus officio, ut non gentes à Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acciperēt. Nec unctus oleo ut Moyses instituit, sed oleo exultationis & puritate fidei: Nec animalia īmolauit, sed pane & uino sacerdotium Christi dedicauit. Patet ergo Christianos superiores esse Iudæis, sacrificium melius pecudibus habere, scilicet rationabile obsequiū, quod ducit in cœlum.

B

CAPVT VII.

*Hic.n. Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham; primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia neq; initium dierum, neq; finem uitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Gene. 14.

Postq; illos apostolus monuit, ut ad perfectionem promouerent, quatenus illius grandis & interpretabilis sermonis capaces effici possent, & ad hoc multis uerbis eos solicitauit, iterum redit ad propositum, & ad illum grandem sermonem de pōtificio Christi; ut scilicet præferre ipsum possit omnibus pontificibꝰ ueteris testamenti, & ita paulatim accedat hoc ad ostendendum, qđ carnales obseruationes cessare debeant per translationē sacerdotꝗ. Et prius exponit qs ordo præcesserit in Melchisedech, & quo iuxta ordinē eius Christus sit factus pontifex in æternum: ut exposito & cōmēdato ordine Melchisedech, appareat q̄ dignū sit sacerdotiū Xpi, qđ tā magnū est, ut sacerdotium Melchisedech illud præmōstrauerit nō sicut ęquale, sed sicut umbra. dum enim magna umbra præcessisse ostēditur, patet satis q̄ magna ueritas corporis sequatur. Quasi dicat: Recte pōtificium Christi cōparo ordini Melchisedech, quia *hic Melchisedech.* fuit *rex Salem.* Salem autem nō (ut Iosephus & plurimi nostrorum arbitrantur) credamus esse Hierusalem, sed oppidum iuxta Scythopolim, quod usq; hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatiū Melchisedech, ex magnitudine ruinarum ueterē ostendens magnificē- Lib. 1. Antiquit. capi. 18.

C tiam, de quo & posterius in Genesi dicit: Venit Iacob in Socoth, & transiuit in Salem ciuitatem regionis Si-
Gene 33. chem & Abrahæ reuertenti à cæde hostium, quos persecutus est usque Dan, quæ nunc Paneas appellatur, non Hierusalem, sed oppidum metropoleos Sichem in itinere fuit, de quo & in euangelio legimus: Erat
Ioan. 3. autem Ioannes baptizãs & in Ennon iuxta Salem. Cuius urbis rex fuit Melchisedech, fuit *& sacerdos*, ut & regnum & sacerdotium Christi præfiguraret, qui & nos fecit esse genus regale & sacerdotale. Sacerdos
1. Petr. 2. fuit, non idolorum, sed Dei: quia licet esset gentilis, et non de genere Iudæorũ, tñ erat sacerdos Dei, non Iouis aut Apollinis, sed potiꝰ *summi* Dei omnium creatoris, qui est super omnia. & Christus est sacerdos Dei patris, qui hostiam sui corporis & sanguinis semel obtulit ĩ cruce, sicut &
Ioan. 19. Melchisedech panem & uinum legitur obtulisse. Ille dico, *qui obuiauit*. i. obuius processit. *Abrahæ regresso à cæde*
Gene. 14. *regum*. qñ fuit maioris dignitatis habitus apud homines. i. in ipso triũpho, cũ regrederetur non à fuga, sed à cæde, non unius, sed multorum regũ. hinc enim magna dignitas Melchisedech ostẽditur quem Abrahã, peregrinus in illa terra tantæ dignitatis intellexit, ut dignum iudicaret
Locus obscurus. ad illum qui rex & sacerdos erat accedere, & de omnibus spolijs decimas illi dare, ac prius ad illum à quo benedictionem accepturꝰ erat, quàm ad domum suam declinaret. Cui triumphatori non solum obuiauit Melchisedech, sed & benedictionem dedit. *Abraham* uero accepta benedictione, *diuisit illi decimas omnium* quæ secum adduxerat à cæde regum. Per Loth, qui amissis bonis in captiuitatem ductus est, designatur anima uitiorum pondere p quinque sensus corporis incuruata,

& dominio aduersariæ potestatis D mancipata. Cuius uincula nititur Abraham soluere, cum ratio captiuitatem animæ recognoscẽs, armat se scuto fidei & galea spei ac gladio uerbi Dei: & assumpta uirtutũ quasi uernaculorum caterua, cuneos uitiorum uiriliter aggreditur: & tam diu pugnat, donec superatis hostibꝰ animam liberet. Peremptis regibus, Abraham reducens Loth, gaudens redit ad propria, inueniens Melchisedech in itinere sibi obuiantem, & sacros cibos offerentem ac benedicentem: qm̃ extinctis uitijs, rationalis uigor animam liberatam reducere festinat ad paradisi gaudia & ad domum cœlestis patriæ: sed priusquam illuc perueniat, uerum regem & sacerdotem Christum reperit obuiũ & offerentem sibi cibum & potum corporis & sanguinis sui, ac benedictionem cœlestis gratiæ. i. incrementum uirtutum tribuentem. Occurrit. n. lætus uictoribus uitiorum, ut excipiat eos & sacris alimentis reficiat: & benedicit eos. i. promouet & multiplicat in uirtutibus, & augmẽtat donis spiritualibus. Nec nisi uictor quisque cibos eius debet accipere, qa nullus ut ad eucharistiã accedat, debet præsumere, nisi prius reges cõtra quos pugnat, deuicerit. i. uitia quæ regnauerunt in se, domino adiuuante, superauerit. alioquin iudicium sibi manducat & bibit. Abra- 1. Co. 11.
ham autem decimas oĩum, quæ hostibꝰ abstulerat, dedit sacerdoti Melchisedech. Sic & unusquisque fidelis post uictoriam suæ pugnæ gaudens Christo decimas offert. i. omniũ bonorum operum suorum perfectionem & uirtutum cõsummationem diuinæ gratiæ adscribit. Siquid autem imperfectum & minus idoneũ in se uiderit, hoc sibi retinet. i. sibi deputat. Denarius enim, ultra quẽ nõ progreditur numerus, sed replicat, 

prefectionem

A pfectionem designat, sicut & noue partes quas Abraham sibi retinuit, imperfectionem demonstrant. Quicquid.n. primum & optimum est ac perfectum, designatur per denariū, in quo prius consummatur numerus. Et omne quod præcipuū est in nobis atq; perfectum, Deo attribuendum est: quicquid uero imperfectū, nobis est adscribendum. Primum q dem &c. Notat Apostolus ipsa uerba, ut ostēdat omnia ista in Christo esse eo ordine, quo præcessere in Melchisedech. *Qui primum quidem interpretatur rex iustitiæ, sed deinde etiam rex Salem,* Coloss.1. qđ est rex pacis. Qđ Christo bene congruit, qui pacificat quæ in cœlis & quę in terra sunt, & qui suos per iustitiam regit inter procellas seculi, ac in eorum iustis conuersationibus regnat, & post in æterna pace non desistit eos regere & in ipsis regnare. Primū.n. Melchisedech nobis ē, deinde rex Salē: quia prius regit nos in iustitia post reget in pace. Primo regnum iustitiæ nunc in nobis assequitur, & deinde post hanc uitam regnum pacis in nobis æternaliter quietum possidebit. Melchisedech dico, *sine patre, sine matre.* Non quod absq; patre & matre fuerit, cū Christus quoq; scđm utrancq; naturam & patrem habuerit et matrem, sed quod subito introducatur in Genesi occurrisse Abrahæ reuertēti à cęde hostium, & nec ante nec postea Gene.14. nomen eius feratur adscriptum. Vnde & *sine genealogia,* dicitur esse, cum fortassis uxorem & filios habuerit, & nec initium, nec finem habuisse, cum sine dubio & initium per natiuitatem habuerit, & per obitum finem. His.n. omnibus caret dicitur, quia nihil horum in eo scriptura loquitur. Vel genealogia est præcedentium patrum narratio, qua iste caret ga ex qb⁹ patribus descendat, non inuenitur: qm̄ spiritus sanctus altio ri consilio uoluit hoc de eo reticere, B ut figuram domini per omnia gereret. Christus.n. sine patre scđm carnem est, quia sine uirili admistione natus est ex uirgine: & sine matre est scđm diuinitatem, qm̄ illa ineffabilis genitura manet in æternitate. & est sine genealogia.i. sine generatione filiorum quia filios carnis nō habuit, sed sine sobole, sine aliqua successione carnali permanet. Siue, quia patres aliquos ī diuinitate nō habuit præcedentes, *neq; initium dierum, neq; finem uitæ habens,* sed coæternus patri existens scđm diuinitatē. Hic quoq; notādum est, quia dum Mel- Nota. chisedech sine patre & sine matre dicitur esse, sacerdotes noui testamēti non pro parentū nobilitate, sed pro uitę suæ merito sunt eligendi: nec attendendum quos parentes habuerint, sed cuius meriti sint. Sed & sine genealogia est Melchisedech, ga noui testamenti sacerdotes & ministri altaris uxores habere non possunt. Quas si habere uoluerint, profiteantur se esse sacerdotes Iudaicę institu- Nota. tionis, nō Christianæ. Nec initium dierum, nec finem uitæ habet Melchisedech, quia sacerdotiū eius.i. sacerdotiū Christi & ecclesiæ est æternum, & in præteritum & in futurū. Sacerdotium aūt Aarō.i. populi Iudæorum & principium habuit, & finem. Sed sacerdotium Christi principio caret et fine, quia electi sumus Ephe.1. in ipso ante mundi constitutionem, et sine fine pro nobis interpellat. Talis & tātus est Melchisedech, sed in omnibus his quæ dicta sunt, *assimilatus est filio Dei*: qm̄ in omnibus gessit umbram ueritatis, quæ in Christo *lucet & manet sacerdos in perpetuum,* non q; adhuc uiuens sacerdotio fungaī, sed qm̄ scriptura finem sacerdotij eius narrat. Nam de alijs sacerdotibus legitur qn̄ mortui sunt, & quod alij loco eorū successere, sicut de Aaron Nume.20

C inuenitur qualiter obierit, & quis ei pōtifex successerit. Sed de Melchisedech non legiť quod aliqñ mortuus sit uel sacerdotium perdiderit. Moyses.n. sicut mortē eius tacuit, ita eum aliqñ fuisse uel amisisse sacerdotium suū minime retulit. Manet ergo sacerdos in perpetuum, qa sacerdotio eius nullum aliud sacerdotiū succedit, ut Leuitico: sed eius institutio quandiu mundus steterit, permanebit. Nam ipse panem et uinum obtulit Deo pro Abraham, & quotidie panem & uinum Deo sacerdotes offerunt pro salute fidelium: atque panis ipse & uinum fiunt corpus & sanguis Christi, ac permanent in æternum, ita ut uitā æternam digne accipientibus conferant. Propter ista recte dicitur Melchisedech manere sacerdos in perpetuum, quia nullus alius ritus instituetur, per quem eius oblatio mutetur, & quia Christum designat perpetualiter interpellātem pro nobis.

Nume. 18. *Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis, quanquā*

Gene. 14. *& ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autē generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine ulla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.*

Immoratur Apostolus in cōmendatione dignitatis Melchisedech, pferens eum Abrahę, quē Iudęi extollunt & de quo gloriantur, quē Chri-

Ioan. 8. sto præponere uolunt, dicentes: Nū quid tu maior es patre nostro Abraham? Quasi dicat: Ex supradictis uidistis qualis fuerit Melchisedech. Sed nunc *intuemini*.i. interius considerate quantus sit hic. Intuemini i. interiori uisu cum magna diligentia utpote magnum quid inspicite, *quantus*.i. quantę dignitatis & sanctitatis ac perfectionis *sit hic* intelligendus, D *cui* non solum multas alias uenerationes, sed *& decimas dedit. Abraham* qui est *patriarcha*.i. princeps patrum, cuius sanctitatem patres imitati sunt. Et nō de uilioribus, sed *de præcipuis* ac melioribus dedit ei decimas, uelut de equis, uestibus, loricis & alijs, q̄ præcipua uideri poterant inter cætera. Vnde maximus apparet & inęstimabilis magnitudinis esse, cui pater aliorum patrum decimas dedit, in quo se longe inferiorē illo esse reputauit, & illum meliorem, cūi meliora & pręcipua offerebat. Melchisedech (ut dixi) decimas ab Abrahā accepit, in quo pręfertur Abrahæ, et ita cunctis filijs Leui.i. sacerdotib⁹ ueteris legis. Et quidem taliter apparet quantum ipse præmineat cunctis illis sacerdotibus, quia non omnes filij Leui, sed *quidam de filiis* eius *accipientes sacerdotium* per electionē & cōsecrationem aliorum, *habent mandatum sumere decimas* non enim aliter auderent. Mandatum istud habent *secundum legem*.i. scd̄m legis institutionem, sine cuius authoritate nunq̄ p̄sumerent. Vel scd̄m legem.i. non aliter q̄ pręcipit lex. s. ut nec plus, nec minus, nec alio modo accipiant, q̄ in lege decretum est. Accipiant *à populo* Hebræorum.i. à fratrib⁹ suis: hoc est, ab hominibus eiusdem dignitatis, quos nullo modo poterāt dignitate superare, nisi qa erant sacerdotes constituti ī lege. Tanta est.n. excellentia sacerdotij, ut etiam similes genere, multo amplius digniores sint fratribus suis. Decimas inq̄ sumebant à populo, non tñ minori, ut erant proselyti, sed à fratribus suis scd̄m carnem nō inferioribus: *quanquam & ipsi* fratres q eas dabant, *exierint de lumbis Abrahæ*.i. descenderint de propagine Abrahæ: hoc est, quāuis & sacerdotes & populus eiusdē dignitatis essent in origine generis, tñ

A præceptione legis & authoritate populus cogebatur ut eis decimas persolueret, sed Melchisedech à nullo homine accepit officium sacerdotale uel consecrationem, neq; præceptũ habuit ut decimas sumeret, uel ab aliqb⁹ exigeret. & cum filij Leui nõ à minoribus, sed à comparibus utpote à fratrib⁹ decimas accipiãt, iste ab Abraham accepit, nõ ut à cõpari uel fratre, sed ut à minori, quia non fuit ex illa progenie. Non enim Abraham incircũcisto alienigenæ decimas dedisset, nisi excellentiorem eẽ sciret se, i quo & Leuitici sacerdotes decimas ei persoluerunt. Filij Leui sumebant à fratribus, sed ille *cuius generatio*. i. posteritas filiorum, qa nulla est, uel etiam si esset, *non annumeratur in eis*. i. in filijs Leui, nec aliquam cõsanguinitatem habere cum eis refertur, *decimas sumpsit ab Abraham*. Quẽ sic per omnia superauit, ut nulla uis esse facta possit intelligi, qñ illi Abraham decimas ex omnibus ꝑsoluit, sicut populus Iudæorum quadam ui & necessitate cõpellebatur dare suis decimas sacerdotibus. Horum sensus ita breuiter pandiẽ. Tali modo patet Melchisedech digniorẽ & maiorem esse filijs Leui, qa ipse ab Abraham maiore omnibus illis decimas sumpsit ut à minori, Leuiticus autem ordo nõ à minori se, sed à fratribus accepit. Nam si Leuitici sacerdotes etiam paribus genere. i. fratribus suis præstantiores erãt sacerdotij consecratione & legis institutione, qñ decimas ab eis accipiebant, tunc Melchisedech dignius ꝑfertur Abrahæ, à quo decimas accepit quasi sacerdos à laico, & filijs Leui quos in eius lũbis decimauit. Non. n. Melchisedech & Abraham eiusdem generis esse leguntur, ut uel in generẽ pares esse possint. Et si Melchisedech qui fuit signũ & umbra, præfertur Abrahæ & omnibus Leuiticis sacerdotibus, quanto magis Christus qui est ueritas & corpus? Dixit quia decimas sumpsit ab Abraham, *&* etiam benedixit eum, p quod magna eius excellentia declaratur, quia tam magnũ patriarchã, *qui habebat*, hoc est, qui tam firmiter credebat ac si iam haberet *repromissiones*. i. iteratas ad se diuinitus promissiones, *benedixit*. i. sacrauit, hoc est, illum bendixit, cui Deus benedictionem repromiserat. Cuius bñdictione Abraham factus est sacratior, & non benedixit eum, sed decimas ei dedit, ut minor maiori. Abraham ab eo percepit benedictionẽ. sed *sine ulla contradictione*, uerum est, quia illud *quod minus est, benedicitur* à maiore uel à *meliore*. Nemo. n. contradicere potest huic rationi, sed omnes hoc constare nouere, quia omne quod benedicitẽ, minus est benedicẽte. Omnis. n. qui benedictionem ab aliquo suscipit, in ipsa susceptione probatur esse minor. Sed Abraham (ut sæpe dictũ est) benedictionẽ suscepit à Melchisedech in tempore maioris suæ dignitatis, dum cũ triumpho rediret è prælio. Ergo minor esse non potest negari: & si typus Christi, id est, Melchisedech maior est promissiones habente, q̃ est ipse Christus.

*Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt, ibi autem contestatur quia uiuit. & ut ita dictum sit per Abraham & Leui qui decimas accepit, decimatus est, adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech.*

Et adhuc alia ratione ituemini dignitatem Melchisedech, quia *hic quidem*. i. in hoc loco scripturæ, ubi agiẽ de Leuiticis sacerdotibus, *accipiunt decimas homines morientes*. i. ad mortẽ quotidie per multas miserias uergẽtes: hoc est, de illis loquitur scriptura sicut de hominibus, quorum alij moriuntur & alij succedũt: sed *ibi*. i. ubi sermo est de Melchisedech, *contestatur* scriptura *quia* ipse *uiuit*, dum de uita

C eius loquitur, & de morte nihil dicit. Per quod dignior omnibus alijs sacerdotibus sufficienter ostēditur. Contestatur enim. i. simul tota illa scriptura quę de eo est, testatur quia uiuit. Et cum filij Leui sint morientes, & iste uiuens, apparet quis sit ꝑferendus. Et alio adhuc modo patet eum esse maiorem filijs Leui, qm̄ Leui qui decimas accepit, ipsi Melchisedech decimas persoluit, & hoc est. Quia *& Leui*. i. illa tribus Leuitica, unde sacerdotes Deus, elegit, & ille quoq; electus ordo, *qui decimas* ab omnib⁹ alijs *accipit, decimatus est* à Melchisedech. i. decimas ei persoluit, & hoc *per Abraham*. non enim proprie in sua persona Leui decimas dedit circuncisus sacerdos incircunciso. Sed ut ita dictum sit constans, non per se decimatus est, sed per medium. i. per Abraham patrem suum. *Adhuc enim erat in lumbis patris* ipse Leui pater sacerdotalis prosapiæ. i. nondū exierat inde scd̄m geniturā, qñ Melchisedech obuiauit Abrahæ. Et ideo totus ordo Leuitic⁹ ipsi Melchisedech astrictus est in eodem debito & eadem subiectione in qua Abrahā pater eius. Adhuc. n. unum quod erat Leui cū illo, qm̄ post genitus est ab ipso. Et ideo necesse est ut eidē subijciaƒ, cui subiectus est pater eius antequam illū genuisset. Vnde patet sacerdotium Iudæorum esse subiectū sacerdotio Christianorum. Decimatus est. n. Leui per Abraham à Melchisedech, qm̄ adhuc in lumbis patris erat decimas dantis. Nam sicut Adam peccante, qui in lumbis eius erant, peccauere: sic Abraham decimas dante, qui in lumbis eius erāt, decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo, quāuis esset in lumbis Adæ & Abrahæ. quia non scd̄m cōcupiscentiam carnis inde processit. Non. n. & ille ibi decimatus est, cuius caro inde non feruorem uulneris, sed materiem medicaminis traxit. Nam cū ipsa decimatio ad prēfigurandam medicinam pertinuerit, illud i Abrahæ carne decimabaƒ qđ curabatur, non illud unde curabaƒ. Et ita Christus non est inferior Melchisedech, quia nō est decimatus ab eo, sicut Leuiticus ordo, qui ei per Abrahā decimas soluit. Eadē nanq; caro non Abrahæ tm̄, sed ipsius primi hominis, simul habebat & uulnus præuaricationis & medicamentum uulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorum repugnante legi mentis, quæ per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur: medicamentum autē uulneris in eo, ꝙ inde sine opere concupiscentiæ in sola materia corporali per diuinam cōceptionis formationisq; rationem de uirgine sumptum est, propter mortis sine iniquitate consortium, & resurrectionis sine falsitate exemplum. D Roma. 7.

*Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat.*

Prætulit hacten⁹ sacerdotiū Christi, qđ est scd̄m ordinem Melchisedech, Leuitico: & nunc addit ꝙ sacerdotiū Christi Leuiticū destruat, quo destructo, necesse sit et legē destrui scd̄m carnales obseruātias. Ac si dicat: Qm̄ superius dictū est Christum esse sacerdotem scd̄m ordinē Melchisedech, & omnes legem habēies nouere hoc esse futurum, ergo quid necessitatis extitit, ut nō iuxta Aaron, sed iuxta Melchisedech surgeret iste nouus sacerdos, sub quo perfecta daretur iustitia? *Si consummatio*. i. perfectio iustitiæ *erat*. i. dabatur uel fiebat *per sacerdotium Leuiticum*, cur alio ordine nouus adhuc sacerdos prophetatus est surrecturus? Nam, si Leuiticum

A si Leuiticum sacerdotium (ut Iudæi putabant) cõsummabat, frustra surgeret alius scdm Melchisedech. Sed surgit alius, & nõ frustra, cum diuino sit prænunciatus oraculo. Ergo illud nõ cõsummabat. Sed cur consummare uidereť, interponitur causa, *populus enim sub ipso legem accepit.* Nam qa sub illo sacerdotio data fuit lex, in cuius obseruãtia consũmatio putabať esse, ideo putabať consũmatio per sacerdotium, qm̃ lex & data est sub illo, & adminastrabať p ipsum, sed nõ erat per ipsum cõsummatio. Nam si hoc esset, nunq̃ alius sacerdos quæreret, qui alio ordine cõsummationem daret. & hoc est: Si consummatio iustitię sicut Iudæi putabãt, erat per sacerdotiũ Leuiticum, *ergo* postq̃ illud uetus daret cõsummationẽ, *quid adhuc necessariũ fuit.* i. quid causę, qd utilitatis extitit dici à Deo per Dauid *surgere alium sacerdotem,* dum caneret, Tu es sacerdos in æternũ *secundum ordinem Melchisedec, & non* diceret *secundum ordinem Aaron?* Hic est enim uerus sacerdos, qa et à peccato liberat, & omnem iustitiæ consummationẽ præstat, quod illi facere nullatenus ualebãt. Ideo necesse fuit, ut post illos adhuc alius surgeret, & scdm ritum, & scdm tribum, & secundum mores. Populus sub sacerdotio legẽ accepit & tenuit, & illud uetus nouo sacerdotio ueniente mutať. Vnde & legem simiľr oportet mutari. Nã *trãslato sacerdotio* in nouum sacerdotiũ, *necesse est ut & legis translatio fiat* in nouã obseruationem. Quia enim simul utraq; & ab eodẽ & sub eadẽ sponsione data sunt, necesse est ut quod de uno dicitur, de altero intelligatur. Neque enim lex sine sacerdotibus qui eam faciant, potest manere: sed destructo sacerdotio, destruitur & lex, quæ non nisi sub eo stare ualet. Sed destructum siue translatum est sacerdotium.

*In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de* B *qua nullus altario præstò fuit. Manifestum est enim, quòd ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus, est. Et amplius adhuc manifestũ est, si secundum similitudinem Melchisedec exurrexit alius sacerdos, qui non secundum legem mãdati carnalis factus est, sed secundum uirtutem uitæ insolubilis. Contestatur enim, quoniã tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.*

Ostendit translatum esse sacerdotium, ut sic sequať & legis trãslationem esse factam. Vere sacerdotium est trãslatum, qm̃ & in aliam tribũ, & in alium ritum. Nam ille *in quo.* i. in cuius consideratione *hæc dicuntur.* s. dominus Iesus, ꝓpter quem cõmendandũ has disputationes facimus, non ex tribu Leui, sed *de alia tribu est, de qua nullus præstò fuit* unquam *altario.* i. nec minor, nec maior qsq̃ ex illa tribu scdm legẽ ad altariũ accessit, ut ministraret sacerdotali iure. Vere nouus iste sacerdos, qui æternũ habet sacerdotiũ, de alia tribu est, nam de Iuda. Et oportebat ut euacuaturus sacrificia, quę scdm ordinem Aaron in sacerdotio Leuitico fiebãt, de alia tribu esset, nõ de Leuitica, ne ad ipsum sacerdotium qđ tpaliter umbra erat futuri, pertinere uidereť mũdatio pctõꝝ, quam ipse oblatione sui ueri sacrificij fecit. De alia tribu est. Nam *manifestum est quòd idem dominus noster ortus sit ex Iuda.* i. ex tribu Iuda, ut eadem sit sacerdotalis & regalis, ut fuit Melchisedec rex & sacerdos. *In qua tribu Moyses nihil de sacerdotibus est locutus.* i. nõ dixit ut aliqs de ea sacerdos esset, uel aliqd sacerdotale haberet. Quia ergo dñs Iesus qui de alia tribu est, sacerdotium accepit, patet qa trãslatum est sacerdotium, nec in tribu Leui amplius manere põt: & ita carnales obseruãtię sub illo datę, statum ulterius habere nequeunt post hoc. Dedi, inqt, supius rõnẽ satis manifestã & cõuenientẽ, & adhuc præ-

C ter istam dico aliã, ex qua amplius erit manifestũ & euidens oĩbus, qa trãslatum est sacerdotiũ. Manifestũ .n. est per tribum esse translatum, *et amplius adhuc manifestum est* per ritũ, qa hæc est manifestior & firmior ꝓbatio, amplius .i. largius & euidẽtius manifestũ est, sacerdotiũ esse translatũ, si alio ritu obseruat, uidelicet *si secundum similitudinem Melchisedech exurrexit alius sacerdos*. i. si dñs Iesus extra oẽs alios surrexit, ut oblatione sua mundaret populum suum ab oĩbus peccatis, quod nullus alius facere potuit: & quẽadmodum Melchisedec Abrahę panem & uinum sacratũ dedit, ita & hic discipulis suis in eisdem speciebus corpus & sanguinem suum dedit. *Qui non est factus* sacerdos *secundũ legem mandati carnalis*. i. scd̃m quod lex carnaliter mãdat: qa non est unctus in sacerdotẽ oleo materiali, nec carnalia pro eius ordinatione sunt oblata sacrificia, *sed secundum uirtutem uitæ insolubilis*. i. æternæ, quæ nec solui, nec corrũpi uel destrui pōt, quæ per spiritum sanctũ dat, quo Christus inuisibiliter est unctus in sacerdotem. Et uere scd̃m uirtutem uitę insolubilis est unctus sacerdos, qa in æternum manet. Nam *contestatur*. i. simul ꝓpheta uel Deus pater mecum testat, *quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*.

*Reprobatio quidẽ fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatẽ. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio uero melioris spei, per quã proximamus ad Deum & quantum est, non sine iureiurando.*

Dederat rõnes cur sacerdotium sit translatum, & nunc similiter (ut consequens erat) ꝓfert causam & rõnem translationis legis, dicens, *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati*. i. priscæ legis *propter infirmitatẽ*. i. debilitatẽ & imbecillitatem *eius*. Ostendẽdum enim erat, cur uetus mãdatum quod carnales ceremonias obseruari præcepit, reprobaret, cum Deus illud dedisset, & nouum substitueret. Ideo scilicet fit reprobatio. i. repudiatio ꝑcedentis mandati, qa infirmum erat & inualidum. Nam ut sit locus grãæ sequenti, reprobatur mandatũ præcedens. Quod ideo præcedens dicit, qa aliud erat secuturũ. Vetus enim præcessit nouum, sicut umbra corpus. Sed sicut ueniente corpore, umbra præterit & in nihilum uertit, ita uetus mandatũ ueniẽte nouo. Nam infirmum erat illud mandatum carnalium obseruantiarꝫ. i. nõ sufficiẽs per seipsum iustificationẽ dare. hoc enim qđ per se solum qđ uult adimplere non potest, infirmum iudicat. Et talis erat lex, quę sine auxilio grãæ neminem iustificare potuit. Et erat inutilis. i. ueram utilitatem conferre non ualẽs, quia regnum cœlorꝫ suis cultoribus dare non potuit, & nunc est inutilis oĩno. i. nihil prorsus utilitatis cõferens, immo perniciosa, si post aduentum Christi seruet. Vere propter infirmitatem reprobat, quia *nihil*. i. nullum hoiem *adduxit lex ad perfectum*. i. ad perfectiõnẽ. Nam etsi aliqui perfecti sub ea fuere, non tamen ex ea perfectionem habuere, sed ex grã. Lex enim etsi aliquid fecit, non tamen plene iustificauit. Nam necꝫ regnum peccati ex toto potuit euertere, nec ꝑfectam ĩnocẽtiam aut ꝑfectam iustitiã dare, nec uitã æternam adgrere, sed tantum bona tpalia promittere. Nam timorẽ mortis ĩcussit, non amorẽ iustitię dedit: nec in intimo cordis regnauit, licet in opibus foris custodita sit. Et ideo iure reprobata est. Illa qdem reprobata est, sed loco eius fit *introductio melioris spei*. i. cor nostrũ penetrat & in illud introducitur, ut in eo regnet grã nouæ legis, quæ nobis spem uitę æternę tribuit, quam lex antiqua dare non potuit. Illa. n. promittebat tpalia, hæc polliceretur æterna. Et hęc uirtutũ cõsum-

A mationem largitur, quę facit hoīem sperare nō sospitatem, quæ cito transeat: non copiam tpalium diuitiarū, nō multitudinem filiorū, sed potius uitam æternā, salutem indeficientē, Deū oīa in oībus existētem, *per quam spem proximamus ad Deum*, qa dum terrena despicimus & cœlestia appetimus, mente Deo propinquamus, & eius imaginē in nobis reformamus, atq; illi īhærere cupim⁹, ut unus cū eo spūs efficiamur. Introductio fit melioris spei, *& quantū est*. i. q̄ magnū & quā mirabile est, qd *non sine iureiurā do* fit, sed cū iureiurādo. Dñ. n. Deus iurat Xp̄m esse sacerdotē in æternū, q̄ sine fine ꝑ nobis īterpellet, cū iureiurando spem nobis dat meliorem.

*Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum. Intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.*

Magnum est q̄ talem spem nobis Deus in sacerdotio Christi cum iuramento dedit. Nam *alij quidem*. i. Leuitici sacerdotes longe ab eo discreti, *facti sunt sine iureiurando*, quasi q̄nq; mutandi, sed *hic*. i qui nunq̄ mutandus erat, factus est *cum iureiurando per eum qui* omnia pōt. i. per Deū patrem, qui iurando *dixit ad illum, Tu es sacerdos in æternum*, hæc est sn̄ia. Sed ut magis ostendat Deum iurasse, interponit ipsa uerba prophetæ hoc asserentis, *Iurauit dominus*. i. incōcussa ueritate firmauit, *& non pœnitebit eum*. i. hoc sacerdotium nulla rōne mutabit. Neque enim sicut hoīem pœnitet Deū. Sed Dei dicit̄ pœnitentia, quæuis ab illo institutę rei cuiusq; mutatio, quę credebatur esse mansura. Proinde cum dicit, nō pœnitebit eum, tu es sacerdos &c. satis ostēdit eum pœnituisse de institutione prioris sacerdotij, hoc est, mutare uoluisse sacerdotiū quod constituerat secundum ordinē Aaron. Vnde satis apparet quantum iste sacerdos omnibus illis sacerdotibus sit dignior. De isto iurauit dominus quod in æternum maneat, *intantum factus est* ipse *Iesus spōsor melioris testamenti*. i. ꝓmissor melioris hæreditatis quā illi. Illi enim per uetus testamentū spōdebant terrenam & tpalem hæreditatem, hic aūt per nouum spondet cœlestem & æternam. B

Testamentū quippe uocabatur chirographū hæreditatis, quod ille qui moriebatur, relinquebat ei quē post se constituebat hæredē. Et Iesus dominus moriens nouum testamentū nobis reliquit, in quo nos regni cœlestis hæredes fore spopōdit, & ipse sacerdos ac mediator eiusdem testamenti esse uoluit. Vetus autem testamentum morte brutoꝝ animalium est dedicatū, & ideo uetustis hominibus terrenā spopōdit hæreditatē. Lōge itaq; melior illis prioribus est sacerdos Iesus, melius testamētum eius, melior promissio.

*Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere. Hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternū habet sacerdotium. Vnde et saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis.*

In eo qd alij sine iuramēto, hic autem cum iuramento factus est sacerdos, apparet (ut dictū est) eius excellentia: & in hoc ēt, quod alij sunt plures, qa morientes: hic autē unus, qa semper uiuens. Nam *alij quidem*. i. Leuitici longe ab eo dissimiles *facti sunt sacerdotes*, non unus, sed *plures* per multas successiones, dum alij morerent̄ & alij succederent, *idcirco quod à morte prohiberentur*, id est, eo q̄ mors prohiberet eos in hac uita *permanere*. Idcirco enim plures constituti sunt, alij post alios, quoniam necessitate mortis interueniente, ꝓhibiti sunt in sua dignitate permanere. i. ex toto manere. Mansit q̄dem ad tp̄s unusq; illorū, sed nullus permansit. *Hic autem*

A tudinem primorum sic transcendat angelorum, ut inter ipsum et angelos nulla possit fieri comparatio secundum magnitudinem & excellentiam.

*Qui nō habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatē habentes: sermo autē iurisiurandi, qui post legem est, filiū in æternū pfectum.*

Adhuc ostendit eum digniorē Leuiticis sacerdotibus & potentē saluare. Qui cùm talis sit, qualem descripsit, *non habet necessitatem quotidie offerre hostias prius pro suis delictis, quemadmodum sacerdotes* illi habebant, qa quotidie delinquebant, & quotidiana mundatione indigebant. Dicit eum nō habere necessitatem offerre quotidie, non q aliqñ hunc habere hmōi necessitatē uelit intelligi, sed ut ab eo remoueat qđ illis cōueniebat. Non indiget, ut illi, per singulos dies offerre prius p suis delictis, ac *deinde pro* delictis *populi*. Non indiget quotidie offerre, quia *hoc semel*, non tñ pro suis, sed pro populi delictis *fecit*. Nec fecit hoc, *offerendo taurum* uel hircū, sed *seipsum*: qa non inueniebatur alia hostia, quæ dignē posset offerri pro expiatione populi: nec alius sacerdos, q dignus esset illam offerre. Quis.n. tam iustus & sanctus sacerdos, q̃ unicus Dei filius, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec actualia? Et qd tam congruenter pro hoībus offertur, q̃ humana caro? Et qd tam aptum imolationi, q̃ caro mortalis? & quid tam mundum pro mundanis uitijs mortalium, q̃ sine ulla contagione carnalis cōcupiscentiæ caro nata in utero & ex utero uirginali? et quid tam gratē offerri ac suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri, corpus effectū sacerdotis nostri? Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, quid offeratur, cui offeratur, à quo offeratur, pro quibus offeratur, B idem ipse unus uerusq; mediator p sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro qbus offerebat, unus ipse eēt q offerebat, & qđ offerebat. Semel hoc obtulit, qa non fuit opus repetitione. Sufficit.n. oibus, & ideo non est necesse iterari. Nam adeo magnū est hoc sacrificium, ut q̃uis unum sit et semel oblatum, sufficiat ad æternitatē. Dixi qa sacerdotes indigebant quotidie offerre non solū pro populi delictis, sed & pro suis: & hoc ideo fuit, quia *lex homines constituit sacerdotes*, non īmortales iam, sed adhuc *habentes infirmitatem*.i. fragiles ad peccandum, & ex ipsa corruptione naturæ mortalis pcliues, utpote homines puros, & conditionem humanę fragilitatis uitare non ualentes. Ideoq; (sicut dictum est) necessarium fuit illis ita offerre pro suis delictis, sicut pro populi. Hoc remedio indiguit Phinees, Nume.25.
hoc Ioiada, hoc Zacharias, hoc ipse 4 Reg.11.
Aaron, & quicunq; alij in illo sacer- &.12.
dotio laudabiliter iusteq; uixere. So 2.Par.24.
lus noster sacerdos ab hac necessita Exo.28.
te liber fuit. Lex quidē constituit tales, sed *sermo iurisiurandi qui post legem est dictus à propheta David*.i. promissio pr̄is facta cū iureiurādo, constituit sacerdotē nō hoīem infirmū & pcliuem ad peccandū, sed *filium* sibi cōparem, & in omni sanctitate *perfectum*, ita ut pfectio illa nunq̃ defectum uel finē habeat, sed *in æternum* maneat. Perfectus qppe erat, quem nec fragilitas peccare faciebat. Et in æternū perfectus manet, quia eius perfectio nunquam potest minui, uel in æternum sacerdos est constitutus, non ad tempus, ut alij sacerdotes. Sermo iurisiurandi est post legem, ne si fuisset in lege, dicerent Iudæi illud iuramentum esse completum in lege per suū sacerdotiū. Post legē ergo est, ut per

A strat, dũ religiosam interim prgstat uitã, ut dicere possimus. Nostra con uersatio in cœlis est, et postmodum nos introducit in ipsum æternæ feli citatis secretum, dicens: Intra in gau dium dñi tui. Vel minister sanctorũ & sacerdos à pr̃e est instituit⁹, ut om ne bonũ ministret eis, q iam sunt in sanctis sanctorũ. i. in sanctuario per petuæ beatitudinis. Vel potius Deo sicut uere summus pontifex pro no bis ministrat in sanctis sancto℞, dũ patri carnem pro nobis assumptam semper ostẽdit, & memoriã suæ pas sionis representat, ut eum erga nos ad pietatem flectat. Sic est minister *sancto℞ & tabernaculi*, nõ umbratilis, non præfiguratis, sed *ueri*. i. significa ti tabernaculi hoc est æterni sanctua rij, qđ significatum est per taberna culũ Moysi. Sed quia & illud prius tabernaculũ fuit quodãmodo uerũ .i. de uetis pellibus & cortinis istru ctum, ideo addit: *Quod Deus fixit*. i. fir mum & inuiolabile posuit atq; fun dauit, *& non homo*. i. ita fuit, ut ibi nõ esset admista hoĩs operatio. Cum. n: Moyses iuuante Deo uetus taberna culum figeret, ibi figebat Deus cũ hoĩe. Sed hoc uerũ tabernaculum .i. hanc beatam & serenam æterni sau ctuarij mansionem & gloriã Deus solus fixit, De⁹ ab initio parauit ele ctis suis. Et ibi iam pontifex est, qui sine intermissione pro eis ĩterpellat, sicut olim in sancta sancto℞ ueteris tabernaculi semel in anno solus põ tifex intrabat, ut oraret pro populo. Et ille pontifex erat minister sancto rum, præfigurans hunc redemptorẽ nostrum æternæ beatitudinis mini strum, inquã, ipse cum carne quam pro nobis fecit sacrificium ĩgressus est, ut ibi pro salute populi roget. Hoc de capitulo diximus. Post cu ius finem subditur.

Philip. 3.

Matt. 25.

*Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerent secundum legem munera, qui exemplari & um bræ deseruiunt cœlestium, sicut respõsum est Moy si, cum consummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facito secũdum exemplar quod tibi osten sum est in monte.* B

Exo. 25.

Dixi qa Christus est minister. Nã omnis pontifex cõstituitur ad mini strandum. *Omnis pontifex*, tam maior q̃ minor, *constituitur* scđm legem *ad of ferenda munera*, ut primitias frugũ, pa nes ꝑpositionum *& hostias*, ut ĩmola tiones tauro℞ et hirco℞: hoc est, oĩs põtifex ad hoc constituebatur, ut of ferret: & per oblationem pro popu lo quod poscebat, impetraret. *Vnde*, quia oĩs ad offerendum constitui so let, *necesse est & hunc* nostrum pontifi cem *habere aliquid* secum in cœlis, *quod offerat* assidue pro nobis. Hoc est dice re. Quia oĩs põtifex est minister, igi tur necesse est (nisi falsa fuerit uniuer salis affirmatio) quod & hic sit mi nister. dum. n. dicimus quod oĩs of fert, ĩtelligimus ꝙ omnis ministrat. hoc est. n. eius officiũ, ut offerat & ministret dño. Et quia necesse est & hunc habere aliquid, quod pro salu te mundi offerat, *ergo si* illud aliquid *esset super terram*. i. si in hoc mundo po tuisset inueniri, quod digne pro to tius mundi peccato quisset offerri, etiam sacerdos aliquis non esset di gnus illud sacrificium offerre, q̃uis essent qui iuxta ritũ legis offerrent, & ideo xp̃s sacerdos mũdus, seip̃m obtulit mũdũ sacrificiũ. Vel ita me lius. Qm̃ ipse cõsidet in dextera se dis in cœlo, & est ibi minister ac mo re põtificis offert, ergo si esset adhuc sup terram .i. si nõdum introisset in sancta sancto℞, hoc est, in interiora cœli, non dicam ꝙ esset põtifex, sed *nec etiam saerdos*, ut ex necessitate com probet, qa si pontifex qui in ꝑpetuũ saluare põt, ĩ cœlo pro nobis offert & intercedit, tũc sacrificiũ Iudæo℞

C non ultra est nobis necessariū. Qm̄ sacrificium in ara crucis semel oblatum, sufficit ad ablutionem pctōrū & ad oīa, ideoq; iam superfluæ sunt umbræ carnales, cum pro nobis ueritas agat in ueritate. Qñquidem ipse est pontifex & minister in uero tabernaculo, & per suum sanguinē introiuit in uera sancta sanctorū, ergo si post resurrectionem suā remāsisset in terra, & sacerdotium peragere uellet in umbra, non esset dicendus sacerdos, qui superflue fungeret sacerdotali officio, nec ēt posset esse ut ille de alia tribu fieret sacerdos in lege. Nō esset (inquam) sacerdos, cùm adhuc eēnt multi alij sacerdotes de tribu Leui, sacerdotium suū iuxta legis mandatū exequentes. Tādiu.n. debuit umbra manere, & sacerdotiū legis existere, quousq; uerus sacerdos, ueræ sacrificiū offerret in significato tabernaculo & ueritate. Qui uerum sacerdotiū sup terrā exequi nō posset, neq; sacerdotium legis adipisci, cū essent multi alij qui hostias et *munera secundū legem offerrent*. Nā ex alia tribu natus nō admitteret secūdū legem ad sacerdotiū, & superflue carnalia offerret, cū essent ex tribu Leui qui sufficerēt offerre talia. Nec super terram.i.in carnalibus ulla rōne poterat sacerdos existere, ne forte uideretur eadē digni⁹ offerre. Propter quod & de illis sacerdotibus addit, *qui deseruiunt exemplari & umbra cœlestiū* .i. ualde & studiose seruiunt, ac plene oīa implent, & ita frustra hoc sacerdotiū assumeret ipse. Quia adhuc hodie deseruiūt exēplari & umbræ, nō qd̄ maneat exēplar & umbra in ueritate, sed quantum ad repñtationē scripturæ, q̄ sic agit adhuc de ordine sacerdotum, ac si repñteť sub oculis nr̄is offm̄ illorū. Qui deseruiunt & subditi sunt legi, sacrificātes & carnales obseruātias scdm̄ qd̄ lex pcipiebat, cōsummātes, q̄ fuerī exēplar, & quædā figura cœlestium. Et qa est D aliqd̄ exēplar, ubi maior est ueritas q̄ in illa re, cuius est exemplar, sicut Xp̄s est exemplar oīum fideliū & ēt cœlestia terrenorū, ideo supponit umbram, ut ostendat minus esse dignū exemplar. Vetus.n. tabernaculū dicitur exēplar cœlestiū.i.ecclesiæ, cuius pars est in cœlis, & pars secutura peregrinať in terris, qa ad similitudinē illius facta est spūalis ecclesia. Et sicut umbra deterior est corpore, sic illud tabernaculum umbra erat & inane ad cōparationē ecclīæ. Deseruiunt, inquit, exemplari.i.figuris. & qa exemplar aliqñ est ueritas, non figura, sicut liber ad cuius similitudinē fit alius liber, addit, & umbræ. Quia oīa quæ in illo tabernaculo facta sunt, nō erāt nisi umbra ueritatis leuiter abitura uenïēte Xp̄o. Exemplari deseruiūt.i. tabernaculo ueteri, qd̄ est exemplar cœlestium. *sicut responsum est Moysi*, nō cū inciperet, qa iā multa figuris expresserat, sed *cum consummaret tabernaculum*: quia cū p se nō posset illud cōsummare, consuluit dn̄m, qui & de figuris eū, sicut & de ueritate docuit. *Vide*, inquit, dominus.i.diligenter considera, & *omnia* tabernaculi necessaria *facito* ita, ut sequaris in oībus *exemplar* cœlestiū, *quod tibi ostensum est in monte* Sina. Exemplar est, ad cuius similitudinem aliquid fit. Exemplum similitudo quæ inde trahitur. Et dominus in monte Moysi ueritatem ostendit, sed cum carnalis populus capere nō posset, præcipit ut eam figuris imaginareť, in quibus puerilis ille populus enutritus, quandoq; ueniret ad ueritatem. Sicq; res prius ostensa, dicitur exemplar figurarū iuxta se factarū. Item figurę dicuntur exemplar ueritatis, quæ post impleta est in ecclesia, sicut illæ præsignauere, qa quicquid ibi fuit, uel cœlestē uel præsentem ecclesiam uel sanctorū uirtutes

Exo.25.
Act.7.

A quæ modo sunt, significauit. Et huic exemplari, cœlestium.i. figuris uero rum, deseruiere umbratici sacerdotes Iudæorum. Quia uero illa fuere exẽplar cœlestium atque spiritualiũ, quæ nunc in ecclesia per Christum facta sunt & fiunt, ideo non iam exẽplar & umbra sunt necessaria. Sed non negligenter prætereundum, quod Moysi dicitur ostensum esse in monte exemplar cœlestium. Nã quadraginta diebus in monte Sina perseuerans cũ dño, uidit sublimẽ angelicæ puritatis & ĩmortalitatis uitã, ad cuius instar humanã in terra conuersationem, inquantum mortalibus imitari possibile fuit instituere iubebatur, ut cum exemplo eorum mutuæ dilectioni in deum, diuinæ laudationi, unanimi paci, syncerae castitati, cæterisque hmõi uirtutib9 in terra uacaremus, mereremur & in cœlis esse cõsortes eorum. Exemplar ergo nobis Moyses angelicæ cõuersationis, quam in monte contemplationis uidit, præceptis legalibus ostẽdit, per quorum obseruantiam & ipsi de terra, editi, ad consortium angelorum in cœlis peruenire possimus. Exemplar idem nobis uitæ perfectionis et beatæ retributionis in figura tabernaculi & ministerij sacerdotalis & Leuitici præbuit. Vnde (sicut dictũ est) angelica puritas ostensa Moysi, fuit exemplar figurarum, quas ipse in tabernaculi constructione formauit, & rursum illę figurę fuerunt exẽplar ecclesiasticæ religionis ac saluationis. Et ideo Christus qui ueritas est, in figuris & umbra sacerdotiũ habere non potuit.

*Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.*

Superius dixit, quia Iesus in terra, id est, in terrenis ac legalibus uictimis sacerdos esse nõ poterat. Et ita hoc esse res ipsa declarat, quia domin9 Iesus nunquam sub lege sacerdotiũ habuit. Sed *nunc*.i. tempore gratiæ, i. hac nouissima ætate, *sortitus est*.i. non usurpatione præsumpsit, sed electione diuinæ gratię accepit gratis à Deo patre *melius ministerium* sacerdotij, quanto & lex eius est melior ueteri lege. Iã à sacerdotio & sacrificio transit Apostolus ad differentiam testamẽtorũ, ut ostendat quantum ueteri præcellat nouum. Ministerium quod nũc in fine legis sortitus Iesus est, tanto est melius & utilius ministerio ueterum sacerdotum, *quanto ipse est mediator melioris testamenti*.i. nouæ legis, hoc est, sicut uides testamentum, in quo ipse est mediator, ad uitam æternam efficacius esse quàm uetus, ita uidere potes ministerium eius esse melius quàm ueterum sacerdotum, qui parũ subditis suis proficiebant. Moyses fuit mediator ueteris testamẽti, quod à Deo accipiens hominibus tradidit, sicut ipse dixit: Ego sequester & medius interfui. Sed dñs Iesus noui testamẽti mediator est, quia dedit illud medius inter Deum & homines, reconciliando nos patri. Quod testamentum melius ueteri est, quoniam meliora præcepta dat, & auxiliũ gratiæ qua compleantur, ministrat. Nam in ueteri concessum fuit propter Iudæorum imbecillitatem ut uir uxorem suam dimitteret, si displiceret illi, & inimicum suum odio haberet: in nouo autem nulla causa nisi propter fornicationem permittitur uxor dimitti, & inimicos nostros præcipimur diligere, & his qui nos oderũt, benefacere. Vnde patet, quia Christus dedit testamentum melius ac perfectius, & ad æternam beatitudinem efficacius. *Quod* testamentũ est sanctum.i. sancitum & confirmatũ ut duret, & in quo *est sancitum in melioribus repromissionibus*. Ideo.n. ratum & firmum est magis quàm uetus, quia meliora repromittit complentibus se.

Deute. 5.
Deute. 24
Mat. 5. 19.

C Nam in illo terrena promittuntur, in isto cœlestia. Præcepta qdem utri usq; testamenti omnia ferè eadem inueniuntur. Nā non occides, nō mœchaberis, non furaberis, honora pa-
Exodi.20. trem et matrē, & cætera hmōi, & no
Matt.19. bis præceptū est. Sacramēta uerò nō
Matt.10. sunt eadem, nec ꝓmissa eadē. Præcepta idcirco sunt eadē, qa scd̄m hæc Deo seruire debemus. Sacramenta ideo non eadem, quia alia sacramenta dant salutem, alia salutē promittunt. Sacramēta noui testamenti dāt salutem. Sacramenta ueteris promiserunt saluatorem. Promissa quoq; nō sunt eadem, quia ibi terrena promittuntur, hic cœlestia. Deniq; omnia quæ Iudæis promissa sunt, ablata fuerunt. Vbi est .n. regnum eorū? ubi templum? ubi unctio? ubi sacerdos? ubi iā apud illos propheta, ex quo uenit qui per prophetas prædicabatur? In illa gente iam nihil horꝫ est. Vnde patet quia uetus testamentum secundū carnales obseruantias & terrenas ꝓmissiones iā nihil est.

*Nam si illud prius culpa uacasset, non utiq; secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos, dicit: Ecce dies uenient, dicit dominus, & consum-*
Hier. 31. *mabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum, nō secundum testamentum quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus,*
Ez.13.24. *quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum super scribā eas. Et ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum Et non docebit unusquisq; proximū suum, & unusquisq; fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, quoniam omnes scient me à minore usq; ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.*

Probat ꝙ testamentū Christi melius est ueteri. *Nam illud prius* non uacat à culpa, hoc uacat. Si, n. *uacasset à culpa* non daretur scd̄m. Sed datur. Et D
ita apparet illud fuisse imperfectum hoc perfectum. Illud non uacauit à culpa. i. non fuit uacuum à peccato, quia non perfectè mundauit obseruatores suos. Nam quasi ipsam culpam habuit, dū præciperet sine gratia, & præuaricatores faceret. Et dū timore pœnæ, nō amore iustitiæ custodiretur, mentes eorum non iustificauit. Sed & in opere quædam criminalia concessit illis propter infirmitatem ipsorū uenialia, uelut uxorem dimittere cum displiceret, & siquis seruum suum uel ancillam suā usq; ad mortem uerberaret, sic tn̄, ut Deute. 24
duobus aut tribus diebus superuiueret, innocēs iudicabatur. Nō ergo Exodi. 21.
uacauit à culpa. i. non reddidit inculpabiles obseruatores suos, nedum plenè iustificaret eos. Nam si omnino uacasset à culpa, ut nulla suis cultoribus culpa inesset, sed plenè iustificati essent, *non inquireretur locus. i.* opportunitas *secundi* testamenti. Et hoc dico, *utiq;. i.* in rei ueritate. Iudæis graue erat, ut ad destructionēm ueteris inquireretur nouum, ideo posuit Apostolus hanc affirmationem ad comprimendam eorum incredulitatem. Inquisiuit autem Deus locum & tempus opportunum quo deberet dare scd̄m, qa sapienter omnia disponens antea paulatim per prius instruxit & educauit atq; promouit, ut postea perfectum daret testamentum. secundi locus non inquireretur. i. non in omnibus quæ præ- Locus obscurus.
cesserunt quæreretur, qn̄ posset competēter dari, nisi esset melius. Sed inquiritur. Nam deus per Hieremiam *uituperans eos* qui legi deseruiebant. i. uitium improperans eis, *dicit. Ecce. i.* in manifesto est, *dies* ueniūt. i. paulatim propinquat tempus gratiæ, in quo fideles illustrabuntur multiplici claritate. Et hoc (inquit propheta) non dico ex mea authoritate, sed hoc *dicit*

A *dominus* cui non audetis contradicere. Ideo præmisit authoritatem dñi, quia dicturus est de mutatione ueteris testamenti, qđ audire nolebant Iudæi. Dñs dicit, quia dies ueniunt, id est luminosum tempus gratiæ, & in diebus illis ego, *consummabo*.i. con summans ac perfectum faciens, dabo *testamentum nouum*. Ita.n. cõsummatum & perfectum erit in omnibus præceptis & institutionibus suis, ut nihil reprehensionis habeat & omnem iustitiæ perfectionem cõtineat. Vnde & summum erit.i. super omnes alias scripturas, quia suos obseruatores ad culmen summæ perfectionis prouehet. & hoc appellatur nouum, aliud autem uetus. Nã propter ueteris hominis noxam, quæ per literam iubentem & minantem minime sanabatur, dicitur illud testamentum uetus hoc autem nouũ, propter nouitatem spiritus quæ hominem nouũ sanat à uitio uetustatis Et hoc testamentum consummabo *super domum Israel & super domum Iuda*. id est, sup Iudæos qui post Salomonem diuisi sunt in duo regna. Nam
3.Reg 12. decem tribus quæ habitauerunt in Samaria, dicebantur domus Israel, tribus autem Iuda & Beniamin, domus Iuda. Et super istos consummabo testamentum nouũ, ut dominetẽ eis & subditos habeat. Vel dom⁹ Israel & Iuda, filiĳ Abrahæ sunt de quibus ei dictum est, quia in Isaac uocabitur tibi semen. Non .n. qui filiĳ
Gene. 21. carnis, hi filiĳ Dei, sed filiĳ promissio-
Roma .9. nis deputantur in semen. Hæc est domus Israel & domus Iuda, propter Christum qui uenit ex tribu Iuda, domus filiorum promissionis .i. nõ operũ propriorũ, sed beneficiĳ Dei. Sed & nominum interpretatio congruit, qa Israel dicitur rectissimus Dei, uel uir uidens deum, Iuda uerò confessio. & domus Israel est familia perfectorum, qui sunt domus & habitaculum Dei, quia summam rectitudinem in operatione tenent, & B Deum aliquatenus in cõtemplatione uident. Domus autem Iuda, eorum est, qui confitendo peccata sua domum sui pectoris emundant, ut Dei fiat habitaculum. Et super omnes istos cõsummatum est nouũ testamentum, ut eos omnino subiectos haberet, & sensum ac perfectionem eorum transcẽderet. Nullus.n. tam perfectus est, qui in hoc testamento non inueniat unde semp proficere possit quãdiu uiuit. Nouum, inquit, testamentum illis dabo, & hoc faciam *non secundum illud testamentum quod feci cum patribus eorum*, quia non sequar in eo ritum ueteris, ut carnalia præcipiam & terrena promittã. Ecce, quia prophetizatum est non perseueraturum illud testamẽtum, sed futurum aliud nouum. Non tñ scđm spiritalẽ sensum, sed scđm carnalem prædicitur destruendũ. Quia uero Deus spiritale testamentum secerat Abrahæ & Isaac et Iacob, ideo determinat: Quod feci, inquit, *in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti* .i. in tẽpore quo eis lucem meæ cognitionis ostendens apprehendi manum eorum de luto, p se surgere non ualentium, sicut nutrix apprehendit manũ paruuli, uel qui de fouea per manum attrahit aliquem siuè secum ducit. Ideo sic apprehendi, ut educerem eos de terra Ægypti.i. de loco seruitutis & afflictionis, unde per se exire nequibãt. Totum illud tempus uocat unum diem, ex quo cœpit illis in Ægypto per Moysen prouidere & saluti eorum consulere, quousq; in terrã promissionis eos induxit. Iure.n. totum illud temporis spatiũ nomine unius diei significat, qa semper illis apparuit, semper cum illis misericorditer egit. Et in parte illius diei legem illis inter cætera bñficia contulit, postq̃

C de manu Pharaonis potenter eos liberauerat. Ideo, inquit nouum testamentum dabo, non iuxta illud qđ tunc dedi patribus eorum, *quoniam ipsi non permanserunt*. i. non per oĩa manserunt *in testamento meo* ueteri, quia etsi carnaliter illud obseruauerunt timore pœnæ, non tñ spiritualiter intellexerunt, nec ex amore iustitiæ cõpleuerunt. Vel non permanserunt. i. nõ perseuerauerunt, quia fecerunt uitulum in Oreb, & post adorauerunt Beelphegor, ac deinde multis idolis seruierunt. Et quia studiose legem meam non seruauerunt, ego quoq; uicem eis reddens, *neglexi eos*. i. protectionem & salutem eorum non curaui, sed pro nihilo uel minimo duxi. Nec indignemini, inquit, si dico neglectos, quia *dominus dicit*. Dum dicit, quia non permanserunt in testamento &c. uituperat eos, sicut Apostolus præmiserat, & ostendit qũo prius testamẽtũ nõ uacauit à culpa. Vitio.n. eorum deputat, quòd non permanserunt, ne lex culpãda uideatur. Vere nunc dabo testamentũ nõ iuxta illud quod dedi patribus eorum. *quia hoc est testamentum quod disponam*. i. diuersis gradibus ordinabo, ut alij in eo relinquant omnia & sequantur me, alij licite mundanis rebus utantur, alij continẽtes sint, alij coniugati, & unusquisq; sui ordinis formam teneat. hoc disponam *domus Israel*. i. semini Abrahę, scilicet filijs promissionis, *post dies illos*. i. non nunc in tempore perfectionis horũ hominum, sed post expletionem dierum illorũ, qui apud me præscripti & præordinati sunt. Et hoc *dicit dominus*. i. ille qui omnipotens est, cuius uoluntati nihil est ĩpossibile, & cui omnia seruiunt. Ita disponam hoc testamentum. s. *dando leges meas*, uel dabo leges meas, non in tabulis lapideis sicut prius, sed *in mente eorum*, ut ibi scribantur non attramento, sed spiritu sancto, quatenus in intelligẽ D tia & in bona uoluntate animi depingantur. Qm̃ illi ex amore iustitię & ex uirtutum delectatione testamentum meum complebunt, & uoluntatem meam in omnibus intelligent, nec uelamen habebunt super faciem cordis. Iudæi uero ignorauerunt quæ sibi iniuncta fuerant, atq; timore pœnæ & inuiti semper legẽ seruauerunt, *& superscribam eas* (scilicet leges) *in corde eorum*. i. ita ponã, ut quasi scriptæ maneãt ibi, nec possint inde auferri, sed in intelligentia & uoluntate eorum perdurent, & quasi supersint & dominẽtur eis. Sed quæ sunt istæ leges ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo præsente diffunditur charitas in cordibus nostris? quæ plenitudo legis est & finis præcepti. Nam quia ueteris testamenti ꝓmissa terrena sunt Roma. 5. & exteriora, nunc ipsius cordis bonum promittitur, mentis bonum, spiritus bonum. i. intelligibile bonum, cum dicitur, dabo leges meas in mente &c. Vnde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habẽtes, ipsam legis iustitiã dilecturos. Dein de addidit & mercedem. *Et ero eis in Deum & ipsi erunt mihi in populum*: hoc est, ꝙ alius propheta dicit, Mihi autem Psal. 72. adhærere Deo bonum est. Quid hoc bono melius, quid hac felicitate feli Psal. 35. cius, uiuere Deo, uiuere de Deo, apud quem est fons uitæ, et in cuius lumine uidebimus lumen, ut in eo sit merces, in eo finis, in eo perfectio felicitatis? Vnde continuo subiecit: *Et non docebit unusquisq; proximum, &c.* Ibi enim nõ erit necesse ut alter doceat alterum, qa nullus ibi erit ignorãs, sed omnes ipsum fontẽ scientiæ deũ uidebunt. Tunc.n. non per speculũ iu ænigmate, sed facie ad faciem uidebunt eũ, sicuti est in ipsa pulchra .Cor. 13.

Exo. 32. Nume. 25.

A specie substantiæ suæ, & in ipso omne bonum omnemq; iucunditatem possidebunt. Ita ergo perfecte sapiētes erunt tūc omnes, quod iam non docebit unusquisq; proximū suum quem amat, *& unusquisque fratrem suum*, quem plus diligit, *dicens ei. Cognosce dominum*. Quare non dicet alter alteri, ut cognoscat dominū? Quia nullus ignorabit eum, nec opus erit doctore, *quoniam omnes scient me à minore usq; ad maiorem eorum*. i. nec maior nec minor eorū ignorabit me. Minores & maiores dicit, quia ibi unusquisq; sanctorum iuxta mensuram meriti sui maior aut minor æstimabitur, stella enim à stella differt in claritate. Siue minores, tempore posteriores: maiores autem, tempore priores intelligi uoluit. Simul. n. promissam Dei contemplationē accepturi sunt omnes, & ideo uelut priores reperiūtur minores, quia minus dilati sunt, sicut in euangelico denario per similitudinem declaratur, quem prius acceperunt, qui posterius uenerūt ad uineam. Vnde nunc nequaq; dicitur à maiore usq; ad minorem: sed à minore usq; ad maiorem omnes scient me. Hæc itaq; differentia est ueteris ac noui testamenti, quòd illud in lapide, hoc in corde scribit: ibi merces terra est, hîc uisio Dei. Inter quē & homines nulla nisi peccata separāt, quę non nisi per eandem gratiam dimittuntur. Vnde cum dixisset, quia omnes scient me à minore usque ad maiorem eorum, mox addidit, *quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor*. Quasi diceret: Vere cognoscent me manifesta uisione, quia remouebo parietē qui inter me & ipsos erat, & eos à facie mea separabat. Quia propitius ero iniquitatibus eorū, id est, per donum gratiæ meæ misericorditer dimittam eis omnia, quę inique. i. non æque egerunt contra proximos, & peccatorum quæ in seipsis sine proximorū offensione cōmiserunt, iam amplius memor non ero: quia nec improperabo hæc illis, nec propter hæc puniam illos, nec uiliores habebo. Potest & in hac uita intelligi propitiatio ista, uelut si dicat: Ideo ad tātam gloriam in futuro seculo peruenient, & regna cœlorū intrantes ad conspectum meæ maiestatis eleuabuntur, quia dum hîc adhuc uixerint, propitius ero iniquitatibus eorum, per noui testamēti gratiam delens illas: et peccatorū eorū, iam tūc post expiationes non memorabor.

1. Ioan. 3. — 1. Cor. 15. — Matt. 20. — B

*Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, propè interitum est.*

Deus dixit quia cōsummabo super domum Israel testamentum nouū. Sed *dicendo nouum*. i. in eo quod dixit nouum, *ueterauit prius*. i. uetus esse docuit sic finiendum. Non. n. dixit nouum, nisi respectu ueteris. Vel ueterauit prius. i. uetus factum est, & quadā senectute debilitatum, & hoc à tempore Hieremię, quo spiritus sanctus dixit nouum se daturum, prius ueterauit. Sed *quod antiquatur*. i. quicquid antiquū iam īcipit fieri in rebus inanimatis, *& senescit*, id est, senectutem habere incipit in rebus animatis, *propè interitum*. i. modicum iam distat à morte. Antiquitas. n. & senectus prænūciant mortem. Quod uideri potest in omnib9 animatis & inanimatis. Nam cum antiquantur & senescūt, uicina sunt morti. Sed prius testamentum iam antiquabatur, dū Hieremias in promissione gratiæ nominaret aliud nouum, sicq; iam propè interitum erat. Cum ergo Christus longo post tempore ueniret, necesse fuit ut illud iuxta carnales obseruātias interiret, quod tanto ante morti propinquabat.

CAPVT IX.

*Habuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim fa* Exo. 25. 37

C *ctum est primum, in quo erant candelabra & mensa & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post uelamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum & arcam testamenti, circuntectam ex omni parte auro, in qua urna aurea*
Nume.17. *habens manna, & uirga Aaron quæ frondue rat, & tabulæ testamenti superq; eam erant Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatoriū, de quibus non est modo dicendū per singula. His uero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorū officia consummantes. In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorū uiam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus & iustitijs carnis, usque ad tempus correctionis impositis.*

Diximus quia prius testamētum ueterauit & uetustate defecit, ut nouum surgeret, in quo daretur perfecta iustitia, qđ et res ipsa indicat, nec potest negari. Nam & illud *prius habuit quidem* olim *iustificationes culturæ*, sed modo non habet: habuit & *sanctum seculare*. i. tabernaculum uel templum quo nūc caret. Vnde manifestū est, ipsum testamentum senio defecisse. Vel ita potest continuari. Nouum testamentum quod in corde scribitur, perfecte iustificat. Sed & prius testamentum aliquam dedit iustitiam, qa quondam habuit quidem & ipsum iustificationes culturæ. i. iustificauit in aliquibus cultores suos, dum manus eorum á perpetratione peccati retraheret, & aliqua bona operari faceret, sed conscientiam intrinsecus nunquā iustificare potuit. Et habuit sanctum. i. sanctuarium. Quod ideo sanctum dicebatur, quia ad honorē Dei consecratum erat. Sed fuit seculare. i. de rebus secularibus, & transitorijs. Aurum. n. & argentum, lapides pretiosi & ligna & cætera, de qbus factum est illud sanctuariū, res D sunt ad seculum pertinentes, & cum seculo transeuntes, nullamq; stabilitatem in se cōtinentes, & hęc omnia uetus testamentum habuit: sed nūc (sicut diximus) nihil horum habet. Nam dum dicitur, habuit quidem, subintelligitur, sed nunc non habet. hoc. n. innuit, illud quidem. Nam & tabernaculo & templo caret, & iustificare iam suos cultores nō ualet, sed magis á iustitia repellere & peccatores facere *Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta*. Nūc exponit illud sanctum seculare. Vere prius testamentū habuit sanctum seculare. Nam tabernaculum factū est primum &c. Primum tabernaculum dicitur respectu secundi. Nam primū & scđm fecit Moyses, iuben Exo.25. te & describente dño, sed tñ utrunq; fuit unum tabernaculum, sed diuidebatur uelo quodam medio, habebat enim hoc tabernaculum triginta cubitos longitudinis, decem latitudinis, & decem altitudinis tectum habens æquale per totum, sicut in Aegypto & Palæstina mos est ædificare domos. Sed in medio dependebat uelum, quo sanctuariū & sanctuarij sanctuaria diuidebantur, ita posi tum, ut uiginti quidem cubiti longitudinis ad priorem domum, decem uero pertinerent ad secūdam. Et ita quod nūc dicit Apostolus primum tabernaculum, habebat uiginti cubitos longitudinis, & decem latitudinis, scđm uero decem cubitos longitudinis & decem latitudinis. In primo tabernaculo erat in parte australi candelabrum habens septem ramos, qui nunc ab apostolo candelabra uocantur, & in parte septentrionali stabat mensa, super quam erant duodecim panes propositionis, &

A ante fores ipsius tabernaculi positũ erat foris altare holocausti. Qđ tabernaculũ cum his quę in ipso erãt, dicitur sancta.i. tabernaculũ illud & quæ in eo erant, dicebantur sancta, quia ad orationem & ad cultũ Dei & laudem consecrata erant. Sed post uelamentum.i.post uelum qđ in medio pendebat, erat *secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum*.i. ipsum tabernaculum cum his quæ in illo erant, uocabatur sancta sanctorum:i.à Deo sancta, ut quæ in primo tabernaculo erant, respectu eorum non uiderentur sancta. Et illud scđm tabernaculum habebat *aureum thuribulum*, in quo summus pontifex adolebat incensum pro salute populi, habebat *& arcam testamenti*.i.quę cõtinebat testamentum.i. decem præcepta legis, *circumtectam auro*, & ita qđ *ex omni parte*.i.ab exteriori & interiori parte, quia non solum exterius, sed & iterius deaurata erat per omnia. *In qua*.s.arca erat *urna aurea habens manna*, qm̃ Aaron in tabernaculo posuit se legitur uas plenum mãna, ut qui nasci turi erant, possent nosse cibum quo patres eorum quadraginta annis in deserto pasti fuerant, & in eadem arca erat *uirga Aaron quæ fronduerat*. Cum enim Aaron minus æstima-

Nume.17. retur dignus sacerdotio, et nonnulli de alijs tribubus uiderentur digniores, suscepit Moyses iubente Deo duodecim uirgas à singulis tribubus, & posuit in tabernaculo. Et altero die regressus, inuenit uirgam Aaron in tribu Leui floruisse & fructum fecisse. Quo miraculo probatus est Aaron dignus sacerdotio, & reseruata est diligenter illa uirga in tabernaculo. Sed *& duæ tabulæ testamenti*, in quibus decem præcepta legis digito Dei scripta erant, continebantur in illa arca, qm̃ ipse Moyses eas ibi posuerat. Et *super eam* erant duo *Cherubim gloriæ*, id est, gloriose decorata, *obumbrantia* suis alis expansis *propitiatorium*, quod erat super eandem arcam.i.quandam auream tabulã tantæ longitudinis ac latitudinis, quantæ erat & arca. Super quam tabulã quæ propitiatorium uocabaẽ, hinc & inde stabant illa duo Cherubim ad ipsum propitiatorium inclinata, & sese inuicem aspicientia. Quæ tabula ideo propitiatorium dicebaẽ, quia desuper eam Deus loquebatur Moysi uel põtifici, propitius & annuncians bonitatem suæ uolũtatis. B *De quibus omnibus non est modo* in hac epistola *dicendum per singula*, quia prolixũ esset disserere de singulis: & hęc quę diximus, intentioni nostrę sufficiũt, qm̃ per ista patebit ꝙ & alia sint ad allegoriam accipienda, nec in hoc tempore tenenda. Nonnullis autem uisum est pro magnitudine sacramẽtorum, ꝙ omne tempus uitæ præsentis ad hæc explananda idoneum neget apostolus. Quod si uerũ est, qũo nos tãtilli hęc exponere ualebimus? Aliqua tñ de his breuiter dicere tentemus. Primum tabernaculum atq; scđm, ecclesiam præsentem atq; futuram signauit. Ipsa.n.ecclesia partim adhuc peregrinaẽ in terris, partim iam regnat in cœlis. Pars eius q̃ peregrinatur, figurata est (ut diximus) per primum tabernaculum: pars autem quæ regnat, per scđm. Velum quod interpositũ diuidebat primum tabernaculum à secundo, cœlum designauit, quod nos in terris laborantes adhuc sua interpositione separat à regno quiescentium sanctorum. Primum tabernaculum habebat (ut diximus) uiginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, rursumq; decem altitudinis. Decem cubiti latitudinis, significãt dilatationem operationis fidelium in præceptis Dei, quæ per decalogum legis designari solent. Viginti cubiti longitudinis, perseuerantiã eiusdem

C bonæ operationis per auxilium geminę dilectionis. nā propter ipsam uiuam dilectionem, quæ sola bene operari facit, duplicaꝰ denarius numerus, ut ad uigesimum perueniat: qā nemo sine charitate ualet in obseruantia mandatorum Dei perseuerare. Decem uero cubiti altitudinis, signauerūt expectationem supernæ beatitudinis.i. denarĳ quem accepisse leguntur, qui in uinea laborauerunt. In hoc tabernaculo erant candelabra aurea. Candelabra pluraliter ponit, quia licet unum esset, habebat tñ brachia septem. Erat.n.in medio eius hastile, à quo ꝓcedebant brachia tria à dextera parte, & tria à sinistra. Primum tabernaculū (ut diximus) pręsens est ecclesia, in qua militatur Deo, & sacrficium bonæ actionis offertur, antequā ueniaꝰ ad cœlum. In qua est candelabrum, id est, Christus, fulgens lumine diuinitatis in medio fidelium, qui & ipsi candelabra aurea sunt, quia sapientia lucent, quæ per aurum designaꝰ, & claritate bonorum operum. Ipse Christus est medius stipes, qui portat tria brachia à dextris & tria à sinistris: qā ipse est uera uitis, ex qua procedunt fructuosi palmites. Ipse est origo & concordia & caput omnium iustorum, qui sibi sanctos ueteris ac noui testamēti hinc & inde facit adhærere. Oēs.n. ab hoc fundamento consurgunt, & à tanto principe ac medio bono & cōmuni omnium lumine gubernantur. Nā tria brachia de sinistra parte tres uiri sunt Noe, Daniel & Iob.i. tres ordines fidelium in ueterí testamento.s. rectorum, continentium & cōiugatorum. Nā per Noe qui rexit in undis arcam, figurati sunt rectores: ꝑ Danielem, cuius mira legitur abstinentia, abstinentes & continentes: ꝑ Iob, qui uxorem & filios habuit, cō iugati. Similiter & alia tria de parte dextra, sunt tres electi discipuli. Petrus & Ioannes & Iacobus, qui uiderunt gloriam transfigurati in mōte.i. tres ordines sanctorum, qui gloriā eius in cœlesti regno uisuri sunt: hoc est, rectorum, continentium & coniugatorum. Qui dextri.i. digniores sunt tempore gratiæ, q̄ illi qui ante gratiam fuerunt, et ideo sinistri .i. minus digni sunt. Petrus.n. rectores ecclesię signauit, Ioannes autem cœlibes, & Iacobus reliquos.i. coniugĳs utentes. Et hi omnes uel doctrina uel exemplis bonorum operum lucenr, & cæteris lumen suum spargunt. Ima pars brachiorum de hastili procedentium, erat quasi calami aurei, post scipyhi, inde sphærulæ, tādem in summitate quasi Lilia. Calami sunt sancti, qui in humido fontis sapientiæ diuinę nutriti sunt, & concaui ad emittendum dulcem sonum in aures plurimorum, & resonates laudem Dei, ac dicentes: Immisit in os meum canticum nouū carmē Deo nostro. Ipsi sunt scyphi, dum alĳs uinum scientiæ quo pleni sunt propinā̄t, ut eos spiritaliter inebrient, & disiderio supernę beatitudinis calefaciant. inde sphærulæ .i. rotundi & ꝑfecti ac uolubiles. Sphęra.n. ex omni parte uoluitur, qā mētes electorum nec ullis aduersitatibus seculi retineri, nec prosperitatibus possunt corrūpi, quin in omnibus quæ occurrunt, ad Deū per sancta desideria proficiscā̄tur. Sicq̄ tādem perueniunt ad lilia.i. ad supernam patriam, quæ floribus uernā̄t æternis, hoc est, animabus sanctis & omni amœnitate. Hæc & hmōi sunt candelabra, quæ nunc apostolus in nostræ ecclesiæ tabernaculo designat esse. Erat & mēsa de lignis Sethim facta, & auro purissimo iaurata, & super eam duodecim panes Deo propositi, qui erant de simila: & habebant super se thus lucidissimum,

Marginal notes: Matt. 20. — Ioan. 15. — Gene. 7. — Daniel. 1. — Iob. 1. 42. — Matt. 17. — Exo. 25. — Psal. 36.

A mum, ac per singula sabbata muta bant. & erant Aaron & filiorum eius, ut comederent eos in loco sancto. Mēsa de lignis Sethim facta, scriptura est diuina, de fortib⁹ sanctorum patrū uerbis actibusq; cōpacta. Quæ dum nobis quæ sunt æternæ beatitudinis gaudia, & qūo ad hæc perueniatur ostendit, cibum profecto nobis salutis ac uitæ suggerit. Quæ & inaurata est auro purissimo, quia sapientię cœlestis sensu clara refulget. Duodecim panes in ea, sunt duodecim apostoli & eorum uicarij: Qui recte uocātur panes propositionis, qa ut mentes fidelium alimonia uerbi cœlestis reficiant, in propatulo semper sunt parati. Et bene ijdem panes non de qualibet farina, sed de simila fiebant: qa quicunq; alijs uerbū uitæ ministrār, primo ipsos necesse est uirtutum frugibus operā dare, quatenus ea quæ prędicando admonēt, etiam faciendo cōmendent. Qđ autem super eos thus lucidissimū ponatur uirtutē puræ orōnis designat, qua ijdē doctores ministerium suæ prędicationis, simul & deuotionem operis domino commendant. Qui bene per singula sabbata mutabantur. Panes enim qui p sex dies operandi in mensa dei manserant, sabbato nobis mutantur, cum doctores quique sanctæ ecclesiæ completo tempore sui sancti laboris, æterna in cœlis quiete remunerantur, & alios post se in idem opus laborādi in uerbo, sub eiusdem spe retributionis relinquunt. Sicq; fit ut mēsa dei nūquam panis inops remaneat: sed ueteribus sublatis, mox noui panes substituantur. Comedebat autem Aaron cum filijs suis panes qui de illa mensa fuerant sublati, quia summus pontifex noster Christus raptos de hac uita suos electos in augmentum corporis sui quod est in cęlis. i. summæ illius electorum multitudi- Colos. 2.

nis introducit. Mensa stabat in parte aquilonis, cādelabrum autem in parte australi. Et per aquilonem frigus infidelitatis uel malitiæ pōt intelligi, per austrum uero feruor charitatis & sanctæ deuotionis. Congruum ergo fuit ut a parte aquilonis mensa staret: quia ne malitia tentationū a sinistra parte ueniens nos imbecilles inueniat ac superet, necesse est ut pane cœlestis doctrinæ pascamur & confortemur. Si autē charitatis studio feruentes ad dexterā partem. i. ad uirtutū exercitia trāsierimus, tunc candelabri luminibus illustrabimur. i. lucidissimis sanctorum exemplis & dictis illuminabimur, ut omnia q̄ recte agenda sunt uideamus. Hæc de primo tabernaculo breuiter attigimus. Secundum uero tabernaculum supernā Hierusalē designās, habebat decem cubitos lōgitudinis, & decem latitudinis, & similiter decem altitudinis. Vnde & Ioānes in Apocalypsi de eadem cœlesti Hierusalē dicit: Ciuitas in quadro posita est. Longitudo eius tanta est, quāta est latitudo, habet enim tam in longū quàm in latum, uel ēt in altum decem cubitos. i. euangelicū denarium perfectæ beatitudinis: quia & in latitudine fraternæ charitatis, & in longitudine uitę perēnis, & in altitudine diuinæ contemplationis beatitudinem possidet. Et illa cœlestis ihabitatio recte dicit̄ sancta sanctorum, qa nihil ibi fit aut cogitat̄, unde Deus offendat̄, sed sola ibi quę Deo placent, aguntur. Tāta est. n. illa beatitudo, ut nec possit nec uelit ibi qsq̄ peccare. Inter duo tabernacula positū erat uelū, quo sanctuariū & sanctuarij sanctuaria diuidebantur: qm̄ sancta ecclesia quę ex angelis & hoībus cōstans partim adhuc peregrinat̄ in infimis, partim iam in ęterna pr̄ia regnat in supernis adhuc ciues suos, dirimente uero cœli, habet B Apoca. 21.

C adinuicem segregator. In his sanctis sanctorum est aureum thuribulum. i. preciosa humanitas Christi, imunis ab omni peccato, & perfectissimam sanctitatem hñs: quę igne passionis impleta, suauissimū de se nobis emisit odorem Deo, & nunc eiusdē passionis assidua rememoratione, semper interpellat pro nobis. & tale incensum offerre non cessat, quasi dicēs: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Idem mediator Dei & hominū, qui solus paternorum est conscius arcanorum, per arcā testamēti designatur. Nam & nouū testamentum ipse per seipsum dedit, & uetus quandiu uoluit, clausum tenuit: & qñ sibi placuit, intelligentiā eius de arcano secretorum suorum edidit. Et hæc arca est in sanctis sctōrum, qa ipse saluator in quo sunt oēs thesauri sapiētiæ & scientiæ absconditi, post resurrectionem suā ascendit super oēs cœlos, & sedet ad dexterā pris. De cōstructiōe huius arcæ dictū est Moysi: Arcam de lignis sethim cōpingito, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidiū, altitudo cubitum similiter ac semissem, & deaurabis eā auro mūdissimo intus et foris. Ligna sethim dicuntur esse leuis & imputribilis naturæ, non multū à qualitate albę spinæ distantia. Arca ergo de lignis sethim facta est, qa corpus dominicū ex membris constabat omni uitiorum labe carentibus. Et hæc ligna sunt spinis similima, qa etsi non in carne peccati, tamen in similitudine carnis peccati uenit. Longitudo arcę longanimis patientia eiusdē redēptoris est, qua inter hoīes cōuersatus est. Quæ duorum cubitorum fuit, propter doctrinā & operationem qbus ipse refulgebat. Semis. i. dimidius cubitus, qui superadditur, tarditatem humanæ fragilitatis discipulorum insinuat, quæ sublimia eius dicta uel

Colos. 2.

Exo. 25.

opera necdum (prout dignum erat) capere ualebat, quam & ipse longanimiter ferebat. Latitudo arcæ, amplitudo charitatis est, qua nos Christus dilexit. Quæ in ipso capite nrō cubitum integrum habuit, qa perfecta fuit, & electos suos uiuificare studuit, dicens, Vt oēs unum sint, sicut tu pater in me & ego in te ut & ipsi in nobis unū sint. Dimidius uero cubitus imperfectionē nostrā designat, qui necdū in hac uita positi perfecte diligere Deum sufficimus, uel dilectionē quam erga nos habet cōprehendere. Altitudo spes erat futuræ sublimitatis, qua ipse uel seipsum post passionē glorificandū uel suos se glorificaturum esse puidit. Habebat arca plenū cubitum in altitudine, qa dñs etiam corruptibili adhuc conuersans in carne, plenissime nouerat quanta uel sibimetipsi, uel membris suis (quæ nos sumus) eēt gloria cōseruata in futuro. Habebat & dimidium cubitū altitudinis, qa nostrę quoque paruitatis deuotionē libenter in suo corpore suscipit, qui pia qdem itentione futurā uitam diligimus: sed necdum pfecte quæ sit eius felicitas, capere ualemus. Arca intus & foris auro mundissimo deaurata est, qa assumpta à filio humana natura & intus uirtute spūs sancti plena erat, & foris hoībus aperte spūs sancti opera pręmonstrabat. Hoc est qđ Apl's eam asserit circuntectam ex omni parte auro, qa in cogitatione & sermone & opere eiusdem redemptoris nostri, nō nisi pura ueritas & sapientia apparuit. Vrna uero aurea in arca hñs mãna, aīa est sancta in Christo, hñs in se omnē plenitudinē diuinitatis, qua pascuntur angeli, qua & patres uixerūt in deserto, sicut scriptum est. Panē angelorum manducauit homo. Virga Aaron quę excusa fronduerat, potestas est inuicta sacerdotij illius, de

Ioan. 17.

Psal. 77.

A qua dicit ꝓpheta: Virga æquitatis, uirga regni tui. Quæ postq̃ ad tempus per mortem uisa est, eē succisa, illucescente mane resurrectionis, ut uacius refloruisse inuēta est, ac perpetuo inuiolabilis atq; imarcessibilis permāsura esse inotuit. Nā sicut supra diximus, cum Aaron sacerdotium qui de tribu Leui fuerat despiceret, nec digna tribus quæ offerret holocausta, crederet, duodecim uirgæ iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni præceptæ sunt. Et ecce uirga Leui uiruit, & q̃d uirtutis munere Aaron haberet, ostēdit. Quo uidelicet signo quid innuit, nisi q̃ omnes qui usq; ad finē mundi iacemus in morte, quasi uirgæ reliquæ in ariditate remaneamus? Sed cunctis uirgis in ariditate remanentibus, uirga Leui ad florem rediȷ̃t: q̃a corpus domini, ueri scilicet sacerdotis nostri, in mortis ariditate positum, in florem resurrectiōis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscit, quia hac resurrectionis gloria redēptor noster, q de tribu Leui ac Iuda ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Itaq; uirga Aarō, ut prę misimus, sacerdotalis potestas Christi est. Tabulæ uero testamenti in arca omnem in Christo, & scientiam paternoꝝ secretoꝝ & potentiam iudicioꝝ designant. In tabulis nanq; testamenti & fides erat scripta æternæ diuinitatis, quæ mundum crearet ac regeret, & mādata q̃bus Deo seruire oporteret, & discretio iudicȷ̃ qua ipse odientes se iure condemnaret, & diligentes se misericordia digna remuneraret. Sed cum alia scripturæ diuinę sentētia nobis ad mentem reducitur, ex his apostoli uerbis quæstio ualde grauis orit. In tertio nanq; regum uolumine, dū Salomō tēplum dedicaret, refertur quòd in arca non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat ī ea Moyses. Quomodo ergo uerum est, esse B uel fuisse in ea non solum tabulas, sed & urnam cum māna & uirgam Aaron? Cum ego de hac re quosdā iterrogassem q uidebantur periti, responderunt mihi post illa dedicationis tempora. Virgam & urnā in arca fuisse positas, sed tamen nec scripturaꝝ sanctaꝝ authoritate, nec ullius historię narratiōe ualuerūt hoc astruere. Videtur tamen huic intellectui non incōuenienter opitulari q̃ rex Iosias in Paralipomenon reperitur dixisse Leuitis. Ponite arcam in sanctuario templi qđ ædificauit Salomō filius Dauid rex Israel. nequaquā enim eam ultra portabitis. Manifeste enim in his uerbis significat, quòd post templi dedicationē educta sit arca de sanctuario, & à Leuitis & à sacerdotibus portata. Et tūc fortassis in eam sunt missæ uirga & urna. Nam in libris Moysi legimus eas in tabernaculo fuisse positas, nō tamē in arca sicut tabulas. Ait enim Moyses in Deuteronomio: Posui tabulas in arca quā feceram, quæ huc usq; ibi sunt, sicut pręcepit mihi dominus. Et in Exodo ad Aarō: Sume uas unum, & mitte ibi manna quātum potest capere Gomor, & repone coràm dn̄o ad seruandum in generationes uestras. Et Dn̄s ad Moysen in libro Numeroꝝ: Refer uirgā Aaron in tabernaculum testimonȷ̃ ut seruet ibi. Et fortasse quia iuxta arcam in sanctuario positæ erāt uirga & urna, idcirco dicit eas Apostolus in arca fuisse, locū pro loco ponens, sicut Euangelista cū dicit. Ambulabat Iesus in tēplo in porticu Salomonis. Quod. n. dixerat in tēplo, exposuit addendo, in porticu Salomonis, ostendens se porticū illā uocasse templum, quoniā adhærebat templo. Sic & Apostolus locū qui erat arcæ contiguus, habens urnam & uirgam, posuit codē modo locu-

[Marginal notes: Nume. 17. — 3. Reg. 8. — 2. Para. 35 — Exo. 16. — Nume. 17. — Ioan. 10.]

C tionis arcam nominare. Rursus, ordo beatorum spirituum, in quo Deus specialiter sedet, thronus appellatur, & tamen Psalmista precatur, Qui sedes sup Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse. Dum. n. in agminum distinctionibus ordo sanctorum Cherubim iungitur thronis, sedere etiam super Cherubim De⁹ ex uicini agminis æqualitate perhibetur. Sic & in arca potest dici fuisse propter loci uicinitatem, quod erat iuxta arcam. Nā & nos frequenter hmōi locutionibus utimur, ut rē pro alia re uicina, uel locū ꝓ loco nominem⁹. Ita & Apl's locum arcæ proximū, pro arca nūc posuisse non inconuenienter accipitur: qa & ad spiritalem sensum magis aspiciebat, intelligens per arcam Christū, in quo spiritaliter sunt (ut dictum est tabulæ testamēti & uirga Aaron & urna cum manna. Hāc quæstionem qui melius poterit, soluat: qui uero melius eam soluere nequiuerit, solutionem quæ ex nostris duabus præmissis probabilior fuerit tenere non dedignetur. Super arcam autem erat propitiatorium, qd' & oraculum uocat. Quod uidelicet propitiatorium non aliud quā eundem saluatorem, sed specialius in eo uiscera pietatis designat, de quo dicit Apostolus: Quem ꝓposuit Deus ꝓpitiationem per fidem in sanguine ipsius. Nam & ideo superponit, qa superexaltat misericordia iudiciū. Vnde & Psalmista: Suauis, inquit, dominus uniuersis, & miserationes eius sup omnia opera eius. De Cherubim uero propitiatoriū obūbrantibus, dictū est Moysi: Duos quoq; Cherubim aureos & productiles facies ex utraq; pte oraculi. Cherub. unus sit ī latere uno, & alter in altero, utrunq; latus propitiatorij tegant, expandentes alas & operiētes oraculū, respiciatq; se mutuo uersis

Psal. 79.
Roma. 3.
Iacob. 2.
Psal. 144.
Exod. 25.

D uultibus in propitiatoriū, quo operiēda est arca, in qua pones testimoniū quod dabo tibi. Inde præcipiam & loquar ad te, supra propitiatoriū scilicet, ac de medio duorum Cherubim qui erūt sup arcam testimonij, cuncta q̄ mādabo per te filijs Israel. Cherubim specialis ordo est angelicarum uirtutū, sed tñ generaliter omnes sancti angeli nōnunq̄, sicut & nūc designat hoc nomine. Et qdem numero singulari Cherub, plurali aūt Cherubim dicit. & est nomen generis masculini. Sed Græca consuetudo neutri generis Cherubin facit, m litera in n mutata. Vnde nūc Apl's dicit iuxta Græcos, Cherubin gloriæ obūbrantia propitiatoriū, non obūbrantes, cum apud Moysen legamus, duos Cherubim aureos, nō duo Cherubin aurea. Interpretat autem Cherubim uel Cherubin scientiæ multitudo, qa spūs angelici tanto multipliciore sciētia replent, quāto purioribus radijs diuinarum illustrationum assidue illuminant. Qui sūt duo, ut consortiū angelicæ claritatis significēt, qa charitas maxime inter duos habet: aurei, qa uirtutes angelorum summæ claritatis gratia fulgēt: ꝓductiles: qa beatitudo eorum in æternū producit, id est, prolongat, iuxta quē ꝓductionis sensum & de regno Christi dicit: Illic producam cornu Dauid. Qui stant in utroq; latere, qa per illorum ministeria prophetæ præscierūt, quæ pastores postea per eosdem angelos facta cognouerunt: & utrūq; latus propitiatorij tegūt. qa in utroq; testamēto multa secretorum cœlestiū mortalibus occultant, quæ illi intelligunt. Quos cum alijs figurauit Moyses, ut in alto sedem habere angeli & quasi leui uolatu ubiq; discurrere posse signentur, neq; ullam habere tarditatem, quin confestim ubicunq; uoluerint adsint. Expandūt ergo alas & ꝓpitiatoriū tegunt,

Exod. 25.
Psal. 131.
Luc. 2.

A gunt, quoniam angeli omnem suæ naturæ potentiã, qua in altis habitare, & cuncta supernæ illius pñæ loca leui ac læto itinere penetrare meruerunt, in obsequium sui conditoris offerunt. Ac uelut ꝓpitiatorium conuenientes obumbrant.i.honorant uelando: quia totũ quem habent statum perpetuę felicitatis, eius grę deputãt, a quo, ut nihil mali uelle possent, acceperunt. Respiciuntq; se mutuo uersis uultibus in ꝓpitiatoriũ, quia in glorificatiõe diuinę uisionis sibimet alterutrum consonant. Sic autẽ sunt Cherubim supra ꝓpitiatoriũ positi, quõ ciuitas Christi.i.sancta ecclesia super mõtem.i.super Iesum Christum esse constituta dicit:
Matt.5. non quòd altior illo esse possit ciui-
Apoc.21. tas sua, sed quòd eius subsidio fustẽtata proficiat. Supra propitiatoriũ ac de medio duorꝫ Cherubim Deus
1.Ioan.2. loqui consueuit: q̃a per Christũ, qui est propitiatio pro peccatis nostris, & cui ante aduẽtum & post aduentum suum quasi hinc & inde semꝑ assistunt angeli ad obsequium parati, Deus pater humano generi uolũtatem suam clementer manifestare dignatus est. Nam scd̃m humanitatem Xp̃i Deus pater suꝑ eum est, nõ scd̃m diuinitatẽ eius, in qua ipse est æqualis pr̃i. Ob hoc autem propitiatorium illud uocabat oraculũ, quia Deus ibi loquebat. Hæc erant intra sancta sanctorꝫ post illa quæ in priori sanctuario erant, de quibus, inq̃t, nõ est modo dicendũ ita prolixe, ut per singula quæq; noster sermo trãseat differendo. Vel in præsenti uita non est dicendum.i.non potest profunditas istorꝫ mysteriorum aperiri per singula. De singulis quæ ibi erãt uel fiebant, non est nunc dicendum. *His uero* duobus tabernaculis *ita* (ut breuiter idicauimus) *compositis*, id est, copulatis, dicendum est quòd *in priori quidem tabernaculo semper*, id est, quotidie uel assidue *introibant sacerdotes consummantes*, id est, complentes *officia sacrificiorum*. Istæ erant iustificationes cultuſ, quas supradixi habuisse uetus testamẽtum. In priori quidem omnes sacerdotes intrabant quotiescunq; uolebant. *In secundo autem solus pontifex* intrabat, & hoc *semel in anno*, & *non* intrabat *sine sanguine*, sed secũ portabat sanguinem, *quem offerret pro sua & populi ignorantia*.i. pro peccatis quæ ignoranter egerũt tam ipse q̃ populus. Qđ autẽ in priore tabernaculo quotidie per annũ introibant cũ sacrificijs sacerdotes, significat quia in p̃senti ecclesia sancti domino sine intermissione famulantes, quotidianos suæ fragilitatis erratus, sine q̃bus eẽ in hac uita nullatenus possũt, quotidianis bonorũ operum uictimis, quotidianis lachrymarũ suarũ libaminibus, quasi ueri sacerdotes expiant. Summus uero pontifex qui semel in anno sancta sanctorũ cum sanguine uictimarũ ingrediebat, Christum desígnauit, qui semel ĩ plenitudine tp̃is oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per ꝓprium sanguinem in ipsum cœlum ĩtrauit, id est, in uera sancta sanctorũ, ut appareat nũc uultui Dei pro nobis. Et *pro sua*, id est, pro suorũ prę̨latorũ & uniuersi populi sui ignorantia offert intus sanguinem, qui foris effusus est, id est, repręsentat in cœlo pr̃i memoriã passionis, quam in hoc seculo pertulit. Annus uero figurali̇r indicare potest omne tempus ab incarnatione eiusdem Saluatoris usq; ad finem seculi. De quo anno ip̃e per Esaiam dixit: ut prędicarem annũ placabilem domino. Ignorantia autẽ quodlibet Esa. 61. pctm̃ uocari potest, quia excęcat cor & errare facit hominem, dum peccati delectationem placere suadet. Qđ uero singulis annis iterabaẽ ingressus pontificis in sancta, significabat non uenisse adhuc perfectionem. So

C lus intrabat pontifex, *spiritu sancto* qui ita fieri instituit in *hoc significante, nõdum esse tunc propalatam* & apertam *uiam sanctorum*, id est, nondum esse patefactũ hominibus iter, quo possent peruenire usq; ad sancta sanctorum.i.intrare secreta cœlorũ: q̃a nondum uenerat Christus, qui uiam istam credentibus ꝑpalaret, *adhuc priore*, (id est, umbratili) *tabernaculo habente statum* in carnalibus obseruantijs.i.ideo nõdum erat patens hoībus ingressus æternę beatitudinis, quoniã adhuc umbra ueteris tabernaculi non cedebat, sed stabat & ꝑdurabat: nec poterat ueritas palàm cunctis effulgere, nisi umbra remoueretur. Christus enim prior ascendens aperuit nobis ĩgressum cœli, ut animæ corporibus exutæ, possint illuc intrare. Prius tabernaculum nõ dicit̃ hoc loco respectu secundi, sicut supra: sed utrunq; dicitur prius respectu ecclesię nouę & Hierusalem supercœlestis, uel sicut pontifice sancta sanctorum introeũte, populus simul ingredi non poterat, ita nos in cœlum mortales Christũ sequi non possumus, spiritu sancto significante in hoc solius pontificis ueteris ingressu nondum esse nostro tp̃e propalatam.i.in propatulo carne uestitis factam uiam sanctorũ.i. aditum regni cœlestis, adhuc priore tabernaculo.i.præsenti, ecclesia habẽte statum. Prius enim tabernaculum destruet̃, & secũdum permanebit: q̃a pręsens ecclesia secundũ eam quam nunc habet conuersationem, dissipabit̃, sed superna Hierusalem in illa conuersatione quam in angelis habet, sine fine ꝑmanebit. Quandiu enim præsens ecclesia quę prius tabernaculum est, statum habet, cœlum est inaccessibile corporibus nostris, sicut ante Saluatoris ascensione fuit inaccessibile iustorũ animabus. Sed patienter expectanda est nobis generalis resurrectio, qua cum

D corpore & anima licebit nobis itrare regni cœlestis habitationem post præsentis ecclesiæ dissipationem, sicut animabus perfectorũ licet post redemptoris ascensionem. *Quæ parabola*.i. quæ mystica simĩtudo de duobus tabernaculis, & de his q̃ cõtinebant̃ uel fiebant in illis, *est temporis instantis*.i. p̃ntis tp̃is gr̃æ: hoc est, oĩa illa quæ ibi facta sunt, p̃signauerunt ista q̃ in hoc tp̃e gr̃ę palàm gerunt̃. Parabola enim dicitur repræsentatio rei gestæ ad aliud significãdum. Sicut omnia illa quæ tunc fiebant, repræsentãtur nobis per scripturam ad significationem eorũ quę nostro tempore fiunt. Ex quibus patet, q̃a quod tunc pontificem in sancta sanctorũ populus sequi nõ poterat, signum fuit quod nos adhuc corporaliter in cœlum sequi Christum non possimus: *Iuxta quam* parabolam *offeruntur*, id est, offerri iussa sunt *munera*, ut de frugibus: *& hostia*, ut de animalibus: *quæ non possunt seruientem facere perfectum iuxta conscientiam*: quia etsi quis oĩa exterius quæ iussa fuerant, adimplesset, interius tamen perfecte legem adimplere non poterat. Quamuis enim lex diceret, Exo. 20.
Non concupisces, concupiscentiam Roma. 7.
tamen non abstulit, sed potius ipsa prohibitione homines ad concupiscentiam animauit. Et licet quis secundum carnem per illas hostias à peccato mundari uideret, in cõscientia tamen ꝑ eas plene mundari non poterat. Multi tamen spiritales uiri fuerunt etiam tũc, qui ex fide iustificati, & auxilium gr̃æ habentes, spiritalis legis adimpletione Deo placuerunt. Scimus enim quoniam lex Roma. 7.
spiritalis est. Sed quia carnaliter custodiebatur, non potuit perfectum in conscientia facere seruientem *solummodo in cibis & in potibus, & in uarijs baptismatibus, & iustitijs carnis, usque ad tempus correctionis impositis*, id est, cum qui nihil spiritaliter ibi faciebat, sed so-

A lummodo secundum literæ superficiem in hoc seruiebat legi, ut quosdam cibos uel potus uel ut immundos respueret, quosdam autem uelut mundos eligeret, & uaria baptismata, id est, ablutiones diuersas obseruaret, & iustitias uarias non spiritus, sed carnis, quia non animam, sed carnem iustificabant, dum manus à peruerso opere, linguam à blasphemia timore pœnæ cōprimerent, non cor à mala uolūtate mundarēt. Et hæc omnia. i. obseruatio differentiæ ciborū & potuum, et frequentes corporū seu uestium ablutiones, & umbratiles carnis iustificationes, et cætera huiusmodi fuerunt eis uelut onus impoſita, ad refrænandū transgressores, non ut semper exsisterent, sed usq; ad tempus correctionis durarent, id est, usq; ad tempus gratiæ, qua in melius corrigerentur & cessarent. Quoniam quod lex illa minus fecit, & in omnibus obseruantibus illam adimplere nō potuit, gratia noua subintrās correxit, & omnem eius impossibilitatē ad perfectionē adduxit, dū carnales ritus auferens, in spiritales obseruantias mutauit.

*Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id est, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut uitulorū, sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.*

Solus pontifex in anno semel intrabat in scdm tabernaculum, quod Moyses extruxerat: sed *Christus* in tabernaculum nobilius & æternū intrauit: ubi pontificis agit officium, Act. 7. *assistens* Deo ad interpellandum pro nobis, sicut Stephanus uidit eū pro se stantem ad dextram patris. Tunc enim interpellabat pro Stephano, & ita quodāmodo pro singulis electorū astat Deo, dum pro ipsis intercedit. Nam et sedere & stare legitur, ut modo eius potētia, modo misericordia describatur. Nam utiq; pro potestate regis uel iudicis sedere dicitur, B pro bonitate intercessoris stare suggeritur. Ipse dico, *Pontifex* non carnalium & tpalium *bonorum*, sed spūaliū & æternorū, id est, *futurorum*, quia intercessione sua & oblatione sui ipsius, non tpalia, sed æterna bona nobis impetrat, quæ sic erunt præsentia, ut semper sint futura, id est, nunquam deficientia. Vel futurorū bonorū est pontifex, id est, præsentis iustitiæ & æternæ beatitudinis, quę tēpore suo erant futura. Ipse ingressus est uerum *tabernaculum*. i. cœlum *per amplius*. i. perfecte & prorsus amplius, qa plures capit q̄ terrenum illud: *& perfectius*, quia ibi est perfecta iustitia & beatitudo. Tabernaculum dico, *non manufactum*, sicut illud quod fecit Moyses, id est, *nō huius creationis*, cuius in eremo fuit illud quod fixit homo. Non est factū manu hoīs, sed dextera Dei, nec de materia corruptibili compositum, ut illud quod de cortinis & pellibus & auro & argento Moyses fecit, sed mira soliditate & pulchritudine consummatū. Nō intrauit in tabernaculum illud angustum & imperfectū & manu hominis constructum, sed in amplius, id est, per omnia maioris amplitudinis, & perfectius, id est, maioris perfectionis & opifice summo fabricatum. *neq; per sanguinem hircorum aut uitulorum introiuit* in sancta sanctorum, ut olim sub lege pontifex consueuerat, *sed per proprium sanguinē*. Nihil enim mūdum īuenit in hominibus, quod offerret pro hominibus: & idcirco seipsum obtulit mundam uictimam ipse sacerdos. Suum pium sanguinē pro nobis effusum itulit *in sancta* sanctorum, id est, in cœlum: & hoc *semel*, id est, non per singulos annos, ut Leuiticus pontifex, sed tantum una uice. Quoniam oblatio sanguinis eius adeo placuit Deo, ut nō ul-

C tra sit opus repetitione: quia per humilitatem illius sacrificij deletũ est, quicquid primus homo commisit: & omnes pro quorũ salute sanguinem suum fudit, ad omnem cõsummationem adduxit. Ideo non opus est iterari, quia persectum est. Per sanguinem semel introiuit in sancta sanctorũ, *aeterna redemptione inuenta*, & hoc ideo, quia per illam oblationem semel factam inuenta est omnium redemptio, quae non inueniri poterat in uniuerso genere humano. Nã cũ omnes homines captiui tenerentur à diabolo, quid apud eos inueniri poterat, quod pro tot captiuorũ redemptione daretur? Sed Christus in sanguine suo redemptionem omnium inuenit, non temporalem, sed aeternam: quia tãtum fuit pretium quod dedit, ut aeternam redemptis libertatem redderet. Deleuit enim tam originalia q̃ actualia peccata, & omnẽ iustificationem exhibuit, ac regnũ coelorum aperuit.

Leuiti.16. *Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis uitulae aspersus, inquinatos sãctificat ad emũ*
1.Petri.1. *dationem carnis, quanto magis sanguis Christi,*
1.Ioan 1. *qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit im*
Apoca.1. *maculatũ Deo, emũdauit conscientiam nostrã ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti?*

Vere sanguine suo semel oblato inuenit redemptionem nostram, nec fuit opus repetitione talis oblationis. Nam sanguis eius emundauit conscientiam nostrã, ut nullius mali consensus iam cõscij simus, quod est uere liberos esse. Quasi quis dicat: Per sanguinẽ Christi potest esse redemptio & liberatio spiritualis et aeterna. Nam si sanguis umbratiliũ in lege sacrificiorũ, sanctificabat eos in carne, id est, purificabat carnem eorũ & mũdam reddebat, multo potentius sanguis Christi purgat & sanctificat animas nostras, ut perpetualiter mundae & liberae maneant. Et hoc est; *Si enim sanguis hircorum* &c.

Si enim umbra carnem purificat, D quanto magis ueritas animam sanctificat? Illae enim purgationes umbrae fuerunt purgationum, quae sub gratia fiunt. & animalia quorũ sanguine fiebant emundationes, figuram Christi gesserunt. Sanguis hircorũ & taurorũ qui imolabantur, nõnunq̃ aspergebatur super eos qui mũdandi erant, uel pro ipsis contra uelum septies, ut sanctificari possent: & Christus qui nos aspersione sui sanguinis mundauit, per hircos designabatur propter similitudinẽ carnis peccati, & quia pro peccato mũdi oblatus est. Hircus enim pro peccato semp ĩmolabatur, atq; per tauros propter fortitudinem, quia cornibus uirtutis uentilat inimicos. Sed multo euidentius praefigurabat eum uitula, quae comburebatur, ut cineres eius aqua misti purgatio fierent hominum immundorũ, de qua longum nimis est omnia dicere, sed aliqua breuiter dicamus: Praecipe, inquit, filijs Israel, ut adducant ad te uaccã rufam, aetatis integrae, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, tradesq; eã Eleazaro sacerdoti. Qui eductam extra castra immolabit in cõspectu oĩum, et tingens digitũ in sanguine eius, asperget cõtra fores tabernaculi septẽ uicibus, cõburetq; eã cunctis uidentibus tam pelle & carnibus eius, q̃ sanguine & fimo flãmae traditis. Lignũ quoque cedrinum, & hyssopum coccũque bis tinctũ sacerdos mittet in flãmã quae uaccam uorat. Vacca dicta est caro Christi sexu foemineo, propter infirmitatẽ carnalẽ. Rufa.i. sanguine passionis cruẽtata. Aetatis itẽ grę, q̃a trigĩta annorũ uel paulo amplius erat q̃n crucifixa ẽ. In qua nulla erat macula iniq̃tatis, neq; n. iugũ portauerat peccati. Qđ aũt nõ Aarõ põtifici, sed filio ei⁹ Elezaro tradi iussa ẽ, signat nõ ad tp̃s qđ tũc erat, sed

Nume.19.

A ad posteros huius sacerdotij passionem dñi peruenturam, quorum nūc Eleazarus typum gerit. Qui eductū extra castra.i.extra ciuitatem imolauerunt, crucifigentes eum in conspectu omnium. Dehinc Eleazar significationem mutat, & ueros noui testamēti sacerdotes.i.apostolos designat, dum intingens digitum sanguine uitulæ, aspergit septies contra fores tabernaculi. Apostoli enim digito sanguinē septies contra ostium asperserunt, quia passionem Christi operibus cōmmēdantes, introitum fidei per septiformem gratiam spiritus sancti populis prędicauerunt & comburet, inquit, eam cūctis uidentibus. Combustio, signum est resurrectionis. Natura quippe ignis est, ut in superna moueat, & in eū conuertitur quod cōburitur. Cōbusta est ergo uacca cunctis uidētibus, qa Christus resurrexit, & eius resurrectionis gloriam cuncti per orbem fideles aspiciunt. Iam quod sequitur, tam pelle & carnib⁹ eius, cū sanguine & fimo flammæ traditis, significat quod nō solum substantia mortalis corporis Christi, quę cōmemoratione pellis & sanguinis & carnium intimata est, sed etiam contumelia & abiectio plebis, quæ nomine fimi designatur, conuertentur in gloriam, quā combustionis flāma significat. Lignū uero cedrinū quod in altum extollitur, spes est quæ debet in supernis firmiter habitare. Hyssopus, qa radicibus heret in petra, fides est in Christo fundata. Coccus bis tinctus, ignea charitas est quę tingitur amore Dei & proximi. hæc tria sacerdos, id est, qlibet Christianus mittere debet in resurrectionem Christi, tanq̄ in medium combustionis illius, ut cum Christo sit uita eius abscondita in Deo. Colliget autem uir mundus cineres uaccæ, & effundet eos extra castra in lo

*Coloss. 3*

B co purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam & in aquam aspersionis, quia pro peccato uacca combusta est. Quid putamus esse cineres uaccę, nisi famā quę secuta est passionē resurrectionēq; Christi? Nam & cinis erat, qa uelut mortuus ab infidelibus cōtemnebatur: & tñ mūdabat, quia & resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fama apud eos maxime claruit, qui in cæteris gentibus erāt, & non erāt de consortio Iudæorum, ideo dictū est, quia colliget uir mūdus cineres uaccæ, mundus utiq; ab interfectione Christi, quæ Iudæos maculauerat, & effundet in loco purissimo.i. in corde credētiū mundissimo, extra castra.i.extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis, & ideo sic tractabunt isti cineres, ut sint multitudini filiorū Israel.i.Christianorum, in custodiam mandatorum cœlestium, et in aquam aspersionis.i.in lauacrum baptismatis. Nam aqua aspersionis, purificatio est. Ex his omnibus fiebat aqua aspersionis, unde mundabantur à cōtactu mortuorum, quod utiq; significat ab iniquitate huius moribūdæ uel morticinæ uitæ. Qui tetigerit, inquit, cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit imūdus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mūdabitur. Si die tertio aspersus nō fuerit, septimo non poterit emundari. Qui tetigerit cadauer hominis.i.qui malis operibus cōmunicauerit, et propter hoc septem dieb⁹.i.in anima & corpore fuerit imundus, aspergetur ex hac aqua. Septem uidelicet dierum imunditia propter animam & corpus dicitur, quia homo in anima & corpore septenarium suscipit, dum illa tribus motibus, istud quatuor elementis cōsistit. Vñ & per Amos dictū: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam

*Locus obscurus. Nume. 19.*

*Amos. 1.*

C cum. Aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur, id est, aqua baptismatis in fide trinitatis & spiritus sancti confirmatione. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo nō poterit emundari, id est, si baptismo quod ī fide trinitatis fit, ablutus nō fuerit, septiformem gratiam percipe non poterit. Describūtur & aliæ multæ species īmūditiæ, quæ omnes aspersione huius aquæ illustrari iubētur. Sed ad epistolam reuertamur, quia iam manifestum est quō uitula hæc Christum præsignauerit. Nam sanguis hircorum *&* *taurorum* *&* *cinis* huius uitulę *aspersus sanctificabat*. i. mundabat *inquinatos* aliqua immunditiarum, quas lex describit. Sanctificabat eos non ad emūdationem animæ, sed *ad emundationem carnis*. ut caro iam emundata iudicaretur, & in consortium aliorum, qui sic emundatus erat, reciperetur. Et si hoc sanguis uel cinis animalium in carne poterat, *quanto magis sanguis Christi* potest in anima nostra munditiam &

Leuit. 17. sanctificationem operari? Vnde et in lege de eo sub figura carnaliū uictimarum dictum est: Anima carnis in sanguine est, & ego dedi illū uobis, ut super altare meū expietis pro animabus uestris, & sanguis pro animę piaculo sit. Itaq; sanguis Christi scd̄m quod lex prophetauerat & decreuerat, *emundauit conscientiam nostram*. i. ex toto mūdauit animam nostram, ut iam nō esset sibi conscia alicuius peccati uel consensus illiciti. Emundauit eam *ab operibus mortuis*. i. à reatu peccatorum quę feceramus, quibus ipsa fuerat inquinata. Opera. n. peccati sunt mortua. i. uita iustitię prorsus carentia. Quæ qui tangit, inquinatur: sicut ille qui tangebat mortuum, inquinabatur: nec intrat in cœlum, sicut nec ille in templum. A talibus mortuis emundauit cor nostrum Christus, ut nec consensus inquinamētum remaneret in nobis, D & emūdauit nos *ad seruiendum*. i. ut seruiremus *Deo uiuenti*, cui seruire nō potest, qui mortuis operibus. i. peccatis seruit. Omnis. n. qui facit peccatum, seruus est peccati, & nemo potest duobus dn̄is seruire. Sed Christus duo fecit, & à peccatis nos mūdauit, & restituta libertate arbitrij, seruire fecit Deo, qui uere uiuit, et uitam ueram sibi seruiētibus tribuit. Nec mirum si sanguis Christi tanta operatur, *qui* non brutorum animalium uictimas, *sed semetipsum obtulit Deo* pro nobis *immaculatum*, quia nec originalis nec actualis maculæ quicq̃ habuit. & hoc factum est *per spiritum sanctum*. qui carnē eius sine semine creauit in utero uirginis, et immunem à peccato semp eum seruauit. Vel per spiritum sanctū obtulit se, quia spiritus sanctus hoc illi suasit.

Ioan. 8.
Matth. 6
Luca. 6.

*Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt, æternæ hæreditatis.*

Dico quia obtulit se Deo pro nobis, *&* *ideo est* ipse *mediator noui testamenti*, id est, medius inter Deū & homines in datione nouæ legis, melius quàm Moyses fuerat in datione ueteris. Discordia uidelicet facta fuerat inter nos & Deum, & idcirco regni eius hæredes fieri non poteramus: quia nec quomodo ad pacem eius reuerti nos oporteret, noueram⁹. Propter qd̄ iste nobis mediator per Dei misericordiam datus est, qui nos Deo reconciliaret, & eius uoluntatem nobis interpretaretur, ut sciremus qd ipse nos operari uellet: & amici effecti, hęreditatē regni eius per nouum testamentum assequeremur, sicut Iudæi per uetus testamentum adepti sunt hæreditatem terræ Chanaam. Et hoc est, ipse est mediator noui testamenti, *ut qui uocati sunt*. i. ab æterno

A diuinitus electi, de quibus alibi dicitur, Beati qui ad cœnam nuptiarū agni uocati sunt, *accipiant* per illud testamentum *repromissionem æternæ hæreditatis*.i.in hæreditatem consequant̄ æternam beatitudinem, quæ multoties illis est in scripturis promissa: et hoc fiat *morte eius intercedente* inter testamentum & hæreditatem. Ideo uidelicet dedit illi testamētum nouū, ut cum mors sua intercederet, acciperent hæreditatem qui testamentū habebāt, sicut in omnibus testamentis est cōsuetum. Quicunq;.n.paterfamilias hæredi suo testamentum faciat, nil prodest illi cui factum est, nisi prius moriatur qui fecit. Testamentū uocamus hîc, scriptum quod alicui fit de obtinenda post mortem alicuius hæreditate. Et fit aliqñ simpliciter, aliqñ cum conditione, ut si quis dicat. Hoc fac, & habebis post me hæreditatem meā: quod si non feceris, non habebis eam. Scriptūq; de hac conuentione illi relinquat, sicut & Christus de hæreditate perennis uitæ nobis testamentū conditione fecit, dicens: Siquis sermonem meum seruauerit, mortē nō uidebit in æternum. Ac deinde mortem suam īterposuit, ut nos per obseruantiam sermonis eius ad hæreditatem usq; æternæ perueniremus. Morte (inqt) intercedente *in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento* i. ad hoc mors eius interueniret, ut suos redimeret ab illis præuaricationibus, quas operabantur dum adhuc essent sub ueteri lege quæ deprimebat eos in seruitute timoris, non relaxabat in libertate charitatis: & ideo nō sanctificabat eos, sed magis præuaricatores faciebat. Sub testamēto.n.ideo dicit, quia quasi onus quoddam graue erat eis lex. De peccatis gentilium, quæ similiter sanguine Christi deleta sunt, tacet, quia Hebræis loquitur, qui se per legem putabant iustificatos: & ostēdit eos nunq; sub lege sine præuaricationibus uixisse: ideóq; necesse fuit ut & ipsi morte Christi redimerētur a rea tu præuaricationū suarū, quatenus digni possent fieri æterna hæreditate. B

Apoca. 19.

Ioan. 8.

*Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioqui nondum ualet, dum uiuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.* Exod. 24.

Dixi quia est mediator noui testamēti, ut morte eius itercedente, perueniremus ad possessionem hæreditatis, quæ in testamento scripta est: & necesse fuit ut mors eius intercederet, si ad hæreditatem peruenturi eramus. Nam ita fit in omnibus testamentis. Vbicunq; *enim* fit *testamentum, necesse est* ut *mors testatoris intercedat*.i. ut prius moriatur ille qui testamentum fecit, q̄ ille qui in testamēto designatus est hæres, habere possit hæreditatem. Nunq;.n.aliter potest illam consequi. Et quia in omni testamēto id necesse est, ideo testator noster qui nobis testamentum fecerat, in quo uitæ æternæ hæredes fore nos instituerat, interposuit mortem suā, ut sine obstaculo perueniremus ad hæreditatem possidendam, neque aliter pertingere possemus ad illam. Et uere in omni testamento necesse est mortem testatoris intercedere. Nam *testamentum* omne *est confirmatum*, ut possit esse ratum, *in mortuis*.i.in morte testatoris. Secundū leges seculi loquit̄ Apostolus, in quibus est decretum, ut uiuente testatore non sit ratum, sed ab eius morte firmitudinem accipiat, ut ulterius non mutetur. *Alioqui*.i.nisi mors testatoris īteruenerit, *nondum ualet*.i.nōdum firmum est ipsum testamentum, *dum*.i.quandiu *uiuit qui testatus est*. dum.n.uiuit, potest illud (si uoluerit) mutare, ut eū quē scripserat hæredem, auferat & alium subscribat. Sed in morte eius ita con

C firmat, ut amplius mutari nequeat, sed hæredes qui descripti sunt, hæreditatem accipiant. Sic & testamentū Christi in morte eius est confirmatum, ut quos ipse in eo præsignauit hæredes, absq; imutatione accipiant

Philip. 4. hæreditatem. Non enim alij, sed illi soli quorum nomina sūt in libro uitæ, cōsequentur illam hæreditatem. Dixi quia omne testamentum morte confirmatur, *unde*, id est, quia mors omne testamentum confirmat, *nec primum quidem* testamentum *est dedicatum sine sanguine*, sed in eius dedicatione, id est, quando à filijs Israel in authoritatem est receptū, imolata sunt animalia, quorum sanguine est confirmatum, ad significationem noui testamenti, quod Christi sanguine dedicatum est, & hoc est, Nec primum quidem, subaudi, sicut nec secundū, est dedicatū absq; sanguine. Debuit enim morte confirmari, ut esset ratū & authorabile.

*Lecto enim omni mandato legis à Moyse uniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum &*

Exod. 24. *hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librum & omnem populū aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos Deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit, et omnia penè in sanguine secundū legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.*

Vere & primum testamentum est sanguine dedicatum. Nam *lecto à Moyse omni mandato legis*, ut nihil esset in lege quod careret authoritate, sed omnia eius mandata dedicarent, & authentica fierēt in sanguine *uniuerso populo*, qui & totus sanguine mundatus est, postq; Moyses in aurib⁹ plebis omnia legis mādata perlegit, *accipiens sanguinem uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo*. s. miscens sanguinem & aquam, & faciens de lana & hyssopo aspersorium, non solum cætera, sed *ipsum quoq; librum* legis *& omnem populum* illo sanguine *aspersit*, & ut illi cum maiori deuotione sus- D sciperent, dixit: *Hic sanguis est testamenti*, qd', p me *Deus mandauit ad uos*. Quasi nō frustra uos aspergo, quia hic sanguis quo uos purifico, est confirmator testamenti quod mādauit mihi Deus ad uos deferre. Nec solummodo librum & populum, sed *etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij*. i. quæ ad ministrandum in eo facta fuerāt, *similiter* ut populū *aspersit sanguine*. Omnia enim illa uasa Moyses sanguine mundauit, & idonea ad ministrādū Deo per aspersionem sanguinis effecit, sicut & populum & reliqua sanguine mundauerat. *Et inde* sumpto postmodum exemplo & authoritate illius, *omnia penè mundantur* per sacerdotes *in sanguine secundum legem*. i. scdm quod lex præcipit & Moyses instituit, & sine sanguinis effusione non fit *remissio*, quia sine sacrificio nullum in lege peccatum remittitur. Non tamen dicit Apostolus, quòd sanguine brutorꝫ animalium remitterētur hoībus peccata: sed significat quia nec illis qui sub lege erant, remissa sunt nisi sanguine Christi. Quòd autem Moyses prius legem docuit, ac deinde librum & populum sanguine aspersit, præsignauit qa Christus primo prædicaturus erat, ac deinde prædicationem suam plebemq; credentium sanguine suo erat aspersurus. liber. n. noui testamēti aspersus est sanguine Christi, cuius passionē euidentius & frequētius memorat, & cuius morte confirmatus est, ut in authoritate habeatur, & quę in eo scripta sunt, sine imutatione cōpleātur: ut quia, p nobis Christus mortuus est, pcepta eius diligamus: qui & gratiam, qua hęc complere possimus, nobis per mortem impetrauit. Quod uniuersus populus est aspersus, declarauit, quia omnes qui de populo Dei sunt, redemptionem & sanctificationem habēt in sanguine

A Christi, quem sanguis hircorum & uitulorum præsignauit. Christus uidelicet per figuram uitulus est, propter uirtutem crucis, cuius cornib9 impios uentilauit. Vitulus iñ, non bos: quia nil uetustatis habuit, sed nouitatem gratiæ nobis attulit. Ipse quoq; dictus est hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, ibiq; sanguis uitulorum & hircorum sanguinem Christi (sicut diximus) præfigurauit. Aqua mista est sanguine, quia ex latere Christi non solum sanguis, sed & aqua exiuit. unde & mos est, aquam in sancto calice misceri uino, quod in missa consecrandum est. Quod et ad baptismi sacramentum referri potest, quia baptismus noster, qui per rubrum mare pfiguratus est, rubet sanguine Christi. Ideo Moyses sanguinē & aquā miscuit. Qui & lana coccinea sanguinem illum & aquam aspersit, qa Christus mirabili charitate sanguinem & aquam, quibus nos sanctifi caret, de latere suo produxit. Color enim coccineus, ruborem ardentissimæ charitatis qua Christus nos dilexit, insinuat. Lana quoq; calida est, & uestis qua frigus repellatur, potest ex ea, fieri. Vnde & nos charitatem Christi quasi lanam calidam debemus assumere, & indumentū iustitiæ nobis ex ea facere, quo circundemur & adornemur in omnibus dictis et operibus nostris, & à frigore totius malitiæ defendamur. Hyssopus autem herba humilis & expellens tumorem pulmonis, humilitatem Christi designat, qua misericorditer humiliauit semetipsū, factus obediens usq; ad mortē. Hac enim aspersit super nos pium sanguinem suum. Quam & nos imitari pro modulo nostro debem9, ne in uacuum recepisse gratiam huius aspersionis inueniamur. Quid enim

Psal. 43. Roma 8. Ioan. 19. Philip 2.

prodest nobis sanguis eius, nisi tumorē superbiæ prorsus à nobis expellamus? Librum et populū Moyses aspersit, dicēs: Hic sanguis testamenti quod mādauit ad uos deus. Sic & Christus nouam legē & uniuersum mūdum sanguine suo mox aspersurus, dixit in cœna discipulis suis. Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Ecce q̃ concorditer utrunq; sibi testamentum consonat. Ecce q̃ proprie prædicit Moyses uerba quibus saluator utit̄ in cœna. Etiam tabernaculum. i. ecclesiam fidelium, de q̄bus dixit Deus, qm̄ inhabitabo in illis & inambulabo. & omnia uasa ministerij. i. omnes sanctos qui altari deseruiūt, ut diacones, presbyteri, episcopi, & q sacratos cibos sanctæ prædicationis ministrant in ecclesia sanguine similiter aspersit: qa & omnem simul ecclesiā, & omnes sanctiores sicut & populares, Christus suo sanguine mūdauit & cōsecrauit. Et scd̄m legē pene oīa mūdātur sanguine, ut appareāt omnia sanguine Christi debere mundari. Pene omnia dixit, qa quędam uasa lauabantur aqua tm̄, ut mundarētur: & homines à quibusdam cōtagijs, ut à cōtactu mortuorum, purificabantur aq̄ aspersionis, nec īdigebāt sanguine ad sui emundationem. Sed in euangelio nihil prorsus mundatur sine sanguine Christi. Et hoc quoq; seruatur in lege, q̃ sine sanguinis effusione in aliquo sacrificio facta nō fit ulla peccati remissio: per quod ostenditur, qa nisi passione Christi nullū omnino pōt remitti peccatū.

Exod. 14. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Leuit. 26. Leui. 13. & 15.

*Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium his mundari, ipsa autem cælestia melioribus hostijs quàm istis.*

Quādoquidem Moyses ita fecit, & lex ita præcepit. *ergo necesse est exemplaria quidem calestium*. i. tabernaculum & uasa eius &c. quæ fuere figuræ

C cœlestium.i. præsignauere ecclesiã, quæ dicere potest. Nostra conuersatio in cœlis est, *mundari his supradictis*.i. sanguine uitulorum & hircorum & aqua cum lana & hyssopo. Exemplaria quidem cœlestium talibus sacrificijs debuere mundari, sed *ipsa cœlestia*.i. homines ad cœlum iam pertinentes, quos umbræ ueteres figurauere, necesse est mundari *melioribus hostijs quàm istis*.i. q̃ sanguine uitulorum & cæteris. Neq;.n. iustũ fuit ut pro rationalibus hominib⁹ brutorum animalium uictimæ cæderentur. Cum ergo bruta animalia pro rationali animali,.i. pro homine dignæ uictimæ non fuerint, requirendus erat homo, qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rõnali peccãte rationalis hostia mactaretur, et deleret culpam protoparentis. Sed quid, q̃ homo sine peccato inueniri nõ poterat? Et oblata pro nobis hostia qñ nos à peccato mundare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe, inquinatos non mundaret. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus: ut uero à peccatis mũdaret hominem, homo, & sine peccato. Sed qs esset homo sine peccato, si ex peccati cõmistione descẽderet? proinde uenit propter nos in uterum uirginis filius Dei, Ibi pro nobis factus homo sine peccato, fecit pro nobis sacrificium corpus suum, exhibuit pro peccatorib⁹ uictimam sine peccato, quæ & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Hoc est, in quam, quod nunc cœlestia.i. homines cœlestium uirtutum futuri consortes, dicuntur melioribus hostijs debuisse mũdare, id est, humanitate Christi, quæ plurium hostiarum nomine designatur in hoc loco, quia per omnes supradictas est figurata, & plura fecit quàm omnes illæ.

philip.3.

*Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Neq; ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequẽter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutũ est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.* D

Roma.5. I.Pet.5.

Vtrunq; probat, & quòd cœlestia per hostias sint mũdata, & quòd p meliores hostias, quæ sunt una hostia.i. Christus. Quasi dicat: Verus Xp̃s mũdauit cœlestia.i. hoĩes suo sanguine mũdans, fecit cœlestes cœlestium participes. Nam ipse *Iesus*.i. saluator noster, qui est uera hostia, omnibus hostijs præcedentibus significata, *non introiuit in sancta* quæ *manu* hominum essent *facta*, qñ illa fuerant *exemplaria uerorum* sanctorũ, qui sunt in cœlo, *sed in ipsum cœlum*, quod significabatur per scdm tabernaculum. Manufacta sancta erant exemplaria.i. figuræ & umbræ uerorum sanctorum, quæ sunt in cœlo, & idcirco uerus sacerdos Iesus non in umbratilia, sed in uera ĩtrarẽ debuit. Intrasset qdem in manufacta scã, si ea uellet mũdarẽ.i. si ea uellet ita sanctificare, ut in ea intrantes reciperẽt ab eis mũdationem à peccatis. Sed non intrando in ea designat quia iã nullus ibi munditiam animę consequi poterit. Ideo cõtempsit ea & nõ sanctificauit, quia sunt (ut dictum est) exemplaria & similitudines uerorum, non ipsa sunt uera. Sed intrauit in cœlum, cœlum dico ipsum.i. per illa significatum. Sed cur Iesus, id est, qui salutem nobis in omnib⁹ factis suis quęrebat, cœlum ĩtraret, nisi illo ascensu omnes ad hoc uellet mundari, ut fierent cœlestes, quatenus in eis quasi in cœlestibus ha-

A bitaret qui ad hæc ascendit, *ut appareat nunc uultui Dei pro nobis* .i. interpellet solus pro salute omnium nostrum, sicut olim pōtifex in sanctis sancto rum solus orabat pro omnib⁹. Nūc facit hoc dum non uidemus eū. Vel nunc .i. in plenitudine temporis gratiæ post consūmationem operum quę gessit cōuersans inter homines, apparet uultui .i. præsentiæ & bene uolētię Dei patris, intercedēs apud eum pro nobis, ostendendo cicatrices uulnerum quæ pro nostra redēptione pertulit: & quantum pro nostra salute laborauit, ꝑpetualiter repræsentando. Miro. n. & ineffabili nobis ordine eum qui nihil unquā potest obliuisci, qui semper misereri paratus est, absq; intermissione dn̄s Iesus admonet, quàm cōgrue hominibus misereri debet, quorum parti ceps uere et doloris ac passionis idē ipse Dei filius effectus sit, & ꝑ qbus ip se configens, mortis imperiū mo riendo prostrauit. Sic. n. sępe intercedit pro nobis. *Neq;* ita hoc facit, *ut sepe offerat semetipsum* in ara crucis, & sæpe patiatur, quia sufficienter omnibus semel oblatus est, nec opus est repetitione. Vnde patet, q̄a dignior & efficacior sit eius hostia omnib⁹ aliīs: quia illæ sæpe intrauerunt sine consummatione, hęc semel oblata ad patriam reducit. Non ad hoc intrauit in cœlum, ut seipsum sæpe offerat effusione ꝑprij sanguinis, *quemadmodum* illa necessitate qua legalis *pontifex intrat in sancta* sanctorum, *per singulos annos* id agendo, quia consummationem & perfectionem operari nō ualet: & hoc facit non in ꝑprio, sed *in alieno sanguine*. & hic per singulos annos, Christus autem nō sępe, sed semel: hic in alieno sāguine, Christus in proprio: hic protinus egreditur de sanctis, Christus perpetualiter in sanctis sanctorum assistit uultui Dei, semper interpellans pro nobis. Non ergo ita intrauit sicut ille B pontifex, ut post exiret & postea reuerteretur, hostiam suæ passionis offerens, ut ille sanguinem brutorum animalium, sed semel sanguinem ꝑprium obtulit, & cœlū penetrauit. *Alioqui* .i. si aliter faceret, si sæpe se offerret, tunc oporteret *eum frequenter pati* incipiendo *ab origine mundi*, ut per singulas generationes pateretur, redimendo suos in unaquaq; generatione. Nam si sæpe seipsum in ara crucis offerret, ideo faceret, q̄m ad redēptionem omnium minime sufficiēs esset. Et cum illos quos in carne uiuētes inuenit, redemisset, rursus oporteret eum mori ad redemtionē aliorum qui post nascerentur. Sic q; per singulas generationes esset necesse fieri. & q̄m Abel & Noe & Abrahā & Iob & Dauid, cęteriq; iusti & ad uitam prædestinati, eodē modo fuerunt redimendi, quo & illi quos in carne apparens iustificauit, & eadē necessitas & causa præcessit in illis, quæ secuta est in istis. ideo cum redimere omnes uoluisset, & non nisi suos contemporaneos redimere posset, à primo iusto .i. à tempore Abel incepisse pati debuisset, q̄d esset magnū incōueniens. Ergo nō sępe, sed potius semel in ara crucis oblatus est. Quod nunc constat, q̄a per prędictum inconueniens est ostensum. Vel ita: Nō frequenter passus est ab origine mūdi, sed nunc semel in cōsummatione seculorū. Si semel oblatus non sufficeret omnium in se credentium peccata exhaurire, oporteret eum pati sępius ab origine mundi. Quod ne fieret, semel passus est in consummatione seculorum .i. in ultima ętate mundi, in qua sunt omnia consummata & adimpleta, quę in seculis transactis imperfecta fuere, & ideo non opus fuit ut īciperet pati ab origine mūdi. Nam si toties pateretur, esset miserabilior omnib⁹

C hominibus: Non cœpit ab initio pa ti, sed *nunc in consũmatione seculorum appa- ruit in* sanctis sanctorum uultui pa- tris, *semel* ingressus illuc *per hostiam suam* una uice mactatam *ad destitutionem pec cati*.i.ad hoc ut deorsũ statueret pec- catum, ne iam super nos, sed subter nos esset.i.ne iam dominaretur no- bis, sed nos conculcaremus illud. Quod nulla alia hostia facere po- tuit. Et quia eius hostia semel obla- ta, regnum peccati subuertit, nec iã per cõsensum uel operationem præ- ualet super nos peccatum, nõ neces se fuit ut iterum offerretur. Dixi q͠ semel apparuit Deo per hostiã suã, ingrediens sancta sanctorum. Et ob hoc passus est semel, qm̃ hanc pote- statem ĩ omnes possidet natura, ut semel moriantur. *Et quemadmodum*.i. qua necessitate & naturali conditio ne *statutum est* omnibus *hominibus semel mori*.i ut semel moriañt, sed *post hoc*.i. post mortẽ restat eis *iudicium*, in quo scd̃m hoc quod egere, recipiãt.i.nõ iterum restat ut surgant, & iterum moriantur, sed tantum ut ueniãt ad iudicium, recepturi præmia uel tor- menta, *sic*.i.eadem necessitate & im mutabili iure naturæ & *Christus*. ut- pote uerus homo *semel* & non am- plius in ara crucis *oblatus est*, & post faciet iudicium: hoc est, sicut homi- nibus post mortẽ nihil restat ex ne- cessitate nisi ut iudicentur, ita Chri- sto post mortem nil restat nisi ut iu dicet. Nam si post resurrectionẽ suã iterum mori posset, nõ haberet in se naturam cæterorum hominum. Et ita nihil nobis prodesset, cũ uerus homo non esset. Sed ut uerus homo probaretur, sicut semel ex matre uir gine natus est, ita semel in cruce mo riens, oblatus est patri sacrificium, *ad exhaurienda*.i. prsus auferẽda & ad nullanda *peccata*, & non dico omniũ, quia non omnes credunt, sed *multo- rum*.i. eorum qui ad uitam prædesti- D nati sunt, q͠ aliæ nõ sufficiebant ho stiæ, quia etsi aliquo modo minue- bant ea, nõ tñ exhauriebãt: hoc est, semel uiuit, & eo aduẽtu omnia pec cata suorum exhausit, secundo aũt aduentu *apparebit* non ut iterum pa- tiatur, sed ut iudicet. Apparebit enĩ *sine peccato*.i. sine hostia pro peccato, quia tunc non offeret hostiam pro peccatis, sed damnabit perseuerãtes in peccatis. Consuetudo.n.legis est, ut sacrificium quod pro peccatis of fertur, appelletur peccatũ. Et scd̃m illam consuetudinem peccatum ap pellat Apostolus, quia loquitur He bræis, quibus hmõi nomina per no titiam legis fuerãt usitata. Quasi di cat: Estote timidi, quia iam amplius non ĩmolabitur pro uobis. Tũc.n. non erit hostia, sed iustitia in remu- nerando uel damnando, apparebit *expectantibus se*.i. illis qui propter con- scientiam boni sui meriti cum qua- dam securitate expectabunt aduen- tum eius, uel qui modo longanimi ter expectant eũ, perseuerantes usq͡ in finem cum patientia in bonis o- peribus, & intuitum cordis ad eius aduentum erigentes. Apparebit eis *in salutem*, quia uisio eius salus eorũ erit perpetua, ut iam nec corporis nec animæ quicquam mali sentiãt, sed ĩ eius aspectu sine fine gaudeãt.

CAPVT X.

*Vmbram enim habens lex futurorum bono rum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis, hostijs quas offerunt indesi nenter, nunquam potest accedentes perfectos face re. Alioqui cessassent offerri, eo quòd nullam ha berent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorũ fit per singulos annos. Impossibile est enim, san guine taurorum & hircorum auferri peccata.*

Probauit sufficienter q͠ Chrs non nisi semel mori debuit, & nũc reddit cãm cur semel eũ mori necesse fuit. Lex.n.non poterat pfectionẽ facere, & ideo hũc oportuit mori qui face-

ret

A ret perfectionem. Vel ita continuandum est: Probauit Christũ fuisse meliorem hostiam, ostendendo ea quæ in ipso erant, priorib⁹ hostijs digniora. Hoc idem nunc iterum facit per aliam partem, hostias legis improbando, & non sufficientes fuisse demonstrando. Quia sicut per dignitates ipsius ostendit melior hostia, sic quoq; ecõtrario melior apparet, hostiarum legalium imbecillitate mõstrata. Probauit. n. q̃ Christus peccata suorũ exhausit, & de operatione & etiã de consensu mentis eorũ, quod hostiæ legis facere nequiuere, ut Iudæi uellent. Vere Christus exhausit peccata & fecit perfectos, qa lex neutrum facere potuit. Nunq̃. i. nullo tpe, nec tpe Moysi, nec tempore aliorũ potest facere perfectos accedentes in sancta sanctorũ põtifices, Sed quærit quare non potest. Quia est habens & continens *umbram futurorum*. i habens & præcipiens ea quę sunt umbra futurorũ bonorũ. Nam quæcunq; lex præcipiebat, ut tabernaculi uasa & hostiæ & cætera huiusmodi, non erant ueritas, sed umbra uerorũ, & per hoc impotens ad perficiendum aliquem potest iudicari. Vel umbram habet lex futurorum bonorũ, id est, quandam extraneam similitudinem eorũ quæ futura erant: hoc est, ita dubie & extranee futura bona ostẽdit sicut aliqua umbra, et repręsentat oculis nostris illud corpus cuius est umbra. Et qa lex posset habere ex parte umbram futurorũ bonorũ, ex parte ipsam ueră imaginẽ, addit: Ita dico, hñs umbrã futurorũ bonorũ, ut in nulla sui parte habeat *ipsam* uerã *imaginem rerũ*. Verius. n. & expressius repñtat aliqua imago rem aliquam q̃ umbra. Per imaginẽ. n. & qualitates & quãtitates illius cuius ẽ imago, aliquo modo cognoscimus: sed per umbrã nil certũ, nil determinatũ habemus.

Si Moyses aut Melchisedech p populo Dei fuisset oblat⁹, forsitan imago Christi uideretur, sed hircus & uitul⁹ & cętera q̃ significabãt xpm, non imago, sed umbra erãt. Ipsa (in quam) lex *nunquam potest perfectos facere*, id est, perfectione uirtutum beatos & cõsummatos põtifices, per singulos annos ad sãcta sanctorũ *accedentes* cum hostijs, non põt illos facere pfectos *eisdem ipsis hostijs*, *quas* semper *offerunt* umbræ sunt enim, prænunciantes grãm qua iustificamur, & in eis homines non iustificantur. Non possunt in eis uel in ipsis põtifices perfici in iustitia, id est, non possunt in eis iustificari uere, licet semper offerant eas reuertente anno. & qa possent offerre *per singulos annos* in spatio uiginti annorũ, sic tamẽ ut postea dimitterent, addit *indesinenter*, id est, perseueranter. Quasi dicat: Licet pontifices in sancta sanctorũ per singulos annos offerrent indesinenter, tñ lex nõ potuit illos facere pfectos. & qa lex p oẽs hostias suas, cũ sint umbræ, nullũ duxit ad pfectionẽ, ideo tale qd offerri debuit, quo pfectio iustitiæ daretur humano generi. Nõ põt eos talib⁹ hostijs facere pfectos, ut eorũ cõsciẽtia libera fiat ab oĩ consensus pollutiõe. *Alioqui*. i. si aliter fecisset, si illos efficere pfectos posset, iã *cessassent offerri* illæ hostiæ. i. nõ esset aliqua necessitas, nec etiã causa quare ulterius deberent offerri, et sic cessassent, *eo quòd cultores*, id est, sacrificatores *semel mundati*, id est, una oblatione earum ab omni peccato purgati, *nullam haberent ultra conscientiam peccati*, id est, non essent iam sibi conscij de aliquo peccato, sed tam in corde q̃ in operibus mundi perseuerarent: & ideo iam hostia nõ indigerent, quoniam perfecti essent, quod lex facere non potuit. Vna autem hostia Christi perfectos facit. Cuius corpus semel oblatum, omnes suos perfecte B

C emundauit & emundat: quoniam usq; in finem seculi hostia illa sufficiens erit omnibus ad emundationem. Et si millies peccant, non indigēt alia: quia hæc sufficit ad omnia, & omnem cōscientiam à peccato lauat. Ipsa enim & prius per baptismū purificat eos: & si deinceps peccauerint, per pœnitentiā rursus emūdat, et in consūmationem uirtutum reformat. & si nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius est: & una hæc hostia est, non multæ, quia semel tantum oblata est. Nec à multis hominibus multi Christi offerūtur, sed unus ubiq; & semp plenus, ubiq; unum corpus. Semel oblatus non consumitur. Quod nos agim⁹, recordatio sacrificij est: nec causa infirmitatis suæ repetitur, quia perficit hominem, sed nostræ qui quotidie peccamus. Dictum est superius quod legales hostiæ cessassent offerri, si perfectionem purgationis agere possent: qa superflue offerrentur, cum iam cultores per eas emundati, scirent se non habere peccati sordem aliquam. Sed uidemus qa non purgant eos. Nam *in ipsis* hostijs *per singulos annos* oblatis *fit commemoratio peccatorum*. Commemoratio, nō absolutio: infirmitatis accusatio, non uirtutis ostensio. Dum enim cōmemorātur & cōfitētur peccata sua, & offerunt pro eis illas hostias, cōstat eos habere peccata. Nec mirū. Nam *impossibile est sanguine taurorum & hircorum*, aliarum uepecudū *auferri peccata*, etsi p illas hostias auferaē operatio, culpa tamen interior & cōsensus remanet. Nā solius Christi sanguine delentur peccata etiam illis qui sub lege quōdam remissionem per illa sacrificia uidebantur accipere.

Nota.

Psal. 39

*Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam* D *Deus. Superius dicens quia hostias & oblationes & holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offerūtur, tunc dixi, ecce uenio ut faciam Deus uoluntatem tuam, aufert primum, ut sequens statuat. In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.*

Quoniam hostia corporis Christi suffecit ad multorū exhauriēda peccata, lex autem non ipsos pontifices potuit facere perfectos, ideo ad confirmationē huius ueritatis loquitur ista Dei filius *ingrediens mundum. i.* assumēs carnem, hoc est, respectu illius temporis quo erat mundū ingressurus assumendo carnē, dicit per prophetā, dum consideraret infirmitatē legis & necessitatem oblationis corporis sui. O pater, *noluisti hostiam* de pecoribus factā, *& oblationem* quę sanguinis effusione fiebat. Non enim re uera talibus hostijs delectatus est Deus, sed præcepit eas ad significandam uerā hostiam Christi, & ut per eas Iudaicū populum retineret à sacrificijs idolorū. Nec unquā odorib⁹ illis delectatus est, nisi in fide & deuotione offerentiū. Et præcipue ab aduētu domini noluit illa sacrificia, quoniam omnia illa erant quasi uerba promittentis & uerba promissiua, cū uenerit qđ pmittunt, iam euacuāda. Tandiu q(ue) promissor erit, donec det: cū dederit, mutat uerba. Non dicit, adhuc dabo quod se daturum dicebat: sed dicit, dedi. Sacrificia ergo illa tanq̄ uerba pmissiua, ablata sunt: qa exhibita est ueritas pmissa. i. sacrificiū Christi quod per ea pmittebaē. & hæc fuit causa qua re Deus illa primo iussit, & post noluit. Hostiam (inquit) & oblationē noluisti. Quid ergo? Iam nos hoc tē pore dimissi sum⁹ sine hostia & oblatione? Absit. *Corpus autem aptasti mihi.* Ideo illa noluisti, qa hoc mihi aptasti. Perfectio pmissi, abstulit uerba

A promittentis. Illa iam in tpe gratiæ noluisti, sed corpus aptasti mihi.i. aptum & idoneū corp⁹, qa sine peccato & passibile & mortale mihi dedisti, qđ ualeat offerri in redemptionem oīum: *holocaustomata* etiam.i. illa sacrificia quæ oībus aliis digniora uidebātur, qa tota in altari incēdebātur, *nō placuerūt tibi* oblata *pro* aliquo *peccato*, qa ppter hæc nō relaxasti peccatū. Et *tunc*.i. quando uideo oīa tibi displicere, & corpus aptum īmolationi esse mihi datum, dixi: *Ecce*.i. sine retardatione *uenio*.i. ad me offerendū spontaneus accedo, qa hanc solā hostiam tibi placiturā considero. Nam

Psal. 1. *in capite libri* Psalmorū *scriptum est de me, ut facerem uolūtatem tuam Deus*, ubi dictū est, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorū &c. Et oportebat impleri prophetiā hāc in me. Sūt etiā qui uniuersas scripturas canonicas unum librū uocent, eo qđ ualde mirabili & diuina unitate cōcordent. In cuius libri capite scriptum est de

Gene. 2. me, ut facerem uoluntatē tuā, quoniam in primis partibus libri Geneseos, qui principiū scripturarū est, legitur prophetatū quia relinquet homo patrē suū.i. Dei filius hoīem induens, ueniet a sede paterna, & relinquet matrē suam.i. synagogā, & adhærebit uxori suæ.i. ecclesiæ. Vel caput libri est prædicatio diuinitatis, qua nihil altius in scripturis inuenitur. Et in capite libri scriptum est de me, qm̄ scripturæ sanctæ demon-

Psal. 32. strant me esse Deū super omnia, cū dicunt, Verbo domini cœli firmati sunt. & Deus erat uerbū, & cætera hmōi, *& ego qui tantus in eminentissimo capite*.i. in altissima prædicatione diuinitatis libri scripturarū inuenior, induēs misericorditer formā serui, uolui ô Deus ut facerem uel ut faciam uoluntatē tuā, factus obediens usq;

Phili. 2. ad mortē. Quia uoluntatē meā quā iuxta naturā humanitatis habebā, diuinæ uoluntati tuę prorsus cōcordē feci, ut sicut īmolatione mei corporis humanum genus redimi uolebas, ita & ego uellem, & in oīb⁹ uoluntatem tuā adimplere optarē. Hęc uerba Christus in psalmo locutus est, & nunc aperit nobis Apl's, quid ipse de his sentiat. Quia scilicet non solum notat ueteres hostias hæc authoritas nullum perfecisse, et solam Christi hostiā de oībus credentibus hæc sufficienter egisse uel agere, sed etiam oblationē ueteris testamenti & substitutionem non demonstrat, si diligenter notentur hęc uerba. Nā ipse Christus dicēs superius, illa noluisti, & subiungens, Tunc dixi, Ecce uenio, aufert primū sacrificiū & cum eo uetus testamentū, & statuit nouum sacrificiū, ut stabile permaneat, & cum eo nouum testamentū. Et hoc est: *Superius dicens* ipse filius, *quia hostias & oblationes & holocaustomata* etiā *pro peccato noluisti*, ostendit carnalia sacrificia esse reprobata, & cū eis carnales omnes obseruantias. Illas hostias noluisti, et ne uiderētur displicere, qa non secundū legis institutionem offerebantur, subditur, *nec placita sunt tibi* ea *quæ secundū legem offeruntur*. Et *tunc* cum illa oīa tibi displicerent, et aliud uelles sacrificium, *dixi. Ecce uenio* īmolari, *ut faciam & compleam uoluntatem tuā ô Deus*, quē ego iuxta humanitatē meā adoro & colo, hęc dicēs dominus, *aufert primum* sacrificium, *ut sequens statuat*. Dicendo enim hostias et oblationes noluisti, aufert primum, id est, ostendit oblationem primi: & subdendo, ecce uenio, ut faciam uoluntatem tuam, statuit sequens, id est, ostēdit nouum stabile & firmū fore. Primū & sequēs, uel sacrificiū, ut diximus, uel testm̄ intelligi. Nā utrunq; uidemus impletū. Quia & uetus sacrificiū a populo Dei prorsus est ablatū, & sequens dñci corporis sacrificiū est substitutū. Simi-

D liter primum testm̄ iuxta carnales obseruantias ablatū est,& successit euangeliū. Dixi,ecce uenio ut faciā uolūtatem tuā.i.ut imoler sicut uis, & nouā legem statuā. *In qua uoluntate* .i.in qua sui imolatione secundū patris uolūtatē facta, nos fideles *sumus sanctificati*.i.non solū à peccatis mundati,sed in uirtutibus consūmati:& hoc *p oblationem corporis Iesu Christi* ī cruce facta,non bis uel amplius, sed *semel*,& ideo sequens est statutum, qā per illud sanctificati sumus. Primū uero deiectum est uel ablatum,quia neminem duxit ad perfectionem.

*Et oīs quidem sacerdos praestò est, quotidie ministrās,& easdem saepe offerens hostias,quae nūquā possūt auferre peccata. Hic autē unā pro peccatis offerens hostiā,in sempiternū sedet in dex-*
Psal. 109. *tera dei,de caetero expectās donec ponātur inimici*
1.Cori. 15. *eius scabellū pedū eius.*

Quaestio,Diceret aliquis,Sanguis hircorꝝ & taurorꝝ semel in āno per pontificē oblatus, nullum duxit ad perfectionem: sed illa sacrificia quae quotidie fiebant,sacerdotes pfectos iure fecere, qm̄ assidue sacrificabāt, & grām Dei semper implorabant. Ad hoc quasi rn̄det, ostendens quoniā sicut pontifices per hostias suas non sāctificati sunt, ita nec sacerdotes, licet offerrent assidue sanctificati aliqua legali obseruatione. Quasi dicat: Omnis pontifex per singulos annos offert, & non peruenit ad aliquam consūmationem: & eodē modo omnis sacerdos semper offert,& tamen per ea nunquam consummatur. *Et omnis quidem sacerdos praestò est*, id est, iuxta paratus ut impleat officiū suum,*quotidie ministrans* altari, *& saepe offerens easdem hostias*, quas iam obtulerat, id est, similes prioribus, ut qui heri taurum obtulerat, hodie taurū & cras taurum offerat.*quae* hostiae,licet eaedem crebro repetitae,licet à sacerdote qui praestò est, semper & sedulius in officio sint oblatae, tamen quantūcunqꝫ offerantur,*nunquam*, id C est, nullo tempore *possunt auferre peccata*. Sacerdos qdem multas offert hostias,semperqꝫ tali officio dedit⁹ est, & tamen casso labore consumitur. Sed *hic* noster uer⁹ sacerdos, de quo loquimur,& cuius esse sufficientem hostiā ostēdere intendimus, ipse nō saepe, non multas hostias, sed *unam* quae sola sufficiebat,*offerens hostiam pro peccatis* omniū credentiū delēdis,post expletam suae passionis obediētiam *sedet*, id est, quiescit & regnat & iudicat *in dextera Dei*,id est,ī potiori dignitate patris, *in sempiternum* ibi permāsurus, qm̄ iterum labore & iterū offerre non eget, nec opus est ut aliqd p sua uel suorꝝ impfectione patiatur. Tantae.n.pfectionis & efficaciae fuit eius hostia,ut nō sit opus eā rursus offerri pro peccatis aliquorꝝ. Et licet nos eam quotidie offeramus nō tamen passionis dolorem ultra sentit Christus,sed memoria passionis eius à nobis fit. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi usqꝫ ad eius depositionē sub uenia uiuerem⁹. Propterea nobis p mediatorem pręstita est grā, ut polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur.i.sacrificio corporis eius, quod in Missarum celebratione offertur. Vnde qa licet ipse amplius nō patiatur,tn̄ eādē hostiā per suos sacerdotes adhuc offerre non desistit, apte nunc dicitur,quia unā pro peccatis hostiam offerens,sedet in dextera Dei. Offerens nanqꝫ praesentis temporis est: quia sicut diximus, ipse per suos sacerdotes eam adhuc offert, quia per semetipsum mel obtulit. Nā de passione eius dictum est, quia semel oblata est eius hostia, cū adhuc in ministerijs offerat. Sacerdos legalis ministrat, hic aūt sedet: quia ministrare famulorꝝ est, sedere uero dn̄orꝝ Et sedet ad dexterā Dei, ut appareat qa bene potest

A test suos cõsummare, qui sic meruit exaltari. *de cætero*, id est, de eo quod restat, hoc est, glorificatione corporũ, quoniam remissis peccatis hoc solũ restat. uel potius de cætero quod restat. i. de gloria bonorũ & pœna malorũ, *expectans donec ponantur inimici eius*, id est, usq; ad illud tẽpus, quo illi qui adhuc ei inimicanť et contradicunt, ponenť *scabellum pedum eius*, id est, omni no ei subijcienť, alij interim per fidẽ, alij in futuro per damnationẽ. Causa est, quare iam glorificatus nondũ suos glorificet, uel in passione iudicatus nondũ inimicos iudicet: quoniam adhuc nõnulli ex inimicis fiẽt amici, & optimũ sibi locũ sub pedibus eius acquirent. Nam necesse est ut habeat ibi quisq; locum aut gratiæ aut pœnæ: & ideo differtur iudicium, ut quærat unusquisq; quem ibi locum habeat.

Hiere.31 Supra.8 *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas, et peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horũ remissio, iam non est oblatio pro peccato.*

Dixi qa unam pro peccatis obtulit hostiam. Et quare unã, et nõ multas? Quia illa suffecit ad omnia Nã *una oblatione*. i. sui sanguinis effusione, cõsummauit sanctificatos. i. per baptismũ à peccatis emundans sanctificauit, & sanctificatos consummauit. i. ad summam perfectionem uirtutum perduxit, inquantũ potest homo in hac uita consummationẽ iustitiæ cõsequi: & cõsũmauit illos *in sempiternum*, qa sine fine possidebunt illã iustitiæ cõsummationẽ in regno perpetuæ beatitudinis, nec ĩmutabiť unq; illorũ perfectio. Nec solus ego hoc

Hiere.31 dico, sed *& spiritus sanctus* p Hieremiã *contestatur nos*, id est, simul testatur illud idem, quod nos testamur de sanctificatione & consummatione. Vere contestatur. *Postquam enim hoc dixit. Hoc autem testamentũ &c.* ibi cõtestatus est istud quod asserimus. Postquam hoc dixit, cõtestatus est istud, id est, ex eo quod hoc dixit, cõsequens est eum cõtestari q nos de sanctificatione & cõsũmatione fideliũ testamenti noui testamur. Nam quia illa consummatio non per uetus, sed per nouum testamentũ fit, idcirco ipse spiritus mẽtionem eiusdem noui testamenti facit, cum illã consummationem promittit, dicẽs: Hoc aũt testamentum &c. Quasi dicat: Nõ uetus testamentum docebo, non carnales obseruantias prædicabo, sed hoc est testamentũ spũale, *quod testabor* & affirmabo loquẽs & accedens *ad illos*, & hoc faciã *post dies illos* q sunt apud me p̃finiti, *dicit dominus* per Hieremiã, non ipse Hieremias. Et non ita testabor illis hoc nouum testamentũ, sicut uetus testat⁹ sum, in lapideis tabulis scribendo duris patribus eorum: sed potius alio & utiliori modo, scilicet *dando leges meas in cordibus eorum*, id est, manifestando internis sensibus eorũ uoluntates meas per spiritum sanctum, qui sapientiã et charitatem illis infundet, ut intelligant eas & delectabiliter adimpleant. *& eas* leges quas dabo, *superscribam in mentibus eorum*, qa tantæ dignitatis erunt noua pręcepta, ut arbitrium mentis eorũ superetur, nec sufficiat ex seipso quisq; ea complere, sed auxilio gratiæ iuuetur & corroboreť ĩfirmitas eius, ut ea cõpleat. Hoc loco designatum est: qa in uirtutibus eos cõsummaturus erat in sempiternum, & de sanctificatione quam daturus erat, subiũgitur, quia *peccatorum* quæ quantum ad se, facere: *& iniquitatum eorum*, quantum ad proximum, *iam* à tempore baptismatis *non recordabor amplius* quia nec in hoc seculo pro his iniun

C gam illis aliquam pœnitentiam, nec in futuro ullā pro eis irrogabo pœnam. Ita promisit Spūs sanctus per nouā grām peccata remitti. Sed *ubi horum est remissio, iam non est* facienda legis *oblatio pro peccato*, sed cessare debet apud Christianos, quibus peccata sūt ī baptismo remissa. Sed etsi post baptismum peccauerit, remittūt per pœnitentiam, nec indigent oblatione legali. Vel in futuro seculo remissis omnibus omnino peccatis, iam non offertur oblatio Christi pro aliquo peccato eorū, quia nullum erit.

| *Habentes itaq; fratres fiduciā in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentē per uelamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est qui repromisit & consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes: & tanto magis, quanto uideritis appropinquantem diem.*

Multis modis cōmendatio Christi pontificio, & Iudaeorū destructo, & ostēso q̄ Christus fuit melior hostia, et ad remissionem peccatorū sufficiens, & quod lex cum hostijs suis ad hoc erat impotens, finit hoc loco de his disputationem, & monere incipit, ut sola Christi fides cum obseruantia bonorū operum teneatur: & ex omnibus quę supra dixit, ex quo de Christi sacerdotio disputare cœpit, infert nunc. Quasi dicat: Quandoquidē Christus est sacerdos secū dum ordinem Melchisedech, & suo sanguine cœlum aperuit, et una nos oblatione sanctificauit atq; cōsūmauit, & caetera superius tractata, *itaq; ô fratres* accedamus ad eū fide & bonis operibus, à quo per infidelitatē & prauam operationem longe eramus: nos dico, *habentes fiduciā*, i. spem certissimam, qua nō est desperandū, D si oberrauimus, sed confidenter possumus accedere: habentes fiduciam *in introitu sanctorum*, id est, introeūdi in sancta sanctorū, hoc est, in cœlū, quo intelligimus praecessisse pontificem nostrum. Fiduciam habemus quod intrabimus in illa sancta sanctorū, & hoc nō in legalibus sacrificijs, sed *in sanguine Christi*, quem ipse ideo effudit, ut eodem redempti illuc accedamus, & in illa sancta ingrediamur, *quam uiam*, i. quem introitū modo factum uiam tritam in patriam, ipse *initiauit nobis* i. ipse primus oium fidelium intrauit, ipse primus per eam ambulauit, & fidelibus suis potestatem ambulandi per eam post se tribuit. Viam dico, *nouam*, i. per quā nullus ante eum ambulauit: *& uiuentem*, id est, durabilem & manentem atq; nos sanctificatos expectātem, quia postea fidelibus semper est aperta. Vel uiuentem, q̄a omnes qui intrāt, uiuere facit. Viuentē, q̄a nullus per eam ingredit̄, nisi quem uita ducit. *per uelamen*, id est, per significatū illius uelaminis, qđ duo tabernacula diuidebat, *id est, per carnem suā*, patefacta est nobis uia in sancta sanctorū, i. in supernam Hierusalē. Vnde etiam eo in cruce moriēte, scissum est uelū templi, significans morte eius apertam esse nobis uiam in sancta sanctorū. Matth. 27

Per uelamen, i. per carnem Christi qua uelabatur diuinitas, uia illa manet peruia: q̄a sumūt fideles ut uiati cum carnem Christi. & de hac uita recedentes, ingrediunt̄ ianuam cœli. & per uelamen, i. per carnem suam initiauit nobis ipse uiam illā: quia carne uelatus trāsijt primus per eā. Per carnem initiauit eam, quia nisi carnem assumpsisset, nō eam nobis initiasset. Per carnem enim, non per diuinitatem potest de loco ad locū ire: & ideo per carnem, qua se uelauerat, initiauit nobis iter in cœlum,

A sicut ei Psalmista canit: Qui ponis
Psal. 103 nubem ascensum tuũ. Nubem quippe posuit ascensum, qa carne ascendit, non diuinitate. Nam quod nunc Apl's uelamẽ, hoc Psalmista nubem appellat. Vel secundũ quod nonnullis uisum est, caro Christi quam ex altari sumimus, idcirco uelamen appellaẽ, quoniam sensibus nostris in
Nota. sacramẽto uelaẽ. Nam sensus nostri aliud renunciant, & aliud fides. Visus enim persuadet nobis esse solũ modo panem secundũ panis speciẽ, fides autem insinuat esse carnem ui
Nota. uam & uiuificatricem: gustus, panẽ in sapore, auditus etiam illud idem in fractiõe, fides uero integrũ agnũ à fidelibus sumi sine aliqua ipsius læsione. Non enim sumimus carnem exanimem, sed consecratione & operatione diuina uiuentem. Christum scilicet & agnum pro nobis oblatũ in sacramento accipimus, non ut ipse quicq̃ contumeliæ uel læsionis in sacramento patiatur, sed illud quod pro nostra uita sustinuit, nostræ memoriæ repræsentaẽ. Per hoc itaq; uelamen dominicæ carnis initiata est nobis uita noua, quia p sacramentũ corporis & sanguinis Christi cœpit in nouo testamento patere fidelibus ingressus regni cœlorꝝ, qui sub ueteri lege nulli patebat. *&* habentes (inquit) *sacerdotem magnum* Christum pro nobis patrem orantẽ. Ipse enim per hostiam suam in sancta sanctorꝝ introiuit, ubi semper uiuit & offert & interpellat pro nobis. Sacerdotem dico, *super domum Dei*, id est, super ecclesiam cõstitutum, ut eam regat & cõtra omnes impugnationes defẽdat. Hoc totum tale est, ac si dicatur: Fiduciam habemus introeũdi ad sancta sctõꝝ, ad uisionẽ supernæ pacis, tum quia p sanguinẽ Christi genus humanum exuit seruitutem, tũ quia ipse primus intrauit, tũ quia fideles suos corroborat & nutrit esca suæ carnis & potu sui sanguinis, tũ quia B pro nobis intercedit, tum quia ecclesiam gubernat & protegit. Nos (inquit) habentes fiduciam per hęc oĩa quæ dicta sunt, *accedamus* ad eũ. i. passibus affectionis & gressib9 religiosæ operationis efficiamur ei magis ac magis ppinq ad introitũ sanctorũ. Accedamus, non cum ficto, sed *cum uero corde*, ut non simulatorio, sed puro & uero corde tẽdamus ad eũ, sicut scriptum est: Et in simplicitate cordis quęrite illũ. & hoc faciamus *in plenitudine fidei*. i. ut fides nostra de il Sapien 1 lo sit plenaria, nec aliquid minus q̃ oportet habeat, ne adhuc infideliter æstimemus eum sine carnalibus obseruantijs ad salutẽ minus posse sufficere. Nos dico, aspersi & purificati corda nostra ab omni mala consciẽtia, & abluti corpus aqua munda. i. baptismo, quo mundantur oẽs peccatorꝝ sordes. Hoc ẽ, accedamus ad eum uero corde ĩ plenitudine fidei, nos qui sumus *aspersi corda*. i. qui habemus corda rore spũs sancti aspersa in baptismo, & per hoc emundata à *cõscientia mala*, id est, ab omni reatu cõscientiæ, *& abluti corpus*, id est, qui habemus ablutũ & purgatũ à peccato corpus aqua *mũda* baptismi. Omnia enim peccata delentur in baptismo, tã interiora q̃ exteriora. Quia ergo per baptismum facti sumus à peccato liberi, & restaurata est nobis libertas arbitrij, & gratia Dei data, & nullam habemus excusationẽ, accedamus (ut dictum est) ad eum, qui tot beneficia nobis largitus est, & uero corde diligamus eum, atque fidem integram illi seruemus, & fide plena eũ credamus, et quod corde credimus, ore confiteamur, scilicet *teneamus spei nostræ confessionem*, id est, nihil sit tam graue uel asperũ, quod ab ore nostro auferat confessionem, quæ est causa spei quæ facit nos cœlestem beatitudinem sperare, id est,

C quæ confessio procedit ex spe. Nisi enim quis bona futura speraret, nõ illud cõfiteretur, pro quo præsentia bona amitteret. Hanc confessionem quæ facit nos æterna bona sperare, teneamus *indeclinabilem*, id est, ita firmiter eam teneamus, ut non deorsum inclinetur ad cupiditatẽ uel timorem terrenorũ, sed semper tendat sursum ad appetitum cœlestium. Et debemus constanter hanc spei confessionem tenere, quia *fidelis est* dominus in suis promissionibus, & mentiri nõ potest, *qui repromisit*. i. qui multoties per scripturas nobis promisit æterna bona quæ speramus. Hęc quantũ ad Deum, monuit eos Apostolus. Deinde exhortatur eos, ut satagãt de utilitate proximorũ, & admonet eos ad charitatem & bonam operationẽ. Quæ exhortatio ad eos maxime uideť pertinere uel eos notare, qui existimantes se melioris uitæ, cõsortiũ aliorũ deserebant. Quasi dicat: Fidem & confessionem teneamus, quantũ ad nos uel ad Deũ: *& consideremus inuicem*, id est, diligenter & attente inspiciamus alter alterũ, nõ ut inuideat & insidietur, sed *in prouocationem charitatis & bonorum operum*, id ẽ, ut maiorem dilectionis feruorẽ habeat, & ad omnẽ bonã operationem prouocetur. Scilicet perfecti considerent imperfectos, exhortando illos ad Dei & proximi dilectionẽ & ad fructum dilectionis, id est, ad opera bona. Impfecti uero considerent pfectos, sumendo ex eis exemplũ utilitatis quod imitẽtur. Et sic prouocabunt se uicissim in charitatem & bona opera. Vel p omnia cõsideremus quid fratribus sit utile, inuicem hoc agentes, ut quemadmodũ nos de salute aliorũ satagimus, ita & illi uicario modo de salute nostra sint solliciti, ut nullus habeať segnis & infructuosus iter nos. Quia dũ diciť, cõsideremus inuicẽ, cõuenit singulis illa exhortatio. Hæc, ingt, faciamus, D *non deserentes collectionem nostram*, id est, illos qui collecti sunt ad fidem nobiscũ, *sicut est consuetudinis quibusdã* uestrũ, qui charitatem nõ habentes, & quasi de singularitate meritorũ gloriantes, segregant se à cæteris. Tangit, & culpat scindentes unitatem charitatis, quasi inter alios non possent habitare causa sanctitatis suæ, qui potius suo exẽplo debuerunt consolari alios. Laborantẽ quippe consolari, est pariter in labore persistere: qa subleuatio laboris, est uisio collaborantis, sicut cũ in itinere comes iungitur, uia quidem non attrahiť, sed tamen de societate comitis labor itineris leuigať. *Et tanto magis*, inquit, *quãto uideritis appropinquantem diem*. Acsi dicat: Eo labor crescat, quo iam præmia laboris appropinquant. Vel si tribulatio & persecutio infideliũ ingruerit fratribus, non deseratis collectionẽ uestram. i. illos qui uobis per sacramẽta fidei sunt associati in eodem corpore ecclesiæ, sed potius cõsolamini eos in aduersis dulcedine uestræ exhortationis. Dico ne deseratis in tribulatione pauperes christi, sicut quidã, qui uidẽtes imminere sanctis anxietates, subtrahũt illis adminiculi sustentationẽ. Non subtrahatis uos à socijs ĩ certamĩe martyrij, denegando eis solatiũ urã exhortationis, *sed consolantes* sitis eos in ipsis passionibus: & tanto magis id facite, quãto magis uideritis asperiores pęnas ĩminere, p quas finis eorũ appropinquat, ĩ quo de tenebris huius seculi ad diẽ perpetuæ claritatis transibunt, ne qs unquã desit illi tã felici diei, pter subtractionẽ uestræ exhortationis. Vel etiã in pace uos qui sanctiores uidemini, ne deseratis causa urę religiositatis collectionẽ fratrũ, qa minus religiosi uideneť, sed uestra cohabitatione & collocutione consolationẽ illis exhibete, ne

A de sua salute desperent propter irreligiositatem suam, si uiderint se desertos à uobis sanctioribus. Consolamini eos promittendo ueniam, & in spem erigendo, & ad bene agendũ monẽdo. Et hoc facite magis ac magis quotidie, sicut uideritis appropinquarẽ diẽ mortis. Quasi dicat: Non differatis, quia mors uniuscuiusq; propè est, & quotidie uicinior efficitur. tanto intentius hoc agite, quanto uideritis illum diem singularem & timẽdum appropinquare.

Supra. 6 *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios.*

Vere non debetis peccare negligẽdo collectionem fratrum & deserendo quia *nobis* Christianis *uoluntarie peccantibus* i. sponte deum offendẽtibus, & nõ ex ignorantia uel infirmitate, sed ex deliberatione delinquẽtibus, *post acceptam notitiam ueritatis.* i. postq; interius illuminati sumus, & quid eligendum, quid'ue respuendũ sit, absque dubio cognouimus, *iam post* hæc *non relinquitur hostia pro peccatis,* sicut in ueteri lege mãdatum erat, sæpius hostias offerri pro peccatis. Non. n. Christus iterũ immolandus est pro peccatis qđ semel factum ẽ, & secũdo non est opus, sed magis oportet nos in fide & bonis operibus manere. Non excludo pœnitentiam, sed scđm baptismum. Non dico, nõ est ultra pœnitẽtia uel remissio, sed hostia. i. crux secunda: quia una suffecit, nec amplius hanc expectemus, sed pœniteamus, quia rebaptizari in morte Christi nõ possumus. Qui enim iterat baptismũ, iterat rursus mortem Christi, ut ex ea iterata fiat iterata remissio. Sed hoc impossibile est. Non talis hostia nobis relinq tur, si post baptismum nos inquinauerimus. Vel uolũtarie peccãtibus .i. in uolũtate peccandi manẽtibus B nobis non relinquit hostia pro peccatis. i. nullum cõmodum potest cõferre sacrificium dominici corporis. Nam pro peccatis pœnitentiam offertur Deo quotidie sacrificium & oblatio, non pro peccatis illorũ qui ipsa peccata relinquere nolunt. Si peccare nobis ita perseueranter & continue placuerit, non relinquitur nobis hostia ꝓ peccatis: sed potius relinquitur *quædam* nobis notabilis *expectatio iudicij* quæ est *terribilis.* i. ad terrendum habilis, quia multum nos terrere potest. Et hæc pœna interius Matt. 25 est, qa & foris sequiet *ignis* perpetuus. Nam etiam timor iudicij resurgentibus malis est pœna inenarrabilis et grauior q; gehenna. Et dicente iudice. Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, statim assumet eos ignis *æmulatio.* i. uehemens infestatio, quia zelo quodam nimis accẽso semper eos puniet & quasi inuidebit eis, qa semper ad hoc exardebit, ut eos incessanter exurat. *quæ* nimirum feruens æmulatio *consumptura est.* i. perpetualiter deuoratura *aduersarios* Christi, ut semper in tormẽtis deficiant, & nunquam ad finem deficiẽdo perueniant: qui nunc aut per infidelitatem, aut per malã operationem aduersantur Christo.

*Irritã quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur. Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi uindictam, & ego retribuam. Et iterum, quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis.* Deut. 17 Mat. 18 2. Cor. 13 Deut. 32 Roma. 12 Psal. 134

Vere nobis uoluntarie & libenter peccantibus, postq; ueritatis notitia sumus illuminati, non relinquiẽ spes futuræ saluationis, dum in peccato iacere uolumus, sed potius pœna perpetuę damnationis. Quod pa

C teta minori: Quia *qui faciens irritam legem Moysi*.i.aliquis præuaricans aliquod præceptum ueteris legis, *moritur* ea morte quam lex decreuit, uel lapidatur, uel incēditur, uel alio genere mortis extinguitur, *sine ulla miseratione* i.sine aliqua pœnarum immunitione. Ipse dico, cōuictus *duobus uel tribus testibus*, qui testātur ꝙ legem in aliquo sit transgressus. & ille quidē sic interficiebatur propter illius legis transgressionem, in qua non recipiebant obseruatores diuinam gratiam. Ergo *quanto magis* putare debetis *deteriora* & acerbiora *mereri supplicia* eum, contra quem in iudicio perhibebūt testimonium angeli sancti & propria conscientia, quod filium Dei conculcauerit? In lege enim duo uel tres adhibentur testes, sed ibi testis erit multitudo angelorum atq; sanctorum, & ipse peccator cōtra se. Et tunc excipient eum supplicia.i.pœnæ sub se eum plicantes & incuruātes & opprimentes. Supplicia dico deteriora, quia magis deterent eum & comminuēt ꝙ legis cruciamēta, Tam diram ultionē sentiet & in perpetuum, *qui nūc filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit* .i. ita uilipenderit, ut eum nō sufficere credat ad salutem, si bruta animalia scdm legem mactata putet adhuc saluti necessaria. Conculcat.n.filium Dei, qui fidem & cōstitutionem uiuendi quam ipse dedit hominibus, non credit ad æternam uitam sufficere, sed in carnalibus obseruantijs cōfidit priusquam in præceptis eius nouis. Conculcat Christum, qui post acceptionem Christianitatis libere peccat absque timore & pœnitentia, & qui eo idigne participat. Sanguinem quoq; noui testamenti, id est sanguinem Christi, confirmationem euangelij & spōsorem nouæ hæreditatis, pollutum ducit, qui eū minime credit genus humanum a

D peccatis emundantem, sed potius omnes in Christum credētes polluētem. Qm̄ necessario si non mundauit, tunc contaminauit & peccatores constituit, quia carnales obseruātias & iustificationes legis cessare fecit. Omne.n.quod polluit, in se prius pollutum fuit: & sanguis iste pollutus in se esset, et nos pollueret, si inde nos retraheret, ubi remissio peccatorum esset. i. si a carnalibus obseruantijs nos separaret, cum per eas remissio peccatorū fieri posset. Vt autem ostēdat acrius esse puniēdum illum, qui tam male sentit de hoc sanguine, addit: *in quo sanctificatus est*.i.in quo remissionem peccatorū accepit, & ita contra eum grauius peccat & īgratus existit. Ac per hoc magis punietur, quia a quo mundationem habuit, imūdum esse credit. Sed & ille sanguinem hunc pollutū ducit, qui ab eo mundatus, ad uomitum redit et pœnitere negligit: *& spiritui gratiæ*. i.spiritui sancto gratis dato uel gratiam danti, *contumeliam* facit, qui remissionem quam ipse spiritus operatur, adscribit carnalibus obseruantiis, uel qui eum male uiuēdo a se abijcit. Et quisquis hæc facit, iure sine misericordia morietur, qd̄ in minori per uindictā legis est probatum, ubi preuaricator sine miseratione punitur. Nam si transgressor legis digna morte perimit pro uno mandato semel præuaricato, quanto acrius punietur, qui supra dictis tribus modis Deum offendit, conculcando filium eius, & pollutum ducēdo sanguinē ipsius atq; contumeliam inferendo spiritui sancto? Vere talis quisq; punietur. *Scimus enim qui dixit*.i. scimus ꝙ uerax & ꝙ potens est ille qui dixit, *Mihi uindictam, & ego retribuam*. Quasi diceret. Homines in præsenti sumunt uindictā de suis hostib.us, & ego quoq; reddam mihi uindictā in futuro.i.uin- 2.Petr.2

A dicabo me de meis aduersarijs, qui nunc me conculcant & cõtumelijs prouocant, licet sub Christiana pro-
Ezec.9 fessione degant. Vbi nos in Ezechiele legimus, appropinquauere uisitationes urbis, Septuaginta transtulere, Mihi uindictam, & ego retribuã, dicit dñs. *Et iterum* ad idem proban-
Deute.32. dum, quòd qui filium Dei conculca-
Psal. 134. uerit punief, dicit Moyses uel Psalmista, *quia iudicabit dominus populum suum.* id est, peccata populi sui non relinquet impunita, sed unumquẽq; etiã fidelium iudicabit scdm uias eius. Ideo non sibi de impunitate, si peccauerit, blandiatur, quia iam est de populo Christianorum, sed sciat q̃a criminosi non possidebunt regnum Dei. Nam qui nunc in ecclesia male uiuendo filium Dei conculcant, eliminãdi sunt ab ea. Multi.n. sunt uocati, pauci uero electi. Dominus iu-
Matth. 20 dicabit populum suum, & quos in eo damnabiles inuenier, damnabit atrociter. Nam *horrẽdum est.* i. horrore nimio timendum & præuaricandũ, *incidere in manus Dei uiuentis.* i. qui semp uiuens est, & pœnas semper uiuentes infert eis quos damnat. Incidit in manus Dei, qui non sibi prouidet, sed dubito deprehenditur scilicet uentura damna minime prospiciens sine delictorum pœnitentia et uirtutum decore uenit ad examen æterni iudicis, sensurus casum damnationis. Manus pro potentia ponuntur: q̃a sicut aliquis à manibus inimici in quas forte incidit, artatur ne unquã illæsus effugiat, si quisq; damnandus cogitur potenti iudicio Dei, ut quas meruit pœnas sentiat. Qui scilicet Deus, si aliquando moreretur, posset cessare pœna quã ipse decreuit. Sed quia semper uiuit & omnipotens est, semper manet quicquid in eius iudicio decretum est.

*Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnũ certamen sustinuistis pas-* B *sionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij taliter cõuersantium effecti. Nam & uinctis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam uestram, quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis repromissionem.*

Aspere terruerat eos, compescẽdo à peccatis cõminatione æterni supplicij: nũc uero territos refouet, laudans eos de præteritis, & hortatur ut in bonis quæ cœperant, perseuerent. Turpe.n. & dignum reprehensione, si hi qui dum adhuc rudes in fide essent, religiose uixere, modo nequiter agendo Deum offendant: & qui in exordio q̃n ad fidem uenere, magnanimiter uarias persecutiones tolerauerunt, postea pusillanimes effecti, deficiant in tribulationibus. *Rememoramini autem pristinos dies &c.* Ostẽdit diu esse ex quo ad fidẽ uenerant, et p hoc magis debuissent in religione pfecisse, & ad sustinẽdam psecutionẽ exercitati esse. Quasi dicat. Nõ deseratis collectionem nostrã in tribulatione, neq; male uiuẽdo filium Dei ulterius conculcetis, sed recordamini constantiæ uestræ & perfectiõis, quam in pristinis diebus habuistis. & hoc est: Rememoramini, id est, reducite ad memoriam pristinos dies. i. recogitate quales in illis diebus fueritis, ne nunc deteriores sitis, cum ex tp̃is prolixitate multo meliores esse debeatis. Recogitate dies. *in quibus luce fidei illuminati, sustinuistis magnum certamen passionum.* i. nõ defecistis sustinendo, sed magnanimiter certastis, fidẽ corde & ore tenendo, quam uobis extorquere persecutores cõtendebant. Plus.n. notat dicendo, sustinuistis magnum certamen passionum, q̃ si simpliciter di-

C xiſſet, ſuſtinuiſtis magnas paſſiões. Nam quod poſuit ibi certamẽ, oſtẽdit eos non defeciſſe, ſed conſtantes certaſſe. Quod non notaretur, ſi cer tamen nõ eſſet appoſitum. Vel ideo dixit certamen paſſionum, quia ipſę paſſiones certabant cõtra eos, ut patientiam & fidem eis extorquerent, ſed non potuerunt. Et ideo qui ſic fortiter ſtetere in principio ſuæ conuerſionis, non debẽt nunc metu perſecutionis deſerere collectionem fratrum, qui eorum ſolatio indigent. Siue ideo poſuit certamẽ paſſionum, quia aliud eſt paſſio quæ infertur, aliud difficultas paſſionis quæ contra rationem pugnat, & ut fidẽ poſt ponat, exhortaꝰ. Duobus itaq; modis eos laudat, tum quia paſſiones & uerbera exterius ſuſtinuerunt, tum quia inuictiſſime contra ipſas paſſiones interitus certauerũt, quaſi dicẽs: Duo in uno feciſtis, qa unum patiebamini exterius, aliud īterius. *Et in altero quidem.* i. in hoc quod exterius patiebamini, *facti eſtis ſpectaculum.* id eſt, admiratio quædam uniuerſo populo, *in opprobrijs* quæ contra uos proferebant, quia omnes irridebant uos & amentes atq; inſenſatos dicebant. Et graue qdem eſt opprobriũ, ſed grauius eſt, cum ſpectaculũ hominibus fit, non ſecretò exprobraꝰ. Spectaculum fuiſtis in opprobrijs, quoniam ſpectãte uniuerſo populo irrogabantur uobis multa conuitia & ignominioſa uerba, *& in tribulationibus*, qa publice flagellabamini et diuerſas pœnas ſuſtinebatis. In hoc maximam eorum cõſtantiam oſtendit, qñ quamuis ſpectacalũ eſſent, non tñ deficiebant à fide. Non enim modicũ opprobriũ eſt, fieri ſpectaculum & ab hoibus inſultationes perpeti. & quaſi nõ ſufficeret ſpectaculũ, addebanꝰ opprobria uerborꝫ, & opprobrijs tribulationes uerberũ. Hęc qdẽ ſuſtinuiſtis in altero. i. in altera parte certaminis, quæ (ſicut dictum eſt) foris uigebat: *in altero autem* quod interius erat. i. in altera parte certaminis, quæ in corde gerebatur, certaſtis ſic quod *effecti eſtis* per compaſſionem *ſocij taliter conuerſantium.* Ideo dicit in altero, & in altero, ut oſtendat has duas partes certaminis tantum eſſe, et per hoc eos omne genus certaminis ſuſtinuiſſe. Compatiendo & neceſſaria miniſtrando effecti eſtis ſocij taliter conuerſantium, id eſt, aſſidue patientium. ſ. apoſtolorꝫ & ſimilium, qui totam uitam ſuam ducebant patiẽdo aduerſa pro Chriſto, quorum exẽplo perſeuerare & uos debetis in obſeruatione patientiæ. Vere ſocij eorum facti eſtis. *Nam & uinctis compaſſi eſtis*, quia ſi pro Chriſti nomine patiebantur, uos inde ſic dolebatis, ac ſi cũ eis uincti eſſetis, & dolorem cordis operibus declarabatis, miniſtrando illis ſuſtentationem de bonis ueſtris: quia non poterant ſibi neceſſaria quærere, utpote uinculis & carceribus detenti. Illis compaſſi eſtis miniſtrando, *&* ob hoc *ſuſcepiſtis rapinam bonorum ueſtrorum*. Nam idcirco uobis ab infidelibus propria bona ſunt ablata, quia inde miniſtrabatis ſanctis. Et hanc bonorum direptionẽ ſuſcepiſtis nõ cum mœrore, ſed cũ gaudio & alacritate cordis. & hoc eſt quod dicit, quia & uinctis cõpaſſi eſtis, & bonorum ueſtrorum *cũ gaudio* rapinam ſuſcepiſtis. i. & de tribulationibus ſanctorum doluiſtis, uelut ſi eas in corpore ueſtro pateremini, & de dãno rerum ueſtrarum propter ſuſtentationem eorum uobis illato gauiſi eſtis. Suſcepiſtis læti quaſi donum Dei amiſſionem facultatum ueſtrarum, *cognoſcentes*, id eſt, quia cognoſcebatis *uos* idcirco *habere ſubſtantiam* longe *meliorem* iſta *& manentem.* i. non tranſitoriam, ſed æternã. hoc eſt, ſpe certiſſima confidebatis uos æterna bo

A nam lucrari amissione temporaliũ & æternam requiem labore trãsitorio, atq; thesaurum cœlestem dãno terreno: & quia spem certam .i. confidẽtiam supernæ retributionis habuistis, *itaq; nolite amittere confidentiam vestram* id est nolite deficere. Illatio est ex eo quod dixit eos tanta ptulisse, & uitam æternam inde expectasse .i. manentem substantiam. Quasi dicat. Qm̃ in principio fidei tot aduersa passi estis, & inde confidenter sperabatis æternam mercedem, itaq; nolite amittere confidentiam uestram, id est, firmam spem uestram deficiẽdo à patientia fidei, quia per patientiæ amissionem amittetis & æternæ uitæ spem. Et ne amissio spei parua iactura uideretur, addit: *quæ magnam habet remunerationem*. Itaq; p certo sperat illam remunerationem ineffabilem, quam oculus non uidit, nec au

1.Cor.2. ris audiuit, ac si iam teneat eam. Vel

Esai.64. in prędestinatione diuina habet illã. Vere per impatientiam non debetis amittere confidentiam perpetuæ retributionis. Nam *patientia est uobis necessaria*. i. necesse est ut nunc patienter aduersa toleretis pro Deo si cum eo postmodum regnare uultis: quia si cõpatimur, & cõregnabimus. Ideo est necessaria, ut uos per eam *facientes*

2.Timo.2 *uoluntatem Dei*. i. sustinentes æquanimiter omnes iniurias uobis illatas, qa hoc placet Deo uel facientes uoluntatem Dei. i. mandata eius seruãtes, & quicqd aduersitatis propter hæc acciderit libenter perferentes, *reportetis repromissionem*. i. sicut nunc pro Deo portaueritis põdus aduersitatis, ita postmodum reportetis pondus beatę remunerationis, quam sępe Deus cœlestis promisit. Id. n. quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ põdus operatur in nobis. Hoc ergo põdus gloriæ quam Deus repromisit, studere p p̃sentẽ patiẽtiã tũc reportare. B

*Adhuc enim modicum & quãtulum, & qui venturus est, ueniet & nõ tardabit. Iustus autẽ meus ex fide uiuit. Quòd si subtraxerit se nõ placebit aĩæ meæ. Nos autẽ nõ sumus subtractionis* Habac. 2.
*filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.*

Tenenda est (ut dixi) patientia, nã nec longa est, nec uehemens, sed modica & quantula, ne uobis longum & durum uideatur eam seruare. Nã propè est finis uniuscuiusq;, et mox requiescetis à labore, & percipietis gloriam Christo iudice. Nam iuxta prophetiam Abacuch, *adhuc modicum restat*. i. paruo tempore adhuc seruanda est patientia. *& quantulum*. i. nõ uehemens uel magnum aliquid patiẽdum est, sed exiguæ quantitatis erit quicquid in hoc seculo perferẽdum fuerit. Huius enim temporis patientia momentanea & nullius uehemẽtiæ est deputanda, si respicitur quod est in ęternitate & summa gloria donãdum. Adhuc, inquit, restat modicum et quantulum, & post *ueniet iudex qui sine dubio uenturus est* quandoq;, *& non tardabit* uenire, sed cito ueniet, ut reddat uobis prædictam repromissionem, si modo patientiam seruantes, feceritis eius uoluntatẽ. Nulla mora erit in reddẽda mercede, sed cito ueniet remunerator interim *autem uiuit* in anima *ex fide iustus meus*, qa fides est nunc uita cordis, donec ille ueniat qui uitam ęternam dabit & animæ & corporis: & per fidem, nõ fidem, non per opera legis iustificatur, qsquis meus iustus est. Qui. n. per opera legis iustificaſ, non meus sed suus iustus est: quia nõ à me, sed à se iustificatur: & non in me, sed in se gloriatur. At qui per fidem iustificatur: iustus meus est, qa dono gratiæ meæ iustificatur: & non sibi qđ iustus est tribuit, sed gratię meæ deputat. Et uiuit ĩterim ex fide, donec ueniẽte Christo introducatur ad ui

C flotiem meã, & æternaliter uiuat ex specie. Vel ex fide quam nunc habet, uiuit postmodum, quia quod nũc credit, tunc accipit. Et fide uiuit. *Quòd*.i. sed, *si subtraxerit* a fide se, ut uel metu persecutionis deserat fidem, uel in operibus legis iustitiam quærens, incipiat corde à fide recedere, *non placebit animæ*.i. uoluntati *meæ*, ac p hoc nõ poterit uiuere, sed potius dãnationem merebitur, quia me offendet subtrahendo se à fide & gratia. Hæc per prophetam locutus est dominus. Qui se se subtrahit, displicet Deo. *Nos autem non sumus*, tales, non sumus apostatæ, ut subtrahamus nos a fide. Quasi dicat: non debemus apostatare, ut subtrahamus nos, sed in melius proficere. In numero eorũ se ponit Apostolus, ut magis suadeat: & nõ dicit esse tales quales nõ uult eos esse, ut blãda monitione retineat eos, ne subtrahant se, qa nõdum prorsus apostatauerãt, sed partim adhuc in fide manebant.i. partẽ fidei retinebant. Nõ sumus, inquit, *subtractionis filij*.i. apostasiæ ducentis nos *in perditionẽ*, sed sum⁹ filij fidei ducẽtis *in acquisitionẽ animæ*: hoc est, nõ sumus geniti ab apostasia trahente filios suos in perditionem, sed fides genuit nos, ducẽs in acquisitionem animæ, ut per fidem acquirat unusquisq; nostrum animam suam, non per subtractionem perdat. Nam sicut fide acquiritur anima, sic subtractione perditur. Acquiritur, ut libera possideatur a nobis in ęterna beatitudine, ne per subtractionem transeat a nostra potestate, & fiat in tormentis possessio dæmonum.

CAPVT XI.

*Est autem fides sperandarũ substantia rerũ, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.*

Quia isti multum duri erant ad fidẽ, ideo prolixum de fide tractatũ facit Apostolus, ut eorum duritiam prorsus ad fidem inclinet, ostendẽs D omnes sanctos patres eorum per fidem placuisse Deo Dixi uos esse filios fidei. Quæ fides non est earum rerum quę uidentur, sed earum quę non uidentur, & quæ sperãtur. Sed *fides est substantia sperandarum* rerum.i. fides est causa quare res sperãdæ quãdoq; subsistẽt in nobis, hoc est, causa nobis est consecutionis æternarũ rerum, quæ modo sunt sperandæ & desiderandę, & proprie dicitur fides esse substantia sperãdarum rerum, qm̃ eis substat. Nam sicut substãtia substat formæ eam esse faciendo, sic fides sperandis rebus eas in nobis ponendo. Res sperandę sunt, gloria, beatitudo, requies, æternitas, & huiusmodi: et istarũ substantia dicitur esse fides, quia iam facit eas substare in corde nostro per certitudinem credulitatis. Facit eas substar͂.i. esse uel quasi sub aspectu nostro stare, & ĩmobiles utpote æternas, permanere. & est eadem fides *argumentum rerum non apparentium*.i. certitudo rerum quæ non apparent, & (siquis de eis dubitet) probatio sicut adhuc futura probatur resurrectio, qm̃ ita credidere prophetæ & apostoli & cæteri sancti. Nam ea qñ nõ apparẽt, uel p̃terita sũt, sicut de creatione mũdi: uel præsentia, sicut de domino Iesu sedente ad dexteram patris: uel futura, sicut de die iudicij. Et horum omnium est argumentum.i. certitudo & probatio fides. Eorum ergo fides est argumentum, quæ apparere non possunt. Quę enim sunt apparentia, fidem non habent, sed agnitionem. Nam et si dicuntur credi quæ uidentur, sicut dicit unusq́sq; oculis suis se credidisse, non tamẽ ipsa est fides quę in nobis ędificatur. Sed ex reb⁹ quæ uidentur, agitur in nobis ut ea credantur quæ non uidentur, sicut *Ioan. 20.*
Thomas hominem uidit, & deum credidit. Est itaq; fides substantia.i.

A fundamentum & firmitas & essentia sperãdorum bonorum: & est argumentum non apparentium.i. certa & rationabilis probatio inuisibiliũ ac prę̃mõstratio futurorũ. Argumentum.n.dicitur esse ratio dubiæ rei faciens fidem. Vere fides est substantia sperandarum rerum .i. substare faciens eas in corde fideliũ, ac per hoc iustificans cor eorum, quia *in hac fide consecuti sunt* à domino *senes testimonium* iustitiæ, quia Deus ipse testis fuit puræ conscientię ipsorum & testatus est eos esse iustos, sicut & ad Noe dixit, Te uidi iustum coràm me in generatione hac. & si per

Gene.7. fidem consecuti sunt testimoniũ iustitiæ, iustitia uero causa & meritũ est futurorum bonorum, tunc fides est substantia sperandarum rerum. Senes autem dixit antiquos patres, quia morum & fidei maturitatẽ habuere, & priscis temporib⁹ fuerũt. Vnde constat fidem nõ esse rem nouam, nec deserendam, sed tenẽdam, quam tenere antecessores, & per quam iustificati sunt, & bonitatis suæ testimonium, quod quærebant, à Deo per eam consecuti sunt.

*Fide intelligimus aptata esse secula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent.*

Gene.1. Probat quòd fides est argumentũ rerum non apparentium. Nam fide intelligimus aptata esse tẽpora &c. Vel quasi illi dicerent, quõ rebus futuris possumus fidem adhibere, cũ nullus eas uideat, ostendit à simili quia de futuris bene potest fides haberi, qm̃ habetur de præteritis, quæ cum fierent, nemo uidit, & tñ creduntur esse facta. Non.n. uidimus quod deus mũdum fecerit, & tamẽ credimus quia fecerit. Nam cũ non uidissemus eum hæc operantem, fide tñ *intelligimus secula* .i. oĩa quæ sunt transitoria, *esse aptata*.i. apte qualitatibus & formis assumptis composita *uerbo* & sapiẽtia *Dei* quæ Christus est, qm̃ omnia per ipsum facta sunt. B sic aptata, *ut ex inuisibilibus fierent uisibilia*.i. ex informibus elementis forma Actu.1. ta. Nam anteq̃ formæ darentur rebus, tenebrę erant & inuisibilia elementa, sed in eorũ separatione nata est lux. Informis.n. materia, quã de nihilo fecit deus appellata est primo cœlum & terra. Et dictum est, in principio fecit Deus cœlũ & terram, nõ quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat. Omnia.n. elemẽta confuse tenebantur in illa informi materia, quæ chaos ab antiquis dicta est, & de qua formata sunt uniuersa. Tuncq; cedentibus tenebris, per exortum nouæ lucis sunt facta uisibilia, quæ prius uideri non poterant. Vel ex inuisibilibus facta sunt uisibilia.i. ex intellectuali mũdo uisibilis. Inuisibilis enim mundus in sapientia Dei erat, & ad cuius similitudinem factus est iste uisibilis, & hæc omnia fide intelligimus ita esse facta.

*Fide plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est, esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur.* Gene. 4. Matth.23.

Modo per partes ostendit, qũo senes fide cõsecuti sunt testimonium suæ probitatis, et incipit à primo iusto, qui propter fidem suam iustus est inuentus, & exemplum iustitiæ ac fidei nobis est factus. Vere senes in fide testimonium sunt adepti. Nã *Abel* primus hoc consecutus est, qui *fide*.i. per fidem *obtulit Deo plurimam* .i. pluris pretij uel magis acceptabilẽ *hostiam quàm frater eius Cain, per quam fidem consecutus est testimonium esse iustus*.i. quod esset iustus, *Deo perhibente testimonium muneribus eius*, dum ea se recipere demonstraret, mittens ignem de cœlo qui ipsa consumeret. Nam dum munera Cain non inflammauit, & munera Abel cœlitus igne misso combussit, præclare testimonium dedit

C eisdem muneribus quod ea suscepisset, & quod oblator eorum iustus esset ac fideliter obtulisset. Tale testimonium adeptus est per fidem dū uiueret. *Et defunctus loquitur adhuc per illam*. i. monet omnes posteros exemplo suæ fidei, ut fidem cū bonis operibus habeant. Vel quia adhuc recitatur scriptura, ī qua Deus ad Cain dicit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ille enī clamor sanguinis, est locutio defuncti. Vel defunctus loquitur. i. facit nos loqui de se defuncto, qa est nobis materia loquendi, ut de eius magna fide cæteris demus exemplum. Non enim mors extinxit famā fidei, sed potius ubiq; diuulgauit.

Gene. 4.

*Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & nō inueniebatur, quia transtulit illum deus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere. n. oportet accedentem ad Deū quia est, et inquirētibus se remunerator sit.*

Eccle. 44. Gene. 5.

Alterius senis exemplo habenda est fides. Nam *Enoch fide translatus est*. i. quia fidem habuit & iustitiam tenuit, trāslatus est in paradisum, unde Adam eiectus fuerat. Translatus est ideo, *ne uideret mortem*. i. ut non, solum non sentiret in seipso mortem, sed etiam in alio nō uideret eam, utpote remotus procul à terra morientium, & habitans in regione uiuentium. Nam nō est ita translatus, ut in aliam terrę partē hominibus inhabitabilē poneretū: sed ita potius, ut ab omni societate mortalium separaretur. *Non enim inueniebatur* cum à suis per multa loca diligenter quæreretur. Ideo scilicet non poterat inueniri, *quia transtulit illum deus*, qui ipsum occultare potuit, ne à quoq; inueniretur. Posuit nanq; illum in aliqua secreta regione, ubi in magna carnis ac spiritus quiete uiueret, donec circa finem seculi cum Elia ueniat reliquias Israel ad fidem cōuertere. Vere propter meritū fidei trāslatus est. Nam *ante translationem habuit testimonium placuisse deo*, quia sicut scriptura refert, Ambulauit Enoch cū Deo, & uixit Enoch postq; genuit Matusalem, trecentis annis. Valde enim placuit Deo, quia tam sancte uixit, ut per uiam iustitiæ trecentis annis ambularet cum Deo. Et quia Deus tantum fecit eum ambulare secum in uia rectitudinis, euidēs illi testimonium perhibuit qa sibi placeret. Ipse habuit testimoniū quia placeret Deo. Sed *sine fide impossibile est placere Deo*. i. nullus ad hoc unquam promoueri potest, ut Deo placeat, nisi meritum fidei pręcedat. Patet ergo quia et Enoch per fidem placuit, atq; per fidem trasferri meruit. Fides enim ista quæ sic laudatur ab Apostolo, ea debet intelligi, quę per charitatem operatur. Et uere nullus Deo placebit, nisi meritum fidei pręmiserit, qa *accedentem ad deum oportet credere*. id est, quisquis Deo uult propinquare ut ei proximus fiat & ei placeat, necesse est ut primo fidem habeat, quoniam fides est primus gradus, in quo mentem quis constituit qui ad Deum accedere itendit. Credere eum oportet *quia deus est*. id est, quia ipse solus proprie habet esse, sicut Moysi loquitur: Ego sum qui sum. Cætera. n. uerum esse non habent, quia sunt mutabilia. Sed ipse solus est, qui nūquam mutatur, sed semper est quod est: & quisquis uarietatem suæ mutabilitatis superare cupit, ad Deum accedat, & credat quia ipse est īcommutabilis, & sibi adhęrentes liberat à mutabilitate. Hoc oportet eum credere, & etiam qa sit *remunerator inquirentibus se*. i. illos in futuro muneribꝰ ponat, qui nūc per ea quæ faciunt, deum solum inquirunt. i. in cordis intentione quęrunt: hoc est, nihil aliud quærit intētio cordis ipsorum, nisi Deum ex operibus D

Gene. 5. Gala. 5. Exodi. 3.

C operibus quæ foris ostēdunt,& qđ tales ab eo remunerent, debet crede re quisquis ad eum uult accedere.

Gene. 6. *Fide Noe accepto respōso de his quæ adhuc nō uidebantur, metuens, aptauit, arcam in salutē domus suæ, per quam damnauit mūdum: et iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus.*

Refert Iosephus Adam prædixisse exterminationem rerū omniū, unā ignis uirtute, alterā uero aquarū multitudine fore uenturam: & inde forsitan Noe Deū cōsuluit, & respōsum accepit qa diluuiū uenturū tūc esset, atq; iussum est ei ut arcam construeret. Qui fideliter Deo credidit, et sibi īperata pfecit. Itaq; *Noe accepto diuinitus responso fide*, id est, per fidem *metuens de his quæ adhuc nō uidebātur*, id est, de inūdatione diluuij, quæ nondū perpendebat: qa & aer adhuc serenus erat, nec aliqđ hui⁹ rei signū apparebat, *aptauit*, id est, aptam composuit *arcam in salutem domus suæ*, idest, ut per eam saluaret à diluuio suam uxorē & filios cum uxorib⁹ eorū. In eo quod ponit, metuens de his quę non uidebant, cōmendat fidē eius, qui iam metuebat quæ nōdum uidebat, credens ea quę Deus sibi prędixerat. Sic & nos omnia quæ Deus fore promittit aut minat, indubitanter fore complēda credere debemus, et eius mādatis in præsenti deseruire, si exemplo sancti Noe uolumus ad salutem pertīgere. Cum enim nullū signū futuri interit⁹ uideret, sola Dei uoce audita, credidit futurā mūdi submersionē. Nos uero multa signa finis seculi & futuri iudicij uidem⁹, et tñ raro īueniē qui de illo iudicio nūc sic metuat, ut sctūs Noe de diluuio formidabat. Aptauit arcā, *p quā damnauit mundū*, qa tāto maius pctm habuerūt hoies, quāto maiorē eius in fabricanda arca instantiā uidebāt, & nō credebant. Cū .n. uiderent eū per centū annos in cōstructione arcę laborare, deberent futuros casus aīaduertere, et ad pnīam confugere. Qđ qa non fecere, grauiorem sibi dānationem acqsiere. & hęc est prima laus fidei, qa mundū incredulum dānauit: *& institutus est à Deo hæres iustitiæ, quæ est per fidē*, et post diluuiū hæreditario iure obtinuit religiosos mores, quos fides gñat: et quos āteccessores eius qui iusti fuerāt, habuerāt. Idcirco .n. factū erat diluuiū, ut finis imponeret uitijs, & iustitia quā Abel et Enoch & cæteri sancti tenuerāt, pmaneret, et huius hęres fact⁹ est btūs Noe. Et ita cōsecut⁹ ē ī fide testimoniū, qa iustitiā fidei hęreditauit.

Gene. 12. & 13. *Fide qui uocatur Abraham obediuit in locum exire, quē accepturus erat hæreditatem, & exijt, nesciēs quò iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquā in aliena, in casulis habitādo cū Isaac et Iacob, cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.*

Adhuc p exemplū ostēdit q̄ fides sit hñda, & qđ ī ea senes testimoniū sint adepti, qm̄ ille q prius uocabatur Abram, & post à Deo uocat⁹ est Abrahā, dat nobis exemplū fidei. Nā fides causa fuit augmētationis uocabuli eius ut qui prius dicebaē Abrā, id est, pater excelsus, post accipiens pmisionem q̄ oēs gentes fidē eius essent secuturę, et prēm eū habiturę, uocaretur Abrahā .i. pr̄ uidēs multitudinē: qa fact⁹ in fide pater credētiū, uidit multitudinē oīum gentiū uēturam ad suam fidem. Et ille qui hmōi causa *uocatur Abrahā. fide obediuit* Deo. nō .n. obediret nisi crederet. Obediuit dicenti. Exi de terra tua & de cognatione tua, & ueni in terrā quam mōstrauero tibi. Sic obediuit exire .i. obediēs exiuit à terra patrū suorū, & uenit *in locū* illū *quē accepturus erat* .i. ī terrā Chanaan, quam erat habiturus *in hæreditatē* in filijs suis, nō in seipso. Et audito dei pręcepto, exijt mox de terra sua, *nesciens quò iret*, sed tantū obedire cupiēs, et credens q̄ esset a Deo cōsecuturus lōge meliora, q̄ reliquebat

Gene. 17.

Gene. 12.

C in patria. Si. n. certū locum sciret ad quē tendere posset, qui certū patriæ locū deserebat, non tam admirādæ fidei eēt. Et si saltē post iueniret uacuū locū, ad quē ducebant, ut possidere terrā illam posset, nō ita cōmēdaret fides ei⁹. Sed iuenit locū Chananæis plenū, & inter eos ut aduena mansit Et hoc est qđ sequit: *Fide demoratus est in terra repromissionis*. i. q̄ sibi nō semel, sed multoties pmissa ē, nō ut possessor, sed ut aduena, *tanquā in aliena* terra, nō tanq̄ i ppria. Fide melioris terræ mo ratus est ut peregrin⁹ in ea, nec rediīt ad paternū solum, sed obedire uolēs, mansit ubi iussum ei fuerat, nō in do

Nota. mibus pōposis et magnis, sed *in casulis* & tuguriīs *habitando*. Nō. n. magna domorū ædificia cōstruebat, sed parua illi sufficiebant tuguria, qm̄ mēs ei⁹ alio tendebat, & ipse semp exulē se credebat, ī quocūq; hoc loco præsentis mūdi posit⁹ esset. Sic habitauit *cum Isaac & Iacob*, quia sicut ex Genesi

Gen. 25. colligit, Iacob qndecim annorū erat qñ mortu⁹ est Abrahā. Et hi duo. s. Isaac et Iacob, cohæredes erāt *eiusdem repromissionis*, qa ad ipsos fecit De⁹ eādē repromissionē terræ Chanaā, in qua cœlestis hæreditas figurabat. Et qua re uelut pauper & aduena morabat in casulis Abrahā cum filio & nepote, nec magnas domos ædificabat? Quia *expectabat ciuitatē*. i. cœlestē patriā Hierl'm supernā *habentem fundamēta*. i. stabilitatē diuersorū præmiorū, quæ nunq̄ deficient uel diruenē, *cuius ciuitatis artifex & conditor Deus est*, qa ipse arte suæ sapiētiæ illā dictauit, & post per rei euidentiam cōdidit. Hoc est, ideo Abraham ita uilis et aduena in casulis habitare sustinuit, qa, nō illam terram optauit, sed æternam ciuitatem, quam ipse Deus et nō homo fecit ac condidit, dari sibi à Deo expectauit.

Gene. 17 8. et. 21. *Fide & ipsa Sara sterilis uirtutē in conceptionem feminis accepit, etiam præter tempus ætatis quoniā fidelem credidit esse eū qui repromiserat.* *Propter quod & ab uno orti sunt, et hoc emortuo* D *tāquam sydera cœli in multitudinem, et sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, & confitentes quia peregrini et hospites sunt* Psal. 38. *super terrā. Qui enim hæc dicunt, significāt se patriā inquirere. Et si quidem illius meminissent, de qua exierunt, habebant utiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. Ideo non confunditur Deus, uocari Deus eorū. Pa* Exo. 3. *rauit enim illis ciuitatem.*

Non solum Abrahā fide probatus est, sed & *Sara*, qa & *ipsa*. i. in ppria psona, nō in uicaria, *accepit fide uirtutem in cōceptionem seminis*. i. facta est uirtuosa ut conciperet, *etiā præter tempus ætatis*. i. quæ uirtutē cōcipiendi in frigido sanguine iandiu perdiderat: et hoc decrepita meruit, cū à iuuentute semp fuisset *sterilis*. Et licet ista duo impossibilia uiderēt. i. sterilitas & lōgæua senectus, tñ et ipsa Sara quæ hæc habebat accepit uirtutē in cōcepionem seminis. i. ut posset cum semine suo capere uirib⁹ caloris semen uiri: qđ fides, nō natura operata est, *quoniā fidelem credidit eum esse qui* pmiserat & *repromiserat*. i. Deum in pmissionibus suis ueracē credidit, & oīa illi possibilia esse non Gene. 18 dubitauit. Pri⁹. n. risit, ets̄i ex gaudio, non tñ plena fide, sed post uerbū dñi solidata est ī fide. *Propter quod*. i. ideo qa Abrahā credidit, & Sara Deū fidelē nō dubitauit *& orti sunt multi ab uno* patre: qđ mirum fuit. qa si tot filīj à pluribus pr̄ibus orti fuissent, nō esset tā mirū. Sed qa tot ab uno orti sūt, ualde mirādū ē. et qđ ē mirabil⁹ *hoc emortuo*. i. ex toto scđm naturā senectutis mortuo, qm̄ uiscera illi⁹ mortua et frigida erāt, nec semē emittere poterāt. Emortuū nāq; non ad oīa, sed ad aliqd: hoc ē, ad gñandū itelligere debemus eum fuisse. Si enim ad omnia mortuus esset, non iam senex, sed defunct⁹ esset. Et de tali orta est īnumera multitudo. Vel ab uno utero Saræ

A orti sunt. Orti sunt ab uno, & hoc emortuo. Emortuo, quãtũ ad senio rẽ maritum. Si.n. fœmina ita sit ꝑuectioris ętatis, ut ei solita mulierũ adhuc fluãt, de iuuene parere põt, de seniore nõ põt: q̃uis adhuc possit ille senior sed de adolescentula gignere, sicut Abrahã post mortẽ Sarę de Cethura potuit, quia uiuidã ei⁹ iuenir ætatẽ. Sed Sara sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta, pp qđ iã parere nõ posset, etiã si sterilis nõ fuisset. Verũ cõtra hæc oĩa operata est fides, ut sterilis & emortu⁹ uter⁹ Sarę conciperet ex seniore emortuo. Et sic non à pluri, sed ab uno: et hoc non iuuene, sed emortuo senectute, ut maius esset miraculũ, orti sunt filiĩ, procedentes *in multitudinẽ tãquã sydera cœli*. i. qui luce sanctitatis et sui multitudĩe cõparanĩ syderib⁹, qa et clari sunt et innumeri: *& sicut arena quæ ẽ ad oram maris innumerabilis*. i. qui grauedine & infructuositate atq; istabilitate & multitudine cõparantur arenæ. Quid uero p mare nisi gẽtilitas designatur? Et qd p oram maris, nisi uicinus ritus gentilitatis? Quidã uero Iudęorũ instabiles erant ad oram maris, & nõ in ipso mari, dũ adhærerent ritui gentiliũ, puerse uiuẽdo et idola colendo, nec tñ Gentiles essent, qa circuncisi erant. Isti nõ ex fide Abrahę uel Sarę tales erãt, sed ex ꝓprio uitio. nõ.n. fides meruit tales filios habere, sed ipsi postq̃ fuerant ab eo geniti, degenerabãt ab ei⁹ fide & ꝓbitate p negtiã suã. Nihil ergo mali ꝓmeruit unq̃ fides. Quod aũt subditur, *iuxta fidẽ defũcti sũt oẽs isti*, de illis solũmodo q stellis cõparãĩ, intelligendũ ẽ, nec solũ de filiĩs, sed de ipsis patriarchis. Nã oẽs isti nõ ad horã habuere fidẽ, sed semp eã usq; ĩ finem tenuerũt & sẽmp iuxta eã uixerũt, ac iuxta eã defuncti sunt: qa & dũ uiuerent, semp suos mores ut fides exigit, in religione duxerunt: & dum morerentur, ꝓmissiones diuinas expectauerunt, sicut Iacob moriens dicebat, Salutare tuũ expectabo dñe. Isti oẽs nõ elongati à fide p dubitationẽ, uel per malã operationẽ sed iuxta eã ꝑsistentes, defuncti sunt, *nõ acceptis in terra repromissionibus*: & ideo expectabãt eas ĩ cœlo, qa deũ qui ꝓmiserat, sciebãt esse fidelẽ. Credebãt.n. ipsas ꝓmissiones nõ esse factas de terrestribus, sed ꝓmissa sperabãt de cœlestib⁹. Et ĩ hac fide moriebanĩ. Per hęc oĩa monet Apl's Hebræos ut incõcussã fidẽ exemplo patrum teneant, si se filios eorum recognoscunt. Nondum acceptis repromissionib⁹ moriebantur *sed aspicientes à lõge eas salutãt*. i. oculis fidei cõsiderãtes, qa post mortem eas erãt adepturi, non tñ protinus, sed post longa tempora in aduentu Christi, qui regna cœlorũ paratur⁹ erat. Descendebant tunc.n. oẽs iusti in infernum, ibiq; quiescentes, expectabãt redẽptoris aduentum. Et hoc est qđ in obitu suo aspiciebãt nõ de prope, sed de longe supnas ꝓmissiones, qa desiderium suę cõsiderationis in longũ ad eas percipiendas extendebãt, et salutabant eas. i. multũ optabant in qbus salutem cõsequi credebant. Vel salutabant eas. i. applaudebant eis hilares. & est dictum ad similitudinem nauigãtium, qui longe uisis ciuitatibus ad quas tendunt, salutãt præ gaudio. & qa promissiones cœlestis patriæ post mortẽ expectabãt, ideo erãt *cõfitentes quia peregrini sunt super terram*. i. nõ in ꝓpria terra degentes. Et qa possent esse peregrini, sed tñ diu pmanẽtes, ut excludatur diuturna mãsio, subditur, *& hospites* Hospes.n. dicitur ille, q stati recedit, nec diu manere quęrit: pegrinus uero, q in propria terra non moratur, etsi diu in aliena maneat. Et ita per hoc quod se dicebãt peregrinos, ostenditur qa æstimabant se in alieno de- B Gene. 46.

C gere: per hoc qđ se fatebant hospites, apparet qa credebant se cito recessu ros, & horā mortis quotidie suspectā habebāt. Nam qđ se peregrinos & hospites faterent, nō solū ex Apli snia, sed & ex uerbis eorꝝ patet. Dixit.n. Iacob Pharaoni: Dies pegrinationis uitæ meæ centū trigīta ānorꝝ sunt, parui & mali, & nō peruenerunt usq; ad dies patrū meorꝝ, qbus peregrinati sūt. Sed neq; pr̄iarchas ideo pegrinātes fuisse dictos ęstimet, qa in terra promissionis uelut i aliena morati sunt qm̄ nec ipsi nec filij eorꝝ adhuc illā in hęreditatē percepe rāt, attēdat quid Dauid qui regnū i ea tenebat, ait dño: Qm̄ aduena ego sū apud te, & peregrin⁹ sicut oēs patres mei. Hęc itaq; sanctorꝝ patrum pegrinatio illa erat, de q̄ dicit Apl's. Quandiu sumus in corpore peregrinamur à dño. Hac ratione se dicebāt peregrinos & hospites, quandiu super terrā erant .i. donec corpora eorū sub terra sepelirent, & animæ ad extra migrarent. Vel super terrā existentes, qa terrena cōculcabant. Vnde cōstat ꝙ exules se credebāt et patriam ingrebāt, ex qua ciues iam erant. *Qui enim hac dicunt*, scilicet qui se fatentur peregrinos & hospites, hæc dicēdo, *significant se inquirere patriā*. Ad hoc cōfitebantur se esse peregrinos, ut significarēt se in oībus quæ agebāt, ulteram pr̄iam quærere, & ad eā pio gemitu suspirare. Et nequis putaret ꝙ illā de qua exierāt, quærerent, subditur: Et siquidē illius &c. Quasi dicatur: Ipsi quęrebāt patriā. *Et si illius quidem* patriæ *meminissent, de qua exierunt*. i. si recogitarēt terram suę natiuitatis et illam desiderarēt, ac se peregrinos respectu illius dicerēt, *habebant utiq; tēpus* & spatium *reuertendi* ad eam, & nullus eis obsistebat in redeundo. Sed quia illuc non redierunt, patet quòd aliam patriā quęsierunt. Ad illam redissent, si illā quærerēt.

Gen. 47.

Psal. 38

2. Cor. 5.

*Nunc autem* cum cōstet quòd illā non quęsierūt, apparet quia *appetiit*.i. appetierunt *meliorem* patriam. i. cœlestē. Ideo scilicet quia nō in terra cor posuerant, sed ad supernā patriam totis desiderijs anhelabāt, *non cōfunditur, Deus*. i. non erubescit *uocari Deus eorum* dū dicit, Ego sū De⁹ Abraham, De⁹ Isaac, Deus Iacob, hoc mihi nomē ē in æternum. Erubescere.n. pōt aliqs dñs, cū dicitur inutilē seruū habere. Sed si bonū seruū habuerit, per illū honorat. Si Deus uocaretur Deus Cain, sicut uocatur De⁹ Abraham, nō honor, sed dedecus esset ei ex tali seruo. Sed qa tres isti patriarchæ optimi serui fuerūt, idcirco Deus ex q̄dā familiaritate et priuilegio uoluit De⁹ eorꝝ uocari, tanq̄ istorꝝ solorꝝ esset De⁹, qui Deus est uniuersę creaturæ, non frustra utiq; tantū eis tribuens honorē, sed qa nouerat in eis syncerā præcipuamq; charitatē, & qa in ipsis tribus consūmauit mirabile sacramenrū futuri populi. Per liberas .n. genuerunt & in libertatē, ut per sarrā Isaac: & in seruitutē, ut per Rebeccā Esau, cui dictū est, Eris seruus fratris tui: & per ancillas nō solū in seruitutē, sicut Ismaelē per Agar, sed etiam in libertatē, sicut Dā ac Neptali per Balam, & Gad, ac Aser per Zelphā. Ita & in populo Dei p spiritales uiros nascūtur ad fidem nō solum in libertatē laudabilē, qui eos imitātur, quibus dicitur, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: sed etiam in damnabilem seruitutem, sicut per Philippum Simō Magus, & per carnales nascūtur nō solum in damnabilē seruitutē q eos imitantur, sed in laudabilē libertatē, quib⁹ dicitur, Quę dicūt, facite: quę aūt faciunt, facere nolite. Hoc sacramentū quisqs in pplo Dei prudēter agnouerit, unitatē spūs i uīculo pacis usq; i finē, qbusdā cohęrēdo, quosdam tolerādo, custodit. Propter huiusmodi

D

Exo. 3.

Gene. 27.

Gene 30.

1. Cor. 4. & 11

Actus. 8.

Matth. 23.

A iusmodi causas uoluit Deus uocari Deus istorum patriarcharum, in quorum posteritate premonstrata est omnis propagatio bonorum et malorum qui sunt in ecclesia. Nec mirum si Deus eorum uocari dignatur, qui Deus est angelorum: quia parauit illis ciuitatem .i. cœlestem Hierusalem, in qua illos exciperet, & non erubescit de illis quia coci ues angelorum sunt. In illis.n. honoratur, sicut econtrario de malis blasphematur.

Bis. 52. Hiere. 36.

Gene. 22. *Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac uocabitur tibi semen, arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus. Vnde eum & in parabolam accepit.*

Gene. 21.

Rursus exemplo Abrahæ est hnda fides, quia ipse tantam fidem habuit, ut & filium offerre paratus esset, & tamen promissionem de semine in eo sibi diuinitus factam non dubitaret esse ueram. Non .n. hæsitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non speratus. Tentabat eum Deus .i. ipse qui eum nouerat, ostendebat quis esset ad exemplum aliorum. Qui *fide* accensus, *obtulit* sup altare *Isaac* quem plus diligebat: non Ismaelem, qui ex ancilla natus erat. Et quem ex libera coniuge unigenitum habebat, hunc offerebat, *in quo* et promissiones posteritatis *susceperat*, cum ei diceretur, quia in Isaac uocabitur tibi semen. Licet .n. Isaac esset ei unigenitus, nec alium haberet, per quem adimplerentur promissiones seminis, in neutro tamen dubitans, filium obtulit, nec de promissionibus dubitauit. *ad quem dictum est* a Dño, non ad alium ut diceret ei .i. non per alium mandauit, sed per seipsum Dñs dixit ei, *quia in Isaac uocabitur tibi semen*, .i. in posteritate Isaac erit uocabulum seminis tui, quia uocabuntur filij tui, qui ex Isaac descendent. Ismael namque & Esau & filij Cethuræ cum ex Abrahæ stirpe sint, non tamen in filios reputantur. Ipse Deus in solo Isaac promisit Abrahæ posteritatem. Esset .n. minus authentica promissio, si alij Deus hanc loqueretur, & ille post nunciaret Abrahæ. Qui tamen iussus offerre Isaac,

Gene. 21.

non sibi fecit quæstionem quasi de contrarijs & sibi aduersantibus uerbis Dei, ut diceret, Promiseras mihi in Isaac semen, et nunc Isaac iubes occidi. Sed erat in corde eius semper fides inconcussa & nullo modo deficiens. Cogitauit .n. quia qui dederat, ut ille cum non esset, nasceretur de senibus, poterat etiam de morte reparare. Et hoc est quod Apostolus subdit: *arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est Deus*. i. non solum ab immolatione potest illum eruere ne occidatur, sed & post occisionem uitæ restituere. Credebat .n. quod uel Deus illum ab imolatione eriperet, uel imolatum protinus suscitaret, sicque promissionem de futuro semine sibi in eo compleret. Quod in uerbo eius patenter ostendit, cum dicit pueris: Expectate hic cum Asino, ego & puer illuc usque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad uos: Non .n. dixit, Reuertar ego ad uos: sed, Reuertemur ego & puer, *Vnde*. i. quia tam firmiter in omnibus credidit, *accepit eum* ab altari illæsum, quia imolatus non est, Accepit eum *& in parabolam* i. in similitudinem Christi, cuius diuinitas impassibilis mansit, licet humanitas passionem sustinuerit. Abraham .n. filium unicum ducens ad imolandum, significauit Deum patrem, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Isaac sibi ligna ad uictimæ locum, quibus fuerat imponendus ipse, portauit, sic et Xps crucem suam. Isaac ligatus est & altari suppositus, quia Xps quoque ligatus est in passione & cruci impositus. Isaac de altari abscessit illæsus, sed aries pro eo est imolatus: quia (sicut diximus) diuinitas Christi mansit impassibilis, quæ per Isaac designata est, sed humanitas eius quam figurauit aries, morti subiacuit. Qui .s. aries, inter uepres hærebat cornibus, quia Christus inter iniquos & peccatores, qui per uepres signati sunt, ita crucifixus est, ut manus eius transfixæ clauis adhærerent cornibus

B

Gene. 22

Roma. 8

C crucis, sicut scriptum est, Cornua in
Haba.3. manibus eius. Similiter & extera de
immolatione Isaac ad Christi passio
nem mystice sunt referenda.

Gen.27. *Fide et futuris benedixit Isaac Iacob et Esau.*
48.40. *Fide Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph bene dixit, et adorauit fastigiũ uirgæ eius. Fide Ioseph moriens, de pfectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.*

Abrahã sic ꝓbatus est in fide. Isaac
etiã *fide benedixit de futuris* filios suos Ia
*cob et Esau*. i. bñdictione imprecatus ẽ
illis bona, in futurꝫ credens qđ ita il
lis uentura forent. Nam Iacob bñdi
Gen.27. cẽdo dixit: Det tibi Deus de rore cœ
li & de pinguedine terræ abũdantiã
frumenti et uini &c Et rursum Esau
ꝓmisit: In piguedine terræ & in rore
cœli desup erit bñdictio tua &c. Ni
si ergo sic crederet hęc illis uẽtura, ne
quaq̃ solẽni benedictione ꝓmitteret
ea. Iacob quoq; moriens cũ alia oĩa
obliuioni traderet *fide benedixit duos filios Ioseph*, Ephraim et Manassen, dans
cuiq; ꝓpriã bñdictionẽ qua credidit
Gen.47. eis ꝓfuturꝫ. *et adorauit fastigium uirgæ eius.*
Hoc in ueteri trãslatione ibi reperit,
ubi nos i noua legimus, q̃a adorauit
Israel Deum, cõuersus ad lectuli ca-
put. Sãctus. n. et Deo deditus uir, op
pressus senectute, ita positũ habebat
lectulũ, ut ipse iacẽtis habitꝰ absq;
difficultate ad orõnẽ esset. Sed scdm
aliã trãslationẽ adorauit sup caput
uirgę eiꝰ. i. filij sui, uel sup cacumẽ uir
gę eiꝰ. Et itelligit̃ q̃a tulerat à Ioseph
uirgã eius, & sup caput eiusdẽ uirgę
quã tenebat, iclinauit se ad Deũ ado
randũ. Sed Apl's sensũ nr̃um ad itel
ligentiã mysticã trahens nõ dicit qđ
ille adorauerit sup cacumen, sed po-
tius ipsũ cacumen & fastigiũ uirgę
eius. Virga. n. Ioseph quã ipse uelut
sceptrũ gerebat ad designationẽ po
testatis suæ, q̃ dñabat in tota Ægy-
pto, uirgã potentiæ Christi p̃figura
bat, qua ipse regnaturus erat i toto
mundo. Et p Ioseph xp̃s pręsignaba
tur, p fastigiũ aũt uirgæ eius, celsitu D
do regalis potentiæ Christi, de qua Psal.44
dictum est, Virga directionis uirga
regni tui. Recta itaque fide adorauit
fastigiũ uirgę filij sui, significans q̃a
se tota deuotione substernebat subli
mi imperio Christi, quem ex sua cat
ne nasciturũ p̃uidebat. Nam si i Io-
seph Xp̃m non intellexisset, nõ esset
dicenda fides, si fastigiũ uirgæ illius
adorasset. Sed & ipse *Ioseph moriens, fide memoratus est de pfectione filiorum Israel*, di-
cẽs: Post mortem meã uisitabit uos Gene.50.
deus, et ascendere faciet de terra ista
ad terrã quã iurauit Abrahã, Isaac et
Iacob. Hoc à patre suo audierat, &
nunc moriens fide memorabat. Nisi
enim ita futurꝫ crederet, nõ memora Ibidem.
ret. *Et de ossibus suis mãdauit* dicẽs: Aspor
tate uobiscũ ossa mea de loco isto.
Et hoc quoq; fide mandauit, q̃m cre
debat xp̃m i terra ꝓmissionis nasci-
turꝫ, et post passionẽ resurrecturꝫ, &
cũ eo resuscitari cupiebat iter cæte
ros sctõs, q i eiꝰ passiõe resuscitandi
erãt. *Fide Moyses natus occultatus est mẽsibus tribus à parẽtibus suis, eo quòd uidissẽt elegantẽ infantem, & non timuerunt regis edictum.* Exo.2.

Adhuc exẽplo senum hñda est fi
des, q̃m *Moyses natus occultatus est fide* parẽ
tum *tribus mẽsibus*, q̃a uidebant elegan
tem paruulũ. Credebãt. n. Deum fa
cturũ aliqd magni per eum, cũ esset
adeo elegantis formæ. Q̃m ab ortu
fuit illi isusa magna grã uenustatis,
non natura, sed dono Dei. *Et ideo nõ ti muerunt edictũ regis*, qui iusserat oẽs ma
sculos infantes Hebręorꝫ mox ut na
ti essent iterfici, sed fide cõfisi i Deo, Exo.12.
seruauerunt puerum.

*Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligẽs affligi cum populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Aspiciebat. n. in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum: nõ ueritus animositatem regis. Inuisibilẽ enim tanquã uidens sustinuit. Fide celebrauit pascha et sanguis* Exo.

A nis effusionem, ne qui uastabat primitiua, tãgeret eos. Fide trãsierunt mare rubrũ tanquam per aridam terram, quod experti Aegyptij, deuorati sũt. B

Exo. 14.

Adhuc exempla fidei prælucent ĩ Moyse. Qui cũ esset puer, adoptatus est in filium à filia Pharaonis, quę iuxta Iosephũ uocabat Thermur. nec habebat legitimã prolem. Et ideo uolebat ut Moyses post patrẽ suũ, succederet in regnũ. Moyses uero cũ excreuisset, fide succẽsus, & regnũ Ægypti despiciens, negauit iuxta Apostolũ se esse filium filiæ Pharaonis, & reiecit regiã dignitatem, magis. i. potius eligens affligi & iniurijs subijci cum populo Dei, qui seruiebat in luto & latere, quàm habere iocunditatem temporalis ac transitorij peccati. hoc est fide suadente maluit & super omnia elegit affligi ꝑpter Deũ ad horam, ꝙ iucunditatem eoꝝ, in quibus erat peccatum & quæ cito transeunt, uiuere. Peccarum. n. putauit, se lætari in aula, dum fratres sui affligerentur. Non tamen in libris Moysi refertur, quòd negauerit se filium filię Pharaonis, sed eo tpe id fecisse nõ dubitatur, quo fecit & qđ ibi legimus, & postꝙ creuerat, egressus est ad fratres suos filios Israel, & uidit afflictionem eoꝝ, ipse, dico, æstimans improperium Christi esse diuitias maiores thesauro Aegyptiorum. Improperium Christi. i. quod pateretur pro Christo, uel quod significaret improperium inferendum Christo post longa secula, uel quod sustinuit à suis, sicut & Christus post à suis. Hoc improperiũ magis elegit ipse, & minus credidit operibus Ægyptioꝝ, qa per id æternis diuitijs se locupletari credebat, si pro Christo contumelias & opprobria sustineret. Nã aspiciebat plena fide in remunerationem æternam, quã Christus pro se patientibus erat daturus: hoc est, idcirco elegit esse pauper & despicabilis tẽporaliter apud homines, quia sursum cor habebat, & de æternis honoribus cogitabat, quos se per paupertatẽ & patientiam adepturum sperabat. Et etiam fide reliquit Aegyptũ, educens inde filios Israel, quia credebat quod bene euaderent, non ueritus animositatem regis, qui cõtra eũ indignationem magnam conceperat, sed de auxilio Dei confidens, subtraxit à iugo illius populũ Israel. Et uere fide non ueritus est regem. Nam sustinuit, id est, non corde fractus, sed ut uere fortis sustinuit, id est, sursum in suę mentis cõstantia tenuit inuisibilem, id est, Deum quem non uidebat, tanquam uidens, id est, ac si eum præsentem ibi cerneret. Miles enĩ accuratius pugnare solet præsente rege ꝙ absente. Sed Moyses pro Deo quem nõ uidebat, ita pugnauit, & ita eũ sustinuit, id est, auxilium eius expectauit, ac si corporeis oculis eum coràm se uideret præsentem & adiuuantem. Vnde & ei nihil ore promenti dictum est à domino, Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, qui tacebat ore, quia pijs desiderijs ipse auxilium maiestatis implorabat & expectabat. Et antequam reliquisset Ægyptum, celebrauit pascha, & hoc fecit fide, id est, celebrẽ & festum duxit trãsitum, uel potius noctem egit pro pascha, id est, ꝓ transitu de Ægypto, quia non dubitauit quin reuera transituri essent. Et ideo fide lætificatus, antequã exirent, pro transitu suo celebre festum egit. Celebrauit enim pascha, id est, celebrẽ & cõmunem fecit agni comestionem, quæ uocabatur Pascha, id est, transitus, quia fuit causa transitus eorum de seruitute in libertatem. & sanguinis effusionem fide celebrauit, ne angelus qui uastabat primitiua, id est, ꝙ interficiebat primogenita Ægyptiorum, tangeret eos, quia pro certo credebat, quod angelus percussor non ingrederetur domos illas, quæ haberent in superliminari & in utroꝗ poste sanguinem agni. Fide etiam omnes filij Israel transierunt mare rubrum ita illęsi, tanquã si irent per aridam & siccam terram, quia credi

Exo. 14.

C derunt deū ita eos posse educere per
mare, sicut p siccum. *Quod.s.transire*
mare *experti* et uolentes facere Aegy-
ptij, q nec partē fidei habebāt, *deuora-*
*ti sunt* ab aquis,.i.oīno absorpti. Vel
expti utrum fide, an casu fieret ille
transitus, deuorati sunt gurgitibus.
Si.n.casu transirent Israelitę, similē
transitum haberent Ægyptij Sed qa
talem uiam illis fides parauerat, id-
circo infideles in ea perierunt.

*Fide muri Iericho corruerunt circuitu dierum*
Iosue.6. *septē. Fide Rahab meretrix nō perijt cum incre*
Iosue.2. *dulis, excipiens exploratores cum pace.*

&.6. Non solum mare diuisit fides, sed
et muros Iericho pręcipitauit. Nā
dn̄s iusserat. Circuite urbem cuncti
bellatores semel per diem. Sic facie-
tis sex diebus. Septimo autem die
sacerdotes tollēt septem buccinas,
& pręcedent arcā fœderis, septiesq́
circuibitis ciuitatem, & sacerdotes
clāgent buccinis. Cumq́ insonuerit
uox tubæ longior atq; concisior, &
in auribꝰ uestris increpuerit, concla
mabit omnis populꝰ uociferatione
maxima, & muri funditus corruent
ciuitatis, ingredienturq́ singuli per
locum contra quem steterint. Et filij
Israel huic diuinæ iussioni ac pmis-
sionibus fidem adhibentes, fecerūt
ut sibi fuerat imperatum, & tali or-
dine ceperunt ciuitatem. Sed in ea-
dem urbe erat Rahab, q̄ fide meruit
non perire cum incredulis ciuibus.
Omnes.n.gladio perierunt, præter
eos qui erant in domo eius. Excepe-
rat.n.duos exploratores cum pace,
quos Iosue miserat, & absconderat
eos, ne rex Iericho inueniret & occi
deret illos, quoniam uisis illis cre-
didit quòd filij Israel per Dei poten
tiam essent habituri terrā, Sic.n.ait:
Iosue.2. Noui quòd tradiderit uobis dn̄s ter
ram. Etenim irruit in nos terror ue-
ster, & elāguerunt omnes habitato
res terræ. Dominus.n.Deus uester,
ipse est Deus in cœlo sursū & in ter
ra deorsum. Et hac fide seruauit ex- D
ploratores, & per fenestram suæ do
mus latenter emisit ideóque pereun
tibus postmodum cęteris, ipsa cum
omni cognatione sua uixit in popu
lo Israel. Et antea quidem fuerat me
retrix, sed populo Dei sociata, legiti
me uixit, ita ut et in genealogia Sal-
uatoris poneretur. Et qa etiam me- Matth.1.
retrix fide iustificari & saluari me-
ruit, erubescat omnis uir esse infide
lis, ne per infidelitatem omnibus
peccatis oneretur & pereat.

*Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tem-*
*pus enarrātem de Gedeon, Barac, Samson, Ieph*
*the, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem*
*uicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt*
*repromissiones.*

Multa, inquit, exempla ueterum
de habenda fide uobis attuli, & ad-
huc plura uobis afferre possem. Sed
*quid adhuc dicam*, id est, quod factum eu
ius personæ amplius in exemplum
fidei proferam? Tot enim exempla
protuli, ut omnibus sufficere debe-
ant ad fidem. Et si proferrem alia
omnia quæ possent proferri, fastidi-
um magis quàm utilitatem fortasse
generarent. Nec in his amplius im-
morari debeo, quia cū determinas-
sem tempus, in quo mihi uobis scri
bere liceat, si illud consumpsero, exē
pla fidei ueterum proferendo, infra
pręscriptum tempus alia quę uobis
scribere debeo, perficere nō potero.
Et hoc est quod subditur: Deficiet
enim me tempus. Quasi dicat: Non
est utile ut omnia quę possem, exem
pla supponam, quia me ęnarrātem,
id est, euidenter & singula narran-
tem deficiet, id est, deseret tempus,
quod uobis ad scribendum deter-
minaui, nec poterūt in eo explicari
omnia quæ uobis scribere statui.
Hoc est, tēporis breuitas qua sum
impeditus circa alia, nō sinit ut ple
nariam istorum narrationem faci-
am. Vel tempus uitæ meæ deficiet,

A id est, deferet me, si uoluero oĩa psequ. Et ideo supersedendũ ẽ, q̄a *deficiet tēpus me enarrantē*. i. ex toto narrantē, uel extra et aperte narrantem *de Gedeō, Barac, Samson, Iephthe, Dauid, Samuel & prophetis*. Hoc est, si oĩa fortia facta eorũ & aliorum q̄ ipsi per fidē operati sunt, uoluero in tā breui tpe hui⁹ epistolę uel uitæ meæ explicare, hoc nō potero. Grandia sunt. n. quę fecerunt isti. Qui deuicerunt. i. deorsum ponētes & sibi subijcientes, *uicerunt regna*. i. reges cum oĩbus sibi subditis. Et hoc nō p suas uires, sed *p fidem* q̄ Deo credebant, & in deo cōfidebant. Ac per eandem fidē qua credebant, bonorũ operũ remuneratorem, *operati sunt iustitiā*. i. opa iustitię fecerunt. Et p ipsam fidem ĩ qua pseuerauerunt, *adepti sunt repromissiones*. i. remunerationes supnę beatitudinis, quas deus ĩ scripturis promisit ac repromisit opariȷ̃s iustitię, non quod statĩ q̄n moriebantur, acciperent illas, q̄a nōdum Xp̄s eis uiā fecerat, & erant ĩ tenebris causa originalis peccati, sed q̄a cum Apostolus hęc scriberet, Chr̄o passo, iā habebant repromissiones scd̄m animā. Ipse nãq; eos ab ĩferis abstraxerat & singulis stolis induerat. Vel adepti sunt promissiones temporaliũ bonorũ, quas lex obseruatorib⁹ suis fecerat: quia non solum uitam æternā, sed & tēporales diuitias, & inimicorũ subiectiones p̄p obseruantiā legis adepti esse dicũtur, Gedeō, Barac & cæteri. Gedeō nanq; p fidē deuicit regna, quia iubente ac promittente Deo ĩ trecentis uiris, quos non ferro, sed lagenis & lampadib⁹ armauerat, superauit Madianitas et Amalechitas & alios orientales populos, quorũ multitudo centũ trigintaquinq; milia uirorũ bellatorũ habebat, & reges eorũ cepit & interfecit. Et ipse operatus est iustitiā, q̄a destruxit aram Baal, et ędificauit altare domino, atq; liberauit pp̄l̄m Israel. Et

Apoc 6,

Iudic. 6. 7 & 8.

adeptus ẽ repromissiones uitæ, q̄n B mortuus est in senectute bona. Barac quoq; p fidem deuicit regna, cui Deus p Delboram prophetissam dixit: Vade et duc exercitum in montem Tabor, tollesq; tecum decē millia pugnatorũ de filiȷ̃s Nephthali & de filiȷ̃s Zabulon. Ego adducam ad te ĩ loco torrentis Cison Sisarā principem exercitus Iabin, & currus eius atq; oēm multitudinem, & tradam eos ĩ manu tua. Fecitq; Barac ut dn̄s iusserat, et ascendit in montē. Quod cum audisset Sisara, cōgregauit nongentos falcatos currus, oēmq; exercitum de Aroseth gentium ad torrentem Cisō. Descendit itaq; Barac de mōte Tabor, & decem milia pugnatorũ cum eo. Perterruitq; dn̄s Sisarā & oēs currus eius, uniuersāq; multitudinē ĩ ore gladiȷ̃ ad cōspectum Barac, in tantum ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barac psequeretur fugientes curr⁹ et exercitũ usq; ad Aroseth gētium, & oĩs hostium multitudo usq; ad ĩternicionem caderet. Humiliauitq; Deus in die illo Iabin regem Chanaan, donec delerent eum. Sic Barac p fidem deuicit regna. Qui & iustitiā operatus est in hoc ipso, q̄ liberauit filios Israel ab ipso rege, qui per uiginti annos uehementer oppresserat eos: nec sibi uictoriā arrogauit, sed Deo pro illa canticũ cecinit. Vnde et supernas repromissiones adipisci dignus fuit. Sed et Sāson per fidem deuicit regna, quia cum esset unus uir, sed haberet in se spiritum domini, qui confortabat eũ, ingentes strages Philistæorũ multoties dedit, nullusq; eorũ fortitudinem habere poterat ut illi resisteret. Iustitiam quoq; operatus est, quia iudicauit Israel uiginti annis, & Philistæos oppressores eorum afflixit, & Nazarę⁹, id ẽ cōsecrat⁹ fuit ex utero matris suę, uinũ & siceram non bibens, & nihil

Iudich. 4. & 5.

Iudic. 13. 14. 15 16

Luce. 1.

C immundum comedens. In fine isti quo se cum hostibus oppressit, non aliter excusatur, nisi quia spūs latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat, sicut et antea illi inspirauerat ut uxorem de filiabus Philisthæorum acciperet, cum lex hoc prohiberet. Nam sicut in acceptione uxoris alienigenę fecit per uoluntatem Dei, q̄ lex interdixerat, & non peccauit, ita credi potest qđ spūs sanctus illi iusserit extinguere secum ingentem illam hostium multitudinem, quæ de eius humiliatiōe laudabat idolū suū, & ad maius improperium faciebat eum ebriū ludere, præsertim cum iam ille spūs cœpisset ei pristinas uires reddere, ad designationem recuperationis prioris gratiæ. Vnde & nunc Apostolus ponit eum inter eos, qui adepti sunt repromissiones. Iephthe quoq; p fidē deuicit regna, qa est factus super eū spūs domini, & circuiens Galaad et inde transiens ad filios Ammon, uotum nouit dño, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meę mihiq; occurrerit reuertēti cum pace à filijs Ammon, eū holocaustum offerā dño. Transiuitq; Iephthe ad filios Ammō ut pugnaret contra eos. Quos dñs tradidit i manus eius. Percussitq; uiginti ciuitates plaga magna nimis. Et humiliati sūt filij Ammon à filijs Israel Reuertente autem Iephthe domū suam, occurrit ei unigenita filia cū tympanis et choris. Qua uisa scidit uestimenta sua et ait, Heu filia mi, decepisti me, et ipsa decepta es. Aperui.n. os meū ad dominum, & aliud facere nō potero, et fecit ei sicut uouerat. Et merito quæritur utrum pro iussu Dei sit habendum quo eam imolauit. Abraham enim non solum nō est culpatur crudelitatis crimine, sed etiam laudatus nomine pietatis, q̄ filium uoluit nequaq; scelerate, sed obediēter occidere. Iephthe uero nō ita legit̄ accepisse præceptum ut filiam occideret. Sed tñ in eo quod scriptura refert quia factus est super eū spūs domini, et tūc tale uotum pro uictoria fecit, atq; uictoriam adeptus est, non uidetur temerarie uouisse, cui spūs sanctus pręsidebat: nec iniustum uotum uouisse, qui uictoriam pro qua uotum faciebat, consecutus est. Consecutio.n. uictoriæ testatur Deo uotum nō displicuisse. Nouit.n. dñs secretas causas, propter quas tale sacrificium ei placere potuit. Et ipē Iephthe semetipm potius in hoc spiritaliter mactauit, quia cum non haberet filium aut filiam præter istam, omnem affectum eius rigore uoti superauit, & dolorē cōpassionis ardore fidei deuicit. Qui et iustitiam operatus est, qa satis rationabiliter & iuste principatum suscepit, et causas suas contra regem filiorum Ammon per legatos iuste disseruit, & iuste bellū inijt, atq; populū Israel sex annis scđm legem dñi iudicauit. Vnde & repromissiōes supernarum retributionum adeptus esse creditur. De Dauid uero superfluū esse puto, demonstrare q̄ō per fidem regna deuicerit, cum cōstet eum tot reges impios iuuāte dño peremisse. Iustitiam autem sic operatus est, ut de illo diceret Deus, Inueni Dauid filiū Iesse, uirum scđm cor meum, qui faciat omnes uoluntates meas. Sed & repromissiones adeptus est non solū de æterna uita, sed etiam de aduentu Christi: quia & ipse beatitudinem æternā possidet, & æternus rex Christus de semine eius suscitatus est. Samuel quoq; per fidē uicit regna Philistæorum, quia cū satrapę gentis illius cum exercitibus suis aduersus Israel cōuenissent, obtulit Samuel holocaustum et clamauit ad deū pro Israel, & exaudiuit eū dñs. Nam in ipsa hora sacrificij contigit Philistæos inire prælium cōtra Israel. Et intonuit do

Iudic. 11. & 12.

1. Reg. 16. & deinceps per totum.

1. Reg. 3. 4. 5. 6. 7. & deinceps.

minus fragore magno sup eos atq; exterruit eos. & cęsi sunt à facie Israel, factaq; ē manus dñi sup eos cunctis diebus Samuel, & redditæ sunt urbes quas tulerāt ab Israele. Liberatusq; est Israel de manu eorū. Sed & iustitiā ita operatus est Samuel, ut nec in modico reprehēsibilis unq; inueniatur. Ideoq; repromissiões beatitudinis ęternę absq; ulla dubitatiōe adeptus est. Nōnulli quoq; sequentiū prophetarū, uel orationibus uel meritis
Esaiæ. 37 suis deuicerūt reges, sicut orāte Esaia
4. Reg. 19 cū rege Ezechia, pcussit angelus ī castris Assyriorū centū octogintaquinq; millia. & recessit turpiter à Iudæa Sennacherib rex. Eliseus quoq; meritis
4. Reg. 7 suis obtinuit, ut Benadab rex Syrię, q diu Samariā obsederat, cū oī exercitu suo territus fugeret. Dñs aūt audiri fecit in castris Syriæ sonitū curruum & equorū & exercitus plurimi, fugerūtq; Syri, & dereliquerunt tentoria sua & equos & asinos cum auro & opibus magnis. & hæc oīa diripuerūt filij Israel, ita ut fieret modius similæ statere uno, & duo modij hordei statere uno in porta Samarię. Multaq; hmōi cōtra reges ipsos sancti pphetæ p fidem egerunt, & iustitiam in omni cōuersatione sua tenuerunt ac repromissiones diuinas in regno cœlorum adepti sunt.

*Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciē gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.*

Non solū super hoīes habuerunt antiqui sancti p fidem uictoriā, sed ēt sup bestias adeo feroces, ut sunt leones, & sup insensibilia elementa, ut est ignis, hoc est, *Obturauerunt*. i. obturata & clausa fecerunt *ora Leonum*. ut etiam ieiuni leones fide seruante
Dan. 6. et 14. nō tāgerent eos, sicut Daniel, quem illęsum in lacum leonum per noctis unius spatiū fides seruauit, aliaq; uice sex diebus cū septem ieiunis leonibus in lacu clausus sine læsione p durauit. Pluralis. n. numerus pro singulari positus ēsse nunc intelligitur, in hoc quod dictum est, obturauerunt ora leonum, nisi & Dauid dicum factum in hac snīa memoratum ac- 1. Reg. 17
cipiamus, qui dum pasceret gregem uenit leo & ursus, tuleruntq; arietē, et ipse persecutus est & pcussit eos, eruitq; pecus de ore eorū. illis cōsurgentibus in eum, apprehendit ipse mentum eorū & suffocauit & interfecit eos. Alij p rorem fidei, *extinxerunt impetum ignis*. i. uehementissimū ignem qui cum impetu uirtutis irruebat, sicut: Moyses Nam murmurantibus Hebręis, accensus est in eos ignis do Nume. 11
mini, & deuorauit extremā partem castrorū, cumq; clamasset popul⁹ ad Moysen, orauit Moyses ad dñm, & absorptus est ignis. Similiter. & Aaron alia uice extinxit impetū ignis, Nume. 16
qñ tollens thuribulum cucurrit ad mediam multitudinem, quam uastabat incendiū & obtulit thymiama, ac stans inter mortuos & uiuentes, p populo depcatus est, & plaga cessauit. Sed & tres pueri in Babylone p fidem extinxerūt impetum ignis, cum quibus in fornacem descendit Daniel. 3
angelus dñi, & excussit flāmā ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem & nō tetigit eos oīno ignis. Alij *effugerunt aciem gladij*, sicut Isaac quoq; cū pater arcepto gladio uellet immolare, phibuit Gene. 22
angelus eum percutere sicut Dauid, qui dum manu sua psalleret corām Saul, tenebat, Saul lanceam & misit eam, putans quod configere posset 1. Reg. 19
eum cum pariete. Dauid aūt declinauit à facie eius. Hoc & alia uice similiter factum est de euasione ictus lāceæ. Vel effugarunt aciem gladij. i. 1. Reg. 20
exercitum accinctū gladio per fidem in fugam uerterunt, sicut Gedeon in armis armatos Madianitas, & Iu- Iudic. 7

D

das Machabęus ſępe cum pacis ferè
1.Mac 3. inumeras hoſtiũ multitudies. Alij ꝑ
4 5.et. de fidem *conualuerũt de infirmitate*.i. ſanati à
incepi. corporeo langore,ſicut Iob & Eze
Iob. 42. chias. Alij per fidem *fortes* & inſepara
4.Reg.20 biles *facti ſunt in bello*,ſicut Ioſue & Da
uid & Iudas Machabæus. Nonnulli
*uerterunt* in fugã *caſtra exterorum*.i.alieni
Iudith .13. genarum,qui ſuꝑ ſe ueniebant,ſicut
Iudic.7. Iudith & ſæpedictus Gedeon. Notã
dum uero,ꝙ aliud eſt caſtra uertere,
qm̃ hoc fit etiã ſine pugna, aliud fu
gare aciem gladij,ꝙ fit pugna. Talia
per fidem antiqui patres cõſequebã
tur & temporalem felicitatem adipi
ſcebantur,ſed in nouo teſtamẽto nõ
eſt tempus taliũ. Ante dedit talia do
minus, nunc dat meliora. Ac ſi dice
ret:Diſcite homines per gratiã noui
teſtamenti uitam cõcupiſcere ſempi
ternã. Quid pro magno ita uos uul
tis à dño de morte liberari,ſicut libe
rati ſunt patres ueſtri,qñ cõmenda-
bat dñs etiam terrenæ felicitatis prę
ter ſe non eſſe alium largitorem? Illa
felicitas ad ueterẽ hominem ꝑtinet,
quæ ueritas ab Adam cœpit. Ego au
tem ſum Chriſtus,non Adã. A uete-
ri ueteres fuiſtis, à nouo noui eſtote
uſq; ad mortem. Vnde ipſe hoc uo-
luit ĩ cõſpectu inimicorũ pati,quo eũ
tanq̃ derelictũ putarent, ut cõmen-
daretur gratia noui teſtamenti,q̃ di-
ſcemus aliam quærere felicitatem,q̃
nunc eſt ĩ fide,poſtea uero erit in ſpe
c e. Sed ſub ueteri teſtamento neceſſe
fuit, & temporalia bona ſanctis præ
beri diuinitꝰ. Ideo à uarijs ꝑiculis li-
berati ſunt qñ clauſerunt ora leonũ
extinxerunt impetũ ignis,effugerũt,
aciem gladij,conualuerũt de infirmi
tate. Fortitudinẽ quoq; & uictorias
adepti ſunt diuinitꝰ,qm̃ fortes facti
ſunt in bello,et caſtra uerterunt exte
rorum. Magna etiam impetrauerũt
orãdo, qm̃ *acceperunt mulieres de reſurrectio*
3.Reg.17. *ne mortuos ſuos*. Sareptana quippe mulier,
orante Elia, filium ſuum accepit de
reſurrectione uenientem, et ꝑ Eliſeũ
Sunamitis accepit natũ ſuum de re 4.Reg.4
ſurrectione ſibi redditum.

*Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipiẽtes redem ptionem, ut meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij uero ludibria & uerbera experti ſunt, inſuper et uincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſũt, ten tati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt.*

Oſtendit quanta per fidẽ ſancti fe
cerunt, nunc autem oſtendit quanta
pro fide pertulerunt, ut quod ſuaſe-
rat fide multorũ exemplis pluribus,
perſuadeat multarum paſſionũ imi
tationibus. Quidã patrũ in uita ſua
per fidem à uarijs aduerſitatibus ere
pti ſunt. Sed *alij* eorũ etiam pro fide *di
ſtenti ſunt*.i.in ſupplicijs ſingula mem
bra tẽſi, *non ſuſcipientes redemptionem*.i.ere
ptionem de pœnis quæ inferebantur
illis, *ut inuenirent* in ſeculo alio melio-
rem redemptionem præſenti quæ re-
ſpuebatur. Hoc fecerunt ſeptem egre
gij fratres cum matre, quos rex An- 2.Mac.7.
tiochus flagris & taureis crucians,
compellebat cõtra legem carnes por
cinas edere Quicum dicerent,parati
ſumus mori,magis q̃ patrias Dei le
ges pręuaricari,iratꝰ rex iuſſit ei qui
prior fuerat locutus, amputari lin-
guam, & cute capitis abſtracta,ſum
mas quoq; manus ei & pedes ꝑcidit
& cum iam per omnia inutilis factus
eſſet, iuſſit ignẽ admoueri, et adhuc
ſpirantem torreri in ſartagine. Sic fe-
cit de ſecundo,atq; omnes ſeptem et
octauam matrem talibus tormentis
conſumpſit. Ita diſtenti ſũt in uarijs
pœnis,atq; manus et pedes ad perci
piendum pœnas extenderunt & lin
guas ꝑtulerunt. Ac redimi à pœnis
noluerunt,quia cum ſuaderetur illis
ut illicitas carnes ederent & pœnas
euaderent,non conſenſerunt. Opta-
bãt enim *meliorem reſurrectionem*,ſicut et
tyranno dicebant. Tu quidem ſcele-
ratiſſime in pręſenti uita nos perdis,
ſed rex mũdi defunctos nos pro ſuis
legibus in æternæ uitę reſurrectione
ſuſcitabit.

A suscitabit. & hoc quidē isti tali fide pertulerūt. Sed *alij experti* sunt sustinē do *ludibria & uerbera*, quia & derisi sūt
Hiere. 20. et uerberati, sicut Hieremias qui ait, Factus sum in derisum tota die, om
Ibidem. nes subsānant me. & de quo scriptū ē, quia percussit Phassur Hieremiā prophetā, & misit eum in neruum. Et quasi parum esset pertulisse ludi bria & uerbera, pertulerūt *insuper & uincula & carceres*. Per hoc .n. qđ dicit insuper, notat hæc quatuor eisdē p sonis illata fuisse. Et Hieremias uin cula pertulit et carceres, qa sicut di
Hiere. 32. ctū est, Phassur in neruū misit, quē
Hiere. 37. Sedechias rex ī atrio carceris clausit, & iterū cum uellet ire in terram Be niamin, et peruenisset ad portā Hie rusalē, apprehēdit eū custos portę, di cēs: Ad Chaldęos pfugis? & duxit eum ad principes. Quamobrē irati pricipes cōtra Hieremiā, cæsum eū miserūt in carcerē, ĩgressusq; ē in do mum laci et in ergastulo, & sedit ibi diebus multis. Sic legit Hieremias expertus esse ludibria & uerbera, in super & uincula & carceres. Miche as quoq; uerbera pertulisse legitur
3. Reg. 22. & carcerē atq; ludibria. Nam cum rex Achab uellet ire cōtra Syros ad prælium in Ramoth Galaad, & pro phetas suos consuluisset, duos circi ter quadringentos congregauerat, omnesq; regi respondissent, ut iret, quia prospere sibi euenturum foret, tandē Micheas adductus & inter rogatus, respōdit: Dñs dedit spiritū mendacem ī ore omnium propheta rū tuorum, q hîc sunt. Accessit autē Sedechias filius Canaā, & percussit Micheam in maxillam, & dixit: Mē ne ergo dimisit spirit⁹ dñi, & locut⁹ est tibi? Ecce ludibria & uerbera, cum ante regē derideretur. & percu titur sine iudicio & ait rex. Tollite Micheam & mittite eum in carcerē, & sustentate eum pane tribulatiōis & aqua angustiæ, donec reuertar in

pace. Ecce carcer, ubi & uincula B forsitan fuerunt. Alij *lapidati sunt*, ut il le de quo scriptum est, quia spiritus dñi ĩduit Zachariam filium Ioiadæ 2. Par. 24 sacerdotē, & stetit in conspectu po puli & dixit eis: Hæc dicit dñs, Cur transgredimini præceptum dñi qđ uobis non proderit, et dereliquistis dñm ut derelinqueret uos? Qui con gregati aduersus eum miserunt lapi Matth. 23. des iuxta regis Ioas imperiū ī atrijs 3. Reg. 21. domus dñi, & ĩterfecerunt eum. Sed et Naboth Iezraelites iniuste lapida tus est. In eo quod subditur, *secti sunt*, pluralis numer⁹ pro singulari posi tus esse creditur, qm̄ de solius Esaiæ passione dictum intelligitur, qa He bræi certissime tradūt serra lignea à Manasse rege serratū esse. Alij *tētati sūt* uoluptatum suasionibus aut secula riū bonorū promissionib. an diuelli possēt à fidei iustificationib⁹, et sicut sctūs Ioseph, cui ĩpudica dña dice- Gen. 39 bat, dormi mecū. & sicut Iudith, cui dixit Holofernes, Tu eris magna in domo Nabuchodonosor, & nomen Iudith. 11 tuū nominabit in uniuersa terra. & sicut ultim⁹ septē fratrū, de qbus su pra diximus, quē rex Antiochus non solū uerbis hortabat, sed etiā iuramē 2. Mac. 7. to affirmabat, diuitem se & beatum facturū, & translatū à patrijs legib⁹ amicū habiturū. Alij uero *mortui sunt* 1. Reg. 22 *in occisiōe gladij*, sicut octogitaquinq; sa cerdotes dñi, quos Saul pp Dauid ĩ iuste trucidauit, et sicut pphetę dñi, 3. Reg. 18. quos regina Iezabel interfecit.

*Circuierunt in melotis, in pellib. caprinis, egē tes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, & in monti bus, & in speluncis, & in cauernis terræ.*

*Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis &c.*

Melota ē (ut aiunt) uestimētum ex pilis camelorū factū uel ex caprinis pellib⁹: & qs ī ueteri Iudæorū ppło usus sit hoc ĩdumēto, difficile ī scri Matth. 3 ptis aperte reperit. sed Ioānes bapti Marc. 1 sta q in hoc loco intelligi pōt, legit

C hoc usus fuisse. Iudith tñ ciliciũ ha
Iudith.9 bebat super lũbos suos. & Esaiæ di
Esaiæ.20. ctũ ē, Solue saccum de lũbis tuis.i.
4. Reg.1 ciliciũ. Hoc ĩdumento credim⁹ & E
liã usũ fuisse nõnullosq́ pphetarꝫ.
Fertur, etiã melota uocari pellis aĩa
lis, qđ dr̃ taxus siue taxo et religiosi
uiri domãtes carnẽ suã, non molles
& ptiosas uestes habebant, sed cili-
cijs utebãtur & aspis aĩaliũ pellib⁹,
3.Reg.19. ut taxonũ & caprarꝫ. Vel circuierũt
Luc.3. sic ĩduti loca multa, sicut Elias, qui
iubẽte dño p uaria loca ãbulasse re-
ferẽ. & sicut Ioãnes baptista, q uenit
in oẽm regionẽ Iordanis, pdicãs ba
ptismũ pniæ. Ipsi dico, *egentes* necessa
rijs corpori, qa nihil habebãt: *angustia
ti* cura animi, qm̃ peccata ppli plãge
bãt: *afflicti* laborib⁹, qa psecutionẽ p
iustitia sustinebãt. Qui ne ꝓp penu-
rias et afflictiões uiderẽtur contẽpti
biles, subditur. *Quibus dignus nõ erat mun
dus*.i. tantæ dignitatis erat, ꝙ mũdus
nõ erat dignus conuersatiõe illorꝫ.
4.Reg.2. Vnde & Elias in cœlum uiuus est
Matth.14 translat⁹, atq; Ioannes citius marty
Marc.6. rio consũmatus. Illi quoq; erãt egẽ-
tes et angustiati atq; afflicti, de qb⁹
2.Mac.5. referẽ, qa Iudas Machabę⁹ cũ Hieru
salẽ ab Antiochenis occupata esset,
secesserat in deserrum locũ, ibiq́ iter
feras uitã in montib⁹ cum suis age-
bat: & fœni cibo uescẽtes, de mora-
bantur ne participes essent coinqui
nationis. Hi se à malitia mundi sepa
uerant, & ideo dign⁹ eis nõ erat mũ
dus. de qb⁹ intelligitur hoc qđ apl's
2.Mac.2. subiungit, *in solitudinibus errãtes & in mõ
tibus*. Alij uero ad proximas coeũtes
speluncas, & latenter sabbati diẽ ce
lebrantes, cum ĩdicati essent Philip
po pposito regis, flammis succensi
sunt, eo ꝙ uerebantur ꝓp religionẽ
& obseruantiã manu sibimet auxi-
lium ferre. & hos nunc dicit apl's *in
speluncis & in cauernis terræ* mansisse. Spe-
luncę qdem naturales, cauernę autẽ
q̃ manu uel aliquo casu factæ sunt.

Elias in solitudinibus antea fuerat D
in mõtibus & speluncis: qui fugiẽs 3.Reg.19.
Iezabel, uenit in Bersabee Iuda. Et
perrexit in desertũ uia unius diei, &
ĩde ambulauit quadragĩta dieb⁹, &
quadraginta noctibus usq; ad mon
tẽ Dei Oreb, Cumq́ puenisset illuc,
mansit in spelunca, & auditis ibi ser
monibus dñi, reuersus est idem per
desertum. Sed et illi manserunt ĩ spe
luncis uel cauernis, de qbus scriptũ
est, qa cum interficeret Iezabel pro
phetas dñi, tulit Abdias centum p- 3 Reg. 18.
phetas & abscõdit eos quinq̃genos
in speluncis, & pauit eos pane & a-
qua. Hucusq; apl's exemplis eorꝫ u-
sus est, qui in fide testimonium con
secuti sunt. Superius uero, priusq̃
de fide tractatum inciperet, ferè per
totam epl'am argumentis utebatur.
Egregius.n. magister, sapientib⁹ & Roma. 1.
insipientibus debitor cum ĩ Hebręis
quosdam sapientes, quosdã uero tar
diores cerneret, prudentiam sapien-
tium argumentis superauit: tardita-
tem uero simplicium solis exẽplis
attraxit, quaten⁹ & illos uictrix ra
tio frangeret, & istos ad maiora con
scendere imitatio blanda suaderet.

*Et hi oẽs testimonio fidei probati, nõ accepe-
runt repromissionẽ, deo p nobis melius aliquid p
uidente, ut non sine nobis cõsummarentur.*

Multos hactenus memoraui, *& hi
omnes* quos noĩatim uel tacitis noĩb⁹
in exẽplum adduxi, probati sunt te
stimonio, fidei.i. sic pbati sunt ĩ fide
constantes, ut bonum inde testimo
nium habeãt. Ad hoc reuertitur ĩ cõ
clusione, ꝙ in exordio pmiserat, qa
in fide testimoniũ cõsecuti sũt senes.
Et q̃nis ĩ fide fuissẽt pbati, *non tamen
acceperunt repromissionẽ*. Quid ē hoc? Nõ
ne paulo superi⁹ dictũ quosdã eorꝫ
p fidem deuicisse regna, operatos es
se iustitiam, et adeptos eẽ repromis-
siones? Sed illi sancti & repromis-
siones adepti sunt, & promissiones
expectant, qa beatitudinem anima-

A rum habẽt sed resurrectionẽ corporũ ꝓstolãtur. Vñ bene superius dictum est, quia adepti sunt repromissiones, quasi plures & uarias: nunc, autẽ dr̃, qa non acceperunt repromissionem, quasi unam singularẽ, qm̃ uariȩ sunt dignitates, quas animȩ iuxta merito rum suorũ distinctiones acceperunt, sed una est corporum incorruptio, quam generaliter expectãt. Non igi tur acceperunt repromissionem, qm̃ resurrectio corporũ quã deus sanctis suis repromisit, adhuc differtur. ut si mul oẽs resurgam⁹, quatenus in cõmuni gaudio oĩm, maius fiat singulare. Ita expectãt adhuc, donec & nos occurramus *deo providente* & sapienter ordinãte *pro nobis aliquid melius, ut non consummarentur*. i. ut nõ ꝑciperent cõsummatam beatitudinem aĩget corporis *sine nobis*, ꝗ ut ante nos cõsummarentur. Cum. n. adhuc nos expectãt ad suam cõsumationem, ardentius nostrã expotant liberationem, et ꝑp se, ꝑp nos atq; pro nobis ĩterpellant, ut citius à prȩsentis seculi miseria libere mur. Nos quoq; etsi ꝑp nos ipsos de fides, saltẽ ne diutius eos expectare faciamus, festinare debemus, ob hoc etiã alacrius currere, quia non tãdiu expectabimus, quãdiu expectauerũt illi. Propter hmõi cãs Deus pro nobis melius ordinauit, ut nos expectarent ad cõsummationem. Patriarchȩ igitur & prophetæ oẽsq; prophetarũ spũs, qui ad beatã uitã transierunt, nos ardenter gauisuros secum expectant, nec est illius ex toto ꝑfecta lȩtitia, donec quodãmodo ꝓ nostris erroribus dolent. Neq;. n. discedentes hinc sancti cõtinuo integra meritorũ suorũ ꝓmia cõsequunẽ, sed expectãt etiã nos licet morantes, licet desides, ut nobiscum ꝑfectã beatitudinẽ cõsequãtur. Propter hoc etiã mysteriũ illud in ultimum diem dilati iudicij custoditur, qa unum corpus est qđ iustificari expectatur, unum corpus est qđ resurgere in iudicium dicitur

## CAPVT XII.

*Ideoq; & nos tãtã habentes impositã nubem testium, deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus propositũ nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ, confusione contempta, atq; in dextera sedis Dei sedet.* Ephe. 4. Colos. 3. 1. Petri. 1

Præmissis exẽplis fidei & patiẽtiȩ sanctorũ, in qbus fides solidata est in cordib⁹ auditorum, subiungit illud qđ fidei sociandum est. i. hortari incipit ad tolerantiã aduersitatum, ut sicut prẽs oĩa ꝑ fidem aduersa patiẽdo uicerunt, ita & nos faciamus. Quasi dicat: Antecessores nr̃i tanta ꝑ fidem operati sũt et ꝑtulerunt. *Ideoq; & nos* sĩr pro fide sustineamus ad imitationem ipsorũ. Nos dico, *habẽtes impositam* nobis ad ꝓtectionẽ & umbraculum *tantam nubem testium*. i. tãtam multitudinem sanctorũ, qui de terris instar nubium cõsurgentes, ad sublimia cœlestis cõuersationis uolauerunt ab omni sarcina terrenæ cupiditatis, & ut nubes exemplo sui in ȩstu tribulationum dant nobis refrigerium cõsolationis, atq; cõpluunt nos inundãtia doctrinæ suȩ. Qui testes dicuntur, qa fidẽ testati sũt ore et passione. Testes .n Latine, μάρτυρες grecȩ dicuntur. Sed et bonorũ operũ testes fuerũt, qa in suis actibus testati sunt esse facienda hmõi opera. Quorũ nubes. i. densa multitudo est nobis ĩposita, ut nos ꝓtegat et exẽplis suis cõfoueat. Et nos hanc nubem leuẽ sup nos habentes. deponamus. i. deorsum ponam⁹ *omne pondus*. i. oẽm grauedinem mundanæ cupiditatis, et qcqd mentẽ nr̃am in ĩfimis deprimit, ut leues effecti, ad nubem q̃ sup nos est, euolemus et ei cõsociemur. Deponamus etiã *peccatum circonstans nos*. i. ad alta eleuemur, & in imo relinquam⁹ pc̃m̃, qđ iniq; nos ĩpetit & circumuallat, dum in ĩfimis cor habemus, sicut Zachæus, q præ Luc. 19.

A turba Iesum uidere nõ poterat,ascen dit in arborẽ ut uideret eum. Turba enim altior pusillum Zachæum nõ sinit uidere Iesũ, qñ inolita cõsuetudo uitiorum q̃ nos supauit et sup nos excreuit,atq; tumultus peruersarum cogitationum,q sibi cor nrm subdidit, nõ nos sinit lumen diuinitatis intueri. Sed Zachęus ascendit ĩ arborem, relicta inferius turba,qa nos in arborem crucis debemus ascendere,cruci
Galat.5. figentes carnẽ nrãm cum uitijs et cõ cupiscentijs,atq; cor ad alta sustollere,si Iesum absq; turbæ nocentis obstaculo cupimus aspicerẽ.Sic itaq; deponamus omne põdus, et circũstãs nos pctm̃.Põt etiam põdus intelligi sarcina peccatorum q̃ fecimus, p̃ sicut onus graue grauata est sup nos.Peccatum uero qđ circũstat, tẽtatio pctĩ
Psal.37. q̃ undiq; ĩminet,& ab omni pte nos obsidet.Sed nos p cõfessionem deponamus omne pondus peccatorum quo grauamur,& per sublimẽ cõuersationẽ deorsum relinquam⁹ omne pctm̃, qđ nos ĩ ĩfimis circũstat et ĩpugnat. Et sic abiecto põdere & superatis obstaculis, leues atq; sublimes effecti, *curramus* i.sine mora hęsitationis cito trãseamus *per patiẽtiam certamen* martyrij, qđ *propositũ est nobis* ab ĩfidelib⁹, q ꝓposuerunt aut nos à fide separare, aut uarijs tormentis cruciare. Vel à
Philip.1. Deo ꝓpositum est nobis,q p immẽsa gratiæ suę beneficia ꝓposuit,nõ solũ ut in eum crederemus,sed etiã ut pro illo pateremur.Et ita sine murmuratione uel hęsitatione curramus p patiẽtiam agonem martyrij, *aspicientes in authorem fidei*.i. attendentes quãta pro nobis ꝑtulit,q fidẽ nobis & dedit & auxit,pro qua nobis suadet martyrium.Ac si dicat:Curramus ꝓpositũ certamen,tum pp exẽpla multa p̃cedentium patrũ,tum pp authorem fidei *& consũmatorem* Iesum, q tam magnus est, & ab eodẽ fidẽ accepimus pro q̃ patimur,atq; ab ipso consum mãdã plena beatitudine speram⁹.Ip B se.n.est & author & cõsummator fidei, qa & eo authore fidẽ habemus, et eo cõsummatore ad uidendũ qđ nunc fides credit pueniem⁹. In hũc aspiciamus:ne aduersis deficiamus, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ*.i.qui ꝓposuit sibi in corde gaudiũ ęternũ, ad qđ p passionẽ erat trãsiturus, & sic libẽtissime ꝑtulit suplicia crucis, *contempta confusione*.i.neglecta omni uerecundia,dũ irriderẽt pẽdẽs in ligno. Vel ꝓposito sibi à turbis gaudio, dũ Ioan. uellent eũ facere regẽ,noluit ille gaudium hmõi suscipere,sed postmodũ sustinuit crucẽ et illusiones et opprobria, cõtẽnens oẽm humanã uerecũdiã.Oĩa.n.terrena bona cõtempsit, ut in illis nõ q̃rerẽt felicitas. Crucẽ sustinuit.*atq; ideo sedet in dextera sedis Dei*. humiliauit.n.semetipsũ, factus obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis,pp qđ & deus exaltauit illũ. Nõ ergo frustra sibi gaudiũ resurrectionis et ascensionis ꝓposuerat, dum pateret & irrideretur, sed assecutus est illud gaudiũ. Itaq; sicut ille ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucẽ,cõtẽnens uerecundiã,& adeptus est fidei cõfessionẽ, sic et nos ꝓposito nobis ęterno gaudio habemus ꝓ fide ei⁹ oĩa sustinere,& oẽm opprobriorum uerecundiã cõtẽnere,ut ad sedis eius participationem mereamur pertingere.Dicit enim: Qui uicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo,sicut & ego ui Apoc. 3. ci,et sedeo cũ p̃re meo in throno ei⁹.

*Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Nõ dum enim usq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis cõsolationis, quæ nobis tãquam filijs loquitur,dicens:Fili* Prouer. 3. *mi,noli negligere disciplinã domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris.Quem enim diligit dominus,castigat:flagellat aũt oẽm filium quẽ recipit.* Apoc. 3.

Dixi qa debem⁹ aspicere in authorẽ fidei pro nobis crucifixũ. Et iustũ est sic

A est sic fieri. Nam *recogitate*.i.assidue cogitate *eum* qualis & quātus sit, *qui sustinuit contradictionem talem*.i.tam turpem & tam uehementē,dū ei cōtradiceretur & diceretur, Blasphemauit,& secundū legē debet mori, quia filiū Dei se fecit. & nō à qbuscūq;,sed *à peccatoribus* hāc sustinuit, qd' est indignius : nec saltem aduersus mēbra sua,sed *aduersus semetipsum*. Hūc assidue recogitate ad imitandum, qui cū sit tā sanctus & tam imunis à pctō & tam magnus,patienter tolerauit pctōres, qui ei cōtradicebant & illudebāt, & post crucifigebāt eum , hunc inquā recogitate,*ut* ppendētes qualia & quāta ipse ptulit, *nō fatigemini* in aliquib9 aduersis,*deficientes animis uestris*.i.licet corpore deficiatis,mente tñ ualidi & insuperabiles pduretis.Nec debetis deficere, quia parua sunt quę adhuc pertulistis. Cur.n.reatū defectionis subiretis, qui nō grauē passionis uehementiā sustinetis ? Cur corrūperemini fidei defectione,q adhuc caretis sanguinis effusiōe? Nā etsi ura iā amisistis,*nōdum tñ usq; ad sanguinem*.i.usq; ad sanguinis effusionē *restitistis repugnantes*.i.iterū iterūq; pugnātes,nō dico aduersus pctōres.i.aduersus homines, sed *aduersus peccatum*,qd' illi uobis suadent, dum uos à fide reuocare conanť, uel aliqd illicitū facere uos hortanť. Nondum peruenistis ad effusionē sanguinis. *Et iam tædio segnes effecti*, *obliti estis consolationis*, quā Dei sapientia uobis p Salomonē exhibet i aduersis. Quasi dicat: Culpandi estis,q illā cōsolationē iugiter in memoria nō tenetis. Vel p interrogationē pōt legi.Nōdum restitistis usq; ad sanguinem , & iam estis obliti consolationis ? Nō debuissetis illi9 esse obliti. *Quæ* cōsolatio legiť uobis.i.q̄ uerba cōsolatoria dirigunť ad uos p Dei sapientiā,q̄ xp̄s est, à quo fit cōsolatio.*loquitur uobis*,nō tanq̄ seruis neq; saltem tanq̄ amicis , sed potius *tanquā filijs*,qd' est dulcius.Chrs enim pr est credentiū,sicut ipse demonstrat,cū dicit:Non pñt filij sponsi ieiunare, quādiu cum illis est sponsus. Et B ideo unicuiq; fideliū aduersa patienti loquiť in pverbijs,dicēs, *Fili m̄i,noli negligere*. Mi,aduerbiū blandientis. Noli negligere.i.nō sit tibi uoluntas negligendi,hoc est,uilipendendi *disciplinā*.i.tribulationes per quas potes discere , quod ideo uult Deus te tribulari , ut posśis uelut aurū igne tribulationis probari. Vel hoc potes ibi discere,quia si nunc tibi qui filius es nō parcit, quanto magis in iudicio nō parcet aduersarijs?Ex hoc etiā qd' disciplina est,nō debes negligere tribulationē quā pateris, & ex eo q dei est. Disciplinā quippe Dei negligere, est tribulationē recusare uelut inutilē, cū necessitas patiēdi eā ingruit, *neq; fatigeris*.i.neq; lacessendo deficias, *dū argueris*.i.rephenderis *ab eo* qui dñs est et tuus & oīum.Licet.n.sis adoptatus in filium,tñ debes cognoscer̄ dñm. Et patienter debes aduersitatē sustinere, qm̄ ipsa aduersitate argueris & increparis à dño de malis, q̄ fecisti, ut recogites ea & corrigas. Ideoq; peccatis tuis humilit' iputa, quicquid aduersi ptuleris. Nec debes fatigari dū sic argueris, qm̄ *dominus castigat*.i.castū agit,hoc est p tribulationes facit à uitijs castū eum , *quē diligit*.Nec solūmodo castigat & emendat uerberib9 eū fidelē quē diligit , sed etiā *oēm filium flagellat quē recipit*.i.quē post culpā primi parētis ad se reuocat.Omnē & maiorē & minorē flagellat quē recipit.Et tu forte dicis,except9 ero. Si except9 eris à pasśione flagellorū, except9 eris à numero filiorū.Ne te sine flagello futurum speres,nisi forte cogitas exhæredari.Aľr.n.null9 recipiť i hęreditate æterna. Oēm flagellat quē recipit. Null9 except9, null9 sine flagello erit. Ita oēm flagellat,ut ēt unicū suū.Vnicus ille licet sine peccato nō tñ sine flagello.Patet ergo q q sine pctō flagellat unicū,nō imunē à flagello relinquit cū pctō adoptatū.Oēm flagellat quolibet mō,uel p malos hoīes, uel p malos angelos, uel p dāna rerū, uel p infirmita-

Matt.26. Ioan.19. Marc.2.

C:ĩe corpis, seu p aliud qd aduersitatis.

*In disciplina pseuerate. Tanquam filijs nobis offert se Deus. Quis.n. filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & nõ filij estis. Deinde patres quidẽ carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secũdum uoluntatem suã erudiebant nos, hic autem ad id qđ utile est, in recipiendo sanctificationem eius.*

Quia oĩs filius flagellaẽ, ut in hæreditate quã p Adã pdiderat, recipiatur, ideo *pseuerate in disciplina* quã ĩchoastis.i. in aduersitatũ tolerãtia. Nõ.n. põt erudiri quisq̃ sine labore, qa uirtus ĩ ĩfir-
2. Cor. 12. mitate pficiẽ. Et uos ad magnã rẽ his disciplinę flagellis erudimini, quia *tanquam filijs offert se Deus nobis*, ut cum bene flagellis eius eruditi fueritis, possideatis eũ perenniter ut prẽm, & ipse uos ut filios. In alijs codicibus non est se, sed tanq̃ filijs uobis offert Deus. Qđ idẽ signat. Quia tanq̃ filijs offert uobis, ut pseueretis in disciplina, & peruniatis ad hæreditatem, atq; in hoc qđ
Psal. 88. disciplinam dat prẽm se oñdit, Visitabo, ĩquit, in uirga iniqtates eorꝫ, & in uerberibus peccata eorꝫ, misericordiã aũt meã nõ auferã ab eis. Nõ ergo tãtum misericordia uocantis est, sed & uerberantis atq; flagellantis. Sit itaq; man⁹ pñna sup uos, etsi boni filij estis. Nolite repellere disciplinam eius. Det disciplinã, dum non auferat misericordiã. Cædat cõtumaces, dum tñ reddat hæreditatẽ. Si pmissa pñs agnouistis, nõ timeatis flagellari, sed exhæredari. Non tam amarꝫ uobis esse debet qđ
Psal. 114. flagellat, q̃ dulce qđ recipit. Qũo.n. nõ flagellat custodiens paruulos dñs, quos grandes q̃rit hæredes? Nec mirũ si ipse flagellat eos, qa hoc facit oĩs pater de filio, quem diligit, & sapientem uult esse. Nã quis est *filius quẽ non corripit pater eius*, dum errare in aliquo uiderit? Videmus.n. hoĩes in filijs suis hoc facere. Aliqñ iam desperatos filios suos dimittunt uiuere qũo uolunt. At qui D spẽ hñt, flagellant illos. Quos oĩno uiderint sine spe & ĩdomitos esse, dimittũt ut faciant qđ uolũt. Iã q dimittunt facere qđ uolunt, nolunt pmittere ad hæreditatẽ suam. Quẽ aũt flagellant filiũ, huic ipsam hęreditatẽ seruant. Cũ ergo flagellat Deus filiũ, currat ille sub manu pñs flagellantis: qa dum flagellat, ad hęreditatẽ erudit. Non sit tam uano et puerili sensu, ut dicat, Plus amat pr meus frẽm meũ, cui pmittit facere qcqd uult. Ego si me mouero contra iussionẽ pñs, mei, flagella ĩuenio. Tu gaude sub flagellis, qa tibi seruaẽ hrđitas. Ad tps emẽdat, ne ip ęternum dãnet. Alijs aũt ad tps parcit, sed ĩ ęternũ illos dãnabit. Oẽm filiũ pr su⁹ flagellat, & uerberibus disciplinæ castigat. Qđ *si uos estis extra disciplinam* prñ orꝫ uerberꝫ, *cuius disciplinę participes facti sunt oẽs filij ergo adulteri* estis, *& nõ filij estis*. i. cũ nullus filiorꝫ absq; disciplĩa pñs sit, si uos ĩ disciplina Dei q̃ uos pñna bonitate castigat, nõ manetis, tunc nõ filij Dei estis, sed poti⁹ ex adulterio corruptore, q diabolus est, nec iure pr uocaẽ, geniti. Non.n. iure pr appellari põt q ex adulterio genuerit. Deus nãq; legitim⁹ pr est fideliũ. diabolus aũt non pr, sed corruptor est, ideoq; non filios, sed adulteros gignit. Tales sunt qui in pñti uita flagellũ Dei non sustinẽt, q̃uis nomẽ xpñanitatis habeant. Propter has causas debetis ĩ disciplina manere *Deinde* pp ista, qa *patres quidẽ*, sed *carnis nostra habuimus eruditores, et reuerebamur eos*. i. reuerentiã exhibebamus in subiectione & obediẽtia, ergo *non*. i. non'ne *multo magis obtemperabimus patri spirituũ*. i. obediemus Deo, q spiritalis pr nr est. Nã obedientia sola uirt⁹ est, q̃ hoĩem deo cõciliat, sicut ẽcõtra tumor. i. ĩobedientia, longe à Deo separat. Quid.n. aliud est inobediẽtia, q̃ nolle subdi Deo. i. suę uelle esse ptãtis? Non'ne multo magis obtempabimus pri spirituum. i. Deo, qui formauit hoĩem de limo ter-

A ræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ? Non.n.de materia fecit spm̄ hoīs sicut corpus, sed de nihilo ꝑ insufflationem suā creauit, & ita se patrem spūs esse quodāmodo mōstrauit. Ideo ēt pr̄ spirituū dr̄, qa nos ī baptismo secundū spm̄ generauit. Et huic magis ꝙ carnalibus parentibus obtēperare debemus, quia hoc facientes in æternum *uiuemus*. Carnales aūt pr̄es parū utilitatis cōferre pn̄t. Quid.n.tibi potuit prǽstare pr̄ tuus, qa corripuit, qa uerberauit te? Nunqd p̄stare potuit ut uiueres in æternū? Quod nō potuit p̄stare sibi, qn̄ p̄staret tibi? Propter pecuniam suā quantulamcunq, quā de labore collegit, erudiebat te flagellis, ne tibi dimissam male uiuendo disperderes. Qm̄ reliquit tibi, quod nec tenere hic poterat nec auferre. Nō.n.aliquid tibi dimisit, qd' ipsius esse posset. Cessit, ut succederes. Deus autē tuus, redemptor tuus, castigator tuus, pater tuus, erudit te ut accipias hęreditatē, ubi nō efferas patrē sed hæreditatē habeas ipsum p̄rem. Ad hanc spem erudiris, & murmuras. Erit enim tunc Deus oīa in oībus. Nec erit ulla infelicitas ꝙ nos exerceat, sed felicitas sola ꝙ pascat. Ipse aūt pastor noster, dn̄s noster, ipse portus noster, honor nr̄, diuitiæ nr̄æ. Quicunq hīc nobis uaria q̄rim⁹, ipse nobis un⁹ oīa erit. Ad hanc spem domamur, & domitor intolerabilis habeī. Nā carnales patres antea nos domuerunt, *& illi quidē* uerberibus *erudiebant nos sedm uoluntatem suam*.i.in his ꝙ uolebant, uidelicet in uanis & caducis, *in spe paucorum dierum*, dum essemus pueri: *hic autem*.s. pr̄ spirituū, erudit nos *ad id qd' est utile*.i.ad fidē & bonā conuersationē, *in recipiendo sanctificationem eius*.i.cū recipimus disciplinā eius, ꝙ nos nō solum à pc̄tis mundat, sed & sanctificat.

Gene.2.

1.Cor.15.

*Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur non esse gaudij, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.* B

Monuit eos in disciplina ꝑseuerare. Sed quia illi poterant obijcere grauem & asperam esse disciplinā, rn̄det id ipse prior, & occurrit cogitationibus eorū atq soluit obiectionem. Quasi dicat: Hortor uos stare in disciplina, sed fateor uerū esse qd' sit aspera. nā *Omnis disciplina*.i.afflictio, quā q̄sq ꝓ pc̄tis suis patitur ut corrigat, *in p̄senti quidem*.i.inter ipsos dolores molestiæ *uidetur* sufferenti *esse nō gaudij, sed mœroris*, quia corpoream feriendo pturbat lætitiam. Disciplinā nanq, quā græci appellant παιδείαν, ibi scripturæ nr̄æ ponere cōsueuerunt, ubi intelligenda est ꝑ molestias eruditio, sicut in hoc loco. Pædiam quippe ī gręco habet iste locus ep̄læ. Disciplina uero ꝙ à discendo uocaī, per quam res ꝙq discitur, ut sciaī, ἐπιστήμη dr̄. Disciplina ꝙ flagellando corrigit, uideī esse mœroris, sed nō ita uidebiī, siquis futura cogitauerit. Nā cogitantibus sola p̄ntia, uidetur intolerabilis, sed cogitātibus ęterna fit exoptabilis. Nunc qdē mœroris esse uidetur, sed *postea* i.in alia uita *reddet fructū*.i.fructuosam remunerationem. fructū dico *iustitiæ*.i.quem iustitia meretur. Et ille fructus erit pacatissim⁹, qm̄ sine ulla uel corporali uel spirituali aduersitate posidebitur in oī pace. Et qbus reddeī? *exercitatis per eam*.i.ꝑ disciplinā. hoc est, ideo tunc alta pace fruentur absq molestia, qa nunc p̄nti exercitantur disciplina. *Propter quod*.i.qa tanta requies in futuro seculo per exercitationē p̄ntis disciplinæ acquiritur, uos qui mœrore affecti pp flagella disciplinæ torpueratis à bonis operibus. *erigite* iam alacriter ad bene agendū pro superna mercede *manus remissas*.i.pigras in eleemosynis. Vel manus remissas, id est desideria tepentia sursum erigite ad Deum, *& genua soluta*.i.cōsuetudinē fluxā erigite ad statū rectitudinis, *& gressus rectos facite pedibus*.i.actionibus *uestris*. Ad uirtutis.n.statum dum nō erigitur fluxa consuetudo, quo desiderium in-

C tuetur, illuc gressus opibus efficaciter non sequitur. Pedibus. i. affectionibus cogitationum uestrarum facite rectos gressus operum bonorum, ut quo uocat intentio sequatur operatio *ut non erret quis a recta uia fidei claudicans .i.* incessu cogitationum uel actionum suarum titubans, ut ille q carnales legis obseruantias simul et euangelium tenere uolebat uel sicut qui nunc & in futuro seculo uolebat esse sine flagello. Non ita claudicet quis, qa tunc erraret a uia rectitudinis exorbitans, sed *magis.* i. potius *sanetur* ab omni languore pedum cordis ut fortis & rectus incedat p uiam iustitie.

*al. si quam non sequitur.* *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum, contemplantes nequis desit gratia dei, nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat, et p illam inquinentur multi: nequis fornicator aut prophanus ut Esau, qui propter unam escam uendidit primitiua sua. Scitote. n. quoniam et postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non. n. inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam.*

Roma. 12

Gene. 25

Gene. 27

Monet qualiter cum hominibus sit conuersandum, *Pacem (inquit) sequimini* non cum quibusdam, sed *cum omnibus.* i. iura pacis erga omnes homines ita sectamini, ut et cum illis qui uos persequuntur, pacem teneatis. Nam sunt nonnulli q dum plus sapere quam necesse est student, a proximorum pace resiliunt, dum eos uelut hebetes stultosque contemnunt. Quod uero de duabus his uirtutibus diximus, hoc & de alijs omnibus sentiendum est. Contra quod discordiæ malum, recte nunc Apostolus monet. Pacem sequimini cum omnibus. i. a pace concordie nunquam recedatis, ut cum aliquo hoie discordiam habere incipiatis. *et sanctimoniam* sequimini. i. castitatem mentis & corporis. uel sanctimoniam. i. perfectionem in bonis opibus. *sine qua* pace uel sanctimonia, *nemo uidebit Deum.* Valde terruit Apostolus, sed non nisi amatores. Non enim dixit pacem sectamini cum omnibus et sanctificationem, quam q non habuerit, æterno igne cruciabitur: sed dixit, sine qua nemo uidebit Deum. Amatorem te uoluit esse boni, non formidatorem mali, & ex eo ipso qd desiderabas inde terruit. Si. n. amas uidere Deum tuum, si in hac peregrinatione illius amore suspiras, ecce probat te Deus tuus. Quasi dicat tibi: Ecce fac qd uis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit, licitum puta. Non te hinc punio, non te in gehennam mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expauisti, amasti. Si ad hoc qd dictum est, faciem suam tibi negabit Deus tuus, contremuit cor tuum, si in non uidendo Deum magnam pœnam putasti, gratis amasti. Ergo pacem sequamur, sine qua nemo uidebit Deum. Nam unde uideamus Deum non habebimus, si contendendo in nobis ipsum oculum extinxerimus. Quam stulti essent duo uolentes uidere solem oriturum, si contenderent inter se qua parte oriturus esset, & quo uideri posset, & nata inter se controuersia litigarent, litigando se cæderent, cædendo oculos suos extinguerent, ut illum ortum uidere non possent? igitur ut Deum uidere possimus, fide corda mundemus, charitate sanemus, pace firmemus: qa hoc ipsum unum inuicem diligimus, iam ex illo est quem uidere desideramus. Sed & sine sanctimonia nemo uidebit Deum. Unde Ioannes cum dixisset, scimus qa cum apparuerit, similes ei erimus, qm uidebimus eum sicuti est, continuo subiecit: Et omnis q habet spem hanc in eo sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Studendum itaque est paci et sanctitati, ut idonei simus eum uidere. Has (inquit) duas uirtutes sectamini, ut & sancti sitis, & pp sanctitatem uestram a pace proximorum non recedatis, sed curam de illis habeatis, *contemplantes nequis* ex illis uel ex uobis *desit gratia Dei*, que uobis adest, ut p eam & pacem & sanctimoniam & cetera bona sectari possitis. Prauum est. n. ualde, si quis uestrum gratiæ dei se subtrahat, cum ipsa se gratia uobis omnibus ingerat cui se p peccatum subtrahit & illam a se reijcit, q magis delectationi suæ quam cœlesti gratiæ consentit. Unde subiungit: Contemplantes *nequa radix amaritudinis .i.* ne qua

Nota.

Ioan. 3

A qua inchoatio delectationis peccati ĩpediat illã grãm. Quæ peccati delectatio ueri⁹ dicit amaritudo, et ideo est uitãda. Nequa radix amaritudinis.i.nequa delectationis inchoatio, & nequa cogitatio malitiæ *sursum germinans*.i.in actionem erũpens, *impediat* iter uestrũ ad cœlum. Radix.n.ĩ malis cogitationibus accipit, germẽ autem ĩ malis opibus atq; sermonib⁹: qa qd latet in radice, monstrat ĩ germine. Et ĩtelligit ista radix uel ĩfidelitatis uel peccati delectatio, nascẽs ĩ corde, uel alia quælibet nequitię affectio. Et cõtemplandũ est diligẽter, ne sursum in actionẽ uel in sermonẽ germinãs ut loliũ, *impediat* triticũ uirtutũ eius ĩ quo sic germinauerit, *&* deinceps *per illam inquinentur multi*, accipientes ab eo exemplũ neqtiæ uel infidelitatis. Ideo.n.cauendũ est, ne talis radix germinet: qa qd in uno germinauerit, in alios diffundit. Deinde per partes ostendit Apl's hæc amaritudinis germina, & aliquos Iudæorũ

Gene.25. notat. Cõtẽplantes, ingt, *nequis sit fornicator aut profanus*.i.a cõuẽtu fidelium alienus, *sicut Esau*, *qui* pro amore Gẽtiliũ mulierũ sequestrauit se a semine Abrahæ, et offendit prẽm suũ et matrẽ, atq; *propter unam escam*.i.pp̃ter lentẽ quã frater eius coxerat, *uendidit ei primitiua*.i.primogenita *sua*.s.dignitatẽ quę illi debebat ex eo qd prior nat⁹ erat. pp̃ter quæ & a prẽ bñdictionẽ accipere debebat. Sed ita fuit pfanus.i.procul a religione, ut pp̃ uẽtris ingluuiẽ uẽderet bñdictionẽ. Quãuis.n.ex sãctis parentib⁹ esset natus, tñ male uiuẽdo degenerauit, & a semine Abrahæ (sicut dictũ est) se separauit, nec p̃missiões Abrahę factas hęreditauit. Ita & nũc ĩter Hebręos ĩtelligit Apl's ĩ spũ uidisse aliquos sectatores Esau, in forni catione & neglectu religiõis et ĩgluuie uẽtris. Nã quos lex terrẽdo cõercebat a neqtia fornicatiõis, nũc sub grã quasi libere fornicabant, qa nõ statim puniebant, sed ad pniam expectabatur. Vel fornicator erat, qi qs ĩter eos carnalẽ legis obseruantiã uelut cõcubinã cũ fide tenebat; pfanus uero, qsqs fidẽ p̃rsus negligebat, sicq; primitiua sua.i. primatũ quem apud Deũ habere posset, uẽdebat minori fratri.i.p̃mittebat gẽtili pp̃lo ad fidem ueniẽti, accipiẽs lentis escã rufam.i.delectationẽ pcti, qd p sanguinẽ designari solet. Et ita more Esau degenerãs a fide et religione spũaliũ patrũ a qbus in Xp̃o genit⁹ fuerat, p̃missiones supnæ hęreditatis cõseq dign⁹ nõ erat. Hæc itaq; timẽs Apl's, monet eos blande, ne sit inter eos qs fornicator uel pfan⁹, sicut Esau, q pp̃ unius uilis escæ cupiditatẽ dedit primat⁹ sui dignitatẽ. Nec debetis (iqt) esse sicut ille, qa reprobatus est. Nam *scitote quoniã & postea*.i.postq̃ primogenita sua uẽdiderat, *cupiens hæreditare benedictionem* q̃ primogenito debebat, *reprobatus est* a Deo: Licet.n.pater eũ benedicere uellet, diuina tñ dispensatio ne factũ est, ut frẽm eius p illo bñdiceret. Sicq; diuinitus reprobatus est ab acceptione bñdictionis, q̃uis pater eũ ad bñdicendũ elegisset. *Nõ.n.inuenit* tunc *locum pænitentiæ, quanquam inquisisset eam cum lachrymis*. Nã cũ de uenatu redisset, & agnouisset qd Iacob bñdictionẽ quã ipse expectabat, accepisset, uehementer doluit et fleuit, qd et antea primogenita & nunc bñdictionem perdidisset. Sed licet ubertim fleret, tñ pniæ locum nõ ĩuenit, p quã primogenita q̃ dudum uẽdiderat, recuperaret: uel bñdictionẽ quam frater eius acceperat, ipse sumeret: qa sero fleuit, & sero pniam q̃siuit. Impossibile.n.iam erat mutari qd factũ fuerat. Sic & uos pręcauete, ne cũ post mortẽ debetis recipere bñdictionẽ, reprobemini, & locũ pniæ tunc nõ ĩueniatis, si modo primatum uræ dignitatis pp̃ breuẽ aliquã delectatio nem perdideritis. Tarde.n.ĩ illo secu

C lo q̃rit pnĩa, cum iam fr̃es nr̃os bñdi
ctionẽ quã ſpabam⁹, accepiſſe cogno
uim⁹. & nos ſine bñdictiõe relictos
eſſe. Nunc.n ipſa eſt pnĩæ non tunc.
Exo.19. *Non.n.acceßiſtis ad tractabilẽ et acceßibilem*
& 20. *ignẽ, et turbinẽ, et caliginẽ, et pcellã, et turbæ ſo*
*nitũ, et uocẽ uerborũ: quã qui audierunt, excuſa*
*uerunt ſe, ne eis fieret uerbum. Nõ.n.portabãt qd*
Exo.19. *dicebatur: Et ſi beſtia tetigerit montem, lapidabi*
*tur. Et ita terribile erat qd uidebatur: Moyſes di*
*xit: Exterritus ſum & tremebundus.*

Dixi neq̃s ueſtrũ deſit gr̃æ dei. para
ta eſt.n. uobis. *Nõ.n.acceßiſtis* ad aſpita
tẽ legis q̃ nunc deſcribit, ut ecõtra in
telligat ſuauitas gr̃æ. Non acceſſiſtis
*ad ignẽ*, q̃ i uertice Sinai ardebat, *tracta-*
*bilẽ*.i. palpabilẽ *et acceßibilẽ*.i. ad quem
motu corpis accederet, ſed ad ſpũm
ſctm̃, q ignis eſt cõſumẽs pctã, et ac-
cẽdens i mẽte charitatẽ: q nõ palpat
corpal̃r, qa ſpũs eſt: nec ad eũ motu
corpis, ſed affectu cordis acceditur, qa
nuſq̃ localr̃ ẽ. Nõ acceſſiſtis ad ignẽ
*et turbinẽ, et caliginẽ &c.* Hęc i datione le
gis facta ſunt, ut corda Iudęorũ cõcu
terent, ne auderent legẽ trãſgredi. Sed
nõ ita in nouę legis acceptione factũ
eſt. Oĩa.n. ſuauiter et dulciter idicant
nobis, ut nõ ex timore, ſed ex amore
ſeruiam⁹. Et nõ acceſſiſtis (igr̃) ad tur
binẽ. Turbo eſt uis uentorũ cũ gran-
dine & pluuia, & ſignabat ipetũ ui-
tiorũ, q̃ magis p legẽ dãnata ſũt. Sed
modo uenit ad ſerenitatẽ uirtutũ per
gr̃am ſcti ſpũs. Et nõ acceſſiſtis ad ca
liginem.i. ad obſcuritatem legis, ſed
ad clarã itelligẽtiã, *Et ad pcellã*, q̃ tunc
facta eſt, nõ acceſſiſtis, ſed ad tranq̃l
al.quo- litatem. Procella.n. tẽpeſtas q̃ eſt ma
cunq; ior q̃ turbo, & q̃q; ppellit, ipa eſt ſer
uitus pcti ſcd̃m opationem, q̃ p legẽ
trahebat hoĩes. Modo aũt pfecti re-
q̃eſcũt à uitĳs *et turbæ ſonitum* nõ acceſ
ſiſtis. Turbę.n. ſonus q eſt ſignũ mo
tionis ad bellum, motus delectatio-
nis eſt, q nõ p legem, ſed p gr̃am ſopi
tur et extiguitur. *&* nõ acceſſiſtis ad
*uocẽ uerborum, quã qui audierunt, excuſauerunt*
*ſe ne eis* à Dño fieret *uerbum* qñ pterriti D
ac pauore cõcuſſi ſteterunt pcul, di-
cẽtes Moyſi: loq̃re tu nobis, et audie
mus. Non loq̃tur nobis dñs, ne forte
moriamur. Hmõi uox eſt legis p̃ce
ptio & cõminatio, quã ppl̃s grauem
putauit & itolerabilem, qa ſola p̃ce
ptio erat ſine gr̃a adiuuante. *Nõ.n.por*
*tabãt qd dicebatur*, qa ſine gr̃a iſufficiẽtes
erãt ad obſeruanda p̃cepta. Põr ignis,
ira legis itelligi. Lex.n. iram opatur.
Turbo, cõminatio q̃ dr̃, ſiq̃s hoc uel Roma.4
hoc fecerit, morte moriatur. Caligo
obſcuritas ignorãtię q̃ i lege erat. Pro
cella, uĩdicta culpę quã lex faciebat.
Sonus tubæ, aduentus iudicis qui in
tuba deſcẽdet de cœlo. Vox uerborũ, 1.Theſ.4
aſpa locutio iudicis q̃ pctõres argu-
et. Et ideo uox iſta merito uiſa eſt in
tolerabilis, quia nemo põt ſuſtinere
pondus illud iudicĳ, ſi diſtricte iudi
cat⁹ fuerit. Nõ.n. portabãt qd diceba
tur, qa uerbum illius iudicis iporta-
bile eſt his qui ſine miſericordia iudi
cant. Sed qd dicebatur qd iportabile
uidebatur? hoc. ſ. *Et ſi beſtia tetigerit mõtẽ,*
*lapidabitur.* Sic.n. p̃cepat Dñs quaſi di
cens: Longe ſtate, quia etiã ſi beſtia
mõtem attigerit, lapidib⁹ opprimet.
Ideo p̃ timore nõ poterant ferre uo-
cem dñi terribil̃r loquentis, qa ptin⁹
mori formidabant. Spiritaliter uero,
mõs eſt diuinitas uel contẽplationis
celſitudo. Beſtia, defectus rõnis. Qd
eſt, qñ uerbũ blaſphemiæ pfertur in
deum, uel irrõnabil̃r ad eius cõtẽpla
tionem tenditur. Tãgit ergo mõtem
ut beſtia, qui offendit in diuinitatem
p ſuam irrõnabilitatem, dũ ipruden al.impu
ter cogitat uel loquitur de Deo id qd dentec
nõ oportet. Beſtia montem tãgit, cũ
mens irrõnabilib⁹ deſiderĳs ſubdita
ad cõtemplationis alta ſe erigit. Sed
lapidib⁹ pcutitur, qa ſup̃ma nõ ſuſti
nens, ipſis ſupni ponderis ictib⁹ ne-
catur. Vnde cum lex accipitur, popu
lus à monte prohibetur, ut uideli-
cet qui infirmis adhuc mentibus ter

A rena desiderant, cōsiderare sublimia non ꝑsumant. Prius.n.mens ab appetitu, gl'ia tpalis atq; ab oī carnalis cōcupiscentię delectatione tergēda est, & tunc ad aciem cōtemplationis erigenda. Deus ī igne loquens, minabatur bestiam quoq; lapidādam esse si tāgeret mōtem. *Et ita terribile erat qđ uidebatur*, qa mons ardere uidebatur, et dixerunt ad Moysen filij Israel: Vocem Dei audiuim⁹ de medio ignis, et ꝓbauimus hodie qđ loquente Deo cum hoīe uixerit hō. Cur ergo morimur, et deuorabit nos ignis hic maxim⁹? Si.n.audierim⁹ ultra uocem dñi Dei nr̄i, moriemur. Quid est oīs caro, ut audiat uocem Dei uiuentis q de medio ignis loqr̄, sicut nos audiuim⁹ et possit uiuere? Ita terribile erat qđ uidebat. Et uere terribile. Nā *Moyses dixit, Exterritus sum et tremebūdus*. Valde.n.fuit terribile, qđ Moysē potuit exterrere. Et si ille sic timuit, qd putādū est de cæteris? Moyses exterrit⁹ est, qm̄ tanta erat aspitas, ut ēt pfecti terrerēt, qa nō erat adiutrix grā. Modo aūt nec ī

Matt. 11. perfectis grauis est ꝑceptio, qa est iugum xp̄i suaue, et onus ei⁹ leue. Seqr̄:

*Sed accessistis ad Sion mōtem et ad ciuitatē Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, et multorū millium angelorū frequentiā, et ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, et iudicem omnium Deum, et spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, et sanguinis aspersionem, melius loquentem quàm Abel.*

Nō accessistis, inqt, ad tractabilē ignem et ad cętera q̄ descripsit hactē n⁹, Nō ad illa aspa accessistis, sed potius ad mōtem Siō Nō supponit cōtraria q̄ ex opposito ītelliguntur, sed p̄mium qđ ex eis seqtur, ut p hoc magis suadeat tenēdam esse grām. *accessistis ad montem Sion*.i.ad celsitudinem supernę bt̄itudinis, in q̄ Deus uidetur. Mons nanq; sublimitatē, Sion uero q̄ dr̄ speculatio, cōtemplationē designat. Ad quam p fidem et p uirtutū merita accessistis.i.ꝓping iam facti estis, ut postmodū ad ipsam ꝑuenia B tis, iuxta illud. Ibunt de uirtute ī uirtem, uidebitur Deus deoꝝ ī Sion. Sic Psal. 83. accessistis ꝓficiendo, nunc.n. ꝓpior est nr̄a salus q̄ cū credidimus. Ascē Roman 13 siones ergo ī cordibus ur̄is disponendo, ꝓpinq̄stis ydem, licet nondū ꝑueneritis ad mōtē Sion.i.ad illius ineffabilis bt̄itudinis altitudinē, in q̄ scti Deū speculanť, *et ad ciuitatem* dei uiuentis, *q̄ ex eius uisione ꝑcipit*, ut et ipsa sine fine uiuat sicut ille. Ad ciuitatē Dei.s. ad *Hierusalē cœlestem*, q̄ dr̄ uisio pacis, qa nihil īqetudinis īter se uidēt ī illo cœloꝝ regno, sed qetē et pacē ęternā. & accessistis ad *frequētiā multorū millium angelorū* q ciuitatē illā feliciter īhabitāt. Et hoꝝ oīum futuri estis socij, qm̄ cū plurib⁹ maior erit bt̄itudo, ubi unusqsq; de alio gaudebit, sicut de seipso, uer̄ diligēs ꝓximū suū sicut seipm̄ et accessi ad *ecclesiā primitiuorū*.i. ap̄loꝝ & cęteroꝝ illi⁹ tp̄is sctōꝝ, q iā ad supna migrauerūt, et cōscripti sūt ī cœlis.i. scripti sunt cū eis, qui sunt in cœlis, hoc est, ī eoꝝ ordine sūt, uidelicet in angeloꝝ sorte deputati. Et ideo ne dubitetis ad angeloꝝ frequētiā uos esse ꝑuenturos, ad quā antecessores ur̄i iam ꝑuenerūt, et accessistis ēt ad Deū *iudicē omnium*, ut et uos cum eo iudices efficiamini, atq; psecutoribus ur̄is iustam pœnaꝝ uicem tunc reddatis. & accessistis ad *spiritus*.i.ad aīas *iustorum perfectorum*, qui iam de hoc seculo transierunt, qm̄ & ipsi post ap̄los ad regnū cœleste ꝑuenerūt. Oēs.n.iusti qcūq; in factis et dictis et cogitationib⁹ plecti sunt, mox ut aīas de corpib⁹ emittunt, cœlestibus habitaculis īferunť. Ad hoꝝ spūs accessistis, qm̄ bt̄itudini eoꝝ ꝓpinquastis, cum iam in fide et spe socij eoꝝ sitis. Ad hęc oīa accedere magnum est iam p̄miū, qm̄ ad hæc nō pedum icessu, sed uirtutum ꝓfectu accedit p Xp̄m, qui uia nobis ad hæc factus est. Vñ subiūgitur, *et testamētū noui mediatorē Iesum*. Sed accessistis

C ad Iesum, p̄ quē ad oīa p̄dicta potui stis accedere, qm̄ ipse est mediator te stamenti noui.i.p seipm̄ dator euan gelij qđ à p̄re accepat, ut p illud pue niamus ad ęternā hęreditatē. Moyses.n.(sicut lōge supradiximus) ueteris testamenti ī quo tpalis hęreditas pmittebatur, fuit mediator, qui
Deute.5. ait: Ego seqster et medius fuit inter dn̄m et uos ī tpe illo, ut annunciarē uobis uerba ei⁹. Sed dn̄s Iesus ī tpe grę fuit medi⁹īer p̄rem et nos, annū cians nobis uerba ei⁹, et nos ei recō cilians, ac p se mediatorē dās nobis accessū ad eū, et ad oīa nunc supius denotata. et accessistis ad sanguinis ei⁹, inqt, aspsionē p quā à pc̄tis ur̄is emūdati estis atq̧ sc̄tificati, sicut nō nulla q̄ ī lege erant mundanda atq̧ sc̄tificanda, aspgebātur sanguine ho stiaꝝ, ut mundari possent atq̧ sc̄tifi cari. Sic igiē nos oēs sanguine huius ueri sacrificij sum⁹ aspsi, p quē nō so lū à pc̄tis emundati sum⁹, sed et sc̄tī ficationem atq̧ iustificationē accepi mus. Aspsionem dico, *loquentem melius quàm Abel*. Loqtur.n. aspsio sanguinis Xp̄i, qa p̄rem iterpellat p nobis. Et
Gen. 4. ideo logtur melius q̄ sanguis Abel, de quo dictū fuerat, qa uox sanguinis fr̄is tui clamat ad me de terra: qa sāguis Abel mortē parricidæ fr̄is pe tij, sāguis aūt Xp̄i uitā psecutorib⁹ ipetrauit. Sanguis Abel expetit uīdi ctā, sanguis Xp̄i misericordiam. Ille uni nocuit, iste multis pfuit. Et idcir co melius loquitur. Vel melius log tur.i. loquentes facit, quod Iesus ē filius Dei, à quo redēpti sumus.

*Videte ne recusetis loquentē. Si.n. illi nō effugerunt, recusantes eū, qui sup terrā loquebatur, multo magis nos qui de cœlis loquētē nobis auertimus. Cuius uox mouit terrā tunc, nunc autē re promittit, dicēs: Adhuc semel, et ego mouebo nō solum terrā sed et cœlum. Qđ autē adhuc semel di*
Hagge. 2. *cit, declarat mobilium trāslationē tāquā factorum, ut maneāt ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipiētes habemus gratiā per quam seruiamus, placentes Deum metu & reuerentia. Etenim Deus noster ignis consumens est.* D

Dn̄s Iesus ad quē accessistis, loqtur (ut dictum est) sanguine suo: qa Deute. 4. & apud p̄rem p nobis iteruenit, & nos ad imitationē suæ passionis īcitat. *Videte ergo ne recusetis loquentē* dum uos hortatur ut seqmini uestigia e⁹. Recusabitis ēt eū loquentē, si cū ipse p uobis interpellet q̄siericis p car nales obseruātias placere deo. Nā et hoc loquit sāguine suo, qđ oīa legis sacrificia iā cessare debēt, & solū ei⁹ sacrificiū manere loquit, dum carna lia phibet et sp̄ūalia pręcipit. Diligē ter itaq; attendite, ne recusetis eū loquentē, sed toto mentis desiderio ī oībus q̄ loquitur, amplectimini eū. Nam *si illi.i.* ueteres Iudęi *nō effugerunt* dignam ultionē, *recusantes eum qui sup terrā loqbatur*.i. Moysen, q licet xp̄o ple nus, tn̄ homo tm̄, nō aūt et de⁹ erat, et iter hoīes cōuersabatur, quibus p̄ cepta Dei tradebat *multo magis nos* nō effugiemus, *qui auertimus* ab aure cordis nr̄i xp̄m *loquentē nobis de cœlis*. Nā in cœlo iā sedet, qui de cōuersione nos admonet. et si illi dignas ptulere pœ nas, qui Moysen licet mortalem & ī terra positū, cōtempsere, quid nos passuri sumus, si Xp̄m immortalem & in cœlo sedētem cōtempserimus? Vel sup terram loqbatur Moyses, quia terrenis hoībus carnalia prece pta dabat, et terrena bōa pmittebat. Sup terrā loqbatur, qa non super iu stum ponebat legem suā, sed super quēlibet pc̄tōrem, cui dictū est, Ter ra es, & ī terrā ibis. Xp̄s aūt loqē de cœlis.i. de cœlestib⁹ et sp̄ūalib⁹, qa et Cor. 3. sp̄ūalia dat p̄cepta, et sp̄ūalia.i. ęterna bōa pmittit. Sed si illi nō euasere, q Moysē carnalia iubētē cōtēpserūt, quō nos euadem⁹, si xp̄m sp̄ūalia iu bētē audire neglexerimus? *Cuius* xp̄i *uox mouit terrā tūc*, cū Moyses sup terrā loqreē, qa ipē Moysi legē dedit ī mō te Sina, & eiusdē legis decalogum, audiente,

A audiente uniuerso pplo, magna uoce locut9 est de uertice mōtis: et ut maiorē illis terrorē icuteret, terram cōcussit. Tunc qdē ut cōminaret, ne recusarent eius dicta, cōmouit sola uoce terrā: *nūc autem* nō mō nō minatur, sed blādit & repromittit: ideo multo minus eū recusare debemus. Mō repromittit. i. iterū atq; iterum uelut in pmio pmittit de nouissimo die, ī quo oia elemēta cōmouebuntur, uel iterū post illā terræ motionē q̄ ī datione legis facta ē qñ & cœlū itelligit fuisse motū, pmittit *dicens* p Haggeū pphetā: *Adhuc semel* & nō ampli9 futurū est. s. in die iudicij, *et ego mouebo nō solum terram, sed etiam cœlum*. Cœlū aūt nō æthereum, sed aereū, nō superius, sed inferius: nō firmamentū, sed uētis et nubibus puium. Cuius snīę sensum exponit Apl's, subdēs: *Quòd autem adhuc semel dicit &c.* Ipse dicit, adhuc semel mouebo, quasi dicens. Iā fuere mota, sed adhuc semel ea mouebo. Sed qđ dicit, adhuc semel, *declarat translationem mobilium*. Nā p semel notat, qđ ulterius nō sint mouēda, sed post futura sint imobilia. Per hoc qđ dicit, mouebo, declarat cœli & terrę translatio. i. in aliū statū trāsmutatio, ut fiat cœlum nouū et terra noua ex isto ueteri cœlo et ueteri terra. Vñ dictū ē, qa sicut uestimentū ueterascent & sicut opertorium mutabis eos, & mutabūtur. Nō ergo alia fient, sed hæc ipsa q̄ ab initio facta sunt, renouabunt igne iudicij, & post sine fine manebunt. Declarat itaq; trāslationē mobilium. i. trāsmutationē faciet terrę atq; cœlorū. i. aeris huius uentosi, nō supiorū cœlorū, ubi sol & luna & cætera sydera sunt cōstituta. Qđ autem in psal. dr, Opa manuū tuarū sunt cœli, ipsi peribunt, nullum cœlorū, uidet relinqre, quem piturū esse nō dixerit, quia sicut nullum eorū ab ope Dei, ita nullū eorū à pditione fecit imune. Cui simile est & qđ hic dr, declarat translatio

Hagge. 2.

Supra. 1.
Psal. 101

nē mobilium *tanquam factorum*. Nā nō B solū nō imobilia sunt, sed etiā mobilia, q̄ sunt ī creaturis facta à Deo. Ne ergo totus mundus piturus esse credat, à toto (sicut diximus) pars accipiat, in eo qđ dictum est, ipsi pibūt, cum soli cœli infimi perituri sint, saluis illis superiorib9 & in sua integritate manentib9, ī quorū firmamento sydera sunt constituta. Silr et hic p factorū, intelligit, in his q̄ sunt mobilia & transferēda. Sed idcirco dicuntur à Deo facta quę sunt trāsferenda, ut ostendat quia bene poterunt in aliū statum transferri, q̄ potuerunt ex nihilo fieri. Declarat ergo translationē mobiliū tanq̄ à se factorū. i. iferiorū cœlorū, qui quodā ī diluuio pierē, & eorū elemētorum q̄ in hac una parte mundi subsistunt pcellosa & turbulenta, *ut maneāt* in ppetuum *ea quæ sunt immobilia*. i. superiores cœli cū habitatoribus suis, & terra postq̄ p ignem fuerit īmutata. Vel declarat trāslationem mobilium, ut ea q̄ nunc sunt et uariantur, postq̄ trāslata fuerint, maneāt ęternaliter imobilia. Nā post illā trāslationē cœlū et terra erūt imobilia, sicut apparet ī eo qđ semel mouenda dicūtur. Et qñqdem peuntib9 mobilib9 ac tpalibus, ea q̄ sunt imobilia manebunt *itaq; regnum Dei* qđ est *immobile*. manebit in æternū, & nos illud spe iā *suscipientes, habemus gratiam* Dei sine qua non possemus ad illud peruenire: & iō nullus desit gratię Dei, quæ se nobis ingessit, habemus gratiam in qua percepimus fidē, spem, charitatē cū bona operatiōe, *per quam seruiamus Deo placentes* ei. Seruiam9, inqt, & hoc *cum metu*, qa deus est: *& reuerentia*. i. tremore honoris, qa prēst. uere p grām quā accepim9, seruir debem9 cum metu & reuerentia. *Etenim deus noster ignis consumens est*, cui seruire uolum9 sicut et Moyses antea dixit. Deus qppe ignis cōsumēs dr, qa p hunc pcōrū rubigo cōsumitur. Rubigo nāq;

C uiiꝙ nō pōt cōsumi nisi igne tormēti. Ignis quatuor sunt officia.i.qm̄ purgat & urit & illuminat & calefacit. Deute.4. Sicq́; spūs sctūs purgat sordes uitiorū,& urit renes & cor ab humore libidinum,illuminat mentē notitia ueritatis,et calefacit īcendio charitatis. Et p hæc oīa facit placere Deo.Et idcirco p acceptam grām seruiamus ei placentes. Vel cum metu & reuerentia,seruiam⁹, qa deus nr̄ est ignis cōsumens,q illos in iudicio cōsumet,q nūc eū nec metuūt nec reuerenē .Nō ꝙ deus sit ignis,sed quod sustinentib⁹ pœnas ignis esse uideaē. Nā sicut illuminabit iustos,sic exuret ipios.

CAPVT XIII.

1.Pet.4. Roma.12. *Charitas fraternitatis maneat in nobis,& hospitalitatē nolite obliuisci.Per hanc enim placuerunt quidam,angelis hospitio receptis Mementote uinctorum tanquā simul uincti, & laborātiū tāquam & ipsi in corpore morantes.Honorabile cōnubium in omnibus & thorus immaculatus.Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus.*

Nūc moraliter īstruit. Qm̄ de⁹ est ignis accēdens in corde charitatē, p quā nō solum deus, sed & ꝓxim⁹ diligitur:ergo uidete ne charitas fratrū quā ignis ille accendit, in cordib⁹ uestris extinguaē,aut recedat à uobis, sed iugiter *maneat in nobis charitas fraternitatis*.i.semp diligatis fraternitatē,hoc est,fratres q sunt aqua & spū renati, Ioan.3. sicut & uos: nec sit unꝙ aliqd , qđ coꝝ amorē auferre possit de cordib⁹ uestris. *& hospitalitatē* quā olim habuistis,priusꝙ rebus uestris spoliaremini, *nolite obliuisci* pp īdigentiā uestram, sed estote frequēter memores eius in opere,ut uel hospitium ꝑbeatis cum charitate,etsi copiā alimētoꝝ nō sufficiatis exhibere.Nec debetis p incōsuetudinē obliuisci hospitalitatē, qa *per hanc placuerunt* deo *quidam* noīatissimi p̄res.i.Abrahā et Loth *receptis angelis hospitio*. Nā qa pio studio cōsueuerāt hospites suscipere, meruerē et angelis hospitiū exhibere.Quos qdem hoīes esse putabant,dū eis cibos offerrent, sed D' post ītellexerunt esse angelos,uel cū Gen.18.19 eis uidētib⁹ cœlū īrent,uel p alia aliqua īdicia q in ipsis uiderunt.Præter hospites aūt.*memētote uinctorū*.i.memores estote eoꝝ q p noīe dn̄i tenentur in carceribus aut uinculis , nec possūt sibi subsidia q̄rere:& ideo pie de illis cogitate,ut eis necessaria ministretis.Nō sint uobis obliuiōi,ꝙuis teneanē in abditis reclusi: sed memētote eoꝝ *tāquā simul uincti*.i.ita iugiter de eis cogitate & eis cōpatimini et subuenite,ac si essetis uīcti cū eis:& sicut uobis uīctis uelletis subueniri, ita illis subuenire studete. *&* memen tote *laborantium*.i.eoꝝ q uel īfirmitate corporis uel aliqua necessitate laborant.Mementote frequēter eoꝝ,bn̄faciēdo illis *tanquam & ipsi* passibiles , et ad sentiendū afflictionis laborē habiles,hoc est,qđ dr̄, tāꝙ et ipsi *in corpore morantes*. Per hoc.n. ꝙ in corpore moramini , experti estis per uos ipsos qd necesse sit laborātib⁹. & pōt fieri ut et uos duriorē adhuc laborem ꝙ isti sustineatis , & desideretis uobis ab aliīs subueniri:et iō nūc uos priores subuenite,ut & uobis (si necesse fuerit) subueniatur.Aliud quoꝙ uobis notifico.s.qa *connubiū* est *honorabile* .i.legales nuptiæ sunt honorabiles *in omnibus*,nihil est in eis qđ honore careat *& torus* talium cōiugum est *immaculatus*.i.sine macula criminis.*Fornicatores autem* q publicis mulieribus cōmiscentur,*& adulteros*.i.q alienas uxores uiolāt,*iudicabit Deus*.i. in nouissimo iudicio ꝑpetualiter cōdēnabit. Adulterīū.n.in aliena cōiuge ꝑpetratur.Fornicatio aūt in hoc loco nō solū cū ceteris mulierib⁹ ītelligitur,sed etiā illa q̄ Gomorrhæoꝝ more agitur,uel quocunꝙ modo castitas spōte uioletur. Et hos oēs p se q̄cunꝙ luxuria polluūt,iudicabit De⁹. Lōge qdē ē dies iudicīj,sed uniuscuiusꝙ hoīs dies ultimus lōge eē nō pōt et qa breuis est Vide post sit ne Gomorrhæorum legi.

A uita, ipsaq; breuitas semp incerta, ita ut nemo nr̃m sciat qñ sit ultim⁹ dies eius, ideo qcunq; est aliqua libidinis imunditia cõtaminatus, studeat cito mundari per pœnitentiã dum adhuc põt, ne incipiat uelle cum iam nõ po terit, et incidat in iudiciũ æterni Dei.

*Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus.*
Iosue.1. *Ipse enim dixit. Non te deseram neq; derelinquã, ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Memento*
Psal.117. *te præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri, et hodie, ipse & in secula.*

postq; isti sua pdiderãt, uolebãt ite rum cõgregare. Qđ nũc, phibet apl's Sint (igt) uobis *mores sine auaritia*. i. mo rib⁹ ur̃is non se itermisceat auaritia. Sed sine pecuni arũ imoderato amore sacri mores uestri ducãtur, *cõtenti præsentibus*, ut nõ de futuris lucris tractent, nec ad futura tẽpora opes sibi coacer uẽt. Sed ne diceret, qd si necessaria de fuerint, subdit cõsolationẽ. Nõ debe tis auide cõgregarẽ, qsi timẽtes ne de⁹ necessaria uobis sinat abesse, qa ipse q mentiri nõ põt, dixit oĩ speranti in se, Nõ te deserã neq; derelicq;. Ad ma iorẽ fiduciã nobis faciẽdã ingemina-
Iosue.1. uit pmissionẽ nõ relictiõis, dicẽs. Nõ te deserã neq; derelinq;. Hoc dixit Io sue tenenti formã dñi Iesu Xp̃i, et in xp̃o, cuilibet mẽbro xp̃i. Ita pmisit se nõ derelicturũ nos, et ita est nobiscũ, *ut confidenter* dicat unusqsq; nr̃m, *Dominus mihi adiutor* ẽ ĩ cũctis laborib⁹ et tri bulationib⁹ meis, & iõ *non timebo quid faciat mihi hõ*, ẽt si res meas auferat, ẽt si corpus meũ pœnis afficiat. Diabol⁹ pprie est nr̃ aduersarius, sed p hoĩem sæpius mala nobis ĩfert. Et idcirco p Dei adiutoriũ nõ timem⁹ hoĩem pra uum, p quẽ diabol⁹ opaẽ. Vt aũt uin catis auaritiã, neq; timeatis ullũ ma lũ hoĩem, *mementote præpositorum uestrorum* defectorũ, *qui uobis locuti sunt uerbũ dei*. i. re cogitate q; pfecte ipsi reliquerunt oĩa pp euãgeliũ, & q; cõstãter oẽs aduer B sitates p patiẽtiã ĩtrepidi calcauerũt. Horũ mementote, ut eos imitemini, et tunc nec paupẽtatẽ, nec psecutionẽ ti mebitis. *quorum conuersationis exitum intuentes*. i. ĩteriorib⁹ oculis ĩspicientes qũo exierint de pñti cõuersatiõe, et quo si ne ipalẽ uitã terminauerint, trãseũtes ad æterna gaudia, *imitamini fidem* eorũ, quã usq; ĩ morte tenuerunt, ut et uos sl̃r ĩ fide moriamini, et ad fidei p̃mia pueniatis. Ne ãt dubitetis diuinũ uo bis adiutoriũ adesse, qđ illis affuit, scitote qa *Iesus xp̃s heri fuit et hodie est, ipse & in secula* erit. Ac si dicaẽ: Idẽ xp̃s q Matt.28. cũ illis fuit, uobiscũ est, & erit cũ eis q futuri sunt usq; ad cõsummationẽ seculi. Heri fuit cũ prib⁹, hodie est uo biscũ, ipẽ erit et cũ posteris ur̃is usq; ĩ secula. Heri. n. pteriti tpis est, hodie pñtis. Qđ aũt in secula manet, nõ ui detur habere finẽ. Heri ergo, oẽ pteri tũ tp̃s & omne spatiũ ęternitatis, qđ añ mũdi originẽ fuit, significaẽ: hodie aũt omne psens tp̃s: pduratio ĩ secu la, oẽ spatiũ tpis et ĩfinitatis qđ fu tutũ est. Itaq; Iesus xp̃s fuit heri, qa ĩ pricipio erat uerbũ, & ab ęterno usq; ad nr̃a tpa ipse est, hodie quoq;. i. nr̃o tpe est. Erit et in secula, qa ęternaliter manebit. Vñ et p Ioanẽ de eo dr̃. Qui erat, et q est, et q uẽtur⁹ est. Nã q uẽtu Apoc.1. rus ẽ, põt itelligi q futurus est p oĩa secula. et hęc qdẽ scđm ĩbecillitatẽ humanę ĩtelligẽtię dñr. Cęterũ diuini tas ei⁹ ĩterminabilis plẽtitudinẽ totã pariter cõphẽdit ac possidet, cui neq; futuri qcq; absit, nec pteriti fluxerit, qm̃ esse eius totũ est & semp est, ne- Ioan.1. scitq; mutabilitatẽ, qđ neq; cœpit unq;, nec aliqñ cessabit, ĩsupabile qđ dã ac sine fine essentię pelagus, nullis terminis limitibusq; circundatũ, om nem supergrediens sensum, omne tẽ pus atq; omnem naturam. Sequitur.

*Doctrinis uarÿs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.*

C Quia Iesus xp̄s sēp fuit et est et erit, *nolite* ab eius fide *abduci doctrinis* pseudo p̄dicatorū *uarijs*.i.diuersis,et à se inuicē multipl'r differentib⁹ac discordantibus,dū alius aliū errorē docet,et al.⁹ aliū,ibiq; uicissim cōtraria p̄dicant: *& peregrinis*.i.à catholica ueritate alienis. Talib⁹ergo doctrinis nolite abduci.i.ab integritate fidei et puritate religionis xp̄ianę separi. Nec debetis seductoiūs falsiloquorū uerbis abduci q̄a *optimum est stabilire cor in gratia* fidei & sanctitatis, ut stabil'r p̄sistat ī ea, nec in ullū īducatur errorē, sed ī grā dei quā accepit, maneat. Grā dēt cor stabiliri iuxta euāgeliū, *non escis* iuxta doctrinā speudop̄dicatorū. Datur.n.ītelligi,quosdā īter eos fuisse, q̄ dogmatizarēt nō esse pc̄tm̄ escis uacar̄. Nā q̄a p grām licitū ē oīb⁹ cibis uti, p̄dicabāt nō esse culpā cibis affluere,sed bonū eē. Cōtra quos ap̄s,no lite,īq̄t, abduci doctrinis stultorū, q̄ sūt uarię.i.à nr̄is diuersę et peregrinę .i. extraneę. Debetis.n.cōfirmar̄ cor gratia, q̄ soluēdo à lege libertatē tribuit,et n̄ studere escis,q̄a *nō p̄fuerūt* ad salutē,nō dico se sustētātibus ex eis, sed *ambulantibus in eis*.i.q̄ uitā suā ducūt ī cōuiuijs & epulationibus. Vel grā euāgelica stabilite cor uestrū, ut ī ea mens urā maneat,et studeat,nō escis ījs lex solas edēdas docet p̄hibitis cęteris uelut īmundis,cū sint creaturæ Dei,q̄ fecit oīa bona ualde. Quę legales escæ post aduentū dn̄i nō p̄fuere,

Gene.1. sed potius nocuere ambulantibus in eis,id est,illis qui uitam suam in obseruantia discretionis earū duxerunt.

*Habemus altare, de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim*

Nume.19 *animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē; horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus ut sanctificaret p suū sanguinem populum, extra portā passus est. Exea*

Mich.2. *mus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non e um habemus hic manentē ciuitatem, sed futuram inquirimus.*

Tāgit cōsuetudinē legis,et ad spiritalē ītelligentiā reuocat. D legis.n.p̄ceptū fuit,ut decima die mēsis septimi in festo.f.p̄piciationis acciperent uitulū & hircū,& īmolarēt ītra castra, quorū sanguinē ferret solus pōtifex ī sancta sanctorū,oraturus pro uniuerso pp̄lo:carnes uero extra castra cremarētur, nec esset licitum alicui tabernaculo deseruiēti ex illis comedere. Xp̄s est ille uitulus pp nouellam fortitudinē quā oñdit in resurrectione et ille hircus pp similitudinē carnis pc̄tī et iste uitulus uel hircus p pc̄tō uniuersę plebis est īmolatus. Quē, p̄cepto legis acceperūt sacerdotes ad īmolādū,q̄a scd̄m legē sibi uisi sūt occider̄ xp̄m,q̄m soluebat scd̄m ipsos sabbatū. Qui īmolauere eū ī castris.i.occiderūt uocib⁹suis ī domo Caiphę,dicētes:Reus ē mortis,uel ī domo Pilati,clamātes:Crucifige eū, sed post extra castra sūt carnes eius crematę i.extra Hier'l'm igne passionis cōsumptę. Mat.26 Vel cōcrematio ad signū p̄tinet resurrectionis, Ioan.19 q̄a natura ignis est ut ī supna moueat̄,et ī eū cōuertit̄ qd'cremar̄. *χρεμάζω enim uel* Nā et ip̄m cremare *χρεμάω* de greco ī latinū ductū uerbū est à suspensione. *seu χρέμαμαι* Sāguis aūt eius illatus est *appendere* et in sancta sanctorū p pōtificē.i.per *significat.* ip̄m xp̄m cœlo illatū,q̄ illuc ītrauit, ut īterpellaret pro nobis. *Hinc Anselmus cremo deductum suspicatur.* Altare uero ubi extra castra cremat⁹ est; altare ē ecclesię, ubi cōsecrar̄ corpus ei⁹, de quo nō hñt ptātē edere q̄ deseruiunt tabernaculo.i.umbrę ueritatis. Vel p tabernaculū ītelligit̄ corp⁹, et q̄ deseruiūt tabernaculo.i.corpis uoluptatib⁹sicut gulosi et ebriosi et fornicatores et his si'les,nō hñt ptātē.i.licētiā edere de nr̄o altari.i.accipe corp⁹ dn̄i. Dixerat.n.q̄a escis nō est studendū,et statim apte subdidit.q̄a *habemus altare de quo nō habent potestatem edere illi*, q̄ tabernaculo deseruiūt.i.q̄ uoluptuose uiuūt et carnalib⁹delidēriīs satisfaciunt. Nā sicut ille uitulus & hircus

extra

A extra castra cōburebāt, nec ab aliq̄ eorū q̄ tabernaculo seruiebāt edebāt, sic mēmoria passiōis Xpi apud eos celebrāt, atq; corpus sumit, qui extra uoluptates corpis exierūt, nec pōt ab illis accipi q̄ ī carnis uoluptatib⁹ morātur, & tabernaculo corpis seruiūt. Possūt et electi p hircū & uitulū ītelligi. Per hircū, qm̄ pc̄tā carnis studēt ī seipsis mactar: p uitulū, q̄ sacrificiū iustitię Deo studēt offerre. Qui extra castra cremātur, q̄ spū sc̄tō accēsi, extra cōuersatiōnē secularū cōsumūt, q̄cq̄d in eis est carnale, dū seipsis ieiunijs & alijs laboribus pie affligūt. *Quorum.n.aīalium sanguis.* i. uita laudabilis *infertur in sancta per pōtificem.* i. pātaī deo p xp̄m, & hoc *pro peccato* eorū, q̄ nō solū ut deo placeāt, sed ēt ut priora pc̄tā redimant, laudabilr̄ uiuūt. Vel sanguis. i. aīæ eorū īferunt in sancta. i. in cœlum p pōtificem xp̄m. In altari cordis cremant. Ad q̄d nō possunt pp suā irreligiositatē accedere, q̄ tabernaculo deseruiunt. i. carnales secculū amātes, & uoluptatibus corpis seruiētes. *horum* aīalium quorū sanguis in sancta p pōtificē īferē *corpora extra castra cremantur. propter* q̄d mysteriū implēdū. *& Iesus extra portam Hierusalem passus est, ut sanctificaret* in ueritate *per suum sanguinē populum,* sicut sanguis illorum aīaliū in umbra sanctificabat. Vel p duplicē allegoriā, unā ueteris & altera noui testamēti, pbauit corp⁹ xp̄i nō esse edēdū ab his, q̄ tabernaculo deseruiunt. Ad hoc.n. corpa aīaliū extra castra cremabant, ēt pp ea xp̄s extra portā, passus ē, ut nos q̄ corpore & sanguine eius a pc̄tis mūdari uolumus, īpropia & angustias passuri & delicias tabernaculi deseramus. Vn̄ mox subdit: *Exeamus igitur ad eum ex tra castra, improperium eius portantes.* Qui.n. uult corp⁹ & sanguinē eius accipe, debet ad locū passionis ei⁹ accedere, ut honores & opes tabernaculi relinquens, īproperia & paupta tē p noīe eius ferre nō respuat, & de castris & de urbe exiēs, ad crucē ueniat. i. puersos mores multitudinis eorū q̄ lą iā uiā seculi tenent, deserēs, angustā uiā B q̄ ducit ad uitā, arripiat. Xp̄s.n. extra portam passus, īnuit se in passiōis redēptionē colligere eos, q̄ de carnis desiderijs pp eius passiōis imitationē exierīt. Exeam⁹ igit ad eū extra castra. i. cōem seculariū hoim carnis uoluptatib⁹ seruitiū negātā relinquētes ne iā cū illis amplius ī illicitis uoluptatib⁹ immoremur, sed relicto prauitatis eorū cōsortio, ad xp̄i crucē pperemus, portantes īproperiū eius, ut & nos cū eo derideamur ab īpsis & seculi dilectorib⁹. Exeamus ad eū. i. pia solicitudine & opatione tēdam⁹ ad exitū uitę pn̄tis, quo trāseamus ad eū. Semp.n. cordis oculos ad exitum ponere debem⁹, & sine cessatiōe meditari, qn̄ a pn̄ti uita exeamus, ut ad xp̄m pueniamus: & debemus ad eū pijs desiderijs sic exire quotidie, mēte meditādo exitū nr̄m. q̄ *nō habemus hic manentem ciuitatem.* i. in hoc statu corpus manēs. *sed futurā ciuitatē inquirimus.* i. corpus īcorruptibile & īpassibile, q̄ post resurrectionē erit, habere cupim⁹. Vel exeamus corde & ope de castris. i. de medio multitudinis amatorū seculi, ut cū xp̄o simus inopes & despecti, cuius regnū nō est de hoc mūdo, q̄ nō habemus hīc manentē ciuitatē. i. nō sumus ciues Babylonis, q̄ ī amore pn̄tis seculi radicē cordis plātauit, sed peregrini & hospites sumus in hoc seculo, & futurā ciuitatē. i. supnam Hierusalē q̄ mr̄ nr̄a est, ingrimus. i. intus q̄rimus, ut interiorē ei⁹ btitudinē īueniam⁹. Beati.n. mūdo corde, qm̄ ipsi deū uidebunt.

*Mat. 7* *Ioan. 18* *Gal. 4* *Mat. 5*

*Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semp deo. id est, fructum labiorum, confitentium nomini eius, Beneficentiæ autem et communicationis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus.*

Xp̄s se obtulit sacrificiū p nobis, &, nos *ergo per ipsum offeramus semp Deo patri hostiam laudis*, q̄ ipse sūmus sacerdos oēs nos, si mēbra eius sumus, fecit sacerdotes. Offeramus hostiā nō pecoris, sed laudis, ut iā nō carnes bruorū aīaliū offeramus & īmolemus, sed q̄d scriptū ē

C faciam⁹. Immola deo ſacrificiũ laudis
Pſal. 49. .i. laudem⁹ eũ amãdo, ut nõ ſeruiliter,
ſed libẽter colam⁹ eũ. Timẽtes.n.Deũ
hoĩes ueteris teſtamẽti pp lrãm terrẽtẽ
& occidentẽ,nõdũ habentẽ ſpm̃ uiuifi
cãtẽ,currebãt cũ ſacrificijs ad tẽplũ:&
q̃uis ĩ figurã futuri ſãguinis quo redẽ-
pti ſum⁹,tñ neſciẽtes qd p eas p̃figura
retẽ,cruẽtas uictimas ĩmolabãt. Nũc p
grãm noui teſti ablato legis terrore &
dato ſpũ ſcõ, reprobata ſũt carnalia il
la ſacrificia,&p illis ĩſtituta ſũt ſpirita
lia,ut nõ iã extra ſe q̃rat hõ qđ offerat
Deo,ſed piã illi ſuę mẽtis deuotionẽ &
dilectionẽ offerat ſacrificiũ laudis. Of
feram⁹,igr,deo ſemp hoſtiã laudis,hoc
Pſal. 33. eſt, iceſſanter eũ laudem⁹ corde et ore,
ſicut ille q ait. Bñdicã dñm in oĩ tpe,
ſemp laus ei⁹ ĩ ore meo. Offeram⁹ ho
ſtiã laudis.i *fructum labiorũ confitẽtiũ nomini eius*,fructũ quẽ labia nřa p̃ferent,qñ cõ
fitebimur noĩ ei⁹ hoc ẽ,qñ uidelicet ei⁹
pia deuotione laudãtes, cõfeſſionẽ lau
dationis & grãꝝ ei reddem⁹. Hãc ergo
laudis hoſtiã.i.hũc fructũ labioꝝ.ſ.af
fectũ dilectiõis ĩternę placitũ labijs deũ
laudãtib⁹,ſemp offeramus,ut qđ ſemp
mens diligit, os fructuoſa laudatione
loquaẽ: qa corde credit ad iuſtitiã,ore
Ro. 10. aũt confeſſio fit ad ſalutẽ. Tales eſtote
erga noĩs dñi cõfeſſionẽ et laudationẽ,
ſed erga ſanctos *nolite obliuiſci beneficẽtię & cõicationis*.i.q̃uis dudũ bõis ueſtris ideo
ſpoliati ſitis,qa ſanctis ĩde miniſtraba
tis,tñ nolite obliuiſci ſolitę bñficentię
& cõicationis, ſed ex eo qđ poſt acqui
ſiſtis,bñfacite ſctĩs ĩdigẽtib⁹,et cõicate
illis qđ habetis,ut antea faciebatis. Et
debetis ĩ eleemoſynã ſanctis uřa bona
cõicare, qa *talibus hoſtijs*.i.eleemoſynis q̃
dãtur ſanctis, *promeretur deus*.i.ipſe deus
eſt merces quã talibus ſacrificijs acqri
tis:& ideo non iam ſacrificia legis,ſed
Oſee. 6. ſacrificia eleemoſynarum offerte Deo,
Mat. 9. dicenti: Quia miſericordiam uolui, &
Nota. nõ ſacrificium. Quod enim ab homini
bus appellatur ſacrificiũ, ſignũ eſt ue-
ri ſacrificij. Miſericordia aũt ueꝝ eſt ſa
crificiũ. Quæcunq; igr̃ in myſterio ta D
bernaculi ſiue tẽpli multis modis de
ſacrificijs legunẽ diuinitus eſſe pcepta,
ad dilectionẽ Dei & pximi ſignĩcandã
referunẽ. In his duob⁹ p̃ceptis tota lex
pẽdet & pphetę. Nõ uult itaq; deus ſa
crificiũ trucidatoꝝ pecoꝝ, ſed uult ſa-
crificium eleemoſynarum, ſicut pręmi
ſimus cum dicere,quia miſericordiam Mat. 12
uolui,& non ſacrificium.

*Obedite prapoſitis ueſtris,& ſubiacete eis.Ipſi.n. peruigilant quaſi rõnem pro animabus ueſtris reddi turi,ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit uobis.*

Monuerat eos ne obliuiſcerenẽ bñfi
centiæ & cõicationis, ſed ſemp memi
niſſent bñfacere ſanctis,et res ſuas cõi
care illis. Qđ ad ſubiectos ſpecialr̃ di-
ctũ eſt,q hæc facere debẽt maxime p̃la
tis ſuis. Vñet adhuc eiſdẽ ſubiectis eui
dentius mõ dicit. *Obedite prapoſitis ueſtris*.i.
obtẽperate iuſſis eoꝝ ĩ oĩbus,niſi forte
malũ aliqđ iuſſerint,qm̃ malum pobe
dientiã nõ eſt faciendũ,ſed cætera oĩa,
etiã ſi nõ uidenẽ eẽ bona, & nõ uos cõ
parate uel ſuperponite illis ſupbiẽdo,
ſed humiliter *ſubiacete eis*,& debitã reue-
rentiã exhibete. Qđ utiq; debetis face-
re,qa Deo iudici rõnẽ reddituri ſunt p
aiabus uřis. & *ipſi peruigilant*.i.p oĩa uigi
lant,ſemp uigilãt, hoc eſt,ſoliciti ſunt
pro uobis *quaſi rationem reddituri pro animabus ueſtris*,quas in cuſtodiã ſuſceperunt.
Et qa ſtudẽt recte uos ducere p uiã iu-
ſtitiæ, ut cũ uos pduxerint ante tribu-
nal xpi,nõ accuſentur nõ recte uos du
xiſſe, idcirco nunc obedite illis, ne &
uos tunc accuſemini declinaſſe de uia
quã p̃ceperũr uobis. ideo illis obedite
& ſubiacere,ut faciãt hoc.i.uigilent p
uobis *cum gaudio* de pfectu uřo, *& non gementes* de detrimẽto uřo,qa hoc nõ expe
dit uobis,ut cõtriſtenẽ de uobis. Tunc
uigilãt p̃poſiti cũ gaudio,qñ uidẽt ſub
iectos ſuos pficere ĩ dei uerbo:qa & a-
gricola tũc cũ gaudio laborat,qñ attẽ-
dit arborẽ & fructũ uidet, qñ attendit
ſegetẽ & fructificare pſpicit ubertatẽ.

A Videt.n.quia nō ſine cauſa laborauit, nō ſine cauſa dorſum curuauit,nō ſine cā manus attriuit, nō ſine cā frigus & æſtū tolerauit.Sic eſt et de ſpiritalibus agricolis.i.de plātis eccleſiæ, qa tūc in labore ſuo gaudēt,cū eos quorū mores excolunt, pficere uident. hoc eſt.n.qd' ait,ut cū gaudio faciant,& nō gementes.*Hoc.n.nō expedit uobis.* Non dixit,Hoc nō expedit illis:ſed dixit,Hoc nō expedit uobis.Nā qñ illi ppoſiti cōtriſtanē de malis uris,expedit illa ipſa triſtitia & pdeſt illis,ſed nō expedit uobis. Simul ergo prælati & ſubditi in domini co agro bonum operemur,ut ſimul de mercede gaudeamus.

Mat.12

*Orate pro nobis.Confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus, in omnibus bene uolentes conuerſari.Amplius autem deprecor uos hoc facere, quo celerius reſtituar uobis.*

Auxilium orōnis eorū expetit Apl's, quo uel liberaret à carcere,& ad pdicationē redeat, uel martyrio cōſūmatus ad xp̄m trāſeat.*Orate*, inqt,*pro nobis* pluralē numerū pro ſingulari ponens, uel pro ſe,uel pro his q ſecū tenebātur,orari petens. Et debetis orare pro nobis, qa *cōfidimus nos bonā conſcientiam habere.* Conſcientia.n.nos nō accuſat.Ne ergo ſiniſtre qd arbitremini de nobis. Accuſabat apl's qd' ſuā gētē negligeret,ſed oſtēdit ſe affectū habere ad oēs Iudæos & gētiles.Dicebatur ēt à nonnullis aliter docere q̄ cęteri apl'i,& inimicus legis eſſe ac tēpli Iudæorū,qa circūciſionē et carnales obſeruantias fortius reſpuebat q̄ cæteri. Sed oſtendit ſe bonā habere cōſcientiā,& ſtudio placendi deo facere qcqd facit, nec peccaſſe in his q̄ docuit. *Confidimus*,inqt,*quia bonam conſcientiam habemus*.i.pro certo ſcimus nos non reprehendi à conſcientia nr̄a ex his q̄ fecimus uel docuimus,poſtq̄ ad fidē uenimus.Et quare?Quia ſumus *in omnibus bene uolentes conuerſari*.i.non ſumus duplices:ſed ſimplices:nō ſumus uolētes in qbuſdā bene cōuerſari,& i qbuſdā nō bene,ſed in oībus bene:hoc eſt, nō ex parte,ſed ex toto ſtudemus bene uiuere,ideoq; nō remordemur à cōſciētia. Dixi ut oretis pro nobis.Sed *amplius deprecor uos hoc facere*.i.ur̄is,orōnibus ipetrare,*quo celerius reſtituar uobis*,hoc eſt, ampli' pro ueſtra q̄ pro mea ſalute deprecor uos ut oretis pro me,qa hoc rogo ur̄is pcibus fieri,ut celerius à carcere dimiſſus,reſtituar nō mihi, ſed uobis.i.reddar priſtino officio prædicationis, ut in diuerſas partes libere pergens,& uos & alios diligentius inſtruam.

B

*Deus autē pacis,qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni,dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,aptet uos in omni bono opere,ut faciatis eius uoluntatem,faciens in uobis quod placeat corā ſe,per Ieſum Chriſtum,cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

Ego qdē hactenus monui uos,& patiētiā atq; bona opera ſuaſi uobis, ſed deus qui potēs ē, ipſe faciat uos agere qd' monui.*Deus pacis* q pacē & qeiē dat ſuis,qñ ſcit oportere.ſedās oēs pſecutiones & uitiorū ipugnatiōes atq; poſt hāc uitā dat eis pacē æternæ tranquillitatis,q pro eius noīe patiēter aduerſa ptulerūt,deus dico,*qui eduxit de mortuis*.i. reſuſcitauit ſeparans à cōſortio mortuorū, *magnum paſtorem ouium*.i.eū q oues ſuas, oēs.ſ.electas aīas,paſcit & cōſeruat.Epi.n.& cæteri cuſtodes dn̄ici gregis ſunt minores paſtores, quia unuſqſq; eorū partē ſibi cōmiſſam eiuſdem gregis fideliū paſcit.Hic aūt maximus paſtor eſt,qa totū gregē cōſeruat & paſcit.Paſcit aūt nō ſolū uerbo doctrinę, ſed corpe ac ſāguine ſuo.Vñ nūc dr̄ eē paſtor *in ſāguine teſtamēti æterni*, quia oues quas redemit, carnis & ſanguinis ſui ſacro paſcit. Qui ſanguis eſt cōfirmator nō trāſeūtis, ſed æterni teſtamenti .i.nō ueteris legis q̄ pterijt, ſed nouę q̄ manet.Nouū.n.teſtamentū dr̄ æternū, qa aliud ei nō ſucceder, ſicut idē nouū ſucceſſit ueteri. Vel i ſanguine teſtamēti æterni eduxit deus Xp̄m à mortuis, qa ſicut eidē xp̄o per Zachariā dr̄.Tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui eduxi Zac 9

C sti uinctos tuos de lacu, in quo nõ est aq̃.i.de iferno, sic et ipse xp̃s ĩ sanguine eodẽ est eductꝰ de mortuis, qa tãta fuit potẽtia sanguinis eiꝰ, ut nõ solũ iustos q̃ i iferno uincti tenebãtur eriperet, sed etiã ipm *dominũ nostru Iesum Christũ* à mortuis suscitaret. Deꝰ q̃ hęc fecit *aptet uos*. i. aptos & uoluntarios uos faciat: *in omni opere bono, ut* i oĩbus bñ agẽtes, *faciatis* atq; cõpleatis opere *uoluntatem eius*. Ipse dico, *faciens in uobis quod placeat corã se*, qa nisi ipso ĩ uobis operãte nihil potestis agere, qđ oculis eiꝰ placeat. Hęc est grã q̃ mẽtẽ p̃uenit & adiuuat, ut hõ suę uolũtatis & opationis obsequiũ subiũgat. & dictũ est hoc, ne de liberi arbitriĵ sui uiribꝰ p̃sumerẽt, & q̃si ex seipsis hæc posse bñ agere putarẽt. Sic faciat in uobis qđ sibi placeat, & hoc nõ p carnalẽ legis obseruãtiã, sed p *Iesum Christum*, p quẽ mediatorẽ oĩa bona nobis à p̃re dãtur, cui xp̃o *est gloria*, nõ ĩ breui tpe, sed *in secula seculorum*. i. ĩ æterna secula ipaliũ seculorũ subsecutiua. Illi quẽ deriserũt ĩ passione Iudæi, est glĩa nõ paucis diebꝰ p̃manẽs, sed in ęterna secula. *Amẽ*. i. uere.


*Rogo autem uos fratres, ut sufferatis uerbum solatiĵ. Etenim perpaucis scripsi uobis.*

Hãc uobis ep̃lam misi, sed ne, fastidiosa sit uobis ô frẽs. i. q̃bꝰ fraterna charitate cõsulo, *rogo uos ut sufferatis uerbum solatiĵ* qđ in ea uobis locutus sum, q̃m sermo eiusdẽ ep̃læ cõsolatoriꝰ est, p̃bẽs uobis ĩ tribulatiõe solatiũ, ne deficiatis: & debetis sine tędio sufferre, q̃cq̃d ĩ hac ep̃la loquor qa p paucis. i. p oĩa paucis dictis *scripsi uobis*. Per oĩa. n. q̃ ĩ ea disserui, pauca sunt q̃ dixi, q̃m multa de singulis possent dici. Hic exẽplo suo docet nos magister egregius, ut ea q̃ sentimꝰ, & ualde humilr & sine fastidiosa p̃lixitate dicamꝰ. Multa. n. humilr hactenꝰ Hebræis est locutus sed exhortatione humili placare eos adhuc humilius satagit, dicẽs: Rogo aũt uos &c. Hinc ergo colligat siq̃s aliq̃d recte sentit, quãta humilitare deber magistro loq discipulus, si ipse magister gẽtiũ in his q̃ cũ authoritate p̃dicat, summisse discipulos rogat: tũ unusq̃sq; colligat ex his, ut illis à q̃bꝰ exẽpla bene uiuendi p̃cipit, hoc qđ bñ aut melius q̃ illi intelligit, humiliter dicat, si Paulus illis humili se uoce subdidit, quos ad uitã ipse suscitauit. Curandum quoq; est quã tũ loquamur, ut si eũ q̃ multa ferre nõ ualet, lõgius loquendo traxerimus, ad fastidium p̃ducamus. Hoc tñ infirmis p̃cipue cõgruit, ut pauca quidẽ & q̃ capere p̃ualent, audiant, sed quæ eorũ mẽtem impœnitentiæ dolore cõpungant.

*Cognoscite fratrẽ nostrum Timotheum dimissum: cum quo, si celerius uenerit, uidebo uos. Salutate oẽs p̃positos uestros & oẽs sanctos. Salutant uos de Italia fratres. Gratia cum omnibus uobis. Amen.*

*Cognoscite fratrẽ nostrum Timotheum*, cognoscite quãtæ sanctitatis ipse sit, & quãta ei reuerentia debeatur. Timotheũ dico, dimissum. i. euntẽ iter qđ uolebat, uel ad p̃dicandũ (ut cupiebat) dimissum, aut fortassis à carcerẽ relaxatũ. *Cum quo, si celerius uenerit, uidebo uos*, q̃a si uelociꝰ uenire festinauerit, habebo facultatẽ eũdi cũ eo ad uos. In hac p̃missione reddit eos attentos & magis obedientes, ne si uenerit, ĩueniat eos ĩobedĩẽtes admonitioni huius ep̃læ, prauecq; agentes. Ac deinde, *Salutate*, inq̃t, *omnes p̃positos uestros*. i. sacerdotes & cæteros qui p̃sunt uobis ĩ dño, *& omnes sanctos*. i. oẽs subiectos qui baptismi sanctificationẽ perceperunt. Cum autẽ subiungit, *Salutant uos de Italia fratres*, ostẽdit se ab Italia scripsisse. Ideo autẽ quod supradixit, deprecor uos facere, ut celerius restituar uobis, declãrauit se uinculis tentum esse, dum scriberet, atq; colligitur epistolã misisse à Roma ubi uinctus tenebatur. *Gratia*, inquit, *cum oĩbus uobis sit*, ut p auxilium gr̃ę possitis bñ uiuere, qui p legẽ nõ potuistis deo placere. Cuius & nos participes efficiamur, ut p eã iustificemur, & ad æternã uitã p̃uenirẽ mereamur. *Amẽ.*

Expositionis beati Anselmi in D. Pauli Epistolas Finis.



ā facit iniuriā. sed defectus materie minime f
ratio q̄ mouit od pac. z. l. an inutilis. Jdē 13